I
00028

Plinio. Epistole
vel

Sillius
Italicus.

2-12-1-9

cum commenta-
rii
Petri Marsi.

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Syllius Italicus·Cum com-

mentariis Petri Marſi:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

PETRI Marſi interprætatio in Syllium italicum ad Illu. principem Virginium Vrſinum.

QVum id omne quod in terris gignitur ad uſum hominũ ſit: ut priſcis philoſophantibus totius naturæ peritis præclare uiſum eſt: homo autẽ ut homini proſit: ſic natura uiuere uult: & uero humanitatis nomine cenſeri: ampliſſimo præconio celebrandi ſunt illi q cõis parentis naturæ præſcripta integerrime ſeruantes cõi utilitati proſpiciunt: & de omni humano genere natura cõiuncto: illiſq potiſſimum q diuinã in homine particulam ſummo ſtudio colũt: benemereri ſtudent: & pro uirili parte nitũtur. His officiis priſci heroes ĩmortalẽ ſibi gloriã peperere: quos beneficiorum memores poſteri cælo ſacrarunt. In quorũ numero ſunt rerũ geſtarum ſcriptores: qui incorruptis litterarum monumẽtis humanã uitã excoluerunt: & ueri poetæ: qui utilitatẽ uitæ cõmunis adiuncta delectatione ĩprimis curant. Nulla enĩ ẽ uirtus quã non celebrent: & ad illã bene a natura inſtitutos non hortentur. Nullum aũt uitiũ a quo ꝓpoſita ipſius fœditate non deterreant. Habent præterea locos graues: & ſublimes ex mediis naturalis: ſupernaturaliſq philoſophiæ arcanis repetitos. In pſonis quas introducunt decorũ. Locorũ deſcriptiones. Hiſtorias: & antiquitatẽ: Conciones ex arte cõpoſitas. furorem inſuper poeticũ quẽ plato poetis concedit. quo interdum futura ſuſpicantur: præſagiunt: prædicũt. Illã deniq heroici carminis maieſtatem. qua teneras mentes erigunt: & ad ueram: perfectãq homĩs diuini animalis imaginem effingũt. Cum igiẽ ita ſint uberes & ſalubres poetarum fontes adire debemus. Qui õra muſarũ ſacra colentiũ facundo hauſtu irrigarunt: ut quodam quaſi diuino ſpiritu inflati maius homine reſonarent. Nec nomen interpretis tanq̃ indecorũ refugiẽdũ ẽ. Auſim quippe dicere fidos: uerosq interprætes nõ minorẽ laudẽ ipſis ſcriptoribus mereri: Quæ enim eſſet ĩ poetis utilitas: niſi a ſtudioſis intelligerent: nulla ꝓfecto: & ſic adoleſcentes magna utilitate fraudarent: & illi finẽ nõ attingerent: cuius gratia laborarunt. Vnde cũ in me nõ tantũ roboris ingenii ſit: ut aliquod poema cudere poſſim: quod ad nepotũ eruditionẽ: & cõmodũ depromerẽ: ut aliquid feciſſe uiderer: quod rudibus uſui ſit: Sylli italici diuinum poema: ut potui: interprætatus ſum. Quod ita undiq tẽporum ĩcuria deprauatũ erat ut nullã fere utilitatẽ legẽtibus afferret. Primus patrum noſtrorum memoria huius poetæ ſacros fontes reſerare arcanaq ingredi: ac publice in hac florentiſſima urbis Romæ academia profiteri auſus eſt Petrus montopolita: uir certe id ætatis eruditiſſimus: cuius cæleſte ingeniũ nõ parum utilitatis poſt Laurentiũ Vallã romanæ linguæ allaturũ auara fata ſtudioſis inuiderũt: & in flore adhuc atq uiride rapuere. Sequuti ſunt uiri ſæculorum memoria digni ac Romãi eloquii ſydera: & clarũ decus: Põponius: & Domitius præceptores mei. Qui multũ ſupra homines ingenio præditi: diuino quodã mentis acumine: ac ſplendore auia pieridũ loca peragrarunt: & p Romanæ linguæ: cuius ab ineunte ætate ſtudioſiſſimi fuerunt: calles: getarũ uandalorũq ſentibus obſitos: & curricula quondã nitida: ſed barbarorum culpa uepribus obducta equos ita inflexere ſuos: ut horũ induſtria: & laboribus priſcũ illud latinarum litterarum decus iã fere non deſideremus: & ĩ hoc opere potiſſimũ laborarũt: ut facilior eſſet ĩterprætibus labor: quod ipſe ſum expertus: & fateor ĩgenue. Non ita ſum arrogans Illu. princeps Virgini: nouum florentiſſimæ urſinorũ familiæ decus: cuius honori ſacratur hoc opus: ut arbitrer me oĩa conſequutũ: quæ fidũ interprætẽ habere oportet: ſed me ꝓ uirili parte laboraſſe ꝓfiteor: ut eatenus: quatenus ĩbecillitas ingenioli mei pateret: rudibus conſulerem. Et alios ad operã latiæ liguæ: quæ adhuc aliqua ex parte gothicum ſapit: enixiſſime iuuãdã exhortarer. Igiẽ tanq̃ ex alta ſpecula q̃ maxima poſſum uoce contẽdo. & romani nois: ac latini ſplẽdoris ſtudioſos ad id romanis litteris præſtandũ ꝓuoco. ut Romanã eloquẽtiã quaſi uirginẽ iã adultam ĩpudẽtiſſimis procis: quorum magna copia ẽ: eripiamus: & domi: ut uerbis Ciceronis latinæ linguæ parentis utar: ſeptam teneamus liberali cuſtodia. ſed hæc hactenus. Miſeram Illu. prĩceps Virgini ſuperioribus annis Illu. principi Roberto patruo tuo quedã ĩ ſylliũ cõmentariola Quæ quoniã iuuenili quodã ardore: ac primo ingenii calore effluxerãt caſtigationẽ deſyderabãt: & limam. illa igitur caſtigata: & una cum poemate ĩpreſſa ad te mitto. Qui quoniã maiorũ tuorũ præconia: ut pareſt & te romanum principẽ: & inclitæ urſinorũ familiæ caput decet: libenter audis: ut domeſticis ueſtigiis ĩſiſtas: hoc opus: in quo prĩcipes tui Romani celebrantur grato animo ſuſcipias: & mãibus tuis ac lectione dignaẽ: cum p publica negocia quibus diſtringeris: ut ſubditorũ ſaluti cõſulas: licuerit. Vale.

SYLLII VITA

SYllius italicus ab italica urbe hiſpaniæ cognomiatus: a q̃ originẽ habuit: p ſuos maiores romanus fuit. Quippe ſi ĩ italica natus fuiſſet: Martialis hiſpanus: & ĩ patriæ ſuæ ſuorũq laudẽ ꝓpẽſus tãti uiri natale ſolũ eo epigrãmate primi libri: quo nõ mõ poetarum: uerũ & hiſtoricorũ patriã celebrat auidiſſime ornaſſet: cũ ſæpius ad eũ ſcribat: cũq tãti faciat: quãti Catullus uerõnẽſis Virgi. poetarũ principẽ feciſſet. prima ætate ciceronẽ ſibi ꝓpoſuit imitãdũ: ueterũ p̃cepta ſequutus: q optimũ quẽq cẽſuerũt eligẽdũ quẽ imiteũr. Facũdo declamauit ore: clientum cauſas ſecũdo euẽtu ĩ foro egit. cẽtumuir fuit. ꝓcõſulatũ aſiæ prudẽtiſſime ĩtegerrimeq admiſtrauit. Sub Nerõe ĩfamia notatus. nã quoſdã prĩcipi: ſeu uerius ſæuiſſimo tyrãno ſpõte ĩſimulaſſe uulgo creditũ ẽ. Sub uitellio comiter: & ſapiẽter ſe geſſit. a Nerõe cõſul creatus ẽ: cuius fœliciſſimi cõſulatus auſpiciis Nero e uita ſublatus ẽ: & orbis libertatẽ adeptus. poſt cõſulatũ Maronẽ latinorum poetarũ ſydus imitatus ẽ: quãuis carmina maiore cura q̃ ingenio ſcriberet: q̃ ſæpius recitauit & auditorũ iudicia recitatiõibus expertus ẽ. Bellũ punicũ ſecũdũ hoc operẽ ꝓſequutus ẽ: qđ ĩ manibus habeẽ: uariũq ẽ elegãs multiplex: ut qd diuinũ eſſe uideaẽ. Suadẽtibus ãnis urbe: foroq cedẽs ĩ cãpania ſe continuit ocio nõ abuſus. Multũ uillarum poſſedit & M. Tullii formianũ ĩprimis. multũ ſtatuarũ: multũ imaginũ: q̃s ſtudioſe uenerabaẽ: Marõis potiſſimũ cuius natalẽ religioſe celebrabat: ſepulcrũq uia puteolana ad. ii. lapidẽ ut cellã iouis capitolini frequẽtabat. Duos habuit filios: Miorẽ ſæuerum noie ĩcredibili doloẽ ſepeliuit. maiorẽ ætate florẽtẽ & cõſularẽ reliqt. Aduerſa ualitudie ĩſanabilis claui laborauit: cuius tedio & dolore: ut Plinius in epiſtolis ſcribit quinq & . lxx. annos natus in neapolitano ſuo inedia uitam finiuit magis delicato corpore q̃ infirmo. uſq ad extremum diem beatus fœlix.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

POſt primum bellum punicum quo carthaginenſes uicti fuerunt ad egates inſulas: quæ ſunt inter
ſiciliam & aphricam:& ſicilia ſardiniaqꝫ celeri deſperatione ſtipēdio etiam ſuperimpoſito amiſſis:
Amilcar pater Annibalis qui eo bello imperator fuerat uir ingentis ſpiritus angebatur: & de ipe-
rio proferendo cogitans per quinqꝫ annos: in aphrica bellum geſſit. Inde cum exercitum in hiſpa-
niam eſſet traiecturus Annibalem nouem ferme annos natum in templo Iunonis: quæ apud illos
ſanguine humano placabatur tactis ſacris iurare coegit ſe cum primum ætas competeret hoſtem
romani nominis fore acerrimum. in hiſpaniam profectus nouem annos eo ſtudio bellum geſſit: ut maius ani-
mo moliri q̃ tunc gereret uideretur. Nam ſi diutius uixiſſet eo duce milites arma italiæ intuliſſent: qui Anniba-
lis auſpicio tulerunt: ſed opportuna mors diſtulit bellum. In acie quippe occiſus eſt: cui Aſdrubal gener ſucceſſit.
hic magis conciliandis populis q̃ auſpicio bellico per octo annos rempunicam auxit. Cum hoc fœdus renouaue-
runt Romani: ut terminus imperii eſſet amnis iberus & Sagunthinis mediis inter imperia duoꝝ populorū li-
bertas ſeruaretur. Hic cum regulum quendā Tagum nomine necari: & caput haſtæ affixum circūferri iuſſiſſet
ab illius ſeruo crucem & ignominiam domini ægre ferente in tentorio confoſſus eſt. Qui captus cum ſupplicio
afficeretur eo habitu oris fuit ut ſpectator ſupplicii uideretur: feſſoſqꝫ miniſtros conuiciis īceſſens domini ſui cru
cem magna uoce repoſcebat: poſt necem Aſdrubalis Annibal in prætorium delatus fauore militum: & aura po
pulari īperator appellatus eſt. Qui cum natura perturbationis auidus eſſet: & magna in eo indoles uitiorū ac uir
tutum appareret: & præcepta patris & ſacra per quæ iurauerat eum ſponte in romanos currentem impellerent:
ac ſi decreta ſibi fuiſſet italia: & romanum bellū: nihil differendum ratus ne ſe quoqꝫ cunctantem aliquis caſus
opprimeret: ut Amilcarem: & Aſdrubalem: olchadum fines qui ſunt ultra iberum inuaſit & medium indigna-
tus iberum Sagunthinis amicis populi romani bellum ītulit: caſtra urbi admouit: & eam octauo mēſe expugna-
tam diruit & incendit. Nec non fabium pamphilū: & Valerium publicolā legatos romanorū portantes iuſſa ma
gnanimi ſenatus: eum quippe ad pœnam rupti fœderis repoſcebant: audire noluit ſed ſtrepitu armorum clāgo
reqꝫ tubarū littore prohibuit. Qui ad carthaginentem nauigarunt: quibus cum ſenatus datus eſſet: & carthagi-
nenſes Annibali ſuo fauere dicendis ſententiis perſpexiſſent: bellum quod ſe fabius geſtare ſinu dicebat indixe-
runt. Annibal ſolo æquata Sagunthо furori & amentiæ ſuæ modum non īpoſuit: uerū ſuperatis pyreneis mon
tibus cū Rhodanum: & Druentiam galliæ fluuios traieciſſet ad Tricaſtinos profectus alpes ipſas ad eum diē mi
litibus inacceſſas: niſi fabulas herculis in medium afferre uelimus: ac liberi patris: arcem & munimēta populi ro
mani totiuſqꝫ italiæ tranſcendit: quod ſimile portento uiſum fuiſſe ſcribit Plinius: nono die maximis laboribus
in iugum alpium uentū eſt: ubi rupem inacceſſam & ſuum iter remorantē aceto igniqꝫ diduxit. xv. die alpibus
ſuperatis in italiam deſcendit: & ad Ticinum urbē & fluuium eiuſdem nominis: nunc Papia appellatur: cum. p.
Scipione conſule manus conſeruit: in quo prælio romani ſuccubuerunt: cum propter inopiam equitatus impe-
tum elephantorum in æquo campo ferre nō poſſent: & ipſe conſul uulneratus humeris filii: qui ob uictoriā de
Annibale ac pœnis aphricanus poſtea cognominari meruit: liberatus eſt: cōſul cum padum ratibus magno ſilē-
tio traieciſſet ne hoſtes inſequerentur placentiā uenit. Inde ad Trebiam fluuium ſe recepit. impar equitatui ī edi
to loco: qui nunc collis ſancti germani appellatur caſtra muniuit: Annibal ſubſequutus nō procul ab eo conſedit.
interim Sempronius Gracchus alter conſul qui in Sicilia erat: ut eam ab impetu barbarorum tueret: a ſenatu ꝑ
litteras edoctus cum apud eurypum ſiculū Hieronē regem alloquutus eſſet. compoſitiſqꝫ pro temporis cōditio
ne rebus ſiculis claſſe per oram ſuperi maris Ariminum. inde ī caſtra ad collegam uenit: auiduſqꝫ pugnæ manus
temere conſeruit. iterum uictor Annibal inde mouit: & ſuperato appēnino & paludibus magna difficultate. nā
ibi altero oculo captus eſt: cum propter maximū frigus fomenta adhibere nequiret ad Traſimenum lacum pe-
ruſinum contendit. ibiqꝫ locatis militibus ad inſidias romanum exercitū ꝓfligauit. temeritate. C. flaminii conſu
lis: qui uetantibus auſpiciis & religione pugnam iniuit. ſigna quippe rerum futurarum magna cum clade populi
romani neglexit. nam cum paucis ante diebus luſtrato lexercitu arretiū uerſus caſtra mouiſſet equus ante ſignū
iouis ſtatoris repente concidit: & cū gallus gallinaceus edere recuſaret pugnā ꝓhibēte pullario. cūqꝫ uexilla terræ
affixa reuelli non poſſent: ne collegā ſuū ſeruiliū qui adhuc romæ erat participem uictoriæ ac gloriæ: ſiqua cōtra
Annibalē fuiſſet expectaret: tribus horis adeo ꝑtinaciter dimicans: ut terremotus quāuis maximus minime de-
prehenderet ipſe cū magna parte ſui exercitus corruit. Nā. xv. milia romanoꝝ in eo prælio deſiderata ſunt. decē
milia per hetruriam fugiēdo romā euaſere. Quam ſtragem cū romani ītellexiſſent magno terrore cōcuſſi ſunt.
populus: quod nunquam ante eū diem factū fuerat: Fabiū maximū dictatorē creauit. qui ſibi Minutiū magiſtrū
equitū aſciuit. Dictator obuiā Annibali ꝓgrediens otriculos. deinde militibus die conſtituta tibur contendit.
Annibal poſt cladem ad Tranſimenum ſpoletū oppugnare adortus cū expugnare nō poſſet: qua ſpolia īuitabāt
ſigna populantia trāſtulit: & umbros picenos omnemqꝫ oram ſuperi maris depopulatus Marſos pelignos Mar-
rucinos: Veſtinoſqꝫ inuaſit: donec peſtem illam tabificam mitis campania ſuo ſinu excepit: ubi itineris duce no-
minis errore decepto. Nā pro caſino ſaltu caſilinū accepit: cū in campū ſtellatem deſcēdiſſet in quodā tractu a di
ctatore clauſus ē: Sed uir ad oīa īpiger ſarmētis ignitis cornibus bouum: q ad duo milia fuerūt alligatis noctu eua
ſit: cum tauri per ſaltus fugientes a ſtatiuis & cuſtodiis milites deturbaſſent. īde cladem illam memorabilem ad
cannas uicum apuliæ in ripis aufidi populo romano intulit temeritate. M. Terentii Varronis: qui non ſolum in
fimo: uerum etiam ſordido loco natus erat. conſtat enim inter annales patrem eius lanium fuiſſe: ipſumqꝫ mer
cis paternæ inſtitorem. in cuius ore canore lingua procax uibrabat pro ſordidis hominibus in foro cum diu ela-
boraſſet: & cauſis orādis īgentes opes conſequutus eſſet aura populari: quam uenali lingua aucupatus fuerat ad
conſulatum deuenit: ut ſua amentia & furore omnis fere italia ſepulchrum ad cannas haberet. cum ita bellum-
geri arbitraretur ut in roſtris declamauerat quinquaginta milia romanorū in eo prælio deſiderata ſunt: quā ſtra
gem paulus Varronis collega pro patria prodigus animæ ſua morte nobilitauit: funeſtioremqꝫ romanis reddi-
dit: cui Annibal iuſta perſoluit inquiens. Quantus paule iaces: qui tot mihi milibus unus Maior letitiæ cauſa es.
Varro cum. l. equitibus uenuſiam ſe recepit. Annibal quāuis nonnulli ſuaderent & Maharbal præfectus equitū
imprimis: qui die quinto epulum in capitolio pollicebatur: ſi uictricia caſtra pauidæ urbi: cōſternatæ ac tot præ
ſtantiſſimis ciuibus exhauſtæ admoueret. fortuna romanorum: quæ ſemper in aduerſis enituit: ita uolente ſup
tanta re cogitabundus aduentum ſuū ad urbem diſtulit: præſenti lætitia ſic correptus ut ſibi conſtare minime
uideretur. tūc Maharbal proclamaſſe fertur. uincere ſcis Annibal uictoria uti neſcis: Poſtero die: ubi illuxit mili-
tes ſpolia legerunt: ſtragemqꝫ romanā contemplati ſunt. Tria milia & ſexcenti milites romani euaſerunt & ca-
nuſium ſe receperunt: quos paula frugi mulier magna ſedulitate exceptos fouit. Varro copias omnis canuſiū
traduxit. Litteras ad ſenatum dedit. tantum terroris & tumultus intra mœnia romana fuit: ut nil aliud q̃ luctus
exaudiretur. Verum decreto Fabii: & ſenatus omnia ut tāta ſtrages patiebatur ſedata ſunt quippe ſpatio. xxx. die
rum luctus eſt finitus. Omnes fere ſamnites lucāi locrenſes: hirpini: Metapontini: Brutii: Apuli & alii populi con
plures: & ciſalpini galli ad Annibalē defecerunt: Varroni romā redeunti q̃uis tātæ calamitatis uir ſtolidiſſimus
cauſa fuiſſet ab omnibus ordinibus obuiam itum eſt: & grāæ actæ ꝙ de republica in tam aduerſa fortuna non de
ſperaſſet. Imterim mago ad urbes deficientes ab Annibale miſſus eſt: & ut īuitas etiā cogeret ipſe per agrum cā-
panum mare inferū petiit neapolim oppugnaturus. Vrbem quippe maritimā exoptabat: tamē mœnia illius ur
bis conſpecta ſuperatu difficillima eum ab oppugnatione deterruerunt. inde capuam longa tēporis fœlicitate ac
indulgentia fortunæ luxuriantē per deditionem accepit. Illa nāqꝫ ciuitas in luxuriā ſemper prona fuit: non īge-
niorum modo uitio ſed affluenti copia uoluptatū: & illecebris omnis amœnitatis maritimæ: terreſtriſqꝫ: ut nec
libidini nec ſumptibus modus ullus eſſet. ubi cum Annibal hyemaſſet & campanis cōditionibus pacis ut opta-
uerant conceſſis: habita oratione in ſenatu: ipſe cū exercitu effœminatus eſt: & cum uoluptatibus īmodicis dies
nocteſqꝫ indulgeret: & epulis uinoqꝫ: ac ſcortis operam daret: laudatiſſimus iuuenis perolla ni pater ſuus pacu-
uius obſtetiſſet: eum inter epulas confodere deſtinauerat. poſtea Nolam ſe contulit: & cum per ꝓditionē ut ſpe-
rauerat ciuitate potiri non poſſet: eam effœminatorum militum corona circundedit. Marcellus ut eum muris
ſuccedere uidit: acie intra portam inſtructa cum magno impetu erupit ubi atrox pugna aliquandiu fuit: ſed den
ſiſſimus imber prælium diremit. xxx. pœnorum ceciderunt. romanorū nullus. Tertio die uterqꝫ in aciē copias
eduxit: & utrinqꝫ militibus adhortatis pugnatū eſt. pœni terga uerterunt: & in caſtra compulſi ſunt. tunc primū
Annibal uinci ſe poſſe a romanis didicit. poſtero die induttiis datis quiſqꝫ ſuos ſepeliuit. Annibal hyberna repetēs
apuliæ circa arpos conſedit. C. Fabius poſt Annibalis ꝓfectionē agrū campanū ferro igniqꝫ depopulatus eſt. An-
nibal tarento potitus eſt præter arcem: ī quā Salinator præſidii cauſa ſe receperat. & aſtu punico naues tarentino
rum plauſtris impoſitas miraculoſe Annibal ꝑ montē egit: Marcellus in Sicilia expugnauit ſyracuſas: ubi archi-
medes geometra inſignis occubuit. Cū e ſuperiore loco Marcellus incendiū tantæ urbis proſpexiſſet lachrymas
emiſit. Capua demū obſeſſa Annibal magna parte impedimētorum relicta: & grauibus armis: cū delectis equiti
bus: peditibuſqꝫ ad feſtinandū aptiſſimis capuam cōtēdit: & Tifata occupauit. Ibiqꝫ cum pugnaretur: atqꝫ urbem
obſidione liberare nō poſſet romā iter cōuertit: & infeſto agmīe agrum fregelanū depopulatus: nā illi pontes īci-
derant quo iter ad urbē īpediretur: per fruſinatē: ferentinatē: anagninūqꝫ agrum in labicanū uenit. īde Tuſculum
contendit: & intra mœnia non receptus gabios deſcēdit. octo milibus paſſuum ab urbe caſtra poſuit. At Appius
proconſul eum uia Appia ſequutus porta capena romā ingreſſus: ut conſternati ciues: & matronæ animum reſu
merent media urbe per carinas: & ſuburā in exquilias contēdit. inde digreſſus inter exquilinā & collinā portā ca
ſtra poſuit. ædiles plebis comeatum eo cōportarunt: cōſules ſenatuſqꝫ in caſtra uenerunt. ibi de ſumma reipubli
cæ conſultatum: placuit ut conſules circa collinā: exquilināqꝫ portam caſtra ponerēt: &. C. calphurnius prætor
urbanus arci & capitolio præeſſet: & ut ſenatus frequens ī foro contineret ſiquid in tam ſubitis caſibus conſulto
opus eſſet. Interea Annibal caſtra metatus eſt ad anienē. ibiqꝫ ſtatiuis poſitis ipſe cum duobus milibus equitum
a porta collina uſqꝫ ad templū herculis progreſſus eſt: atqꝫ unde maxīe poterat mœnia ſitumqꝫ urbis obequitās
contemplatur. tali licentia uagari Annibalē impūe romanus miles indigne ferens immiſis equitibus eū repreſſit.
poſtero die anienem trāſgreſſus in aciem copias eduxit pugnaturus: nec romani pugnā detrectauere ni denſiſſi-
mus imber præliū diremiſſet. Quod cū ſequenti die itidem accidiſſet: Annibal proclamauit potiūdæ urbis in-
terdum ſibi mentem: interdum fortunā non dari: & omni ſpe depoſita in brutios ſe recepit. Dū hæc in italia age
rentur duo fulmina belli ſcipiones publius: & Gneus fratres in hiſpania occubuerūt. ex quorū morte illic & ro-
mæ luctus fuit. Sed. L. Martius Septimi filius eques romanus iuuenis ſollers & īpiger diſciplīa Gnei ſcipiōis edo
ctus cum. T. fonteio. p. ſcipionis legato militibus ex fuga collectis: & qbuſdā de præſidiis deductis rem romanā tu
tatus ē: & cum īperator romæ q̃reretur: nec aliqs illuc ubi duo clariſſimi īperatores ceciderāt ꝓficiſci auderet: Sci-
pio: q poſtea appellatus ē aphricanus filius. p. ſcipiōis qi hiſpania occubuerat: q̃ttuor ferme: ac uigīti ānos natus ut
eo mitteret comitioꝝ die efflagitauit: & cū ſenatores ætatis rōnē haberēt: grauiſſima orōne de ſua ætate ac īpe-
rio qđ petebat differēs ut ī hiſpaniā mitteret ſine cunctatiōe patres cōmouit. Igit cū. xxx. quīqꝫremibus ꝓfectus
pomia thuſci maris alpes atqꝫ gallicū ſinū. deīde pyrenei circūuectus ꝓmontoriū emporiis copias expoſuit. īde
Tarraconē pedibus contendit: ubi conuentum ſociorum habuit. eodem legiones ex hybernis cōuenire cum iuſ
ſiſſet ipſe cum quinqꝫ milibus ſociorum a tarracone ad exercitum profectus eſt: & ueteribus militibus pro con-
cione laudatis eos nouam carthaginem oppugnatum duxit: quam ingenti labore: ac induſtria expugnauit.
Nam qua mari alluitur urbem ingreſſus eſt & ingrediens per aquam: Neptunum ſibi ducem eſſe arbitratus
eſt. Inde pacata Hiſpania. fœdere icto cum Syphace: ac ludis funebribus apud Carthaginem cælebratis in



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

honorem patris patruique tarraconem uenit.inter hæc Aſdrubal ex hiſpania ſcipionem fugiens ut Annibali ſe coniungeret alpes tranſcendit & placentiam expugnare conatus eſt:cui Liuius ſalinator conſul obuiam proceſſit.& cum litteræ aſdrubalis ad fratrem interceptæ eſſent:romam ad ſenatū miſſæ ſunt:cum per interpræte̅ eas legiſſet claudius Nero.Qui poſtquã patribus ſententiam aperuit ſuam. ſex milibus peditum & mile equitibus electis noctu profectus maximis itineribus annibale ignorante ad collegam uenit: qui ad ſenogalliam caſtra habebat.& cum manus conſeruiſſent aſdrubal uia eluſus pugnando cecidit. Nero ea nocte quæ ſequuta eſt pugnã citatiore q̄ inde uenerat agmine ſexta die ĩ ſua caſtra reuerſus eſt:& caput aſdrubalis ante hoſtiũ ſtationes proiici iuſſit: Annibal dolore & publico & priuato ictus carthaginis fortunam ſe cognoſcere profeſſus eſt.Scipio romã rediit.cui extra urbem in æde bellonæ ſenatus datus eſt:& cum de rebus a ſe geſtis diſſeruiſſet:nec triũphare poſſet: quoniam ſine magiſtratu rem geſſerat:urbem ingreſſus eſt:& præda ærario illata. omnes centuriæ ingenti conſenſu fauoreq; conſule̅ ſcipionem cum.p.licinio craſſo pontifice maximo creauerunt:& cum aphricam prouinciam decerni ſibi optaret:fabio in ſenatu aduerſante:quod optabat minime aſſequutus eſt. prouinciæ conſulibus datæ ſcipioni ſicilia craſſo brutii contra annibalem. Itaq; ſcipio adiutus ab hertuſcis & non nullis aliis populis ita opus urſit ut die.xl.q̄ ex ſyluis materies cæſa eſt naues inſtructæ armatæq; in aquam deductæ ſint.& nõ nulli uoluntarii ex marſis pelignis & marrucinis nomina in claſſem ſcipionis dederunt. Qui.xxx.nauibus longis uoluntariorum.vii.ferme milibus in naues impoſitis in ſiciliam traiecit: ubi uolũtarios milites in centurias ordinemq; diſtribuit. ex hiſq;.ccc. iuuenes flore̅tes ætate ac uirium robore inermes circa ſe habebat ignaros: ad quem uſum neq; armati neq; centuriati ſeruare̅tur. Inde cum locrenſes de defectione cogitare̅t: & annibal iam arce potitus ad eos proficiſceretur:e meſſana ſcipio locros tranſmiſit:& fugato annibale cum proditores ſupplicio affeciſſet meſſanam reuerſus eſt.cum iam finis anni eſſet.C.cecilius Metellus dictator a craſſo:qui erat in brutiis comitiorum cauſa dictus eſt. &.L.ueturius philo magiſter equitum comitia per dictatore̅ habita. M.cor. Cethegus &.T. Sempro.Tuditanus conſules creati & dictator magiſtratu ſe abdicauit.Scipioni proconſuli cum eo exercitu & claſſe quam habebat prorogatum in annum imperium eſt.prouinciæ conſulibus decretæ.Cornelio hetruria cum ueteri exercitu. Sempronio brutii contra annibalem:nouas legiones non ſcriberet. Hoc anno ſtatua matris ideæ ex peſſimonte urbe phrygiæ romam aduecta eſt: & Megaleſia inſtituta: Scipioq; naſica uir optimus iudicatus. Scipio proconſul ꝗ diſciplinam militarem fregiſſet: & ꝗ ſolute non ut decebat imperatore̅ romanum in ſenatu accuſatus eſt:quem Metellus oratione defendit.Legati cũ prætore in ſiciliam miſſi ſũt ut ea quæ uulgata erant rumoribus de cultu:ac deſidia impatoris: deq; ſoluta militiæ diſciplina oculis comperta romam referrent. Quibus uenientibus ſyracuſas ſcipio non uerba ſed res ad purgandum ſe præparauit:& rem aliter eſſe ac dictum fuerat oſtendit.quippe omnem exercitum eo conuenire claſſemq; expediri iuſſit:tanquã terreſtri naualiq; prælio eo die dimicandũ fuiſſet.poſtero die terreſtres:naualeſq; exercitus non iſtructos modo:ſed hos decurrentes: claſſem uero in portu ſimulacrum & ipſam edentem naualis pugnæ oſte̅dit:& cum armame̅taria horrea:cæteroſq; belli apparatus uidiſſent:quod fœlix fauſtumq; populo romano ſibiq; eſſet ex decreto ſenatus ut in aphricam traiiceret ſcipioni permiſerunt.qui ſuos milites adhortatus nauigauit ſuoq; aduentu maximo terrori hoſtibus fuit.Inde ſyphacem Aſdrubalemq; uicit.nã noctu hybernacula pœnorũ lignea temereq; ex materie agrorum extructa incendio abſumpſit.ſic binis caſtris deletis ingenti præda potitus eſt.& Syphax captus ad Scipione̅ perducitur:quem ille romam miſit.Carthaginenſes ſcipionem time̅tes muros ac propugnacula reficiebant. Legatoſq; ad anniblaem miſerunt:qui illum in patriam iam laborante̅ reuocarent: quos annibal flendo audiuit:accuſans pœnos qui ſupplementũ ac pecuniam denegauerant: & cũ excedens italiam reſpexiſſet: deos ac ſe deteſtatus eſt:ꝗ cruentos milites romanorũ ſanguine ad cannas non ſtatim ad urbem duxiſſet: ſecentum milibus armatorum ad trãſimenũ & cannas cæſis circa caſilinum: cumas:nolãq; conſenuiſſe: et ſcipionem ire ad carthaginem auſum:qui conſul in italia pœnũ hoſtem non uidiſſet:hæc incuſans in aphricã tranſmittens: ad leptim claſſem appulit.copiiſq; expoſitis zamam contendit: ubi utrinq; magna ſolertia inſtructo exercitu cũ annibal pacem a ſcipione peteret: & ille recuſaret ĩquiens:poſtq̄ pacem ferre non potuiſti:bellum quod diu optaſti accipe.igitur pugnatum eſt. Annibal uictus adrumentum ſe recepit.Inde carthagine̅ accitus in ſenatu faſſus e̅ nec ſpem ſalutis alibi q̄ in pace pone̅dam eſſe:unde legati carthaginenſium ad ſcipione̅ uenere pacem efflagitantes. Scipio pacis cõditionibus datis carthagine̅ tributariã fecit. inde exercitu in naues ĩpoſito in ſiciliam traiecit: & per italiã non minus lætam pacis q̄ uictoriæ:effuſis etiam hominibus cauſa officii ad honores præbe̅dos. turba etiã agreſtiũ uias obſidente romã uenit:clariſſimoq; omnium triũpho urbe̅:& capitoliũ inuectus eſt.



ORdior arma.Propoſitio eſt qua Syllius captans attentionem ac docilitatem oſte̅dit:aperitq; ſe deſcripturum bellum punicum ſecundum. Attentum facit auditorem rerum magnitudine ꝓpoſita. Docilem ſumma paucis comprehenſa. Cauſa principii Fabius inquit: nulla alia eſt q̄ ut auditorem quo ſit nobis in cæteris partibus accõmodatior cõparemus.id fieri tribus uel maxime poteſt:ſi beniuolum:attentum:docilem fecerimus auditorem. Sunt & illa excitandis ad audiendũ non inutilia:ſi nos neq; diu moraturos:neq; extra cauſam dicturos exiſtiment. Docilem ſine dubio & hæc ipſa præſtat attentio.ſed & illud ſi breuiter: & dilucide ſumma rei: de qua cognoſcere debeant indica-

RDIOR arma quibus cœlo ſe gloria tollit
Aeneadũ: paturq; ferox œnotria iura
Carthago. da muſa decus memorare laborum
Antiquæ heſperiæ:quãtoſq; ad bella crearit:
Et quot roma uiros:ſacri cum perfida pacti
Gens cadmea ſuper regno certamia mouit.
Quæſitũque diu qua tãde̅ poneret arce
Terrarum fortuna caput:ter marte ſiniſtro
Iuratũq; ioui fœdus conuentaq; patrum
Sidonii fregere duces:atq; impius enſis
Ter placidam ſuaſit temerãdo rũpere pace̅:
Sed medio fine̅ bello: excidiumq; uiciſſim

uerimus:quod Homerus atq; Virgilius operum ſuorum principiis faciunt.nam iſtius rei modus eſt:ut propoſitiõi ſimilior ſit:q̄ expoſitiõi:nec quomodo quidq; ſit actum: ſed de quibus dicturus ſit orator oſtendat. Sum inq̄t Syllius deſcripturus arma & præſtantiam bellicam populi romani: qua illius gloria non modo per totum orbe̅ propagata eſt:uerũ uſq; ad aſtra penetrauit:& q̄ carthago belli ſtudioſiſſima:& romani æmula imperii leges & iugum romanorum ſubire: patiq; coacta eſt: & hoc primo ſecundoq; bello punico. nam tertio ab æmiliano Scipione funditus eſt euerſa:& cineres ĩ capitolium relati:reſtituta fuit poſtea ab Auguſto eodem ãno:quo Corynthus. Aeneadum:romanorum: qui ab Aenea ducunt originem: quorum ars militia erat: qua & gloriam ſimul & imperiũ cõpararunt:Agere quippe ac pati fortia romanorũ erat. Ferox:bellicoſa.Ferocia enim in bello dicitur: & ferox e̅ perpetuum epitheton Martis. Oenotria iura: romanas leges & italas.nã italia dicta e̅ œnotria ab œnotro fratre peucetii filio Lycaonis regis Arcadiæ:qui auſones in ſinu campano œnotros appellauit.Strabo ait: Illa pars Italiæ: quæ eſt a freto ſiculo uſq; ad ſinum tarentinũ & poſſidomate̅ prote̅ditur apud antiquos œnotria dicebatur. Et regia regum œnotriorum pandoſia erat.ubi Alexãder moloſſorum rex oraculo deceptus cæſus eſt.Poſtmodum tota italia œnotria dicta eſt. Da muſa decus:beniuolum reddit auditorem ĩuocatione muſarum:quas præſidere uatibus antiquitas credidit. Poetæ ſtatim poſt maximam propoſitionem emerendi fauoris gratia muſas inuocant:ut arrogantiam deuitent:& cum ad aliquem locum peruenerint grauiorem: uota repetunt: quod Horatius in arte poetica præcepit.Nec deus interſit:niſi nodus iudice dignus inciderit.Precatur ergo dari ſibi a numine poſſe memorare labores nobilis ac generoſæ italiæ:& quot & q̄ præſtantiſſimos uiros illa habuerit:cum populus carthaginenſis iacta fœdera uiolando:ut imperaret bellum contra ius faſq; populo romano intulit:Et cum diu dubitatum eſt & quæſitum in utra iſtarum urbium:poſt uarios utrinq; labores uellet fortuna ponere caput orbis:& iperii ſedem. Antiquæ:nobilis italiæ:quæ & heſperia dicitur. Quot:ad numerum refertur. Quantos: ad præſtantiam bellicam. Gens cadmea.carthaginenſis oriũda a phœnicibus:quibus imperauit Cadmus. Perfida:uiolatrix nulla fide ſeruata. Pacti ſacri:fœderis ſacroſancti:quoniam ĩ percutiendis fœderibus Iuppiter inuocabatur.Sex fuerunt fœdera inter romanos & carthaginenſes ante ſecundũ bellum punicũ: quæ in æneis tabulis ſcripta:in templo Iouis capitolini ſeruata fuerunt:autore Polybio. Primũ fuit eiectis regibus. M.bruto: & Valerio conſulibus. Item alia duo ante primum bellum punicũ.Quartũ peracto primo bello cum Luctatio conſule.Quintum poſt illud Luctatii: Sextum cũ Haſdrubale. Super regno: de regno: ut.ſ.imperaret: quoniã de imperio dimicabatur.uter.ſ.imperaret.Sed Hannibal ea tranſgreſſus eſt quæ ſeruanda ſunt:cum nõ de uita:ſed imperio certatur. Quæſitum:dubitatum: qui enim dubitat inquirit:& addubitatio generat dolorem: unde dolere aliquando idem eſt quod inquirere.Ariſtoteles in metaphyſicis. Multi non indoluerunt inquit.& Virgilius in ethna:ſi tamen Virgilii eſt:quæ ſub illius nomine circunfertur. Non eſt hic cauſa dolendi. Tande̅. poſt multa prælia:& diutinos labores. Qua arce:romana.ſ.an punica:ideſt capitolio an byrſa. Ter marte ſiniſtro: Tria inquit bella punica fuerunt:ſed medium:quod narraturus ſum maioris negocii fuit atq; diſcriminis. & ſic tangit capita rerum:quas narraturus eſt. Marte ſiniſtro: infœlici eue̅tu pugnæ: quoniam ſemper uicti fuerũt.
Ioui:qui inuocabatur in ſanciendis fœderibus.lege formulam apud Liuium. Conuenta:pacta ſenatorum. Impius enſis: arma magno ſtudio ac temporis interuallo comparata. Temerando: uiolando iacta fœdera.
Finem:ut ſcilicet altera pars deleretur. Excidiumq; uiciſſim: ĩ parte operis mei huius ĩquit licet præfari mihi: quod in principio ſummæ totius profeſſi ſunt pleriq; rerum ſcriptores. bellũ maxime memorabile oĩum:q̄ unq̄ geſta ſunt me ſcripturum:quod Hannibale duce carthaginenſes cum populo romano geſſerunt.Nam neq; ualidiores opibus ullæ inter ſe ciuitates:genteſq; cõtulerunt arma:neq; his tantũ unq̄ uirium aut roboris fuit:& haud ignotas belli artes inter ſe:ſed expertas primo punico conferebãt bello:& adeo uaria belli fortuna:ancepſq; mars fuit:ut ꝓpius fuerint periculo:qui uicerũt. Odiis etiã maioribus certarunt q̄ uiribus: romanis indignantibus:ꝗ uictoribus uicti ultro inferrent arma:pœnis ꝗ ſupbe auareq; crederẽt ĩperatũ uictis eſſe. Viciſſim. mu-



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Molitæ gentes:propiuſque fuere periclo
Quis ſupare datū:reſerauit dardanus arces
Ductor agenoreas.obſeſſa palatia uallo
Pœnorum:ac muris defendit roma ſalutem.
Tantarum cauſas irarum:odiumq; perēni
Seruatū ſtudio:& mandata nepotibus arma
Fas aperire mihi:ſuperaſq; recludere mētes.
Iāque adeo magni repetā primordia motus.
Pygmalioneis quondā per cærula terris
Pollutum fugiens fraterno crimine regnum
Fatali dido lybies appellitur oræ:
Tū precio mercata locos noua mœnia ponit
Cingere qua ſecto permiſſū littora tauro.
Hic iuno āte argos:ſic credidit alta uetuſtas:
Ante agamēnoniā gratiſſima tecta mycenē

tuo. Gentes.ipſi romani.ſ.& carthaginenſes:quorū uterq; alteri excidium moliebatur:& neuter alterum iperare uolebat. Molitæ:parauerunt ſumma ope. Quis:quibus belli fortuna conceſſit:ut uincerent:adeo cruēta uictoria fuit:ut loco patebit ſuo. Reſerauit dardanus arces: Scipio Aphricanus carthaginem ad tributū redegit:& urbem illam totiens rebellem & contumacem: primaſq; ſibi partes uendicantem populo romano peruiam fecit. Agenoreas:Carthaginenſes pœnos appellat: ſydonios: tyrios: phœnicas:agenoreos:cadmeos:ſarranos:quia originē habuerūt a phœnicia:ubi eſt ſydon:tyrus:ſarra:& ubi regnauit Agenor pater Cadmi. Ductor dardanus: Scipio romanus:dux belli.Romanos appellat dardanios:rheteos:pergameos:æneadas:laurētes:auſonios:œnotros:ideos: hectoreos: teucros. Aeneas enī ex Troia uenit:in agrum laurentē ducentibus fatis ad maiora rerum initia:cuius filius Aſcanius albam condidit: a quo reges albani:uſq; ad Amulium & Numitorē:cuius filia Rhea ſyluia cōpreſſa a Marte in luco martis:q erat ſub albano monte Remū peperit:ac Romulū:a quo Roma.

Obſeſſa palatia uallo pœnorum: quoniam Annibal ad anienē caſtra poſuit:& ad portam collinā adequitans haſtam ītra urbis mœnia primus cōtorſit. unde Pli.loquēs de ſtatuis ait. Et adeo diſcrimen omne ſublatū eſt:ut Annibalis etiam ſtatuæ tribus locis ea urbe uiſantur:intra cuius muros ſolus hoſtium emiſit haſtā. Palatium ē mons e regione ad auentinum.& palatia ponit pro tota urbe.

Tantarū cauſas irarum:precatur nunc ut liceat ſibi aperire cauſas perpetui odii:quod inter utrūq; populum uſq; fuit. Studio:uoluntate perſeueranti. Mandata nepotibus arma bellum punicum in genere ītelligit: quod Dido eluſa ab Aenea:ut Vir.finxit:a quo romani ducunt originem:ſucceſſoribus ſuis gerendum contra æneadas mādauit: & imitatur Virgilium: apud quē Dido moritura dicit.Exoriare aliqs noſtris ex oſſibus ultor: Qui face dardanios:ferroq; ſequare colonos. Nunc olim quocūq; dabunt ſe tēpore uires:Littora littoribus contraria fluctibus undas Imprecor.arma armis pugnent:ipſiq; nepotes. & in ſecundo uolumine Syllius canit.Ipſa pyram ſuper ingentem ſtans ſaucia dido Mandabat tyriis ultricia bella futuris. Superaſq; recludere mentes:nam paulopoſt narrabit uaticinium iunonis & præſagia cladū populi romani:& in tranſitu alpium uenus apud iouem queſta eſt:timens romanis ſuis.Ille omīa fata recluſit: & iuno monuit Annibalem:cum caſtra ad anienem metatus eſſet:ne urbe potiri ſperaret:inuito ioue:quem ſuper capitolium fulmina molientem oſtēdit:& Martem in campo martio:& ægida palladis:& ipſam pallada gorgoneos accinctam furores:aliaq; numina in urbem declinaſſe:ut eam a barbaris tuerentur. Recludere:aperire:ꝓmere. Adeo:certe. Pygmalioneis: Narratio eſt:qua cauſa odii:& per cōſequēs tanti belli aperitur:& repetit paucis aduentum Didonis in aphricam:quæ tantæ fœlicitatis fuit:ut inter barbaras & efferas nationes nouam coloniam deducere potuerit:Carthaginem ſcilicet:quam puto Didonem denominaſſe a nomīe carthaginis tāquā anguſtiore:quæ illius Herculis filia fuit:qui tyri colebatur:ut Cicero ſcribit ī libris de natura deorum:Arx quæ in ædito loco urbis ſita erat Byrſa appellabat'. Appianus dicit phœnices condidiſſe carthaginē in Lybia annis quinquaginta ante Ilii captiuitatem:cōditoremq; fuiſſe Xorum & Carchedonem:Hanc urbem iuno caput terrarum fore deſtinauerat:quippe illa magis q̄ argis & Mycenis delectabatur. Pœni quippe iunonem hæreditaria ſuperſtitione humano ſanguine placabant. Verum cum uidiſſet romanos uagari iam claſſe per mare tyrrhenum:timens carthagini belli furorem pœnis immiſit:qui nauali prælio uicti fuerūt ad egates:quæ ſunt ī mari ſiculo:ut dictum eſt. Pygmalioneis:phœniſſis:ubi regnauit Pygmalion. Fraterno crimīe: quoniā Pygmalion frater Sycheum maritum ſuum fraude necauerat:ut illius theſauro potiretur:Dido monita ſomnio:ut ſcribit Appianus:collectis his quibus pygmalionis ſæuitia inuiſa fuerant: pecuniiſq; in unum congeſtis ī lybiam nauigauit:& illic ubi nunc carthago eſt conſedit. Oræ fatali: regioni lybies ad quam fata eam ducebāt ut carthago conderetur. Secto tauro:dido ſoluens ex phœnicia in cyprum uela dedit:ubi bytias ueneris ſacerdos cū magna puellarum manu quæ ad ſacra uenerant didoni ſe iunxit.inde ad aphricam uētum eſt:ubi emit tantū terræ quantum circundaret corium bubulū:quod diſſectum in multas ligulas comprehendit fere ſpatium uiginti ſtadiorum.expellentibus deinde eos incolis:inquit Apianus tantum ſoli deprecati ſunt:in quod ſe conferrent:quātum taurino corio circundare poſſent:illi ſe iureiurando conceſſuros firmauerunt. hi corium per minuta ſecantes circumpoſuere loco ubi nunc eſt arx carthaginis:quæ ob id byrſa appellata eſt:& ideo canit Virgilius. Mercatiq; ſolum facti de nomine byrſam.Taurino quantum poſſent circundare tergo. Littora: quoniam locus ubi carthago erat eſt peninſula habens ambitum ſtadiorum.cc.lx. muro cinctum ſupercilium etiam erectum & circum circa habitatum:illic fuit byrſa arx. Ante argos: argi urbs peloponneſi caput argiuæ regionis ubi dicitur nata iuno.Mycene urbs etiam peloponneſi ubi regnauit agamemnon.hæ urbes iunoni ſacræ habebātur:& erāt

Alta.priſca. Profugis:didoni ac comitibus profugis ex phænicia. Optauit: elegit propter loci opportunitatem cum eſſet ad mare. Sic Virgilius. Optauitq; locum regno. Aeternam gentem: nunquam ceſſaturum imperium: & gentem nunquam habituram finem. Exerere:attollere caput ſuper alias urbes quæ alti nomi



Optauit profugis æternā condere gentem.
Verū ubi magnanis r omā caput urbibꝫ al
Exerere:ac miſſas ēt trās æquora claſſes (te
Totum ſigna uidet uictricia ferre per orbem
Iā propius metuens bellandi corda furore
Phœnicū extimulat:ſed enī conamīe primæ
Contuſo pugnæ:factiſque ī gurgite ceptis
Sicanio lybicis:iterum inſtatura capeſſens
Arma remolitur: dux agmina ſufficit unus
Turbanti terras:pōtumque mouere parātı.
Iāque deæ cunctas ſibi belliger induit iras
Annibal:hunc audet ſolū componere fatis
Sanguineo cū læta uiro:atq; in regna latini
Turbine mox ſcæuo uenientū neſcia cladū.
Intulerit latio ſpreta me troius inquit
Exul dardaniā:& bis numina capta penates:
Sceptraque fundarit uictor lauinia teucris:
Dum romana tuæ ticine cadauera ripæ
Non capiant:ſimiliſq; mihi per celtica rura
Sāguie pergameo trebia:& ſtipātibus armis

nis erant ciuium ardentiſſima uirtute ſubnixa:& innumeris clara triumphis: & quæ iam ad totius orbis imperium: & tantam illam magnitudinem aſpirabat. Totum orbem:ſeruit affectui ipſius iunonis poeta. nam res inimicorum quāuis exiguæ ſint:tamen inuidis magnæ uidentur.Vnde dicit Ouidius. Vicinūq; pecus grandius uber habet.non enim tunc romani nauigabant per omnia maria:ſed uix in Siciliam traiecerant duce oppio claudio caudice:ſic ob id cognominato: quoniam primus ſuaſit romanis nauim conſcendere. Romani quippe: ut ſcribit Seneca ad paulinum de breuitate uitæ:plurium tabularum contextum caudicem appellabant. Vnde tabulæ codices dicuntur. Tranquillus in tyberio:Claudius caudex primus freto claſſe traiecto pœnos ſicilia expulit. Propius:uicinius.timens inquit carthagini: & ne romani propius accederent:primi belli punici ſuſcitauit incendia. Phœnicum:carthaginenſium. Contuſo:fracto atq; uicto.nam ſuccubuerunt pœni in primo bello punico:conſule Luctatio. Primæ pugnæ: primi belli punici. Fractis ceptis. contuſis conatibus & principiis punicis in mari ſiculo ad egates. Sicanio: ſiculo mari. Sicani antiquiſſima gens hiſpana a ſicori amne denominata habitauerunt prius latium: inde in ſiciliam tranſgreſſi ſicaniam denominarūt. durauit autem primum bellum punicum ad.xxiiii.annos. Arma remolitur.retractat & inſtaurat:& ſic conflatum eſt ſecundum bellum punicum duce annibale. Dux: annibal ipſe ſolertiſſimus ad oīa.

Sufficit:ſubminiſtrat affectui iunonis. Agmina: exercitum contra romanos.ipſe dux inquit ſtrenuus & crudelis in romanos erat iunoni pro magno exercitu.unde talē nacta ducem bellum mouit. Turbanti: iunoni paranti turbare & prouocare in perniciem romanorum mare ac terras. Induit iras deæ.i. ipſe Annibal concepit animo ſuo ī romanos tales iras quales iuno habebat acerbiſſima romani nominis inimica. Audet. propter illius amplitudinem & ſollertiam bellandi. Solum: hūc unum annibalem. Componere fatis:ideſt opponere romanis:ut ipſa fato quodam deſtinauerat. unde cum uiro tam ſanguineo ſuperbiret: & talem ducem:qualem diu optauerat:tandem nacta eſſet: prouidens opera & auſpicio annibalis calamitates romanorum quadam ſtomachatiōe romanis inſultat.dicens.Eſto æneas me inuita in italiam nauigauit:& regno atq; uxore potitus eſt:quod mihi dolori fuit:ſed maior profecto erit uoluptas in calamitatibus ueſtris o romani qui illum & martem genti uſ̄æ inſcribitis:q̄ fuerit dolor in aduentu æneæ. repēdam inquit dolorem uoluptate propediē uentura. Haud inſcia:non ignara: cum eſſet numen. Cladum.quibus annibal romanos in italia affecit. In regna latini:in italiam & latium cuius caput eſt roma.in latio regnauit latinus rex aboriginum & ſocer æneæ. Mox:paulopoſt. Sæuo turbine:crudeliſſimo martis impetu. Intu.la.uerba iunonis inſultantis ro.nomini & cladibus futuris:& utitur conceſſione per quandam ſtomachationem. Exul darda.æneas troianus oriundus a dardano iouis filio. Intulerit:eſto inquit ꝙ æneas potuit inferre in latium troianos & numina:& ad dedecus æneam profugum exulem appellat. Dardaniam: ipſos troianos.ſic Virgi. Ilium in italiam portans uictoſq; penates.quos appellat numina bis capta ad cōtemptū: quia bis troia capta fuit: prius ab hercule tempore Laomedontis:poſtea regnante priamo. Varro ait in ſecundo rerum humanarum.dardanū ex Samothracia in phrygiam:& æneam e phrygia ī italiam penates attuliſſe.Caſius hemina ſamothracum deos tradit apud nos penates dici. ſamothraces autem dii ſunt: ut autor eſt Varro: duæ uiriles ſpecies æneæ: quæ illic ante portas locabantur.Nigidius ait penates dii apollo & neptunus.Dionyſius ait.Romæ ſacellum eſt haud procul a foro uia qua itur ad carinas:in quo ſunt dii penates iuuenes duo pila tenentes. in aliis templis iuuenes duo militari habitu penates dicti:quia per eos penitus ſpiramus:per quos corpus & animam habemus. Sceptra lauinia:regnum apud lauinum:quod æneas in latio condidit:& a nomine uxoris lauinum appellauit. eſto īquitq; poſuerit ſibi & ſuis in latio ſedem:& regnum parauerit:quod per ſceptrum ſignificatur:& regnauerit in urbe lauino. Dum:modo inquit cernam has calamitates non curo ad uotum me inuita omnia ſucceſſiſſe æneæ. Ticine:ad Ticinum urbem & fluuium eiuſdem nominis annibal exercitum romanum primo ꝓfligauit.P. Scipione conſule. Ticinus nunc dicitur papia. Similis mihi:eo animi affectu in romanos quo ego ſum: quoniam pugnante Scipione in ipſo fluuio aqua trebiæ cōtra romanos aſſurrexit: minatuſque eſt ſcipio ſe cum primum poſſet alueum illi adēpturum: & Trebiam pœnum non italum appellauit: & annibal appellat illum ſuum trebiā.

Per celtica rura:galliam ciſalpinam:nam galli eam horam italiæ incoluerunt: quos græci uno uocabulo celtas appellant. Pergameo:romano. Stipantibus:replentibus & condenſantibus alueum & uadum. nam ſtipare eſt condenſare. Virgi. Dulcia mella ſtipant.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Traſimenus.lacus peruſinus denominatus ut fingit poeta a Traſimeno iuuene formoſiſſimo amato ab Agylla nympha.apud hunc lacum flaminius cecidit:& exercitus romanus profligatus eſt. Tabo.ſanguine putrefacto in maxima copia. Dum cannas tumulum heſperiæ: cannæ uicus apuliæ prope aufidum ubi romani memorabilem illam & luctuoſam cladem acceperunt:ut ibi totius fere italiæ uideretur eſſe ſepulchrum.nā quinquaginta milia romanorum in eo prælio deſiderata ſunt:& conſul Paulus.ideo dicit Plinius. Non cannæ buſto inſignes romani nominis. Campum Iapyga:apulum.apulia dicta ē iapygia ab Iapyge filio dedali & puellæ cretenſis:qui illic regnauit:& peucetius in iapygiis montibus habitauit:& accolas a nomine ſuo peucetios denominauit.

Corporibuſq; uirū retro fluat.ac ſua largo
Stagna reformidet traſimenus turbida tabo
Dū cānas tumulū heſperiæ:capūq; cruore
Auſonio merſum:ſublimis iapyga cernam
Teque uadi dubiū coeuntibus aufide ripis
Per clypeos:galeaſq; uirū:cæſoſque partus
Vix iter adriaci rumpētem ad littora ponti.
Hæc ait:ac iuuenē facta ad mauortia flāmat
Ingenio motus auidus fideique ſiniſter
Is fuit:exuberans aſtu:ſed deuius æqui.
Armato nullus diuū pudor: improba uirtus
Et pacis dſpectus honos:penituſq; medullis
Sanguinis humāi flagrat.ſitis his ſuper æui
Flore uirens auet egates abolere parentum
Dedecus:ac ſiculo demergere fœdera ponto.
Dat mentē iuno:ac laudū ſpe corda fatigat.
Iāque aut nocturno penetrat capitolia uiſu
Aut rapidis fertur per ſūmas paſſibus alpes.
Sæpe etiā famuli turbato ad lumina ſomno
Expauere trucem per uaſta ſilentia uocem:
Ac largo ſudore uirū iuenere futuras
Miſcentē pugnas:& inania bella gerentem:

Sublimis: alacri animo geſtiens in aere. Vadi dubium: habentem alueum repletum cadaueribus uſq; ad ſuperficiem: ut ſuperatis iam ripis dubiū eſſet ubi fuerit uadum:ideſt alueus & cōcauitas fluuii. Coeūtibus: coniunctis propter cadauera quibus erat repletus alueus.

Rumpentem:cum difficultate emittētē in mare adria cum propter cadauera quæ curſum impediebāt. Hæc ait:iuno ſcilicet:& Hannibalem ferociſſimum ad bella gerenda accendit. Facta ad mauortia:ad laudem bellicam & gloriam. Ingenio motus auidus:deſcribit mores annibalis:& callidum ingenium.de quo Liuius.Nullo labore aut corpus fatigari aut animus uinci poterat: caloris ac frigoris patientia par:cibi potioniſq; deſiderio naturali nō uoluntate modus finitus:uigiliarum ſomniq; nec die nec nocte diſcriminata tempora. Id quod gerendis rebus ſuperfuiſſet quieti datum:ea neq; molli ſtrato neq; ſilentio accerſita.multi ſæpe militari ſagulo opertum humi iacentem inter cuſtodias ſtationeſq; militum conſpexerūt: ueſtitus nihil inter æquales excellens: arma atq; equi conſpiciebantur:equitum peditumq; idem longe primus erat: princeps prælium inibat: ultimus prælio excedebat.has tantas uiri uirtutes ingentia uitia æquabant: inhumana crudelitas:perfidia pluſquam punica:nihil ueri:nihil ſancti:nulluſq; dei metus: nullum iuſiurandū: nulla religio.

Auidus motus:ideſt perturbationis & tumultus:cum eſſet eius animus inquies. Ingenio: ſuapte natura.erat enim natura talis.Ingenium proprie eſt quædam interior animi uis:qua intelligimus ea quæ ab aliis nō didicimus. ponitur etiā & pro natura a poetis ut in hoc loco:& apud Virgi.in georgicis. Fideiq; ſiniſter: nullam habens fidē: quoniam in ipſo fuit perfidia pluſq̃ punica. Exuberās: redundās undiq; aſtutia. Deuius æqui:alienus ab oī iuſtitia. Armato.i.ipſi annibali ī armis nulla erat reuerentia numinis.nullus pudor:nulla pietas.oia.n. ſacra pro fana habebat:ac ſi nullum fuiſſet numen. Improba uirtus:inſatiabilis & quæ nullo fine cōtinebatur. & deſpiciebat pacem animus ad bella natus. His ſuper:præter hæc quæ dicta ſunt ætas uiridis eum ad pugnam incitabat:natus quippe erat.xxvi.annos cum aſdrubal occiſus eſt in hiſpania:cui ipſe ſucceſſit. Auet egates aboleř: ideſt cupit delere infamiā quam ſui maiores pugna nauali ad egates inſulas uicti a luctatio conſule acceperunt:cū quo fœdera iacta ſunt:quæ annibal in ipſo mari ſiculo mergere & irrita facere decreuerat:ut dedecus ſuorum parentum in perniciem romanorum uerteret. Dat mentem iuno:imitatio eſt Virgiliana.Ille.n.introducit iunonem impellentem turnum ad pugnam contra troianos. Ac laudum ſpe corda fatigat.i.immittit in animum ipſius annibalis ingentem ardorem laudis quam ex rebus geſtis contra romanos cōſequuturus eſſet. Trahimur inquit Cicero omnes laudis ſtudio:& optimus quiſq; maxime gloria ducitur.ad gloriam quippe nati ſumus:& honorem:qui eſt præmium uirtutis:quo animus generoſus cenſeri gaudet. Fatigat:ſtimulat:& accendit ut id conſequeretur ad quod animus a natura bene inſtitutus properare debet ut finem aſſequatur ſuum. Iāq; aut nocturno:tantus erat ardor belli & rabies annibalis qua ferebatur in romanos: ut per quietem ſe in capitolium irrumpere & alpes ſuperare uideret:& pugnæ ſimulacra obire. Cice.li.ii.de diuinatione loquens de animorū ui natura atq; motu dicit,Itaq; in eo & formæ uerſantur & actiones:& multa audiri.multa dici uidētur.hæc.ſ.imbecillo remiſſoq; aio multa omnibus modis confuſa & uariata uerſantur in animis:& agitantur.de quibus uigilantes aut cogitauimus aut egimus.Hoc & lucretius ait.In ſomnis eadem plerunq; uidemur obire cauſidici cās agere:& componere leges:Induperatores pugnare ac prælia obire. Capitolia:capitolium dictum eſt:quoniam cum fundamenta effoderentur inuentum illic fuit caput humanum quod portendebat caput orbis eo loci futurum. Turbato ad lumina ſomno:adeo uocem horrendam noctu in ſomnis annibal emittebat ut famuli expgefacti & territi luminibus eum adire cogerentur:ignari quid ſibi uellet cum per quietem tam horrende clamaret. Trucem.horrendam. Vaſta ſilentia:noctem intempeſtam. Inania bella: ſimulacra pugnæ.



Hanc rabiem:hunc furorem inquit & rabiem in romanos addiderat annibali furor patris amilcaris. In fines: contra italiam. Saturnia arua:italiam & latium in quo latuit ſaturnus apud ianum.Oui.i faſtis. Dicta quoq; eſt latium latēte deo.ſiue dicta eſt italia ſaturnia ab ubertate rerū:ut ait Dionyſius Alicarnaſſeus.ipſe uero inquit nullam terram ubertate rerū omniū italiæ comparabo.ī qua uidi trium fructuum culturas:æſtiuam: hybernā & autūnalem & hoc in campano agro.non mirum ergo ſi tam uberrimā terram ſaturniam appellarunt.nam ſaturnum putauerunt deum omnium fœlicitatum:& copioſa atq; fertilia ſaturno dicabant. Puero.annibali nato nouem ferme annos. Prius furor:nam amilcar coegit eum iurare ſe cum ætas competeret capitalem fore

Hanc rabiem in fines italū:ſaturniaq; arua
Addiderat tandē puero patrius furor ortus
Sarrana priſci barcæ de gente uetuſtos
Abelo numerabat auos:nanq; orba marito
Cum fugeret dido famulū tyron:impia diri
Belides iuuenis uitauerat arma tyranni.
Et ſe participem caſus ſociarat in omnis (car
Nobilis hoc ortu:& dextra ſpectatus amil
Vt fari:primamq; datū diſtinguere lingua
Annibali uocem:ſolers nutrire furores
Romanum ſeuit puerili in pectore bellum.
Vrbe fuit media ſacrum genitricis eliſæ
Mani bus:& patria tyriis formidine cultum
Quod taxi circū:& piceæ ſq̄lētibus umbris
Abdiderant:cæliq; arcebant lumine tēplū
Hoc ſeſe:ut perhibent curis mortalibus olī
Exuerat regina loco:ſtant marmore mœſtæ
Effigies:beluſq; parens:omniſq; nepotum
A belo ſeries:ſtat gloria gentis agenor
Et qui longa dedit terris cognomia phœnix
Ipſa ſedet tādem æternum cōiuncta ſycheo
Ante pedes enſis phrygius iacet:ordīe centū
Stant aræ cæliq; deis:hereboque potenti:
Hic crine effuſo:atque enneæ numina diuæ
Atq; acherōta uocat ſtygia cū ueſte ſacerdos

hoſtem populi ro. Addiderat:innatæ.ſ.ferociæ:& cupiditati bellicæ. Tandē:cum eſſet ille exercitum in hiſpaniam traiecturus & filiū relicturus. Ortus ſarrana priſci barcæ de gente: repetit poeta originē amilcaris altius: quā referebat ad barcam:qui cum didone ex tyro in lybiā nauigauit.& a belo qui fuit rex aſyriorum originem habebat.ideo ait belides iuuenis.ab hoc barca cognominata eſt factio barchina apud carthaginem:cuius caput erat amilcar.belus primus rex aſyriorum ſyderalis ſcientiæ repertor ſepultus eſt in media babylone a quo reges aſyri beli cognominati ſunt. Famulam tyron: ſeruiētem pygmalioni tyrāno.tyrus adiuncta fuit continenti quodā aggere ab Alexandro magno cum eam obſideret.inſula enim erat.& Tyrii propter purpuræ tincturam non ſolum a regibus uerum etiam a romanis libertate donati ſunt. Belides iuuenis:barcas qui originem ducebat a belo. Tyrāni:pygmalionis. Hoc ortu tali origine ac rebus geſtis nobile:ut inq̄t Ariſtoteles:dicitur id quod ex bono ꝓdiit ſemine:generoſum autem quod a ſua natura non degenerat. Spectatus dextra: clarus bello & uiribus. Solers nutrire furores:ſciens mouere animos ad indignationem & impellere ad quoſcūq; affectus. Seuit:inſeruit pectori ipſius annibalis. Vrbe fuit media:deſcribit templum in quo annibal iurauit bellum contra romanos: & dicit illū iuraſſe per manes didonis:q̄uis aliqui ſcripſerint iuraſſe ad pedes herculis unde Martialis loquens de ſtatua herculis quā uindex ī priuatis edibus habebat ſic ſcribit.Hac puer ad libycas iurauerat annibal aras. Prima formidine.horrore ac ueneratione maiorum: quoniam iuno ſanguine humano illic placabatur. Taxus eſt arbor triſtis & dira. in arcadia tam p̄ſentis eſt ueneni ut ſi quis ſub ea ſumpto cibo dormiat ſtatim moriatur:ī fixo clauo æneo arbor fit innoxia:a taxo toxica dicta ſunt quaſi taxica.Picea montes amat atq; frigora feralis arbor. Squalentibus:incultis & feralibus:picea: teda ilex cupreſſus erant dicatæ buſto ac ferales.ſqualidum dicitur incultum & ſordidum. inquit Sex.Pompeius ſic appellatum ꝙ proxime ſimilitudinē habet ſquamæ piſciū. Stāt:erectæ ſunt ſtatuæ marmoreæ maiorum. Mœſtæ:hoc eſt ad laudē artificis qui in marmore affectus expreſſit. Belus parēs:primus rex aſſyrioꝝ & auctor generis.nomine parentis uenit non modo pater ſed auus: abauus & attauus.Series eſt rerum quædā continuata congreſſio. Nepotū:ſucceſſorū & qui fuerunt poſt belum. Gloria gētis:quoniā agenor ſignificat uirū uehemēter fortē. Phœnix: q dedit nomē phœniciæ.Ipſa ſedet eternū cōiuncta ſycheo: hiſtoriā ſequiť poeta:quod de ænea Didoneq; canit Vir.fabuloſum ē:& id ennius primū finxit ad ignominiam carthaginenſium quos aphricanus domuit:cuius res geſtas celebrauit annalibus.Dido cum in aphricam nouā coloniā deduxiſſet fugiens pygmalionem ꝙ ſycheum auunculum & uirum ſuum ſiue acerbā:ut ait trogus:herculis ſacerdotem qui honos apud phœnicas a rege ſecūdus erat ad aras herculeas mactauerat:& hyarbas getulus eā uxorem cuperet ne fides marito prius data uiolaretur ſibi mortem cōſciuit.de qua trogus:cum hyarbas mauritanorum rex decem pœnorum principibus ad ſe accerſitis eliſæ nuptias ſub beli denunciatione petit.reſpondit dido ſe ituram quo ſua & urbis fata uocarent:in hoc trium menſium ſumpto ſpatio pyra in ultima parte urbis inſtructa uelut placatura uiri manes inferiaſq; ante nuptias miſſura multas hoſtias.cedit:& ſumpto gladio pyra aſcendit atq; ita ad populum reſpiciens ituram ſe ad uirum ſicut præciperent dixit uitamq; gladio finiuit.Enſis phrygius:relictus ab ænea quo ſe interemit.Oui.Præbuit æneas & cām mortis & enſem:ipſa ſua dido cōcidit uſa manu. Erebo.plutoni. Enneæ diuæ:proſerpinæ.enna oppidum eſt ſiciliæ inter ſyracuſas & erycem montē habens cāpum fertilem & floridū adeo ut canes ſagire non poſſint.ubi quondam auctore ſtrabone erat ædes cereri ac ꝓſerpinæ ſacra:prope ennā rapta fuit ꝓſerpīa.unde ennea diua dicitur.nunc dicitur caſtrū ennæ:a qua ennenſes populi apud Liuiū:& coſmographos.Acheron flu.inferoꝝ ſtyx eſt palus & ſignificat triſtitiā ex qua ideo dici

tur naſci cocytus: quoniam ex triſtitia oritur luctus. Veſte ſtygia:nigra.niger enim color plutoni dicatus eſt:
Rumpit:ſeſe rũpendo emittit. Exciti:euocati ab inferis.manũ iquit Nonius dicitur clarũ.unde & mane.ide uolunt deos appellari manes:ideſt bonos: ac proſperos qa melior mors ſapientioribus ꝗ uita probeť. Manes ut ait Aurelius autore ſex.Pōpeio dicũtur boni.unde dii manes.manũ antiqui bonũ dicebant.Manes dii ab Auguribus uocabantur eos ꝑ omnia manare credebant:eoſqꝫ deos ſuperos atqꝫ inferos dicebant.manes etiam ponũtur pro anima:ut ſupra manibus eliſæ ſacrum.i.dicatum umbræ ipſius didonis. Per inania:aerem qui eſt corpus rarum. Ad hæc penetralia: loca ſacra & dicata manibus eliſæ: penetrale ſacrificiũ dicitur quod i interiore parte ſacrarii conficitur:unde & penetralia cuiuſqꝫ dicuntur.

Immugit tellus:rũpitqꝫ horrẽda ꝑ umbras
Sibila:inaccenſi flagrant altaribus ignes.
Tum magico uolitant cãtu per iania manes
Exciti:uultuſque in marmore ſudat eliſæ.
Annibal hæc patrio iuſſu ad penetralia ferť
Ingreſſiqꝫ habitus:atqꝫ ora explorat amilcar
Non ille euantis maſſylæ palluit iras:
Non diros templi ritus aſperſaque tabo
Limina:& audito ſurgẽtes cardine flãmas:
Olli permulcens genitor caput oſculo libat
Attollitque animos hortãdo: & talibus iplet
Gẽs rdiuiua phrygũ cadmeæ ſtirpis alũnos
Fœderibus non æqua premit:ſi fata negarit
Dedecus id patriæ noſtra depellere dextra.
Hæc tua ſit laus nate uelis age concipe bella
Latura exitium laurentibus horreat ortus
Iam pubes tyrrhena tuos:partuſque recuſẽt
Te ſurgẽte puer latiæ ꝓducere matres (ctu.
His acuit ſtimulis:ſubiicitqꝫ haud mollia di
Romanos terra:atqꝫ undis ubi cõpetet ætas
Ferro igniqꝫ ſequar:rheteaque fata reuoluã

& penes nos quod in poteſtate noſtra eſt. Habitus:qualitatem uultus ut indolem contẽplaretur i puero. Ora: faciem & uultum:an.ſ. palleret audito ſtridore & uiſo tabo. unde cum interrito uultu ingrederetur optimam ſpẽ futuræ uirtutis cuius iam tunc indoles cernebatur daret.
Maſſylæ euantis:ideſt furentis & correptæ ſpiritu phanatico ſacerdotis. nam euare furere dicimus: & bacchari. Imitatur Virgilium fingentẽ in quarto æneidos Didonem euocaſſe ſacerdotem gẽtis maſſylæ quæ magicis carminibus multum ualebat:ſed Pli. libro.xxx. ꝙ æthyopes heſperii magicæ ualuerint non meminit:ſed eius artis iuẽtorem fuiſſe zoroaſtem in perſide. poſtea apud Telmeſſũ uiguiſſe. inde tranſiuiſſe ad Theſſalas urbes. Vnde Menander fabulam complexam ambages mulierum detrahentium lunam e cælo theſſalam cognominauit: & ideo Papinius in thebaide. Qualis per nubila phœbes Atracia rubet arte labor:& rhombum theſſalum apud poetas legimus. Diros ritus:crudeles ac deteſtabiles:quoniá numina apud illos humano ſanguine placabanť. Vnde ſcri. Dionyſius alicarnaſeus.ueteres ſaturno ſacrificabát cæde hominum ut apud carthaginẽ quouſqꝫ ſtetit. Tabo: ſãguine putrefacto cæſorũ.ſ.in ſacris illis nefariis. Audito cardine. Vir.foribus cardo ſtridebat ahenis:& annibal cũ hoc templum ingrederetur audiretqꝫ ſtridorem cardinũ: ac flammas uideret non timuit quod magnam idolẽ oſtẽdit patri:qui exoſculatus eſt filium:& talibus uerbis hortatus eſt ad bellum romanis inferendum. Gens rediuiua phrygum:uerba amilcaris hortantis filium contra nomen romanum: quibus romanos i contemptum atqꝫ inuidiam trahit augetqꝫ rei indignitatem ut magis animũ puerilem accendat oſtẽdẽs carthaginẽſes alti nominis & ſtematis premi fœderibus iniquis ab iniuſtis romanis qui a phrygibus ſemiuiris originẽ habuerũt. Inde mouet illum a perſona ſua dicens conatum ſe eſſe & conaturum totis uiribus ut tali dedecore patriam liberet ſuam:ſed ſi fata non permittent hortatur monetqꝫ filium ut hoc onus aſſumat ne pater incaſſum uideatur laboraſſe & deinceps quoad uixerit laboraturum. Rediuiua:renouata a phrygibus ſemiuiris.rediuiuum eſt ex uetuſto renouatum. Cicero prima actione in uerrem. Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe unam colũnam efficere ab itegra nouam nullo lapide rediuiuo. Alũnos.i.carthaginenſes oriundos a cadmo multi nominis rege phœniciæ.
Fœderibus:que fuerunt percuſſa cum luctatio poſt primũ bellum punicũ ab ipſo amilcare patre annibalis:cui autore polybio poteſtas data eſt a carthaginenſibus faciendi quicquid e repu. eſſet.cedens igiť tempori ad luctatium miſit legatos qui de fœdere agerent. Conditiones pacis hæ fuerunt:ut carthaginenſes omni ſicilia cederẽt neqꝫ deinceps hyeroni bellum inferrent:& ut omnes captiuos ſine præcio redderent: atqꝫ talenta argenti euboica duo milia & ducenta romanis penderent annos uiginti.patres id præterea conditionibus addiderunt ut non ſolum ſicilia ſed etiam omnibus inſulis quæ inter ſiciliam:atqꝫ italiam mediæ ſunt carthaginenſes cederẽt:amilcar igitur qui hæc fœdera percuſſerat uir ingentis ſpiritus & prudentia ac fortitudine nemini ſecundus angebať: & ideo filium ad patriæ libertatem tuendam pellendumqꝫ dedecus accendebat. Premit: urget & reprimit ab inceptis. Concipe bella: animo iam incipias cogitare de bello futuro cum romanis. Laurentibus: romanis a laurento oppido latii. Pubes tyrrhena: iuuentus romana & itala. Tyrrhenos inquit Strabo romani hetruſcos appellant a tyrrheno atys filio qui ex lydia colonos in hac regionem traduxit:& ingreſſus tandem hanc orã a ſuo nomine tyrrheniam uocauit. Subiicit:ſubiungit ipſe annibal uerbis patris. Haud mollia dictu: uerba præſeferentia claram indolem quoniam nihil puerile: nihil molle: aut fœmineum ſapiebant ſed uirile. Romanos terra atqꝫ undis:uerba annibalis iurantis bellum contra romanos. Rhetea fata:ideſt romana prædixerant oracula populum romanum futurum dominum totius orbis quod & Virgilius repetit. Rheteum eſt promontorium troadis.& quia romani originem habebat a troianis ideo ſata romana appellat rhetea. Non ſuperi:ſeruat decorum perfidi & impii pueri annibalis: cui nullus erat dei metus.nullus pudor:ideſt non obſtabunt mihi dii inuocati cum fœdera iacta fuerunt. Martem cohibentia pacta:fœdera quæ uetabant bellum.



Tarpeiaqꝫ ſaxa:ideſt capitolium:cui nomẽ dedit tarpeia uirgo filia tarpei qui arci capitolinæ præerat cum pugnatum eſt inter romanos & ſabinos: ideſt rupes capitolina non erit mihi imperuia quemadmodum fuit gallis ſenonibus. Noſtri martis:qui nobis fauet non illius quem romani parentem ſuum dicunt:& illum genti ſuæ inſcribunt. Tuos manes:tuam animam o dido:quæ bellum gerendum cum Romanis mandaſti. Triformi diuæ:proſerpinæ. Varro ait. Iuno dicta ꝙ una cum ioue iuuat. luna ꝙ ſola luceat noctu inde dicta noctiluca hanc ut ſolem apollinem quidam dianam uocant:quæ & deuiana dicitur.epicarmus & ennius appellant proſerpinam quia ſub terra modo in dextram modo in ſiniſtram moueatur. Recludit: aperit hoſtias uiuas & ſic extiſpicinã ſignificat in qua & aruſpicina hetruſci claruerũt: ut autor eſt Cicero in libris de diuinatione. Spirantes: adhuc uiuos ut ex inſpectione extorũ poſſet uaticinari futura. Animã: hoſtiæ ſectæ. Properatis: celeriter apertis. Conſulit:petit ide ſortes arte quã callebat & ꝓfitebatur. Vbi intrauit mentes ſuperum: poſtꝗ correpta fuit ſpiritu:ac repleta numine:& potuit intelligere numinum mentes inſpectis extis cœpit uaticinari. Aetolos late:uaticinium ſacerdotis cuius furentis decorum ſeruat poeta: quoniam non ſeruato rerum ordine: ſed acta furore ſeriẽ hiſtoriæ confundit:& ab eo incipit quod poſtremum fuit & quibuſdam utitur inuolucris ut uaticinantem decet. ꝑ campos ætolos intelligit apuliam in qua regnauit Diomedes ætolus cum dauni regis filiam uxorem duxiſſet.i apulia fuit pugna cãnenſis de qua intelligit. Conſterni: operiri & tegi cadaueribus cæſorum militum. Lacus: pugnã ad tranſimenũ intelligit lacum peruſinũ ubi.xv. mil. ro. ceciderũt & flaminius conſul. Ideo: romano ab ida ſylua troiana. Flagrantis: repletos ſanguie purpureo ut uideantur flagrare. Quanta procul moles: alpes intelligit i quarum ſũmitate ac præruptis ſaxis nono die ãnibal caſtra poſuit. ideo ait pendent tua caſtra. Rapiť: raptim ducitur uerſus italiã quo alpibus ſuperatis.xv. die peruenit.

Non ſuperi mihi:nõ martẽ cohibẽtia pacta:
Non ceſſæ obſtiterint alpes:tarpeiaqꝫ ſaxa.
Hanc mentẽ iuro noſtri per numina martis
Per manes regina tuos. tum nigra triformi
Hoſtia mactatur diuæ:raptimqꝫ recludit
Spirantes artus poſcens reſponſa ſacerdos:
Ac fugientem animã ꝓperatis cõſulit extis.
Aſt ubi quæſitas artis de more uetuſto
Intrauit mẽtes ſuperum ſic deinde profatur.
Aetolos late conſterni milite campos
Ideoqꝫ lacus flagrantes ſanguine cerno:
Quãta ꝓcul moles ſcopulis ad ſydera tẽdit
Cuius in aerio pendent tua uertice caſtra.
Iãqꝫ iugis agmen rapiť:trepidãtia fumant
Mœnia:& heſperio tellus porrecta ſub axe
Sidoniis lucet flammis:fluit ecce cruentus
Eridanus. iacet ore truci ſuper arma uiroſqꝫ
Tertia qui tulerit ſublimis opima tonanti.
Heu quæ nã ſubitis horreſcit turbida nimbis
Tempeſtas:ruptoqꝫ polo micat igneus æter.
Magna parant ſuperi. tonat alti regia cæli:
Bellantẽqꝫ iouem cerno. uenientia fata
Scire ultra uetuit iuno. fibræqꝫ repente
Conticuere:latent caſus:longiqꝫ labores.
Sic clauſum linquens arcano pectore bellũ
Atque hominũ finẽ gades:calpẽqꝫ ſecutus

Trepidantia fumant mœnia:ſagunthũ intelligit icẽſam ab annibale octauo mẽſe poſtꝗ oppugnari cepta ẽ. Axe heſperio:hiſpano cælo heſperia hiſpania ab heſpero ſtella quoniam eſt ad occaſum ſolis: & ultra iberũ eſt ſagũthus prope mare. Sydoniis:punicis. Eridanus:in quẽ emittunt Ticinus & trebia:& ſic intelligit pugnam ad ticinũ & trebiam. Iacet ore truci: Marcellum innuit q quiquies conſul fuit & inſidiis circũuentus ab annibale in apulia nõ procul a uenuſia cæſus ẽ. Marcellus cæſo uiridomaro duce inſubrum apud claſtidium uicum tertia opima ſpolia ioui feretrio rettulit. pria rettulerat Romulus cæſo Acrone duce cecinnenſium. ſecũda Cornelius caſſus cæſo larte Tolumnio hetruſcorum duce. ſpolia opima dicebantur quæ dux duci detrahebat ab opibus dicta ut ſentit Plutarchus quoniam erant precioſiora cæteris ſpoliis. Horreſcit tempeſtas nimbis: Liuius ait: cum annibal copias in aciem eduxiſſet pugnaturus prope urbem imber ingens grandine mixtus ita utrãqꝫ aciem turbauit ut uix armis retentis in caſtra ſeſe receperint. Nimbus ẽ uis uenti cum pluuia. Rupto polo: ſciſſis nubibus & diductis coruſcat emittendo flammam. Bellantem iouem: quoniam uiſus fuit iuppiter ſuper capitolium tractans fulmina contra annibalem. Venientia fata:ea quæ futura erant de annibale. noluit iuno annibalem ſcire finem ſuum:& calamitatem. nam poſtꝗ ſuperatus a Scipione fuit:in aſiam ad Antiochum ſe contulit:inde ad pruſiam regem bythinniæ. Vbi cum a Romanis repoſceretur hauſto ueneno uitam finiuit execratus regnum pruſiæ:& hoſpitales deos uiolatæ ab eo fidei teſtes inuocans poculum exhauſit. ideo dicit poeta latent caſus lõgiqꝫ labores. poſitus fuit in arca apud libyſſam cum titulo. hic ſitus eſt annibal. Fibræ conticuere: ideſt ſtatim ſacerdos obticuit. nec potuit in extis cognoſcere futuros caſus uetãte iunone. Atqꝫ hominum finem gades: Liuius ait: Ita deinde nouem annis in hiſpania augendo punico imperio rem geſſit ut appareret maius eum ꝗ quod gereret agitare in animo bellum. gades ſunt duæ inſulæ ad fretum gaditanum ſiue herculeũ ubi hercules poſuit columnas quaſi terminos expeditionis ſuæ cum illic acceſſiſſet ad interficiendum gerionẽ. Quidam dixerunt autore Strabone columnas herculis illas dici quæ uiſebantur in templo herculis apud gades:& erãt ex ære cubitorum octo in quibus ſumptus templi conſtructi erat inſcriptus. de quibus ſic ſcribit Plinius. proxima autẽ faucibus utrinqꝫ impoſiti montes coercent clauſtra. abyla aphricæ & europæ calpe laborum herculis metæ. quam ob cauſam indigenæ columnas eius dei uocant creduntqꝫ perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria & rerum naturam mutaſſe faciem. Hominum fines: quoniam ultra gades non ſunt habitatores:calpe mons eſt ad fretum uerſus europã

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ut dictum eſt. Garamantica ſigna:lybica.garamantæ ſunt populi aphricæ ultra getulos.amilcar nono anno ex quo exercitum in hiſpaniã traiecerat in acie cecidit:cui ſucceſſit aſdrubal gener:& per octo annos imperiũ tenuit. Ductor tyrius:amilcar pœnus. Opes ſolis occidui:opes hiſpanorum qui ſunt ad ſolis occaſum.Iberus & betis ſunt flumina hiſpaniæ.ĩde beticolæ & iberi:betica eſt pars ulterioris hiſpaniæ:eadem ab incolis appellatur turdetania.& quondam reliquam hiſpaniam opibus ſuperabat.interſecatur beti fluuio. Spatiis iniquis:ideſt anguſtis quoniã eos uexabat: nec permittebat uagari ſed coercebat bello. Triſtia corda ducis:deſcribit nũc aſdrubalis naturam. Triſtia:ſæuera & ſine aliqua hilaritate. Immedicabilis:quæ non poterat ſedari: eſt autem ira ebullitio ſanguinis circa præcordia. Feritas ẽ pluſquã uitium:& cadit in hominem ea ratione qua omnem humanitatem depoſuit:& moribus iam eſt fera:nomine tantũ homo.feritati opponitur heroica uirtus quæ naturã tranſcendit humanam & aliquid in ſe diuinitatis habere uidetur. Ariſtoteles in.vii.moralium loquẽs de feritate ſic ſcribit:ut dicitur de quibuſdam efferatis gentibus circa põtũ alios crudis delectari alios humanis carnibus: alios inuicẽ tradere natos:ut in conuiuiis comedantur. præterea inqt coitus maſculorum feritas ẽ & mala cõſuetudo.illos ergo qui malignitate cæteros ſuperaſſent hac infami appellatione notabant antiqui:& contra cum aliquem admirabanẽ heroem diuumqꝫ appellabant:ut lacones dicere conſueuerunt. Docilis:dicitur qui poteſt diſcerẽ & aptus eſt ad aliquam rem. Nota pœna: ſupplicio uulgato: ſed propter inſitam feritatem ſemper nouum aliquod ſupplicium excogitabat:cũ aliquis nocens pœna erat afficiendus. Furores:irã animi ſui. Tagus fluuius ex celtiberia originẽ habet piſcium feraciſſimus oſtreorũqꝫ: per uetones carpentanos ac luſitanos in æquinoctialem labitur occaſum habens ramenta auri a quo flumĩe hic Tagus regulus cognominabatur. Ore excellentem:forma & uiribus præſtantem. Immemor hominum:& diuum: ideſt nullam habens rationem humanitatis:& oblitus hominem ab homine quicũqꝫ ſit ille non eſſe alienum & nefas eſſe uiolari regem a rege potiſſimum: & numen uelle ſanctam eſſe inter homines ſocietatem crudelitas minime humanũ malum eſt inquit Seneca. Indignũqꝫ tam miti animo. ferina iſta rabies eſt ſanguĩe gaudere ac uulneribus & abiecto homine in ſilueſtre animal tranſire. Sine funere:ſine honore exequiarum. Aſcito:aſſumpto nomine a tago qui habet harenas aureas. Meonium non ille uadum:ſenſus ẽ gratior fuit aſdrubali cædes tagi & ſupplicium omni auro quod ferunt pactolus & hermus. Meonia prouincia aſiæ alio nomĩe lydia dicta a lydo fratre Tyrrheni. duos habet fluuios uoluẽtes aurum: pactolum qui oritur ex Tmolo monte: & hermum qui labitur ex monte iro. Meoniũ uadum:pactolum. Ille.aſdrubal. Riguo: fluẽti. Flaueſcit:auri flauo colore tigitur propter harenas auratas: & per campum ſparſas excreſcente fluuio campoſqꝫ undãte. Inire:inibat pugnã primus:& poſtremus diſcedebat. Ponere:ponebat. Ageret:admotis calcaribus:impelleret. Sublimis:dicitur in altum elatus. Non erat ſiſtere:nã dabatur alicui eum reprimere aut uulnerare. Auratis armis:alludit ad aurum tagi: a quo hic denominabatur. Diro robore:crudeli ligno & cruce. Deformem: lacerum. Pernix: uelox. Aulam: tentorium aſdrubalis:quem confodit in ultionem domini ſui quem ille tãta ignominia affecerat. Luctu:qui eſt ægritudo ex eius qui carus fuerit interitu acerbo. Sæuis crudelitate: ſunt enĩ efferati. Tormẽta: qbus illũ torquerent. Candẽs chalybs:ignitum ferrum chalibes ſunt populi in põto apud quos generoſius ferrum repertum eſt: & chalybs appellatum. Verbera:ſunt inſtrumenta oblonga quibus aliquem uerberamus:ut uimina flagella lora.Inde uerberare eſt uerberibus cedere. Paſſim:ubiqꝫ ſiue undiqꝫ. Innumeris ictibus:crebris uerberibus. Carnificæ: illorum qui ſeruum laniabant:& torquebant. Peſtis:magnum malum ſignificat. Omni ſanguine rupto: effuſo ex omnibus membris liquefactis .i.cõſumptis. Mens intacta manet: deſcribit poeta fortitudinem huius

Dũ fert herculeis garamãtica ſigna colũnis:
Occumbit ſæuo tyrius certamine ductor.
Interea rerum aſdrubali traduntur habenæ:
Occidui qui ſolis opes:& uulgus iberum
Beticolaſqꝫ uiros ſpatiis agitabat iniquis.
Triſtia corda ducis:ſimul ĩmedicabilis ira:
Et fructus regni feritas: erat aſper amore
Sãguinis:& metui demẽs credebat honorẽ.
Nec nota docilis pœna ſatiare furores.
Ore excellẽtẽ: & ſpectatum fortibus auſis
Antiqua de ſtirpe tagum:ſuperũqꝫ:hõiumqꝫ
Immemor: erecto ſuffixum robore mœſtis
Oſtentabat ouans populis:ſine funere regẽ
Auriferi tagus aſcito cognomine fontis (ris
Perqꝫ antra:& ripas nymphis ululatus ibe
Meonium non ille uadum:non lydia mallet
Stagna ſibi:nec qui riguo perfunditur auro
Campũ:atqꝫ illatis hermi flaueſcit harenis
Primus inire mãu:poſtremus põere martẽ:
Cum rapidũ effuſis ageret ſublimis habenis
Quadrupedẽ: nõ enſe uirũ: nõ emius haſta
Siſtere erat.uolitabat ouãs:acieſqꝫ ꝑ ambas
Iam tagus auratis agnoſcebatur in armis.
Quem poſtq̃ diro ſuſpenſum robore uidit
Deformẽ: lateri famulus clam corripit enſẽ
Dilectum domino:pernixqꝫ irrũpit in aulã
Atqꝫ immite ferit geminato uulnere pectus.
At pœni: ſuccenſa ira:turbataqꝫ luctu:
Et ſcæuis gens læta ruũt:tormentaqꝫ portãt.
Nõ ignes:cãdẽſqꝫ chalybs:nõ uerbera paſſi
Ictibus innumeris lacerum ſcindẽtia corpus
Carnificæ ue mãus:pẽitꝰ ue ĩfuſa medullis
Peſtis:& in medio lucẽtes uulnere flammæ
Ceſſauere:ferum uiſu dictuqꝫ: per artem
Sæuitiæ extenti quantum tormẽta uidebãt



ſerui. fortitudo enim eſt uirtus animi in mediocritate conſiſtens:quæ uerſatur circa terribile genus mortis:ut ẽ in bello quia morte nihil eſt terribilius. nam aufert omne bonum quod eſt in uita.de hoc ſeruo Li. ait.cõpræhẽſuſqꝫ a circunſtantibus haud alioq̃ ſi euaſiſſet uultu tormentis quoqꝫ cũ laceraref eo fuit habitu oris ut ſuperante lætitia ridentis etiã ſpeciẽ præbuerit.huius fortitudinis ſeruilis meminit etiã Valerius. Repoſcit crucem domini:cupiebat affigi palo.ut fuerat dominus:cuius ſuppliciũ erecto animo & forti repoſcebat. Piacula: piare ĩ hac ſignificatione ẽ expurgare:inde piacula:& dicuntur ea quibus utebantur antiqui ad aliquod ſcelus expiandũ. unde dicit Sinon Virgilianus. culpam hanc miſerorum morte piabunt.hoc ſupplicium ſerui erat tãquã piaculũ cædis quã ille cõmiſerat:credidit quippe rudis antiquitas cæſorum manes talibus inferiis delectari.& ideo Achilles homericus patrocli funus talibus ornauit uictimis.& æneas turnum occidit pro pallante. Piacula:expurgationes. Pœnæ ſpretæ:ſupplicii quod ille forti animo ſpernebat ac deridebat. Erepto ductore: cæſo aſdrubale. Alacri certamine:læto ſtudio & contentione poſcit annibalẽ ductorem ipſe exercitus. Liui.ait in aſdrubalis locũ haud dubia res fuit quin prærogatiuam militarem qua ex templo annibal intra prætoriũ delatus impatorqꝫ ingenti omniũ clamore atqꝫ aſſenſu appellatus erat.fauor etiam plebis ſequebatur. Imago primæ uirtutis: quoniam amilcar ut ſcri.polybius:& prudẽtia & robore animi nulli fuit ſecundus. Studia:conatus & animi cupiditatem qua ĩ romanos ducebatur & ad imitationem paternæ uirtutis: a qua degenerare turpiſſimum eſt.inſiſtendum quippe eſt maiorum ueſtigiis ſi clari illi fuerunt & domeſtica exempla ſperni non debent. Fama iurati belli: quoniam iurauerat ad aras ſe fore hoſtem populi romani & hæc fama uulgata erat ĩ populos.ut non poſſet annibal citra dedecus ceſſare.igitur hæc omnia mẽtem illius honoris & gloriæ cupidam accendebant ne degenerare uideretur. Animi uirides: apti in illa ætate ad audendum. natus enim erat ut dictum eſt.xxvi.annos. Feruor decorus: ardor pugnandi qui decus afferebat annibali. Primi ductorem:deſcribit populos qui cæſo aſdrubale appellauerunt annibalem ductorem exercitus ſalutarũtqꝫ imperatorem. Pyrenes populi:q habitant ad pyreneos montes qui gallias ab hiſpaniis diuidunt. Bellator iberus:bellicoſus populus hiſpaniæ. Ceſſiſſe imperio:fiduciam animo concepit annibal rei cõficiendæ quam moliebatur cum ueniſſent ſub ditione tot populi & mare:quoniam erat iam imperator & terra mariqꝫ rem gerere poterat.habebat iã hiſpanias & libyam. Ferox:magna & bello apta. Eoliis candens auſtris:deſcribit libyam quæ eſt expoſita ad auſtrum.& ſubdita cancro ſigno cæleſti.diuiditur ab aſia uerſus orientem nilo fluuio qui ſeptem oſtiis ĩ mare euoluitur. Verſus ſeptentrione diuiditur ab europa freto gaditano. Strabo ſic ait. Qui itaqꝫ terrarũ orbem diuiſerũt inæqualiter id fecere. ꝙ autem in tria diuiſerunt tripartita diuiſio indicat: ſed tantum abeſt libyam tertiam eſſe orbis partem ut etiam poſita cum europa aſiæ non æquetur.& fortaſſe minor eſt quã europa. Viribus profecto multo impar.nam maxima mediterraneæ pars & regio circa oceanum deſerta eſt: & ad ſolitudinem accedit ꝙ multa loca quæ habitari poſſent non habitantur propter feras.multum quoqꝫ torrida zona occupat:ideo ait ſyllius. Et lampade phœbi torquetur maxime.ſ.ſole aſcendẽte ad cancrum. tunc enim radii quaſi perpẽdiculariter ſuper illos deſcendunt. Syene profecto ciuitas ꝓuinciæ thebaidos ſub æſtiuo tropico conſtituta eſt: & eo die ut inquit Macrobius quo ſol certam partem ingreditur cãcri hora diei ſexta quoniã ſol tunc ſuper ipſam uertitur uerticem ciuitatis nulla illic poteſt in terris de quolibet corpore umbra iaci. Vnde lucanus:atqꝫ umbras nuſq̃ flectente ſyene.& ſic erit ſyene principium torridæ Zonæ in qua qui habitant ut æthyopes & qui ſunt in una parte tabrobanæ inſulæ ſole exiſtente in cancro umbrã faciunt in auſtrum. fit.n.tunc ſol ſeptentrionalis.ſpaciũ Zonæ torridæ eſt a cancro ad capricornum:a qua ſol nunq̃ recedit diuidens eam per parallelos:a capricorno ad cãcrũ q ſunt illius termini.ſol enim nec poteſt aſcendere ſupra cãcrum.nec deſcendere infra capricornum: & ideo hunc infimum ſolis terminum nomine capricorni appellauerũt:quoniã inde ſol incipit aſcendere ut facit capra cum paſcitur appetens frondes. terminũ aũt æſtiuum nomine cancri quoniã ĩde ſol incipit regredi ad capricornum ut facit cancer.cælum & ſic terra quæ ſubeſt tanquã punctũ in quinqꝫ partes diuidiẽ.græci appellant Zonas.nos cingula quæ terrã ambiunt:appellamus:& ut cæli regiones ſeſe habent in calore ac rigore ita & terra quicquid ẽ circa duas extremitates.i.ſeptẽtrionẽ:& auſtrũ quoniã a ſole nimiũ diſtat ꝑpetuo gelu riget: & ſic habitari nõ poteſt:quoniam glacialis ille aer nec animalibus nec frugibus uitam miniſtrat.afflatu quippe aeris temperati oĩa uiuunt.In medio cælo eſt Zona per quã ſol ferẽ obliquus & nũq̃ ab ipſa recedit:quã ſua præſentia ſemp adurit.Inter hanc:& utranqꝫ ertremã duæ relinquunẽ temperatæ calore mediæ zonæ:& rigore duarum extremarũ:quarum temperatarum alteram nos habitamus quæ eſt ad ſeptẽtrionẽ cuius uertex a nobis ſemper uideẽ propter obliquitatem orizontis qui nobis adeo deprimitur ut ſtellæ ambientes polum arcticum nunq̃ poſſint occidere

Creuerunt artus:atqꝫ omni ſanguine rupto
Oſſa liq̃factis fumarunt feruida membris
Mens ĩtacta manet:ſuperat: ridetqꝫ dolores
Spectanti ſimilis:feſſoſqꝫ labore miniſtros
Increpitat:dominiqꝫ crucẽ clamorẽ repoſcit.
Hæc inter ſpretæ miſeranda piacula pœnæ
Erepto:trepidus ductore exercitus una
Annibalẽ uoce:atqꝫ alacri certamine poſcit:
Huic ſtudia accendit patriæ uirtutis imago.
Huic fama in populos iurati dedita belli.
Huic uirides auſis animi:feruorqꝫ decorus
Atque armata dolis mens:& uis ĩſita fandi.
Primi ductorem libyci clamore ſalutant.
Mox & pyrenes populi:& bellator iberus.
Continuoqꝫ ferox oritur fiducia menti
Ceſſiſſe imperio tantum terræqꝫ mariſqꝫ
Eoliis candens auſtris:& lampade phœbi
Aeſtifero lybiæ torquetur ſubdita cancro

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

coſmice.altera eſt ad auſtrum imperuia nobis propter torridam Zonam quæ eſt in medio an aliqui habitent eã non eſt meum iudicare:ſed doctioribus relinquere.ſi aũt ſunt habitatores ſupra ſe alium uerticẽ habẽt qui dicit̃ auſtrinus.& ſeptẽtriones noſtri occultantur propter rotunditatem terræ & obliquitatem orizontis qui illis de primitur in auſtrum & eleuatur ſupra polum noſtrum ut ratio Mathematica cogit.Zodiacus qui a noſtris ſigni fer dicitur eſt obliquus.& hoc primũ intellexit Anaximander Mileſius: & ſigna quæ in ipſo ſunt cleoſtratus.ha/ bet duas portas: ut dixi quas transgredi non poteſt. In capricorno fit brumale ſolſtitium a quo incipit aſcendere per lineam eclipticam:& interſecat equinoctialem iariete:& facit equinoctium uernum:quoniã circulus æqui/ noctialis eſt in medio torridæ zonæ.Inde aſcendit ad can/ crum & ibi facit ſolſtitiũ æſtiuum. tractuſq; ſol motu pri mi mobilis facit circulum æſtiualem.flectitur poſtea obli quus ad capricornum & iterſecans iterum æquinoctialẽ in libra facit æquinoctium autũnale.& ſic ſol circuit torri dam zonã ac diuidit in æquales diſtantias tractus motu primi mobilis.i.cæli ultimi in quo ſunt ſtellæ fixæ: quod ab oriente in occidentẽ mouet̃. ſol autẽ reliquiq; planetæ contrario motu ab occidente in oriẽtem.unde dicit apud Ouidium.contrarius euehor orbi.& manlius Aſtrono/ mus ait.contraq; nitentia ſigna.Sed ut ſydera inquit ſene/ ca contrarium mundo iter intendunt.Nã niſi eſſet motus primi mobilis cum ſex ſigna ſint ſuper orizontem quorũ ſingula ſingulis menſibus luſtrat ſol per ſex menſes conti nuos eſſet ſol ſuper orizontem & cõtra a ſigno libræ uſq; ad arietem eſſet ſub terra. & ſic eſſet nox per ſex menſes. Diuina igitur prouidentia ſol ſingulis diebus motu ſibi cõ trario circunuoluit̃ & facit dies:ac noctes. diuidens reuo/ lutionibus ſuis zonã aduſtam per æquales lineas: & ſic to ta aduritur plus minusue ut eſt illius acceſſus. & receſſus: Lybia igitur quia eſt prope torridam zonam aliqua ex par te:aliqua uero ſub torrida:& ſub tropico cancri ideo tor/ quetur & aduritur. illa inq̃ pars maxime quæ aut eſt pro/ pe lineam æſtiuam & cancrum:aut ſub ipſis.& hæc eſt in habitabilis propter nimios ardores. & ideo corpa illoꝝ q & circa tropicum.& ſub tropico habitant ſunt nigra ut æthyopum. indorum & ſimilium. Candens: ignita & aduſta. Auſtris eoliis:uentis calidis ut eſt auſter qui flat a meridie: cui expoſita eſt libya eolios appellat auſtros ab eolo qui rex uentorum fingitur a poetis & hoc non ſine ratione. Nam Plynio autore eolus hellenis filius ra/ tionem uentorum inuenit. Lampade phœbi:ardore ſolis aſcendentis ad cancrum:quia tunc ſit aphricæ pro/ pior:& ſua uicinitate illam adurit.magna ex parte libyæ inquit aut eſt unum latus aſiæ & ſic orbis diuiderur in duas partes.aut eſt tertia pars ipſis terris ut Mathematici diuiſerunt. Huic:libyæ terminus eſt. Ad ortus ro ſeos:ideſt uerſus orientem. Amnis lageus:ideſt Nilus fluuius ægypti a lago qui fuit pater ptolemæi.unde luue/ nalis.Ad pharon & nilum famoſaq; mœnia lagi. Septeno gurgite:ramis ſeptem in quos ſciditur nilus. Pon tum:mare mediterraneum in quod ſe exonerat. Tumefactum:aſſurgentem propter aquarum copiam quã nilus ex Mauro uertice deuoluit. At qua diuerſas:ponit alium terminum uerſus ſeptentrionem. Clemen/ tior:temperatior:quoniam non ita aduritur ſolis ardoribus:ſed habet clementiorem aeris temperiem. Diuer ſas arctos:urſam maiorem & minorem:ideſt ipſum ſeptentrionem.arctos græce latine dicitur urſa quæ fuit affi xa polo boreali ut poetæ fabulantur. Herculeo freto:anguſto mari gaditano: quo aphrica ab europa dirimit̃. Diducta:diuiſa paruis mõtibus ab europa. Aequor: oceanus athlanticus athlas eſt in finibus mauritaniæ mons exilis.& undiq; teres adeo excelſus ut eius cacumen cerni nequeat:quoniã a nubibus nunq̃ relinquit̃: aut hyeme aut æſtate.columnam cæli dicunt illum eſſe indigenæ:qui mons eſt ultra fretum gaditanum ad ſiniſtrã. qui ſi uerticem ſubtraheret quo cælum fulcit æthereæ compages ruerent: ideo dicit athlas ſubducto tracturus uertice cœlum. Caput:ipſius athlantis. Nubiferum:obductum nubibus. Fulcit: ſuſtinet inde fulcra dicũ tur ea quæ ſuſtinent. Erigit:attollit machinam cæleſtem ne ruat:quoniã ut dixi putat̃ colũna cœli: & cacumẽ propter nubes non cernitur. Pli.de athlante ſic ſcri.per autololes iter eſt ad montem uel fabuloſiſſimum athlãtẽ e mediis hunc harenis in cœlum attolli prodiderũt aſperum ſqualentem qua uergit ad littora oceani: cui cogno men impoſuit eundem opacum nemoroſumq; & ſcatebris fontium riguum qua ſpectat aphricam. Canet: albeſcit. Vaſtant:pulſant inceſſunt.imitatio eſt Virgiliana. Ruunt:fluũt cum impetu.Vir. tum flumia mẽ to Præcipitant ſenis & glacie riget horrida barba. Rictu: ore euomenti nimbos & aquã. Tum geminæ late rum fauces: duo brachia ipſius athlantis mare repellunt & faciunt tanq̃ clauſtrum. In quo ſol occidens: ut poe/ tice loquar:equos ſuos abſcõdit: fauces dicunt̃ iter anguſtũ. Equos anhelos: defatigatos diurno curſu per cœ lum. Titan:ſol. Fumãti:propter ignem ſolarẽ qui immergit̃: & currũ. Sed qua:deſcribit eã partẽ aphri/ cæ quæ ẽ uerſus torridã zonã & meridiẽ.deſcripſit prius terminos. nũc aũt mala & dotes ipſius aphricæ canit. Squalentibus:incultis:& ihabitatis. Tẽdit:dilatat & extendit. Coqtur: aduritur:quia eſt ſub torrida zo/

Aut igẽs aſiæ latus:aut pars tertia terris.
Termius huic roſeos amnis lageus ad ortus
Septeno ipellens tumefactũ gurgite pontũ
At qua diuerſas clementior aſpicit arctos.
Herculeo dirimente freto:diducta ꝓpiquis
Europes uidet arua iugis ultra obſidet equor
Nec patitur nomẽ proferri longius athlas.
Athlas ſubducto tracturus uertice cælum
Sydera nubiferum fulcit caput:etheriaſq;
Erigit æternum compages ardua ceruix
Canet barba gelu:frontẽq; imãibus umbris
Pinea ſylua premit:uaſtãt caua tpa uenti
Nimboſoq; ruunt ſpumãtia flumina rictu.
Tũ geminæ laterũ fauces maria alta.fatigãt
Atq; ubi feſſus equos titan imerſit anhelos
Flammiferum condũt fumãti gurgite currũ
Sed qua ſe campis ſqualẽtibus aphrica tẽdit
Serpentum largo coquitur fæcũda ueneno



na:& habet maximã copiã ſerpentũ. Fecũda abundans uenenis. Fœlix qua pingues. ideſt illa pars quæ uer/ git ad ſeptẽtrionẽ:& athlantem montẽ fertilis ẽ.& ſic itelligit numidiã & mauritaniã.Strabo ſic ait.Mauritaniã feracẽ eſſe.parte tamen excepta quæ deſerta eſt:& fluminibus:& lacubus abundare ab omnibus conceſſum eſt. Mitis plaga.regio temperata:& qualitas aeris. Nec cerere ennea.ſicula ubi eſt enna fertilis. Phario colono. ægyptio.pharus eſt inſula & turris ante Alexãdriam ægypti. Inde phario.i.ægyptio.ſicilia & ægyptus erant hor/ rea romanorum. Paſſim.ubiq; nullis certis domiciliis.Numidæ dicũtur quaſi inſtabiles & permutantes ſua mapalia:de quibus ſic loquitur.iii.Nulla domus plauſtris habitant migrare ꝑ arua Mos atq; errantes circũuecta re penates.dicitur Numidia a nemo uerbo græco quod ſi gnificat paſco:errant enim Numidæ inſtar paſtorũ. Gẽs inſcia freni:quoniam nõ utuntur frenis: ſed equos autoꝛ̃ ſtrabone adeo obtemperantes inſeſſoribus habent ut ſola uirgula gubernentur. equi inquit collaria ex ligno habẽt aut pilo confecta.ex quibus habena depẽdet: ſunt qui etiã non tracti dominũ ſequuntur.Virgi. & Numidæ infreni cingunt. Lupatis. frenis.lupatum ẽ genus freni. Sine fraudibus:quoniam enſibus per ſe duris addebant uene/ num: nec pugnabant ſine fraude. Altera complebant. deſcribit hiſpanos qui ſub annibale militarũt quos amil/ car pater uictoris comparauerat ſuis. Tropheis. uicto/ ris. Trophea dicuntur ſigna erecta in loco in quo hoſtes uertebantur in fugam. græci Tropeon media correpta.no ſtri autem tropheum addita aſpiratione.& accipitur tam pro ſigno quam pro ipſa uictoria. Huic: hiſpano militi. Martius.belliccſus æquus. Erecti. alacres ad trahen dum currum bellicum ex quo pugnabant antiqui. Ele us axis.i. equi currentes in certaminibus olympicis pro pe elidem nõ ſunt ita ueloces ut equi hiſpani. elis eſt urbs peloponneſſi prope quam & piſam fiebant ludi olympici inſtituti ab argonautis autore Hercule in honorem pelo pis.Virgilius.Hic uel ad elei metas:& maxima cãpi Suda bit ſpatia. Prodiga gens animæ.de his populis ſic ſcri. Stra bo:Multa reuera pſpecta ſermonẽ diuulgant de oĩbus hi/ ſpaniæ gẽtibus potiſſimũ de iacentibus ad boreã nec ſolũ de illarũ fortitudinẽ:ſed etiam crudelitate ac amentia titu beluarũ. Properare.admouere atq; aſciſcere ante tẽpus. Fati modus eſt in dextra.i. terminus uitæ mortiſq; eſt in dextra eorum: quoniã peroſi uitã ſe interficiũt. Hic oẽ metallũ.Strabo ait.nã aurũ argentũ æs ferrũ nullibi ter raꝝ neq; tantũ neq; tã probatũ generari hactenus cõper/ tum eſt.aurũ enim nõ ſolũ ex metallis effodit̃ uerũ etiam fluit. Venæ electri.Pli.loquẽs de electro ſic ait. Vbicũq; quinta argenti portio ẽ electrũ uocatur. ſit & cura electrũ argento addito quod ſi quintã portionẽ exceſſit icudibus nõ reſiſtit.ideo dicit de gemio ſemie quoniã eſt electrũ ex auro & argẽto. Atros fœtus chalybis.i.ipſum ferꝛũ quo multæ crudelitates fiunt. Humus horrida. belliccſa hi ſpania. Sed ſcelerum cauſas operit deus aſtur auaris Viſceribus laceræ telluris mergit̃.deus iquit abſcõdit me talla q̃ ſũt cã ſcelerũ i uiſceribus terræ:ſed humana cupiditas eruit.Vir. Auri ſacra fames. Aſtur auarus: aſtures ſunt populi hiſpaniæ.aſturia inqt pli.plurimũ auri gignit neq; i alia pte terrarũ tot ſæculis hæc fertilitas. Lace/ ræ.effoſſæ. Cõcolor auro.quoniã foſſores auri cũ ſunt i aurifodinis aureũ colorẽ cõtrahunt.& ſic de cæteris me tallis. Hic:ex hac copia auri q̃ nõ ſolũ apud hiſpanos effodit̃ uerũ ẽt fluit.Pactolus ẽ fluuius lydiæ de quo ſupra. Durius.ẽ flu.hiſpaniæ habẽs ramenta auri. labit̃ ꝑpe numantiã ultra quẽ ẽ luſitania. Sup grauios.hiſpanos oriũdos a græcis.ætoli diomedẽ ſequuti tydei filiũ poſt euerſũ iliũ i hiſpania urbẽ cõdiderũt quã tydẽ appellarũt a noĩe tydei pr̃is diomedis.illius ciuitatis coloni grauii dicti ſunt noĩe paululũ uiolato cũ grai appellari debuiſſẽt. In tertio ſic ait.Et quos nũc grauios uiolato noĩe graiũ.æneæ miſere domus.ætolaq; tyde:& alibi.uago diomedi cõdita tyde. Lucẽtes.habẽtes ramẽta auri. Referẽs. repſentãs ipſis accolis. Obliuia iſernæ lethes.i. lætheũ fluuiũq; fingit̃ apud iferos:& ſignificat obliuionẽ. Strabo ſic ait.Læthea pleriſq; lemea uocat̃. ex celtiberis & uac ceis labit̃.circũ habitãt galli q colẽtes anã fluuiũ cũ una cũ turdulis ſociis eo cõueniſſent ſeditionẽ egerũt pſtquã lemeã fluuiũ traiecere:ſed poſt ſeditionẽ amiſſo duce palãtes.ac diſſipati ea i regiõe deſederũt cõſilioq; obliti.hãc ob eã flumẽ læthes.i. obliuioſis appellatũ:& papauera dicũtur læthea:quoniã idcũt ſomnũ & p cõſequẽs obli uionem. Arbore palladia:oliua quam inuenit pallas. Vn de Vir. oleæq; minerua iuẽtrix. Tyrãno. annibali. Freni rerum.i.imperium. Conciliare. conciliabat ſibi homines aſtu paterno. Armis. ui uertebat decreta

Fœlix qua pigues mitis plaga tẽperat agros
Nec cerere ennea:phario nec uicta colono.
Hic paſſim exultãt numidæ:gẽs inſcia freni
Quis iter gẽmas:per ludum mobilis aures.
Quadrupedẽ flectit ſi cædẽs uirga lupatis
Altrix bellorum:bellatorumq; uirorum
Tellus:nec fidens nudo ſine fraudibus enſi.
Altera complebãt hiſpanæ caſtra cohortes
Auxilia europæ genitoris parta tropheis.
Martius huic ſonipes cãpos hinnitibus ĩplet
Huic iuga cornipedes erecti bellica raptãt:
Non eleus eat campo feruentior axis.
Prodiga gẽs animæ:& ꝓperarꝫ facillĩa mortẽ
Nanq; ubi tranſcẽdit florẽtes uiribus annos
Impatiens æui ſpernit nouiſſe ſenectam.
Et fati modus ĩ dextra eſt. hic omne metallũ:
Electri gemio pallent de ſemine uenæ. (trit
Atq; artos chalybis fœtus humus horrida nu
Sed ſcelerũ cauſas operit deus.aſtur auarus
Viſceribus laceræ telluris mergitur imis.
Et redit infœlix effoſſo concolor auro.
Hinc certant pactole tibi duriuſq;:taguſq;
Quiq; ſuper grauios lucẽtes uoluit harẽas:
Infernæ populis referẽs obliuia læthes.
Nec cereri terra idocilis:nec ĩhoſpita bacco
Nullaq; palladia ſeſe magis arbore tollit.
Hæc poſtquam tyrio gentes ceſſere tyranno:



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſenatorum. Inſignis ſagulo.liuius ait multi ſæpe militari ſagulo opertum humi iacentẽ inter cuſtodias ſtationeſq; hoſtium cõſpexerunt.Sagú ueſtimẽtum erat militare.Ci.in epiſtolis. Pridie nonas februarias cum ad literas mane dediſſem deſcendi ad forum togatus cum reliqui conſulares ſagati uellent deſcendere. Turbæ libyſſæ.gregalium militum ex libya. Duris maniplis.gregalibus militibus ĩduratis ad laborẽ. Celſus.erecto capite & eminens ſupra alios ut cõſpiceretur: & prouocaret ſuos ad labores ac decus.honor inquit xenophon ĩ pedia cyri efficit labores leuiores Imperatori preſertim ꝙ intelligit in omnium eſſe oculis quicquid faciat.laus ẽ annibalis ab induſtria & fortitudine quæ circa labores tolerandos uerſatur. Imperium ſuum.imperabat inquit ſibi ipſi labores:quos conſtanti animo perferebat ut clarã indolem futuræ imperatoriæ maieſtatis oſtẽderet. Excipere.excipiebat uehementes pluuias:& cæteras incommoditates cæli. Aſtur.hiſpanus. Excuſſos ex flatibus uentorum.quoniam ex colliſione uentorum & nubium in aere cauſatur ignis.& gignitur corruſcatio & fulmen calore ſupero inferoq; pellente a ſe frigus.& ſuum contrarium quod unitum fit ualidius.hinc ẽ ꝙ in æſtate habemus grãdines: hyeme autem raro: quia radii ſolares non refranguntur ĩ terrã: ſed perguntad ſeptẽtrionem ſole depreſſo ad auſtrum.æſtate autem cum quaſi perpendiculariter ad terram deſcendant refractione concalefaciunt infimam aeris regionem. Turbato.conſternato & timido. Nec puluere.nec pluuias ĩquit nec calores curabat.magna laus ducis.ſyrius eſt ſtella in lingua canis cæleſtis: canicula ſydus parte mẽſis Iulii & auguſti terrã caloribus torquet:& ſiccat:& illi dies caniculares dicũtur.caniculæ exortu accendi ſolis uapores quis ignorat inquit Pli.cuius ſideris effectus ampliſſimi in terra ſentiũtur. Labefecit.i.non debilitauit eum uapor ſolis. Dehiſcit.aperit ſeſe ac facit hiatus. Feruor medius.calor diffuſus in medio aeris. Cãdenti globo.accẽſis radiis ſolaribus & globo caloris adurẽte aerem et terram q̃ deſiccata ſolis ardoribus hiat. Exercet ſitim:defatigat tolerãdo ipſã.laus a cõtinetia. Sternacẽ.terribilẽ & oĩa ĩ ꝑlio cõculcãtẽ frãgebat cogebatq; parere ĩſeſſori quis cõtumacẽ & ꝓcipitem ad ꝑlia audito tubarum clãgore. Lethalis lacerti.i.optabat dici eius lacertũ afferre læthũ.i.mortem ut nõ minus uiribus corpis q̃ prudẽtia q̃ maxie decet prĩcipẽ ualere uideretur.

Ignoti:cuius uadum ignorabat. Tranare.tranabat.

Limes.uia & ſulcus:atq; riuulus ſanguis fuſi ex corporibus uulneratis ab ãnibale. Inſtat fatis:urget fata & properat ad bellũ fatale latio. Fœdera:q̃ fuerãt renouata cũ aſdrubale ut terminus ĩperii eſſet amnis iberus.& ut ſagũthinis libertas ſeruaref. Extremis terris.hiſpania ultima terrarũ ad occaſũ ſolis. Pría ſagũthinas.primus ĩpetus annibalis fuit in ſagunthũ.claſſicũ ẽ ſignũ qđ tuba daf militibus uolẽtibus cũ hoſte manus cõſerere.pría igitur claſſica.i.primi ĩpetus bellici. Maioris belli.romãi.ſ.ad qđ ſumẽdũ cãs q̃rebat:& iõ cepit oppugnaf ſagunthinos.ut illoꝶ amicos romãos irritaret ut fecit. Haud ꝓcul.deſcribit ſitũ ſagũthi q̃ quõdã ultra iberũ opulẽtiſſima urbs fuit:diſtãs a mari ferme mille paſſus.quã canit ſyllius herculẽ cõdidiſſe denoiaſſeq; eã a noie zacynthi comitis ſui illic ſepulti:alludens ad hiſtoriã:quoniã zacynthii ſagunthũ cõdiderũt:ut ĩquit Strabo quã ãnibal cõtra populi ro.fœdera diruẽs belli punici ſecũdi ſuſcitauit ĩcendiũ. Clemẽter:paulatĩ ſurgẽte colle ĩ quo ſita ẽ urbs. Quis:qbus:

Geriõe extĩcto.geriõ ut uult heſiodus ĩ theogonia chryſaoris filius fuit mõſtrũ horrendũ habens tria capita quo occiſo hercules armẽta abegit ĩ italiã. Ea fata:cædẽ gerionis triplicẽ:quoniã tres aĩas hẽbat. Duræq; ſorores.ꝑce ĩexorabiles:quoniã nemini ꝑcũt lacheſis cloto:& atropos.

Vtq; dati rerum freni:nũc arte paterna
Conciliare uiros:armis conſulta ſenatus
Vertere:nũc donis primus ſumpſiſſe laborẽ.
Primus iter carpſiſſe pedes.partẽq; ſubire:
Si ualli feſtinet opus:nec cætera ſegnis (bat
Q uæcũq; ad laudẽ ſtimulãt.ſõnũq; nega
Naturæ:noctemq; uigil ducebat in armis.
Interdum proiectus humi turbæq; libyſſæ.
Inſignis ſagulo duris certare maniplis:
Celſus ac in magno præcedẽs agmĩe ductor.
Imperium perferre ſuum.tum uertice nudo
Excipere inſanos imbres:cæliq; ruinas.
Spectarũt pœni: tremuitq; exercitus aſtur.
Torquẽtẽ cum tela iouem ꝑmixtaq; nimbis
Fulmĩa:& excuſſos uẽtorũ ex flatibus ignes
Turbato tranſiret equo:nec puluere feſſum
Agminis ardenti labefecit ſyrius aſtro.
Flãmiferis tellus radiis cum exuſta dehiſcit.
Cãdentiq; globo medius coq̃t æthera feruor
Fœmineũq; putat inuenta iacuiſſe ſub ũbra:
Exercetq; ſitim:& ſpectato fonte recedit:
Idem correptis ſternacem ad prælia frenis.
Frãgere equũ: & famã lætalis amare lacerti
Ignotiq; amnis tranare ſonantia ſaxa:
Atq; e diuerſa populos accerſere ripa.
Idem expugnati primus ſtetit aggere muri:
Et quotiẽs cãpo rapidus fera prælia miſcet
Q ua ſparſit ferrũ latus rubet æquore limes
Ergo inſtat fatis erumpere:fœdera certus
Q uo datur interea romã cõprendere bello
Gaudet:& extremis pulſat capitolia terris
Prima ſagunthinas turbarũt claſſica portas
Bellaq; ſumpta uiro belli maioris amore.
Haud procul herculei tollunt ſe littorꝭ muri.
Clementer creſcẽte iugo quis nobile nomẽ
Conditus excelſo ſacrauit colle zacyntus.
Hic comes alcidæ remeabat ĩ agmĩe thebas:
Gerione extincto:cæloq; ea fata ferebat
Tris anĩas nãq; id mõſtrũ: tris corpe dextras
Armarat:ternaq; caput ceruice gerebat.
Haud alium uidit tellus cui ponere finem
Non poſſet mors una uiro:duæq; ſorores



Tertia bis rupto torquerent ſtamina filo
Hic ſpolia oſtẽtabat ouãs:captiuaq; uictor
Armenta ad fontes medio feruore uocabat.
Cum tumidas fauces accenſis ſole uenenis
Calcatus rupit læthali uulnere ſerpens:
Inachiumq; uirum terris proſtrauit iberis:
Mox profugi ducẽte notho aduertef coloni
Inſula quos genuit graio circunflua ponto
Atq; auxit quondã laertia regna zacynthus
Firmauit tenues ortus mox daunia pubes
Sedis inops miſit largo quam diues alumno
Magnanimis regnata uiris nũc ardea nomẽ.
Libertas populis pacto ſeruata:decuſq;
Maiorum:& pœnis poſtquã ĩperitaf negatũ
Admouet abrupto flagrãtia fœdere ductor
Sidonius caſtra:& lætas quatit agmĩe cauſas
Ipſe caput quaſſãns circũluſtrauit anhelo
Muros ſæuus equo:menſuſq; pauentia tecta
Pandere iam dudum portas:& cedere uallo
Imperat:& longe clauſis ſua fœdera longe
Auſoniã fore:nec ueniæ ſpẽ marte ſubactis
Scita patrũ & leges:& iura:ſedemq;:deoſq;
In dextra nunc eſſe ſua:uerba ocius acer
Intorto ſancit iaculo: figitq; per arma
Stantem pro muro:& mutãtẽ mẽbra uaicũ
Concidit exacti medius per uiſcera teli
Effuſiſq; ſimul prærupto ex aggere mẽbris
Victori moriens tepefactam rettulit haſtã.
At multo ducis exemplũ clamore ſequuti
Inuoluunt atra telorum mœnia nube
Clara nec in numero uirtus latet: obuia q̃ſq;
Ora duci portans ceu ſolus bella capeſſit.
Hic crebram fundit baleari uerbere glandẽ.
Terq; leui ducta circũ caput altus habena
Permiſſum uentis abſcondit in aere telum:
Hic ualido librat ſtridentia ſaxa lacerto.
Huic impulſa leui torquetur lancea nodo.
Ante omnis ductor patriis inſignis in armis
Nũc picea iactat fumãtem lampada flãma:
Nunc ſude:nũc iaculo:nũc ſaxis ĩpiger ĩſtat.
Aut hydro imbutas bis noxia tela ſagittas
Cõtẽdit neruo:atque ĩſultat fraude phretræ
Dacus ut armiferis geticæ telluris in oris
Spicula quæ patrio gaudens acuiſſe ueneno
Fundit apud ripas inopina binominis iſtri
Cura ſubit collem turrita cingere fronte

Bis rupto filo.qui haberet tris animas & duabus extinctis tertia adhuc uiueret.parcæ dicunf filo diſpenſare uitam humanã: & cum incidunt filum uita deficit: ergo in gerione bis rupto filo tertia ſtamĩa uoluebãtur adhuc a parcis. Rupit.aperuit os. Inachium.græcum zacynthum ab inaco rege argorum. Inſula zacynthus.q̃ una cum Cephalema dulichio:& itacha ſunt inſulæ ante achaiam in mari ionio qđ a Tarento incipit:& uſq; ad pelopõneſum extenditur. Graio.alluenti græciam. Laertia regna:quoniam illic regnauit Laertes pater Vlyxis.& ideo dicit zacynthum fuiſſe regna laertia. Daunia pubes.coloni ex ardea: ubi regnauit Daunus pater turni: & ardea miſit colonos ſagunthum. Diues largo alũno.abũdans colonis. Magna nimis.hoc dicit propter Turnum. Populis.ſagunthinis. Pacto.fœdere renouato cum haſdrubale. Lætas cauſas.ideſt in ferendo bellum ſagunthinis: quærebat cauſas belli cum romanis: quæ facerent ipſum lætũ & compotem uoti:quoniam nil aliud optabat q̃ alpes aliquando tranſcẽdere. Quatit.mouet exercitu admoto mœnibus ſagunthinis. Sidonius.pœnus Annibal. Tecta.ſagunthina. Sancit intorto iaculo: qa ipſe primus iaculatus eſt haſtam: & tali iactu ſua dicta confirmauit: tranſfixitq; uaicum ſtantem in muro. Pro muro.ĩ muro. Exacti.immiſſi: ut ipſe Vaicus eſſet medius.

In numero.multitudine: quoniam quiſq; operam nauabat præſente ductore:cuius præſentia urgebat.Præfecti inquit cyrus apud Xenophontem: debent inſequẽtibus audentiam iniicere & uerbis & re. Glandem.plumbũ inſtar glandis:quod e funda emittitur ĩ hoſtes.Virgilius: Pars maxima glandes liuẽtis plumbi. Baleari uerbere.funda:qua uel maxime utebantur balearici:baleares duæ ſunt inſulæ in mari hiſpano e regione ad tarraconem:quarũ incolæ autore Strabone optimi erant funditores.Phœnices qui fundas inuenerunt autore plinio illis inſulis potiti fundas ex equo exercuerunt.unde uſus & imitatio remanſit apud balearicos. Verbera ſunt ut dixi inſtrumenta oblonga ut lorũ. Zona flagellum. Telum.glandẽ. Telum autem: ut Gaius in interpretatione legis duodecim tabularum ſcriptum reliquit: autore Iuſtiniano: id uulgo quidem appellatur: quod ab arcu mittitur: ſed & omne ſignificatur:quod manu cuiuſdam mittitur: ut eſt lapis:lignũ ferrum & cætera.id genus. Huic.ab aliquo.

Leui nodo:amento.iaculum cum amento inuenit ætolus Martis filius. Lampada.facem. Picea.obſcura & fumoſa ſudes ſunt pali obuſti.aphri cõtra ægyptios primi bellũ fecere fuſtibus:quos uocant autore plinio phalãgas.

Hydro.ueneno tinctas. Bis noxia tela.ferro ſcilicet & ueneno. Contendit.emittit arcu ĩtento. Dacus ut armiferis:Annibalem inſultantem Saguntinos fraude ſagittarum: quas infecerat ueneno: comparat dacis getiſq; qui ſagittis acri ueneno imbutis hoſti ĩſidiãtur.Daci ſunt populi ultra hyſtrũ:cuius utrãq; ripã getæ habitarũt: unde apud Virgiliũ ĩtelligũtur getæ: qui erãt cis hiſtrũ mixti thracibus. Primo ueneno.Scythæ inquit pli.libro duodecimo:Sagittarum aciem tingũt uiperina ſanie:& humano ſanguine irremediabile id ſcelus: mortẽ illico affert leni tactu. Inopina: improuiſa & clam per ĩſidias.ſ. Hiſtri binominis. Danubius oritur in iugis montis.arnobæ ex aduerſo rauraci galliæ oppidi multis ultra alpes milibus: ac per innumeras lapſus gentes Danubii nomine immenſo aquarum auctu: & cum primum attingit illyricum hyſter appellatur ſexaginta fluminibus alueo



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſuo receptis:medio ferme eorũ numero nauigabili.permenſus totam Europam uaſtis ſex fluminibus: in mare
ponticum euoluitur. Armiferis.quoniam thraces & getæ ſunt bellicoſiſſimi.& ideo fingitur Mars apud illos
regnare. Cura ſubit.cogitauit Annibal turribus & machinis uallare urbem. Heu priſcis numen populi:ex
clamat poeta dolens uicem ſagunthinorum:qui ut fidem ſeruarent numen eorum talia patiebantur. Nomie
ſolo.quia iam non erat fides in orbe:ſed ſolum nomen fidei. Dura.conſtans:& non cedens malis: ut fortes de
cet.unde dicit Seneca.Fortitudo contemptrix timendorum eſt terribilia:& ſub iugum libertatem noſtram mit
tentia deſpicit prouocat:frangit. Aggere.uallo & turribus. Sed dignam auſonia.ſenſus eſt:putat ipſa iuuen/
tus ſagũthina iam clauſa uallo pœnorum dignum eſſe ſa
gunthum cadere pro fide ſeruanda romanis.nam hocop
pidum clarum fuit fide erga romanum nomen: & ut illá
ſeruaret incendium expectauit. Auſonia.italia.& ipſa
Roma.tanti romanos faciebant ſagunthini. Phocais
baliſta.baliſtam & fundam iuenere phœnices:autore pli.
quæ neruis funibuſq; intenta haſtas magno impetu emit
tit:& etiam ſaxa.Syllius appellat baliſtam phocaida a maſ
ſilienſibus:qui ea plurimum utebantur oriundi a phocen
ſibus:qui ſunt in græcia:cõtermini boetiis.Maſſylia quip
pe urbs galliæ i petroſo loco ſita: phocenſium ædificium
fuit.Liuius ait.Ipſe annibal:qua turris mobilis omnia mu
nimenta urbis ſuperans altitudie agebatur: hortator ade
rat:quæ cum admota catapultis baliſtiſq; per omnia tabu
lata diſpoſitis muros cuſtodibus nudauerat: tũ Annibal.
& cætera. Vaſtos molares:ſaxa magna. Ferratam or
num:haſtam ex orno. Alternus clangor.ſonitus tuba
rum & apud pœnos:& apud ſagunthinos pœni ſeſe ad ex
pugnationem expediebant.Sagunthini autẽ ad defenſio
nem:& eruptionem in hoſtes:ꝙ fecere.nam Liuio autore
in caſtra hoſtes compulerunt. Tot milia.c.l.hominum
milia habebat in armis Annibal cum oppugnaret Sagun
thum. Gentes inter tela ſatæ.uerba Annibalis increpá
tis ſuos: qui ſegnes ad expugnandam urbem prope iam
captam uidebantur. Stamus.hæremus:& ſic hortatur
ipſos ad decorum ſeruandum:ne degenerare uiderentur.
En bona uirtus.ironice loquitur. Hauſtuſq; medul
lis annibal.ideſt cum ipſi milites hauſiſſent uerba Anniba
lis commoti ſunt ad acriorem urbis oppugnationem.
Arduus.altus & eminens:& aggerem ponit pro machi
na bellica:ſuper quá milites ípoſiti imminebant urbi:nũc
appellantur baſtiones. Subit.adhæret mœnibus.ideo
apud Virgi.Inſpectura domos uenturaq; deſuper urbi.
Armauit clauſos.deſcribit arma ſagunthinorum qbus
hoſtiles machinas labefactabant.Phalarica in primis quæ
eſt telum miſſile:quo utuntur inquit Pompeius ex phalis
.i.locis altis dimicantes.nam phalæ dicũ tur turres ligneæ
inde phalangas dicimus perticas.Phalarica inqt Liui.erat
ſagunthinis miſſile telum haſtili ligno oblongo & tereti:
præterq̃ ad extremum:unde ferrum extabat.id ſicut í pi/
lo quadratum ſtuppa circũligabant:linebãtq; pice.Ferrũ
aũt tris in longum habebat pedes:ut cum armis trãſfigere
corpus poſſet. Librari.emitti i hoſtes multis manibus.
Pyrenes:montis medii inter gallos & hiſpanos. Pluri
ma:lõga ad tres pedes. Atro.pallido. Circũ lita: uncta
ut illic ipſo motu igné prius eõceptũ maiorẽ ferret ad ter/
rorẽ:ut uidereť fulmen. Tremula.uibráti: ut moris eſt
flámæ. Qualis ſáguineo.phalaricá cõparat fulmini ictũ
& igné íferẽti. Crine ſáguineo: radiis ignis.íde cometẽ
appellamus ſtellá crinitá.Crines.n.ſtellarũ ſũt radii:quos
iaciunt. Præſtringit lumina.i.obtenebrat oculos hominũ:qui tanto fulgori ſunt impares.Præſtringere eſt te
nebras effundere nimio fulgore.unde Plautinus miles ait.Curate ut ſplendor meo ſit clypeo clarior q̃ ſolis radii
eẽ olim cũ ſuduſt ſolẽt ut ubi uſus ueniet contra cõferta manu præſtringat oculoꝝ aciẽ i acie hoſtib us.Inde dici
mus præſtigiatores. Vulcanum.ignem.nam tertius Vulcanus ex tertio ioue & Iunone natus lẽni fabricæ præ
fuit: habituſq; eſt deus ignis:& pro ipſo igni ponitur a poetis.

Caſtelloq; urbem circumuallare frequenti.
Heu priſcis numen populis :ac nomine ſolo
In terris iam nota fides.ſtat dura iuuentus.
Ereptãq; fugã:& claudi uidet aggeř muros.
Sed dignã auſonia mortẽ putat eſſe ſagũthũ
Seruata cecidiſſe fide.iãq; acrius omnes
Intendunt uires.adductis ſtridula neruis
Phocais effundit uaſtos baliſta molares
Atque eadem ingentis mutato pondere teli
Ferratam excutiẽs ornũ.media agmĩa rũpit:
Alternus reſonat clangor:certamine tanto
Conſeruere acies. ueluti circundata uallo
Roma foret:clamatq; ſuper tot milia.gentes
Inter tela ſatæ iam capto ſtamus in hoſte:
Nõne pudet cœpti? pudet oĩs.en bõa uirtus
Primitiæq; ducis. talis ne implere paramus
Italiam fama:tales præmittere pugnas?
Accenſæ exultant mẽtes:hauſtuſq; medullis
Annibal exagitat:ſtimulatq; ſequentia bella
Inuadunt manibus uallum:cæſaſq; reliquũt
Deiecti muris dextras:ſubit arduus agger
Imponitq; globos pugnãtum deſuper urbi.
Armauit clauſos:ac portis acuit hoſtem
Librari multa conſueta falarica dextra
Horrendũ uiſu robur:celſiſq; niuoſæ
Pyrenes trabs lecta iugis:cui pluria cuſpis
Vix muris toleranda lues:ſed cætera pigui
Vncta pice:atq; atro circũlita ſulphure fu/
Flũinis hæc ritu ſũmis e mœnibus arcis (mãt
Incita ſulcatum tremula ſecat aera flamma.
Q ualis ſanguineo præſtrĩgit lumina crine
Ad terrã cœlo decurrens ignea lampas
Hæc ictu rapido pugnantũ ſæpe per auras
Attonito ductore tulit fumantia membra
Hæc uaſte lateri turris cum turbine fixa:
Dum penitus pluteis uulcanũ exercet adeſis.



Pluteis adhæſis:combuſtis tabulis intus.Plutei dicuntur crates corio nudo intectæ: quæ ſolebãt opponi mi
litibus opus facientibus:& appellabãtur militares:nunc etiam tabulæ:quibus aliquid præſæpitur:eodem nomi
ne ſignificantur:autor eſt ſextus Pompeius. Flagrante:ardente machina:& ruente. Actæ teſtudinis:Teſtudo

Arma uiroſq; ſimul preſſit flagrante ruina.
Tandem condenſis actæ teſtudinis armis
Subducto pœni uallo :cæcaq; latebra
Pandũt prolapſam ſuffoſſis mœnibus urbẽ
Terribilem í ſonitũ procũbens aggere uicto
Herculeus labor:atq; immãia ſaxa reuoluẽs
Mugitũ ingenté cœlo dedit.alpibus altis
Aæriæ rupes ſcopulorum mole reuulſa
Haud aliter ſcindunt reſonãti fragmĩe mõtẽ.
Surgebat cumulo certantũ prorutus agger
Obſtabatq; iacẽs uallum ne protinus inſtẽt.
Hinc atq; hinc acies media pugnare ruina.
Emicat ante omnis primæuo flore iuuentæ
Inſignis rutulo murrus de ſanguine:ac idem
Matre ſagunthia graius gemĩoque parẽte
Dulichios italis miſcebat prole nepotes.
Hic magnos ſocios naidum clamore uocãtẽ
Q ua corpus loricam íter galeamq; pateſcit
Conantis motus ſpeculatus cuſpide ſiſtit:
Proſtratũq; premẽs tælo.uoce inſup urget
Fallax pœne iaces:certe capitolia primus
Scandebas uictor: quæ tanta licentia uoti?
Nunc ſtygio fer bella ioui:tũ feruidus haſtã
Aduerſi torquens defigit in inguine iberi:
Oraque dum calcat iam ſingultantia lætho
Hac iter eſt inquit uobis ad mœnia romæ.
O metuenda manus:ſic quo ꝑperatis eũdũ
Mox inſtaurantis pugnam circũſilit arma
Et rapto nudum clypeo latus haurit iberi.
Diues agri:diues pecoris:famæque negatus
Bella feris arcu iaculoq; agitabat iberus.
Fœlix heu nemoꝝ:& uitæ laudãdus opacæ:
Si ſua per patrios tenuiſſet ſpicula ſaltus.
Hũc miſeratus adeſt ífeſto uulnere ladmus
Cui ſæuũ arridẽs narrabis amilcaris umbris
Hãc inqt dextrã:quæ iã poſt uulnera uulgi
Annibalé uobis comitem dabit:& ferit alte
Inſurgens gladio criſtatæ caſſidis æra:
Perque ipſũ tegmen crepitãtia diſſipat oſſa.
Tũ frõtem chremes intonſã uiberãte capillo
Septus.& horrentes effingens crine galeros
Tum maſulis:crudaq; uirẽs ad bella ſenecta
Harcalo nõ pauidus: fœras mulcere læenas

erat inſtrumentũ bellicum:quo ad expugnandas urbes ef
fodiendaq; mœnia utebantur.Fiebat ex ligno & corio te/
gebatur:dicta eſt teſtudo a ſimilitudie teſtudinis anima/
lis:quam excogitauit Arthemon clazomanius:& equum
qui nũc aries appellatur:in muralibus machinis epeus ad
Troiam: autore Plynio. Actæ: admotæ muro: Liuius
ait.Itaq; acrius de ítegro obortum eſt bellum: pluribuſq;
partibus uix accipientibus quibuſdam opera locis.Vineæ
cœptæ agi: admoueriq; aries. Subducto uallo: ſuffoſſo
ab illis:qui erant ſub teſtudine. Liuius dicit Annibalẽ mi
ſiſſe quingentos aphros:cũ dolabris ad ſubruendum mu
rum ab imo. Cæca latebra: cuniculis quos nunc appel/
lant cauas:de quibus Martia.in diſtichis.Gaudet in effoſ/
ſis habitare cuniculus antris.Monſtrauit tacitas hoſtibus
ille uias.Aries inquit Ioſephus libro tertio iudaici belli eſt
immenſa materies malo nauis adſimilis: cuius ſummũ
graui ferro ſolidatum eſt in arietis effigiem.unde nomen
accepit.Dependet autem funibus medius ex trabe alia ue
lut ex trutina palis utrinq; fulctus bene fundatis. Retror
ſus autem magna uirorum multitudie repulſus: iiſdẽq;
ſimul rurſus impellentibus miſſus in fronte prominente
ferro mœnia percutit:nec ẽ ulla tam ualida turris:aut mu
rorum ambitus adeo latus:ut & ſi priores ictus fortiter ſu
ſtinuerit aſſiduos uincat. Aggere uicto:ſuperato muro
ac deiecto.Tres turres inquit Liuius quantumq; inter eas
muri erat:cum fragore ingenti prociderant:captũq; oppi
dum ea ruina crediderant pœni. Herculeus labor: mu
rus ædificatus ab Hercule. Reuulſa mole: diducta par
te montis & ingenti rupe. Fragmine: fractura & didu/
ctione molis ac rupis. Agger ſurgebat.i.murus proſtra
tus ſurgebat iterum cumulatis ſuper eum militibus certã
tibus. Ne protinus inſtent:Li.ait.Sed iunctæ acies uelut
patenti campo inter ruinas muri:tectaq; urbis modico di
ſtincta interuallo conſtiterant. Ne inſtent:ne properẽt:
quoniam in medio erat ruina ipſius muri:quæ obſtabat.
Rutulo ſanguine:italo a rutulis:qui tenuerunt ſagũthũ
ut dictum eſt murrus erat ſagunthinus: cuius mater erat
græca:& pater rutulus.i.ex ardea. Dulichios: græcos a
dulichio íſula:quæ eſt prope zacynthum: cuius coloni cõ
diderunt ſagunthum. Naidum: nomen eſt militis pu/
nici interempti a Murro. Speculatus: cum contempla/
tus eſſet:ac obſeruaſſet motus illius Naidi:qui nitebatur
contra Murrum. Siſtit:uulneratum ſternit.galeam gla
dium & haſtam Lacedæmonii inuenerunt. Fallax pœ/
ne iaces:uerba Murri inſultatis Naido pœno iam a ſe ſtra
to. Stygio ioui: Plutoni.poſtquam inquit non es com/
pos uoti: ut Ioui capitolino bellum inferas: ut optabas fe
ras Plutoni. Aduerſi:contrarii ſibi. Singultãtia:emit
tentia ſingultus in morte. Circunſilit.ſaltu emicans eri
puit clypeum ibero: qui pugnam contra Murrum inſtau
rabat. Haurit: uulnerat.clypeos inuenerunt prætus &
acritus inter ſe pugnantes:ſiue chalcus athamantis filius.
Lorycam mydas meſſenius.ocreas & criſtas chares. Vi
tæ opacæ: umbratilis ac remotæ a ſtrepitu bellico. Spi
cula:tela.ſaltus ꝓprie diciť ſylua macreſſa. Per patrios ſal
tus:ſi uenatiõibus tãtũ i patriis ſyluis operã dediſſet. Fu
nera uulgi: gregaliũ militũ. Effingẽs:faciẽs galeros ſuis
crinibus demiſſis. Mulcere: cicures redder̃.i.mãſuetas.
Fœtas:q̃ peperũt:& tũc ſũt ſæuiores timẽtes raptũ fœtus.

Bragada:fluuius libyæ prope uticam & carthaginem:hic iuuenis ſculptum habebat in clypeo bragadam fluuium:a quo ipſe nomen accepat. Vrna fluminea:alueo & uado fluminis:imitatio uirgiliana. Naſamones ſunt in libya prope ſyrtes:apud quas fiebant naufragia:quæ hic depopulabarur: de ſyrtibus alibi dicetur. Laceras: fractas tempeſtate ac illiſas uadis ſyrtium. Exarmare ueneno doctus:Plyni.ait:quorũdam hominum tota corpora proſunt:ut ex his familiis:quæ ſunt terrori ſerpentibus tactu ipſo leuant percuſſos.ſuctu ue modico:quoq; ex genere ſunt Pſyli marſique:& qui oblongenes uocantur in inſula cypro:ex qua familia legatus hexagon nomine a conſulibus Romæ in dolium ſerpentum coniectus experimenti cauſa: circũmulcentibus linguis miraculũ præbuit ſignum eius familia ē: ſi modo adhuc durat uernis temporibus odoris uirus. Exarmare:priuare carminibus. Grauis:uenenoſos. Sobolem explorare: experiri an ſit adulterina pſyli obiiciebant:ut an legitimi eſſent cognoſceretur:quoniam ſi non erant adulterini minime lædebantur a ſerpentibus. Ceraſte: ſerpente: ſed ꝓprie ceraſtes eſt ſerpens habens cornicula: de quo Plynius: Ceraſtes corpore eminet: cornicula habet ſæpe quadrigemina:quorum motu reliquo corpore occultato ſollicitāt ad ſe aues. Fatidicis lucis: propter oraculum iouis Hannonis:cuius filius fuit Hyarbas ex Garamantide nympha: a quo hic Hyarbas originem ſe habere iactauerat. Inſignis galeam cornu:ideſt habens īſignitam galeam cornu: ut originem repræſentaret ſuā:illamq; ad iouem cornigerum referret qui apud garamantes ac naſamones ſub effigie arietis colebatur. Vnde Martialis. Diſſimuletq; deum cornibus ara frequens. ita enim apparuit baccho ducenti exercitũ per harenas aphricæ pedeq; effoſſa tellure aquā oſtendit: qua ſitiens exercitus recreatus eſt. Sortes: ſunt reſponſa numinum:ſiue oracula. Fulmineus ceu: Murrum appetentem ſingulare certamen annibalis comparat apro:qui a canibus exagitatus facit ultimum cōtra uenatores conatum: quos dentibus exertis inuadit. Spartanis latratibus:canibus laconicis:canes ſpartani & moloſſi celebrantur a poetis: atq; Melitei ad mulierum delitias:illi autem ad cuſtodiam & uenatum. Candentem: ideſt non modo rubicundum ſanguinem:uerum etiam propegnitum.& perſtat ī tranſlatione.appellauit enim aprum fulmineum: & fulmen eſt candens: ideſt ignitum. Geminum.dentem: duo quippe ſunt dentes apro ſimiles: q exerti appellātur: quos habet etiam hippopotamus & elephantus. Torquet: uoluit dentem exertum contra uenatores. Gemens:iratus & gemitum emittens cum fremitu:gemunt proprie animalia preſſa pondere. Littorẽ ab heſperidum: qui uenerat ab oceano athlantico & finibus mauritaniæ: ubi fuerũt horti heſperidum. Carmine:incantationibus magicis. Quantus biſtoniis:annibalē in agmine furentem comparat marti: qui domat effera bella equorũ afflatu. gradiuus dicitur mars a gradiendo ī bello ultro citroq;:uel quia ex gramine ſit ortus:ut inquit Sextus Pompeius. biſtonium eſt ſtagnum in thracia ubi mars dicitur regnare:quoniam thraces ſunt bellicoſi propter regionis ſitum & rigorem. Ideo ſcribit Stra. libro tertio. Id quod eſt in fœlici regione: pacificum eſſe:quod uero in triſti:pugnax & uirile. Vnde nõ ualet illic īgenium: ſed furor. Biſtoniis:threiciis. Cohors titanum: bellũ giganteum intelligit. titanes enim uoluerunt detrudere iouem e cœlo: quos Iuppiter fauentibus aliis diis deiecit: ut eſt in fabulis. Verum ut ioquit Cicero nil aliud eſt more gigantum pugnare cum diis:niſi repugnare naturæ.

Grata uoce:eloquentia & lepore dicendi. Mouere fora:orare cauſas forenſes: & regnare in iudiciis. Fingere mentes:mouere auditores ad quoſcũq; affectus: quod eſt uehementis oratoris. Quo nam: hæc erant uerba dauni conuiciis annibalem inceſſentis. Pœne:o annibal: ideſt ad quid furiæ huc te impellunt patris tui amilcaris.

Flumineaq; urna celatus bragada parmam
Et uaſtæ naſamō ſyrtis populator hyempſal
Audax in fluctu laceras raptare carinas
Vna omnes dextraq; cadũt:iraq; perempti.
Necnon ſerpentes diro exarmare ueneno
Doctus atyr:tactuq; graues ſopire chelidros
Ac dubiā admoto ſobolē explorare ceraſte.
Tu quoq; fatidicis garamãticus accola lucis
Inſignis flexo galeam per tempora cornu
Heu fruſtra reditũ ſortes tibi ſæpe loquutas
Mentitumq; iouē īcrepitās occũbis hyarba:
Et iam corporibꝰ cumulatus creuerat agger:
Perfuſæq; atra fumabat cæde ruinæ.
Tum ductorē auido clamore ī prælia poſcit
Fulmineus ceu ſpartanis latratibus actus
Cum ſyluam occurſu uenantũ ꝑdidit:hirto
Horreſcit ſæuus dorſo:& poſtrema capeſſit
Prœlia:candentem mādens aper ore cruorē
Iāq; gemēs geminũ cōtra uenabula torquet:
At parte ex alia:qua ſe inſperata iuuentus
Expulerat portis:ceu ſpicula nulla manuſq;
Vim ferre exitiũ ue queat: ꝑmixtus utriſq;
Annibal agminibus paſſi furit: & quatit ēſē
Cantato ſuper ſenior quem fecerat igni
Littore ab heſpidũ remiſſus:q carmīe pollēs
Fidebat magica ferrum crudeſcere lingua:
Quantus biſtoniis latæ gradiuus in oris
Belligero rapitur curru:telumq; coruſcans
Titanum quo pulſa cohors flagrantia bella
Cornipedũ afflatu dōat: & ſtridoribus axis
Iāq; hoſcũ:rutilũq; pholũ:īgētēq; metiſcum
Iā lygdũ:dyriũq; ſimul:flauumq; galeſum
Et gemios chronũ atq; gyā demiſerat ũbris
Daunũ etiā grata:quo nō ſpectatior alter
Voce mouere fora:atq; orādo fingeř mētes:
Nec legum cuſtos ſolertior.aſpera telis
Dicta admiſcentē.quo nā te pœne paternæ
Huc adigunt furiæ? non hæc ſidonia tecta



Sidonia:carthaginēſia ædificata a didone. Exulibus: didoni & comitibus. Dimenſis harenis:ī illa peninſula:ut dictum eſt. Fundamenta deum:ſagunthũ conditum ab hercule relato in numerum deorũ. Romanaq; fœdera:ſagunthinos qui romanis fœdere iuncti ſunt. Lentæ iræ:remiſſæ:quoniā uolebat eum punire lēto ſupplicio:ut diutius cruciaretur:& ipſe annibal remiſſiore animo maiorē caperet uoluptatē: quod ꝑfecto inhumanum eſt.unde dicit Sene. Alienis bonis inuidere æterna miſeria eſt. Alienis malis delectari uoluptas inhumana.& alibi. Nō eſt ꝙ credas quēq̃ fieri aliena īfœlicitate fœlicē. Ciebat:uocabat.imperator dicebat cyprus: ut eſt apud xenophon:fatuus eſt ſi neſcit noīa ſubditorum ducum quibus ei opus ſit pro inſtrumento uti. Sed poſtquam:inquit audiuit Annibal ī alia parte urbis Murrum omnia uaſtare omiſſis ceptis illuc præcipiti curſu cōtendit. Lymphato curſu:præcipiti & furenti. Varro ſic ſcribit:græci aliquos commota mente lympholentos dixerunt quaſi plenos furoř:ab eo lymphatos noſtri dixere: Sextus pōpeius ait. Lymphæ dictæ ſunt a nymphis: uulgo autem memoriæ proditum eſt quicũq; ſpeciem quandam e fonte:ideſt effigiem nymphæ uiderint furendi nō feciſſe finē: quos græci lympholentos uocant:noſtri lymphatos appellant. Crine ut flammifero: fulgorē criſtarum Annibalis portendentem fatum murro cōparat cometæ ſuis radiis portendenti euerſionē regnis: cometes portendit euerſionē regnorũ. Vnde Iuuenalis:Inſtantem regi armenio partoq; cometem:prima uidet. Plinius dicit eſſe ſydus magna ex parte terrificum. Ariſtoteles uero imbres graues ab his aliquādo uentoſq; ſignificari. Fera regna:crudeles reges. Iuſto quippe regi timendũ non eſt: cũ oibus conſulat:ut bonum decet paſtorem. Atra: ſubnigra. Rubentes radios:ignitos. Sæua luce: quia minatur regibus īfœlicitatem .alibi canit. Regnorũ euerſor rubuit læthale cometes.:ideo ſubiungit. Terriſq; extrema minař. Vomit:emittit. Scintillat:uibrat & corruſcat.

Extrema:magnas calamitates. Præcipiti:feſtino:furentiq; ānibali. Igneus apex:cuſpis & ipſum ferrũ quod erat in haſta. Dirum lumen: portendens infœlicitatē murro. Vmbo:clypeus. Talis ubi ægeo:annibalē præcipitem & omnia magno impetu tranſgredientē comparat fluctibus ægei maris qui tranſgrediũtur cyclades: nec aliqua mole oppoſita fracti reſiliunt. ægeum mare inquit Varro dictum eſt ab inſulis: ꝙ in eo mari ſcopuli uocātur æges ad ſimilitudinem caprarum. Vnde Pacuuius. æges ferme aderant æquore in alto ratibus repētibus. Chorus ſpirat ab occidēte uerſus ſeptētrionem ad ſolſtitium æſtiuum:hunc ponit pro quocũq; uento. Mare ſupenſum: fluctus erectos & eleuatos flatu uentorum. Frigida: ab effectu: quoniam qui timent frigent: cum calor naturalis ad ima retrahitur. Vnde timentibus plærunq; ſoluitur uēter:& mouetur urina. Cyclades a circulari forma dictæ ſunt inſulæ in mari ægeo ambientes delon inſulam: quarum nomina recenſet Strabo. Curuatis:ſuſpenſis. tranſgreditur inſulas obiectas. Inceſſentia: impetentia ſolum annibalem. tamen ſiſti non poterat quemadmodum cyclades uim tempeſtatis & fluctuum cum ſe opponunt reprimere non poſſunt:ſed fluctus illas magno īpetu tranſgreditur: ſic Annibal inter ſuos atque hoſtes ad murrum ruebat ſimilis fluctui. Tormentis: baliſta & onagris.

Inter ſolem:repercuſſione radiorum ſolarium. En q res lybicas: uerba Annibalis contēnentis Murrum. Faxo:faciam. Fœdera:que erāt renouata cum aſdrubale: ut ſagunthinis libertas ſeruaretur. Et ueſter iberus:qui ex illo fœdere renouato erat terminus imperii: quæ omnia annibal irrita fecit. Deos deceptos: quoniam in percutiendis fœderibus dii inuocabantur. Impii ducis decorum ſeruat poeta. Exoptatus ades: uerba Murri ad annibalem. Olim: iampridem cupiebam congredi tecum.

Fœminea fabricata manu:precioue parata.
Exulibuſue datum dimenſis littus harenis.
Fundamēta deum:romanaq; fœdera cernis.
Aſt illum toto iactantem talia campo
Ingenti raptum niſu:medioq; uiroum
Auulſũ īter tela globo:& poſt terga reuictũ
Annibal ad pœnam lentæ mandauerat iræ:
Increpitāſq; ſuos inferri ſigna iubebat:
Perque ipſos cædis cumulos.ſtragēq; iacētũ
Mōſtrabat.furibũdus iter cũctoſque ciebat
Nomīe.& prædas ſtātē dabat īprobus urbē.
Sed poſtq̃ a trepidis allatum feruere partem
Diuerſam marte īfauſto:murroque ſecũdos
Hunc ſuperos tribuiſſe diē.ruit ocius amens
Lymphato curſu:atque īgētes deſerit actus.
Lætiferũque micant fulgētes uertice criſtæ.
Crine ut flāmifero terret fera regna cometes
Sanguineũ ſpargēs ignē.uomit atra rubētes
Fax cælo radios:& ſæua luce corruſcum
Scintillat ſydus:terriſque extrema minatur
Præcipiti dant tela uiā:dant ſigna:uirique
Atque ābæ trepidāt acies:iacit igneus haſtæ
Dirum lumen apex:ac late fulgurat umbo:
Talis ubi ægeo ſurgente ad ſydera ponto
Per lōgum uaſto chori cũ murmure fluctus
Suſpenſũ ī terras portat mare:frigida nautis
Corda tremũt:ſonat ille ꝓcul:flatuq̃ tũeſcēs
Curuatis pauidas trāſmittit cycladas undis.
Non cũcta e muris unũ inceſſentia tela
Fumāteſque ante ora faces.nō ſaxa per artē
Tormentis excuſſa tenent:ut tegmia primũ
Fulgentis galeæ conſpexit:& arma cruento
Inter ſolem auro rutilātia turbidus infit.
En qui res libycas:inceptaq; tanta retardet
Romani murrus belli mora fœdera faxo
Iā noſcas quid uana queāt:& ueſter iberus
Fert æquũ caſtāque fidem:ſeruataque iura
Deceptos mihi lique deos:cui talia murrus.
Expotatus ades. mens olim prælia poſcit:



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hoſtem: annibalem aſcendentē propius. Præruptū loci: ideſt iam ſubeuntem altiorem partem aggeris proſtrati. Prono ictu: ruenti in aſcendentem annibalem. Subſedit: flexit ſe annibal pondere ſaxi preſſus. Fragmine muri: ſaxo euulſo ab aggere ſtrato. Nutantia: mouētia ſeſe: laus annibalis a fortitudine quæ ī aduerſis ſe oſtentat. Caligat: caligine obducebatur murrus ꝑpter timorem uidens tantum hoſtē. Cōclamant: hortātur ad pugnam in tanto certamine. Cōditor alcide: oratio Murri ad herculem ſagunthi cōditorem. Sacra: numini tuo dicata. Procellam: annibalem procellæ iſtar. Cerne ait: uerba annibalis inuocantis etiam herculem inimicum quondā troianorum. tempore quippe Laomedontis troiam expugnauit: ob negatam ſibi mercedē a Laomedōte propter liberatam heſionen: quæ marino mōſtro expoſita erat quod hercules occidit cum illac trāſiret nauigās ad oram phaſidis pro aureo uellere aſportādo: ut canit Flaccus. An tyrīthius: hercules a Tyrinthe: quæ erat munimētum argiuorū ubi fuit educatus hercules. Delenti: mihi paranti delere romanos oriundos a phrygibus inimicis quōdam tuis. Dexter: propitius. Exigit: immittit in uiſcera murri uſq; ad capulum. Moræ: impedimenta ne ſcilicet enſis altius deſcenderet. Statuere: permiſcere. Relato: educto e corpore murri: Iuuentus: ſagunthina ſcilicet. Coit: cōgregatur. Viciſſim: mutua exhortatione uocati. Inceſſunt: infeſtant impetunt. Librata: emiſſa ex fundis. Tegmen: clypeum & arma.

Speq; tui flagrat capitis: fer debita fraudum
Præmia: & italiam tellure inquire ſub ima
Longum in dardanios fines iter atq; niualem
Pyrenen: alpeſq; tibi mea dextera donat.
Hæc inter cernens ſubeuntem cominus hoſtem
Præruptumq; loci: fidum ſibi corripit ingens
Aggere conuulſo ſaxum: & nitentis in ora
Deuoluit: pronoq; ſilex ruit incitus ictu
Subſedit duro concuſſus fragmine muri
Tum pudor accendit mentem: nec conſcia fallit
Virtus preſſa loco: frendens luctatur: & ægro
Scandit in aduerſum per ſaxa nutantia nixu.
Sed poſtquam propius uicino lumine fulſit:
Et tota ſe mole tulit: uelut incita clauſum
Agmina pœnorum cingant: & cuncta pauentem
Caſtra premant: lato murrus caligat in hoſte.
Mille ſimul dextræ: denſus micare uidetur
Enſis: & innumeræ nutare in caſſide criſtæ
Conclamant utrinq; acies: ceu tota ſagunthos
Igne micet: trahit inſtanti languentia lætho
Membra pauens murrus: ſupræmaq; uota capeſſit
Conditor alcide: cuius ueſtigia ſacra
Incolimus: terra minitantem auerte procellam
Si tua non ſegni defenſo mœnia dextra
Dumq; orat: cæloq; attollit lumina ſupplex.
Cerne ait an noſtris longe tyrinthius auſis.
Iuſtius affuerit: ni diſplicet æmula uirtus.
Haud me diſſimilem alcide primoribus annis
Agnoſces inuicte tuis. fer numen amicum
Et troiæ quondam primis memorate ruinis.
Dexter ades phrygiæ delenti ſtirpis alumnos
Sic pœnus. preſſumq; ira ſimul exigit enſem
Qua capuli ſtatuere moræ: tæloq; relato
Horrida labenti perfunditur arma cruore.
Scilicet ingenti caſu turbata iuuentus
Procurrit: nota arma uiri: corpuſq; ſuperbo
Victori ſpoliare negant: coit aucta uiciſſim
Hortando manus: & glomerata mole feruntur.
Hinc caſſis galea: hinc clypeus ſonat æreus haſtis
Inceſſunt ſudibus: librataq; pondera plumbi
Certatim iaciunt: deciſæ in uertice criſtæ.
Direptumq; decus nutantum in cæde iubarum.
Iamq; agitur largus per membra fluentia ſudor
Et ſtant loricæ ſquamis horrentia tela
Nec requies tegmenue datur nutare ſub ictu
Genua labant: feſſiq; humeri geſtamina laxant



Eliſus: excluſus. Mente aduerſa domat: ideſt fortiter patiebatur omnia aduerſa: ut ſuū decorum ſeruaret. turpe quippe fuiſſet ſi tantus uir ceſſiſſet aduerſis: ſed magnitudine honeſtatis & laudis uitæ pericula repēdebat: Virtus enim circa pericula uerſatur: & qui illa ſubit & gaudet: aut ſaltem non dolet fortis eſt: & nonnulli ob dolorem & pericula inuicti animi laudem amittunt. Ideo annibal mente: ideſt magnitudine animi & robore ſubnixus domabat aduerſa: ut uirtutis præſcriptum ſeruaret: animiq; inuicti laudem aſſequeretur. In aduerſis eſto firmus inquit Seneca: In proſperis cautus & humilis. Suadet: hortatur uirtutem ſuam: & ſeipſum niteſcere in aduerſis: ut decet uirum fortem: qui circa terribilia uerſatur interritus. Duris: difficultatibus circa quæ uerſaf

Tū creber: pœnituſq; trahens ſuſpiria ſicco
Fumat ab ore uapor: niſuq; eliſus anhelo
Auditᷣ gemitus: fractūq; in caſſide murmur
Mēte aduerſa domat. ſuadetq; niteſceī duris
Virtutem: & decoris precio diſcrimia pēſat:
Hic ſubitus ſciſſo denſa inter nubila cælo
Erupit quatiens terrā fragor: & ſuper ipſas
Bis pater ītonuit geminato fulmine pugnas
Inde inter nubes uentorum turbine cæco
Vltrix iniuſti uibrauit lancea belli
Ac fœmore aduerſo librata cuſpide ſedit.
Tarpeiæ rupes: ſuperiſq; habitabile ſaxum
Et uos uirginea lucentes ſemper in ara
Laomedonteæ troiana altaria flammæ
Heu quantum uobis fallacis imagine tæli
Promiſere dei: propius ſi preſſa furenti
Haſta foret: clauſæ ſtarēt mortalibus alpes.
Nec traſimene tuis nunc alia cederet undis
Sed iuno aſpectans pyrenes uertice celſæ
Vana rudimenta: & primos ī marte calores
Et ualidam duris euellit ab oſſibus haſtam
Ille tegit clypeo fuſum per mēbra cruorem:
Tardaq; paulatim: & dubio ueſtigia niſu
Alternata trahens auerſus ab aggere cedit.
Nox tandem optatis terras: pōtūq; tenebris
Condidit. & pugnas erepta luce diremit:
At duræ īuigilant mentes. molēq; reponunt
Noctis opus: clauſos acuūt extrema pericli:
Et fractis rebus uiolentior ultima uirtus:
Hic pueri: iualidiq; ſenes: hic fœmia ferre
Certat opem ī dubiis miſerādo uana labori:
Saxaque mananti ſubuectat uulnere miles
Iam patribus: clariſq; renū ſua munia curæ
Concurrūt. lectoſq; uiros hortantᷣ: & orāt.
Defeſſis ſubeant rebus: reuocentq; ſagūtho
Sidonias flammas: nūc ite: impellite puppi:
Saucia dū caſtris clauſa ē fera tēpore martis
Vtendū ē rupto: & graſſandū ad clara piclis.

uirtus. Vnde dicit Seneca: Altum quiddam ē uirtus: excelſum & regale: inuictum: infatigabile. Penſat. repēdit pericula quæ ſubibat: cum laude quam aſſequebatur tolerādo fortiter aduerſa: quæ ſunt uirtutis occaſio. nitet enim ī his uirtus. Fragor: rumor cœli. Librata: quodam libramento miſſa. Vibrauit: uibrando uenit. Belli iniuſti: quod erat cōtra fœdus. Fœmore aduerſo: Liuius ait annibalem fuiſſe uulneratum non cum īteremit murrum: ſed cum incaute murum ſubiret. Vt uero īquit: annibal ipſe dum murum īcautus ſubit: aduerſum fœmur tragula grauiter ictus cecidit. tāta circa fuga: & trepidatio fuit: ut non multū abeſſet: quin opera & uineæ deſererentur obſidio. deinde per paucos dies magiſq; oppugnatio fuit: dum uulnus ducis curaretur. Tarpeiæ rupes: exclamat poeta ad capitolium ac numina romana. Saxum: capitolium: ubi erat numinū ſedes. Flammæ laomedonteæ: uirgines ueſtales inſtitutæ fuerunt a Numa pompilio: & primū duæ fuerunt: inde duæ additæ ab ipſo Numa: poſtea Seruius tullius duas addidit: & ſic fuerunt ſex. Inde auctus eſt numerus: quæ templum ueſtæ cuſtodiebant: & ignem inextinctum: quem ritum ſacrorū æneas ex phrygia in italiam aduexit. Iuuenalis: Vbi quāquam diruta ſeruat Ignem troianum & ueſtam colit alba minorē.

Fallacis teli. quoniam ſi altius inſediſſet annibal nūquā tranſcendiſſet alpes. Clauſæ: alpes: quia ante annibalem ut hic canit: alpes fuerant imperuiæ. ideo exclamat ſarranus apud eundē. Amiſimus alpes: arcem ſcilicet italiæ. tamen prius galli alpes tranſcenderant: ſed alia uia. quā alienis ueſtigiis tutā annibal ſequi noluit: ſed auias alpes penetrauit. Allia: fluuius prope romā apud quē Tribuni militū cum gallis ſenonibus qui duce brenno romam infeſto agmine petebant infœlici marte pugnauerūt: Vnde ille dies ater habitus eſt a romanis. Ouidius in ibim: Hæc eſt in faſtis cui dat grauis allia nomen. Allia nō cederet tuis undis: ideſt non fuiſſet maior ſtrages romanorum apud traſimenum q̄ fuerit prius apud alliam. Vana rudimenta: irrita principia propter uulnus ducis. At duræ iuigilāt mentes: ſagunthini īquit non dormiebant in tanta opportunitate rerum q̄uis ueniſſet nox: ſed murū collapſū reſtituebant. Duræ: perſeuerantes in laboribus pro decoro ſeruando. Molem: diſiectam. ſ. a teſtudie: & aliis tormētis reſtituunt noctu. Fractis rebus: urgente neceſſitate: & iam debelitatis rebus ſagunthinorum. Vltima uirtus: ultimus conatus: qui fit deſperatis prope iam rebus. Vnde dicit ſene. Acerrima uirtus eſt quam ultima neceſſitas extundit. Vana: inutilis tali labori: qui uirorū eſt: non mulierum: quas penſa decent: & calati: uulgus inquit hoc agebat. at ſenatores de ſumma rerum conſultabāt. Munia: officia. i. erat illis curæ conſulere labanti patriæ. Subeāt: ſuccurrant rebus iam attritis. Flammas ſidonias: incendium punicum. Clauſa ē fera: ipſe Annibal immitis ut fera. Tempore rupto: ideſt opportunitate temporis oblata: & occaſione: dū ſcilicet ceſſat oppugnatio uulnere āniba lis. Graſſandum ad clara: eundum cum impetu more latronum ad decus & gloriam per omnis aduerſitates: & pericula: ut patria liberetur: pro qua uir bonus: ſi opus eſt occumbere debet nō ſolum pati labores & diſcrimi-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

na. Antiqua domo:Roma:quoniam ex latio miſſi fuerant illuc coloni. Dum ſtat remeate.i.cum adhuc nõ eſt expugnata urbs:ite ac redite. Tumido:inflato uentis. Pellebat ſomnos:deſcribit auroram:cuius maritus fuit Tithonus frater Priami.Diodo.dicit Tithonum uerſus orientem militaſſe uſq; in æthiopiam:& ex Ida filiũ genuiſſe Memnoné:quem ad Troiam Achilles interemit. Roſcida.humida:quoniam ĩ aurora cadunt rores.

Rutilus.ſonipes equus ſolaris rubicundus. Afflarat:perſtat in tranſlatione equorum. Nocturnis: noctu erectis. Pendent actus: ceſſant. Interea rutulis : redit ad legatos: qui nauigantes per mare hiſpanum: & maſſilienſe peruenerunt ad portum meneci : & mare liguſticum.portus Herculis:qui & meneci dicitur:eſt iter Maſſiliam & Genuam cum templo herculis ita dictus: quoniá Hercules ibi habitet ſolus. Rutulis:ſagunthinis oriundis ab Ardea capite rutulorum. Boreas:uẽtus ſeptẽtrionalis flat a Thracia dictus a boatu:quia cum impetu flat: & ſtridet. Alis:quoniam uenti finguntur alati. Solus habet: hoc dicit propter uicinitatem ſeptẽtrionis: & frigidus eſt:quia ex locis frigidiſſimis ſpirat. nec inter eũdum temperatur alicuius plagæ calore. Arcto:ſeptẽtrione. Vorticibus:uortex: ut ſcribit Fabius:dicitur contorta i ſe aqua:uel quicquid aliud ſimiliter uertitur: inde propter flexum capillorum pars ſumma capitis dicitur uertex: & etiam ſummitas montiũ.proprie tamen unde initium ẽ.

Aequora fracta:undæ ſciſſæ flatu uentorum. Anhelant:æſtuant.Rhenus eſt fluuius diuidẽs germanos a gallis. Rhodanus galliæ comatæ fluuius:dictus a Rhoda oppido: colonia rhodiorum. O patria: uerba legatorũ ad patriam ſagunthum:quorum laus eſt a pietate: quam patriæ debemus:quæ omniũ caritates complectiſ. Quo loco:in quo ſtatu & conditione res tuæ ſunt. Sacræ arces:propter Herculem:qui eas poſuit:ſupra dixit:cuius ueſtigia ſacra incolimus terra. De tanto nomine: quoniá ſagunthus erat opulentiſſima & clara ciuitas fide: quam uſq; ad interitum ſeruauit. Ad oras laurentes: ad oſtia tyberina.Laurentum fuit oppidum latii non procul a tyberi. Anio labitur ex montibus trebulanis: inde p deſcenſus tyburtinos deuoluitur in planum:& tyberi miſcetur: quem auget: & ſua unda ditiorem facit. Flauo gurgite: aqua turbida:unde albula quondam dicebatur hic fluuius a colore aquæ. Pontum: mare tyrrhenum. Conſanguineæ:propter ardeam: cuius fuerant colonia. Cõcilium.dicitur congregatio hominum a concalãdo: ideſt uocando:unde calendæ dictæ:quia i principio menſis populus calabatur. Auguſtum:uenerationis: maieſtatiſq; plenum: Auguſtus dicitur locus ſanctus: & uenerabilis Vnde dicit Liuius romulum feciſſe ſe auguſtiorẽ purpureo habitu. Caſta paupertate: quoniam a pauperibus: & ſtudioſis caſte uiuitur.diuites autem luxu diffluunt.

Beatos:fœlices. beatus proprie dicitur is:cui nihil deeſt: & qui e natura uiuit:inſtantibus deſideriis ſatiſfacere contentus eſt. Vnde dicit Seneca. Is maxime diuitiis fruitur: qui minime diuitiis indiget. Et Epicurus dicebat lætam paupertatem eſſe rem honeſtam.animus enim debet eſſe diues:non arca. breuiſſima quippe ad diuitias uia eſt præter contemptum diuitiarum. Nomina parta: comparata uictoriis. accipiebant enim cognomina a deuictis hoſtibus: ut Torquatus: Coruinus: Capitolinus fecere.pari modo de prouinciis. Sed poeta reſpexit ad ſua tempora. Aphricanus enim primus a deuicta aphrica cognomẽ accepit. Conſul: conſules erant Semp. longus: &.P. Scipio. Aequantem ſuperos:ideſt diuinos omnique uirtute præſtantiſſimos ſenatores romanos. Recti:iuſtitiæ.

Hirtæque comæ:impexæ.L. Ticinius Menas: auctore Plinio primus ex Sicilia in italiam tonſores duxit. Aphri-

Ite citi:deflete fidem:muroſq; ruentes
Antiquaq; domo meliora accerſite fata.
Mãdati ſũma eſt:dũ ſtat remeate ſagũthos.
Aſt illi celerant qua proxima littora greſſũ:
Effugiunt tumido per ſpumea cærula uelo.
Pellebat ſomnos tithoni roſcida coniunx:
Ac rutilus primis ſemper hinnitibus altos
Afflarat mõtis:roſeaſq; mouebat harenas.
Iam celſa e muris extructa mole iuuentus
Clauſam nocturnis oſtentat turribus urbẽ.
Rerum oẽs pendent actus: & milite mœſto
Laxata obſidio: ac pugnandi ſubſtitit ardor.
Inq; ducem uerſæ tanto diſcrimine curæ.
Interea rutulis longinqua per æquora uectis
Herculei ponto cœpere exiſtere colles.
Et nebuloſa iugis attollere ſaxa meneci
Thracius hos boreas ſcopulos imitia regna
Solus habet:ſẽperq; rigẽs nũc littora pulſat:
Nunc ipſas alis tangit ſtridentibus alpes:
Atq; ubi ſe terris glaciali fundit ab arcto:
Haud ulli contra fiducia ſurgere uento: (lãt
Vorticibus torq̃t rapidis mar̃:fractaq; anhe
Aequora:& iniecto cõdũtur gurgite mõtes.
Ianq; uolãs rhenũ:rhodanũ in nubila tollit.
Hunc poſtquã boreæ dirum euaſere furorẽ:
Alternos mœſti caſus belliq;:mariſq;:
Et dubium rerum euentũ ſermone uolutãt.
O patria fidei domus iclyta: quo tua nũc ſũt
Fata loco:ſacræ ne manent in collibus arces?
An cinis heu ſuperi tanto de nomine reſtat?
Ferte leues auras:flatuſq; ciete ſecundos:
Si nondum iſultat templorũ protinus ignis
Culminib:latiæq; ualẽt ſuccurrere claſſes:
Talibus illachrymãt noctẽq;:diẽque q̃relis:
Donec laurentes puppis defertur ad oras:
Qua pater acceptis anienis ditior undis
In pontum flauo deſcendit gurgite tybris:
Hinc cõſanguineæ ſubeũt iã mœnia romæ.
Concilium uocat auguſtũ:caſtaque beatos
Paupertate patres:ac nomĩa parta triũphis
Conſul.& æquantẽ ſuperos uirtute ſenatũ:
Facta animoſa uiros:& recti ſacra cupido



canus autem radi quotidie inſtituit.ante erant intonſi:unde Ouidius:Hoc apud intonſos nomen habebat auos.

Neglecta menſa:ideſt ipſa temperantia:quæ luxum aſpernatur:& modum cupiditatibus ponit. & ſic laudat romanos a parſimonia in uictu. Dextra nõ ſegnis capulo:ideſt prompta ad bellum & pugnam:quãuis araſſet. Nam apud antiquos ille ſummis laudibus celebrabatur:qui bonus agricola:bonuſq; miles dici poterat. Vnde dicit Plynius:Fortiſſimi: & ſtrenuiſſimi milites ex agricolis gignuntur. Senatores colebant agros. erant inquit poeta ita prompti ad bellum:quemadmodum ad agriculturam. Cincinatus ab aratro ad dictaturam uocatus fuit. eadem diligentia inquit Plinius: arua diſponebant qua caſtra:Nullum laborem recuſant manus:inquit Seneca:

Attollũt:hirtæq; comæ:neglectaq; menſa:
Dextraq; a curuis capulo non ſegnis aratris
Exiguo faciles:& opum non ĩdiga corda
Ad paruos curru remeabant ſæpe penates.
In foribus ſacris:primoq; in limine templi
Captiui:currus belli decus: armaq; rapta
Pugnatum ducibus.ſæuæq; ĩ marte ſecures:
Perfoſſi clypei:& ſeruantia tela cruorem:
Clauſtraq; portarũ:pẽdẽt hic punica bella
Egathis cernas:fuſaq; per æquora claſſe
Exactam ponto libyen teſtantia roſtra
Hic galeæ ſenonum:penſatiq; ĩprobus auri
Arbiter enſis ineſt:galliſq; ex arce fugatis
Arma reuertentis pompa geſtata camilli.
Hic ſpolia eacidæ:hic epyrotica ſigna:
Et ligurũ horrẽteſq; comæ: parmæq; relatæ
Hiſpana de gente rudes: alpinaq; geſa.
Sed poſtq̃ clades patefecit:& horrida bella
Orantum ſqualor præſenſq; aſtare ſagunthi
Ante oculos uiſa ẽ extrema precãtis imago.
Tum ſenior mœſto ſycoris ſic ĩcipit ore.
Sacrata gens clara fide:quam rite fatentur

quæ ad arma ab aratro transferuntur. Opum non indiga corda:quoniam erãt prædita uirtutibus: quæ ſunt animi dotes: has q habet bona fortunæ ſpernit. ea uero appetit quæ natura pro ſui conſeruatione deſiderat: quod q facit:e natura uiuit:& ditiſſimus eſt:panem & aquam: inquit Seneca natura deſiderat: nemo ad hæc pauper eſt: intra quæ quiſquis deſiderium ſuum claudit: cum ioue de fœlicitate contendat. Faciles exiguo:contenti re parua.

Curru:triumpho. In foribus ſacris:Tangit Syllius geſta romanorum uſq; ad ſecundum bellum punicum.in tẽplo utplurimum ſenatus habebatur: Huius tẽpli Liuius non meminit:cum de Sagunthinis introductis in ſenatũ loquitur. Ait enim:Conſules tunc erant Romæ Scipio:& Sempronius: qui cum legatis in ſenatum introductis de republica rettuliſſent:& cetera. Captiui: adempti hoſtibus. Secures:ſecurim in bello Pentheſilea Amazonum regina inuenit. Clauſtra:uectes:& ſeram.clauſtra dicuntur a claudendo. Punica bella egathes:ideſt ſigna uictoriæ quã Romani habuerunt de pœnis ad Egates inſulas.

Roſtra teſtantia: quæ oſtẽdebant pœnos ſuperatos bello nauali a romanis ceſſiſſe mare: amiſſis Sicilia: & Sardinia:in cuius uictoriæ monumentum roſtra nauium carthaginenſium in foribus templi affixa erant:ut quondam roſtra antiatum.Romani enim deuictis antiatibus nauali prælio in monumentum uictoriæ roſtra nauium affixerunt:ſuggeſto erecto in foro:quod roſtra appellarunt.Vnde Plynius ait.Roſtra nauium tribunali præfixa foro decus erant ueluti populo romano corona impoſita. Exactã:pulſam e mari. Hic galeæ ſenonum. Galli ſenones omiſſis cluſinis: quos uexabant infeſto agmine Romam contenderunt:qua capta Capitolium quo ſe robur receperat romanum:obſederunt romani auro ſalutem redimeř decreuerunt:& mille pondo auri pepigere:ſed cum deberet aurum appendi:allata fuerunt a gallis iniqua pondera:&.P.Sulpitio trib.militum reclamante additus eſt iniquo ponderi enſis ab inſolenti gallo: quem romani poſtea ſeruauerunt in monumentum illius indignitatis. Arbiter enſis:iudex ponderis:quoniam fuit additus põderibus:& uidebatur eſſe quaſi arbiter. arbitrum autem appellamus iudicem:qui poteſt pro uolũtate iudicare.

Reuertentis camilli:Camillus abſens.erat enim Ardeæ: & quidem exul dictator creatus auro nondum appẽſo interuenit:& primo congreſſu in urbe gallos nullo negocio fudit:fugauitq; inde ad octauum lapidem uia gabina:quo ſe ex fuga contulerant penitus deleuit:& triumphans in urbem reuerſus eſt:& alter Romulus:ac parẽs patriæ conditorq; alter urbis appellatus. Virgilius:& referentem ſigna camillum. Pompa:triumpho. Spolia eacidæ:Pyrrhi regis epyrotarum:qui apud aſculum Curio:& Fabritio conſſ.bis fuit exutus caſtris: & bis uulneratus:& tandem italia pulſus ex ea uictoria plurima bona Romam allata fuerunt:ut aurum:purpura:tabulæ.

Et ligurum comæ: Ligures emporium caput habent genuam:quõdam finitimos latrociniis infeſtabant:hos .L.Poſthumius ita bello attriuit:ut uix ferrum reliquerit ad terram colendam Ligures & hiſpani domiti fuerũt primo bello punico a Lucio Poſthumio:& Lucio æmilio conſulibus. Parmæ rudes:impolitæ:quoniá ut ſcribit Strabo:Hiſpani peltas geſtabant:& agiles armaturas propter latrocinia:& gladio:funda:atq; iaculo utebãtur.

Geſa:ſunt tela gallorum:auctore Nonio.Virgilius: Alpina coruſcat geſa manu:geſum:ut inquit Sextus Pompeius eſt graue iactu iaculum. Clades: illatas ab annibale. Squalor.i. ipſi oratores ſqualidi: & præſeferentes triſtitiam:ut magis mouerent affectus. Precantis extrema: petentis ultima auxilia. Sacrata gens: oratio Sycoris oratoris ſagunthinorum in genere deliberatiuo:cuius finis eſt utilitas.huius orationis exordio captat beniuolentiam a romanis laudans eos a fide:quam in Capitolio ſacrauerant. Inde narrat cum amplificatione pericula:& crudelitatem annibalis:& arguens ab utili:pio:iuſto:& honeſto:nititur perſuadere mittendũ eſſe ſubſidiũ: ſagunthinis extrema calamitate laborantibus.inde corporis habitu mouet affectus.Lacerata enim ueſte in ſignũ mœroris ſtrauit ſe humi:quod conuenit miſeris:& extrema difficultate laborantibus. Sacrata fide: Nã romani fidem & mentem in capitolio ſacrauerant. Cicero in libris de natura deorum ſic ſcribit:Tum autem res ipſa ĩ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Marte ſatam:populi ferro parere ſubacti.
Ne crede emenſos leuia ob diſcrimia pōtū,
Vidimus obſeſſā patriā: muroſq; tremētes:
Et quē īſana freta:aut cœtus genuere ferarū,
Vidimus ānibalē:pcul his a mœnibus oro
Arcete o ſuperi:noſtroq; in marte tenete
Fatiferæ iuuenem dextræ:qua mole ſonātes
Exigit ille trabes:& quantus creſcit in armis
Trans iuga pyrenes mediū idignatus iberū
Exciuit calpen:& merſos ſyrtes harenis.
Molitur populos:maioraq; mœnia quærit
Spūeus hic medio q ſurgit ab æquor̄ fluctuſ
Si prohibere piget ueſtras effringet ī urbes.
An tanti precium motus:ruptiq; per enſes
Fœderis hoc iuueni iurata in bella ruenti
Creditis:ut ſtatuat ſuperata iura ſaguntho?
Otius ite uiri:& naſcentē extiguite flammā:
Ne ſeræ redeant poſt aucta pericula curæ.
Q uāquā o ſi nullus terror:nō obruta iā nūc
Semina fumarent belli:ueſtræue ſaguntho
Spernendū conſanguineā ptēdere dextrā.
Oīs iber rapidis:omnis fera gallia turmis.
Omnis ab æſtifero ſitiēs libys imminet axe.
Per uos culta diu rutulæ primordia gentis
Laurentēq; larē:& genitricis pignora troiæ
Conſeruate pios:quipermutare coacti
Acryſioneis tirynthia culmina muris.

qua uis eſt maior aliqua ſic appellatur: ut ea ipſa uis nominetur deus:ut fides:ut mens:quas in Capitolio dedicatas uidemus proxime a Marco Aemilio Scauro.ante autem ab Attilio Calatino erat fides conſecrata:de qua conſecratione nunc Syllius intelligit:quoniam calatinus fuit in primo bello punico. Populi: quos bello uiciſtis.

Marte ſatam:natam a Marte propter rei militaris peritiam romani ſuam conditoriſq; ſui originem ad martem referunt. Ne crede emenſos:Narratio eſt:quæ debet eſſe dilucida:breuis:& ueriſimilis: qua mouet ſenatores ad affectum a calamitate patriæ:ideſt ad iram contra annibalem:& miſericordiam pro ſaguntho obſeſſa:& ab utili ſuadet reprimendum eſſe hoſtem:ne talia & ip ı romani tandem patiantur:ideo ſuperos obteſtatur: ut annibalem peſtem tabificam in ſagunthinum potius bellum teneant:q̃ permittant romanos inuadere. Inſana.æſtuoſa & concitata. Fatiferæ dextræ: afferentis fatum & mortem:& eſt pars confutationis.potuiſſet enim dici.ſi Annibal ueniet non erit timendus:cum ſit nullius momēti:ideo ſubiungit. Qua mole ſonātes exigit:ideſt emittit ī hoſtem haſtas trabales: ideſt maximas: & hoc dicens ſuadet ab utili. Quātus creſcit: aſſurgit i clypeū. Imitatio uirgiliana. Trās iuga pyrenes:exauget rem: ut maiorem incutiat metum romanis. Dicitq; Annibalem uocaſſe ad bellum ferociſſimas gentes:& tranſmiſiſſe iberum:qui erat terminus imperii: & melius inter utriuſq; populi ditionem:ut oſtendat illum tot:tantiſq; militibus ſubnixum: omnia auſurum:& ut romanos moueret rebus ſuis timentes:niſi ſtatim reprimeretur illius conatus. Calpe mons eſt in finibus hiſpaniæ ad fretum: quem ponit pro hiſpanis habitantibus ad occaſum:quos Annibal ad arma exciuerat.& ut maiorem timorē faciat:dicit Annibalem tranſcendiſſe pyreneos montes:qui diuidūt gallias ab hiſpaniis. Merſos harenis:aphros: & naſamōes.

Molitur:uocat ad bellum. Maiora mœnia: urbē romam. Spumeus:tranſlatio eſt:& locus ab utili habens in ſe etiam cōfutationem:potuiſſet enim dici: Mouet quidem bellum:ſed non nobis.ideo ait: ueſtras effringet ī urbes. Spumeus fluctus: Annibal ſimilis fluctui. An tāti præcium motus: cōfirmatio eſt confutationis:& ineſt ipſa confutatio.ſenſus. putatis ne Annibalem rupiſſe fœdus:& ruiſſe ad arma: & tantos excitaſſe motus.ut ſaguntho dūtaxat potiatur? quaſi dicat:non ita credendum eſt.

Per enſes: arma:quoniam hoc bellum erat contra fœdus. Iuueni: Annibali fœdifrago:ordo eſt: an creditis eſſe præcium tāti motus iuueni. Vt ſtatuat iura:ideſt imponat finem potentiæ:quam nunc habet in armis: & cupiditati. Iurata bella:quæ iurauit ſe illaturum romanis: ut dictum eſt. Otius ite uiri:locus ab utili:occurrite inquit Annibali:& illum furentem reprimite: ne poſtea dāno affecti uos non feciſſe pœniteat. Fumant inquit ſemina belli: ſi tamen inualuerit incendium: non facile extinguetis:& hæc pars habet confutationē. Potuiſſet enim dici:cum mouebit bellum ibimus obuiam armis.ideo ait:Vtinam non eſſet iam opus ueſtro auxilio:& ſemina belli non fumarent. Omnis iber:ponit gētes:quæ ī illius exercitu erant:& per epitheta auget metum:ut oſtendat illos eſſe timendos. Omnis iber: omnes hiſpani ab ibero fluuio. Rapidis: in arma furentibus. Fera: crudelis bellicoſa. Aeſtifero axe:cœlo libyco:quod eſt ſubditum cancro. Omnis libys: omnes libyci nobis imminent. Sitiens:quoniam Aphrica laborat penuria aquarum:& ideo coloni malis aſſueti melius militiæ labores tolerare poſſunt: Per uos culta:locus eſt a pio.Oramus inquit uos per numina ueſtra: quæ ſemper pio animo coluimus:ut nobis ſupræma calamitate laborantibus ſuccurratis. Rutulæ gentis:ardeatium:quorum rex Rutulus fuit:a quo rutuli dicti:cuius filius fuit Daunus pater Turni.Coluimus inquit diu ſacra latina aduecta ex Phrygia ab Aenea:& principio rutulæ gentis:cuius ſagunthus fuerat colonia. Laurentemq; larem: templum Apollinis:ſiue ſolis:quod erat apud Laurentes qui colebant ſolem indigetem.& apud Lauinum erat templum Veneris genitricis commune latino nomini:cuius curam habebant acleates:ut auctor eſt Strabo. Pignora troiæ:numina troiana:quæ colebantur in latio aduecta ab Aenea: Genitricis: a qua eſt origo romanorum.

Pios:ſagunthinos claros pietate. Iuſtitia inquit Lactantius quid eſt niſi pietas.pietas autem nil aliud q̃ dei parētis agnitio.tunc ſumus profecto pii erga deum: cum illi tribuimus:quod ei debemus:ideſt cum ipſum colimus: & adoramus:& pietatem debemus deo & parentibus:aliis autem officium. Coacti: ab illis: qui noſtros in nouam coloniam miſerunt. Tirynthia culmina: Saguntum conditū ab Hercule tirynthio. Muris acryſio-



Vos etiam tandem ſiculi cōtra arma tyrāni
Iuuiſſe egregium:uos & campana tueri
Mœnia depulſo ſamnitum robore dignum
Sigeis duxiſtis auis: uetus incola dauni
Teſtor uos fontes:& ſtagna arcana numici.
Cum fœlix nimium dimitteret ardea pubē
Sacra domūq; ferens:& aui penetralia turni
Vltra pyrenem laurentia numina duxit.
Cur ut deciſa:atq; auulſa e corpore membra
Deſpiciat:ueſterq; luat cur fœdera ſanguis?
Tandem ut finitæ uoces:miſerabile uiſu:
Affigunt proni ſqualentia corpora terræ.
Inde agitāt conſulta patres:curaſque fatigāt.
Lentulus ut cernens accenſæ tecta ſagunthi
Poſcendum pœnæ iuuenem:celeriq; negātis
Exuri bello carthaginis arua iubebat.
Aſt fabius cauta ſpeculator mente futuri
Nec lætus dubiis:paruiſq; laceſſere martē
Et melior clauſo bellum producere ferro
Prima ſuper tantis rebus penſanda:ducis ne
Ceperit arma furor:an partes ſigna moueri
Cēſuerint: mittiq; uiros qui exacta reportēt.
Prouidus hæc ritu uatis fundebat ab alto
Pectore præmeditans fabius ſurgētia bella.
Vt ſæpe celſa grandæuus puppe magiſter.

neis:ardeatibus:quoniam Danae filia Acryſii regis argorum cum filio Perſeo condidit Ardeam. Vos etiā tandem:locus eſt a iuſto:& exēplo oſtendit romanos debere fauere ſuis:cū alias fauerit alienis. Hyero rex ſyracuſius intulit bellum meſſeniis:qui ſunt ad fretum ſiculum.Implorauerunt q; opem romanorum:unde miſſus ē exercitus:& pulſus rex atq; coactus reſtituere captiuos:& centum talenta argenti ſoluere:tunc primum claſſis romana in Siciliam tranſmiſit.L.piſo:ut autor eſt Ply.ſuis annalibus prodidit contra hyeronē regē.cc.xx.naues effectas fuiſſe diebus.xlv. Tandem:poſt longā contentionem in ſenatu:an eſſet mittendus exercitus contra carthaginēſes & Hyeronem inquit Liuius auxilium mamertinis ferendū ſenatus cenſuit:cum de ea re iter ſuadentes: ut id fieret:diſſuadenteſq; contentio fuiſſet: Diu tamen inquit Polybius hæc res in ſenatu agitata. Tandem populus præbendum mamertinis ſubſidium iudicauit: atq; ea ſententia per plebem confirmata confeſtim Appium claudium conſulem traiicere in Siciliam:& mamertinis ferre opem iubent:uidebatur certe iniuſtum ferre opem mamertinis qui meſſanam occupauerāt:cū ipſi paulo ante animaduertiſſent in proprios ciues: qui rhegium cōtra ius tenuerāt: imitati mamertinos. Vos & campana tueri mœnia:Sānites arma iniuſta ſidicinis intulerunt. Sidicini campanis ſe iunxerunt: qui in ſe omnem belli molem uertere. nam eos adorti ſunt ſamnites: omiſſis ſidicinis campani intra mœnia compulſi Romam miſerunt legatos:qui tādē capuam dederunt romanis:ne ea ſamnites potirētur. Romani legatos miſerunt:ut ſuis abſtinerent:quibus cum ſuperbe eſſet reſponſum: miſſis fecialibus ad res repetēdas: Valerius conſul cognomine coruinus eos uicit cum magna difficultate:faſſi quippe ſunt romani ſe nūq̃ cum pertinaciore hoſte manus conſeruiſſe:ideo ait Syllius depulſo robore ſamnitum. Dignum duxiſtis: putaſtis eſſe dignum. Auis ſigeis:romanis maioribus ueſtris:qui opē implorantibus ferebant. Sigeum eſt promōtorium troadis:unde romani originem habēt. Incola dauni: ego ſycoris oriundus ab ardea:ubi regnauit Daunus: Non ſum inquit alienus: qui opem ueſtram imploro: ſed uetus colonus ardeæ.Igitur ne ab officio diſcedatis fauere nobis debetis. Stagna numici. Numicus eſt fluuius latii: in quo æneas ſubmerſus nunquam apparuit. Vnde troiani aborigineſq; in numerum deorum relatum arbitrantes iouē indigetem appellarunt. Aſcanius templum ſacrauit patri ad Numicum:ut autor eſt Dionyſius:cum tali titulo. Dii patris terreſtris:qui Numici fluuii ūdas gubernat.Indigetes dii erant: quorum nomina nefas erat manifeſtare. Appellati autem:quia ī deos egiſſent:ideo dicit Liuius:Situs eſt quencūq; eum dici ius: faſq; eſt. Stagna arcana: ſub quibus latuit Aeneas. Ardea nimium fœlix:nimiū abundans colonis. Pubem:iuuentutem in nouam coloniam. Penetralia:penates ſacra & ritus ſacrorū: qui erat apud rutulos. Laurentia numina:quæ colebantur a latinis & laurentibus. Vltra pyrenem: quoniam ſagunthus erat in Hiſpania ultra pyreneos montes. Cur ut deciſa:locus eſt ab honeſto:& ait honeſtum eſt:& decet uos o romani ſi nos tāquam filios ac membta ueſtra iuueritis. Membra:nos qui ſumus tāquam membta deciſa a ueſtro corpor̄. Veſter ſanguis:nos qui ſumus ueſter ſanguis:& ſoboles:cur debemus pati damna:quæ inſert Annibal nobis colonis ueſtris rupto fœdere:quo cautum erat per uos:ut nobis libertas ſeruaretur. Luat fœdera:patiatur damna & bellum:quod Annibal contra fœdus mouet. Tandem:ideſt cum peroraſſent illi legati. Agitant conſulta:conſulunt in medium de hac remoti iam ad affectum: & lentulus cenſuit poſcendum eſſe Annibalem ad ſupplicium rupti fœderis:& comburendas eſſe arces carthaginis:ſi pœni hoc negarēt. Tandē uicit Fabii ſententia:qui tanquam uates omnia prouidebat:ut legati ad Annibalem & carthaginenſem ſenatum mitterentur. Fatigant:exercent. Pœnæ:ad ſupplicium & pœnam rupti fœderis. Iuuenem: Annibalem.

Negantis.ſcilicet dare Annibalem ad pœnam ob uiolatum fœdus. Speculator:ideſt tanquam e ſpecula proſpiciens prudentia ſua:id quod futurum erat:laus Fabii a prudentia. Cauta mente.Cautus dicitur is qui timet ea quæ timenda ſunt:& ita ſemper agit ut locum pœnitentiæ non relinquat. Nec lætus: non gaudens temere prælium inire.ut prudentem decet. Paruis:re parua & dubia. Clauſo:recondito in uagina:quoniā erat cunctator. Super:de tantis. Penſanda: diligenter conſideranda: & ponderanda. Ne ducis furor.an ipſe Annibal citra patrum auctoritatem mouerit bellum:an iuſſu patrum. Exacta.ideſt diligenter perquiſitam ueritatē

Alto.prudenti. Vt ſæpe e celſa.Fabium prouidentem futura bella ritu uatis comparat magiſtro nauis. qui futurum uentum ſignis cognoſcit:& ſtatim alligat uela arbori ipſius nauis. Grādæuus.longa experientia edo

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ctus. Chorum.uentum. Iandudum.ſtatim.Linthea:uela. Lachrymæ.ſagunthinorum. Præcipitare fatum:quodam impetu feſtinare ad ſecūdum bellum punicum:quod adhuc latebat:ſed fato futurum erat. Lectiq; ſenatu: electi fuerunt Fabius & Publicola: ut annibalem adirent. Si ſurdus.ideſt non obtemperans uerbis noſtris. In armis pactorum:quæ erant contra fœdera: ideſt ſi perſeuerabit indicant bellum carthaginenſibus oblitis deorum:qui fuerant inuocati in fœdere.

Finis primi libri.

Petri Marſi Interpratatio in Secundum uolumen Syllii Italici.

Aeruleis prouecta uadis: deſcribit nauigationem legatorum ad Annibalem:Legati autem erant Fabius Pāphilus: & Valerius publicola:quos Annibal audirē noluit: ſed ſtrepitu armotum.& tubarum clāgore nauim ne appellerēt ad littus prohibuit: qui ut mandatum erat ad carthagniem iter uertentes:bellum de more indixerunt:inde canit haſbiten in arma ueniſſe: cecidiſſeq; manu theronis:inde uarias pœnorum ſententias:auditis romanorum legatis:clypeum deinde muneri datū Annibalia callaicis populis celebrat: deploratque tandem ſagunthinam cladem:& incendium:celebrans ſagunthinos:qui pro fide cum omnibus fortunis mori dignum duxerunt:& Annibali ob perfidiam: animiq; feritatem:fortunæ mutationem:exitumq; uitæ uaticinatur.

Prouecta.pcul uecta. Vadis cæruleis.aquis marinis. Dardana.romana nauis: qua oratores uehebantur.

Triſtia iuſſa.afferentia dolorem & triſtitiam Annibali: quoniā illū ad pœnam rupti fœderis repoſcebant. Primoreſq; patrum fabius.tangit natales Fabii: & maiorum ſtēma:familia quippe fabiorum ad Herculem originē referebat ſuam.Fabius filius Herculis fuit ex Vindima filia Euandri:a quo fabii: ideo hic tyrinthia proles appellatur ab hercule tirynthio: de hoc alibi latius in bello:quod romani contra uehientes gerebant fabiorum familia: id bellum in ſe ſuſcepit.Itaq; tercentum & ſex ex hac familia cōtra hoſtes profecti ad unum cæſi ſunt: inſidiis circūuenti ad cremeram fluuiolum:qui parum diſtat ab urbe. Primores patrum.inter ſenatores illius æui facile principes. Primores dicunē tantum numero multitudinis: & comparatiuum eſt ſine poſitiuo. Turbine.impetu bellico.

Vna dies:Ouidi.Vna dies fabios ad bellum miſerat oīs Ad bellum miſſos perdidit una dies. Fors.fortuna belli maior eſſet uiribus fabiorum:quoniam.ccc.& ſex erāt cōtra tot hoſtes. Non æqua.non par labori fabiorum.

Patritio.generoſo & multi nominis.patritii proprie dicuntur illi:qui nati ſunt ex patribus conſcriptis. Aequato munere:pari legationis officio.Munus:ut īquit iuriſcōſultus:tribus modis dicitur:uno donum:unde munera dicuntur dari mittiue: altero onus: quod cū remittitur uacationē militiæ muneriſq; præſtat:ide īmunitas appellaē. tertio officiū:unde munera militaria & municipes dicuntur:quia munera ciuilia capiāt. Ingētis uoleſi.Voleſus a quo ualeſii mutatis litteris:ide Valerii habuerunt originē ex regillis oppido ſabinoꝝ cum magna clientū manu Romam cōmigrauit: & pater fuit:ut qdam uolūt Valerii collegæ bruti in cōſulatu:q quoniā plebis ſtudioſus fuerat publicola cognominatus ē: a quo hic Valerius originē habebat.Appius claudius,R.litteram īuenit:ut pro ualeſiis ualerii dicerenē. Spartana ꝓpago.ſabina: quoniā ſpartani.i.lacedæmonii fugientes aſpitatē legū lycurgi nauigauerūt in italiā:habitarūtq; cū ſabinis. Is.publicola. Inſigni.claro in familia:poſteriſq; cognomine. Auſonios faſces.cōſulatū:quē adeptus fuit ille Valerius:q primus publicola cognominatus eſt. Atauo cōſule: publicola illo ad quē hic originē referebat ſuā. Hos.fabiū & publicolā. Cōſulta.decreta patrū. Fœdere:quoniā mouebat bellū cōtra fœdus:& ſic debebat dare pœnas. Recēs.ꝓ recenter. Perfuſos.madefactos cæſoꝝ ſanguīe. Tubæ tyrrhene.ab īuētore: quoniā tyrrhenus pyſeus: autore pli.tubā æneā īuenit.Papinius ī thebaide.Dū marte ꝓpinquo Horrēt tyrrhenos heliconia plectra tumultus. Relegant.retro nauigent Romam. Clauſis.obſeſſis ſagunthinis.

Proſpiciens ſignis uenturū in carbaſa chorū
Summo iandudum ſubſtrīgit lintea malo.
Sed lachrymæ atq; ira mixtus dolor impulit
Præcipitare latēs fatū:lectiq; ſenatu: (oīs
Qui ductorem adeāt:ſi pſtet ſurdus ī armis
Pactorum:uertāt inde ad carthaginis arces.
Nec diuum oblitis indicere bella morētur.

Finis primi libri.

Aeruleis prouecta uadis iā dardana puppis
Triſtia magnāimi portabat iuſſa ſenatus.
Primoreſq; patrū fabius tirynthia proles
Ter cētū memorabat auos:quos turbine martis
Abſtulit una dies:cum fors non æqua labori
Patritio cremeræ maculauit ſanguine ripas.
Huic comes æquato ſociauit munere curas
Publicola:ingētis uoleſi ſpartana propago.
Is cultam referens inſigni nomine plebem
Auſonios atauo ducebat conſule faſces.
Hos ut depoſitis portum contingere uelis
Allatum ānibali:conſultaq; ferre ſenatus:
Iam medio ſeram bello poſcentia pacem.
Ductoriſq; ſimul conceptas fœderē pœnas
Ocius armatas paſſim per littora turmas
Oſtentare iubet militantia ſigna receſq;
Perfuſos clypeos:& tela rubentia cæde.
Haud dictis nūc eſſe locū ſtrepe oīa clamat
Tyrrhenæ clāgore tubæ gemituq; cadentū.
Dū detur relegāt pontū neu ſe adderē clauſis



Quid audeat enſis: quaſi dicat armatis nihil eſt ſanctum: & uiolantur etiam legati:qui iure gētium tuti eſſe debent.Liuius ait: Interim a Roma ueniſſe legatos nunciatum eſt:quibus obuiam ad mare miſſi ab Annibale: qui dicerent:Nec tuto eos adituros inter tot tam effrenatarū gentium arma. Inhoſpita.ubi non inuenerūt hoſpitium. Affatu:uerbis Annibalis. Conuerſo remige.mutata nauigatione carthaginem cōtenderūt. Hic.tūc.

Pœnus.Annibal ita nauim abeuntem uerbis proſequutus eſt: mouens ad indignationem ſuos. Fundentē.pandentem uela uentis in medio mari. Carinam.ſ.oſtendit ſiue alloquutus eſt: deeſt enim uerbum:quod ille nō expreſſit propter iram:ut ſæpe apud poetas legitur. Noſtrum ferre caput.uerba Annibalis ad ſuos: quibus romanos in odium inuidiamq; trahit. Cæcæ.improuidæ rerum futurarum. Secundis.fœlicitate.& flatu fortunæ:quæ temeraria eſt:& ad tempus:& ſic tanq̄ imprudentes taxat romanos. Prudentis inquit Seneca propriū eſt examinare conſilia. Si prudens eſſe cupis in futura proſpectum intende: & quæ poſſunt contingere animo tuo propone:nil tibi ſubitum ſit:ſed totum ante conſpicies.Si prudens eſt animus tuus tribus temporibus diſpenſetur præſentia ordina:futura prouide: præterita recordare.nā qui nihil de præterito cogitat perdet uitam: qui nihil de futuro præmeditatur in omnia incautus īcidit: Annibal igitur dum romanos imprudentes uocat cæcitatem oſtēdit ſuam:qui uires illorum minime metiebatur:& ſic tādem uictus pœnitentiæ locum reliquit: quod imprudentiæ aſcribitur.cum tibi alludit uitæ proſperitas inquit Seneca: tunc te uelut in lubrico retinebis ac ſiſtes:nec tibi dabis impetus liberos:ſed circunſpicies:quo eundum ſit:uel quouſq;: non altiori te rei imponas:in quā tibi ſtanti tremendum aſcendenti cadendū ſit. Impia tellus.Roma.

Pœnæ.ad pœnam rupti fœderis. Anteexpectatum.eſt una dictio:& ſignificat antequam me expectes.Virgi.i geor. Et hoſti Ante expectatum poſitis ſtat ī agmine caſtris.ſic etiam antedomandum idē ponit.i.anteq̄ domeē adero inquit citius q̄ putabas o roma portis tuis. Penates externos.i.ſagunthum.Timebis tibi inquit paulopoſt o Roma:quæ nunc uis defendere ſagunthinos: qui ſunt extra italiam. Tarpeios ſcopulos: capitolium & arcem: ut feciſtis tempore ſenonum. Præruptа.alta & acceſſu difficilia: ideſt rupem ueſtram capitolinam: qua ſalutem defendiſtis:non pugna & uiribus: non poteritis inquit redimere uos a me auro: & tutari capitolina arce: ut feciſtis tempore gallorum. Nubibus.denſitate ac multitudine telorum. Iaciebant inquit ſaxa in turres hoſtiles: ut legati romanorum nauigātes acerrimam urbis oppugnationē cernerent. Prouecta.nauis procul uecta a portu. Profugæ.quam Annibal profugauerat armorum ſtrepitu & tubis. Martem.pugnam.& urbis oppugnationem.

Turmas.exercitum.Turma habebat trigīta duos equites. Manipulus autem uiginti pedites. Piacula.ultionē uulneris illati a ſagunthinis Annibal efflagitabat a militibus ut uulnus ulciſcerentur ſuum:quod promiſerant: & uulnus oſtentabat:ut maiores excitaret affectus. Poſcimur o ſocii.oratio Annibalis ad ſuos:qua rei indignitatem affert.Romanos trahit in inuidiam:ſuoſq; ad pugnā accendit.& beniuolētiam captat a ſuis militibus:quos:ut uideatur humanus:ſocios appellat:ſic Aeneas Virgilianus:& Cæſar apud Lucanum. Domini.tyrannice imperantis.nam dominari proprie tyrannorum eſt. Culpanda.digna repræhenſione: ideſt ſi tedet uos bellum mouiſſe reuocetis legatos: meq; illis uinctum dedite ad pœnam: hoc dicebat:ut magis ſuos moueret. Nam cur eoi.ironice loquitur: non enim ita ſentiebat: ſed hoc eo ſpectat: ut oſtendat indignum eſſe ducem tanti nominis: & maiorum ſtemmate clarum tradi lacerandum iniuſte imperantibus:& oriundis a gente molli. Belli eoi.quoniam Amilcar ad barcam beliden ſuam referebat originem.& Amilcar barcas cognominabatur autore Poly.unde factio barcina de belo rege aſſyriorū dictū eſt:qui ſunt ad orientē.eos ē mons orientis.unde eous. Deductus:natus ex genere Beli:per barcam progenitorem noſtrum.& principem gentis barcinæ. Seruitiū:ſeruitutē. Seruitium īuenerunt Lacedæmonii. Circūfuſus: ſtipatus tanto exercitu:& tam forti abundabat inquit Li.multitudine hominum pœnis:ad centum enim quinquaginta hominū milia in armis fuiſſe creditur. Rheteius:romanus oriundus a phrygibus:ubi eſt rheteum promōtorium. Propaget ſigna.dilatet imperium & aquilas promoueat:ideſt uexilla. Ferox.bellicoſus.

Feſtinent:notū quid cæde calentibus armis
Quātū ire liceat:motus ue qd audeat enſis.
Sic ducis affatu per inhoſpita littora pulſi
Conuerſo tyrios petierunt remige patres.
Hic alto pœnus fundentē uela carinam
Noſtrū ferre caput pat illa p æquora puppis
Heu cæcæ mētes tumefactaq; corda ſecūdis
Armatū ānibalem pœnæ petit impia tellus.
Ne depoſce:adero:dabitur tibi copia noſtri.
Anteexpectatum: portiſq; ſociſq; timebis:
Quæ nunc externos defēdis roma penates.
Tarpeios iterum ſcopulos præruptaq; ſaxa
Scandatis licet:& celſam migretis in arcem:
Nullo iam capti uitā penſabitis auro.
Incenſi dictis animi.& furor additus armis
Cōditur extemplo telorum nubibus æther.
Et denſa reſonant ſaxorum grandine turres.
Ardor agit: puecta queat dū cernerē muros:
Inque oculis profugæ martē exercere cariæ.
Ipſe autē incenſas promiſſa piacula turmas
Flagitat inſignis nudato uulnere ductor.
Ac repetēs quæſtus furibūdo perſonat ore.
Poſcimur o ſocii: fabiuſq; e puppe catenas
Oſtentat:dominiq; uocat nos ira ſenatus.
Si tedet cœpti culpanda ue mouimus arma
Auſoniā ponto propere reuocate carinam.
Nil moror:en uicta lacerādum tradite dextra:
Nam cur eoi deductus origine belli
Tot libyæ populis tot circūfuſus iberis
Seruitium præferre negem rheteius immo

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Imperet æternū:& populis ſediſq; propaget
Signa ferox:nos iuſſa uirū nutuſq; tremāus
Effundūt gemitus:atq; omina triſtia uertūt
In ſtirpē æneadū:ac ſtimulat clamoribꝰ iras
Diſcinctos īter libycos:populoſq; bilingues.
Marmaricis audax in bella œnotria ſignis.
Venerat haſbite proles garamātis hyarbæ.
Ammonæ hic gēitus phorcinidos ātra medu
Cinyphiūq; macē & iniquo e ſole calētis (ſæ
Battiadas late imperio ſceptriſq; regebat
Cui patrius naſamō æternumq; arida barcæ
Cui nemora autololū atq; īſidæ littora ſyrtis
Parebant:nullaque leuis getulus habena.
Atq; is fūdarat thalamos critonide nympha
Vnde genus proauumq; iouē regia ferebat
Et ſua fatidico repetebat nomina luco.
Hæc ignara uiri:uacuoq; aſſueta cubili:
Vernatu & ſyluis primos defenderat annos
Non calathis molita māus:operata ue ſuſo
Dyctimā:& ſaltus:& anhelū īpellere plāta.
Cornipedē:ac ſtrauiſſe feras īmitis amabat.
Q uales threiciæ rhodopen pāgeaq; luſtrāt
Saxoſis nemora alta iugis:curſuq; fatigant
Ebrū inupta manus ſpreti ciconeſq; getæq;
Et rheſi domus:& lunatis biſtones armis
Ergo habitu inſignis patrio religata fluentē
Heſperidū crinē dono dextrumq; feroci
Nuda latus marti:ac fulgenti tegmine leuū
Thermodoontiaca munita ī prælia pelta.
Fumantē rapidis quatiebat curſibus axem.
Pars comitū biiugo curru:pars cætera dorſo
Fertur equi:necnon ueneris iā fœdera paſſæ
Reginam cingunt:ſed uirgine denſior ala ē:
Ipſa autē gregibus per longa mapalia lectos
Ante aciē oſtētabat equos:tumuloq; ꝑpīquo
Dum ſequitur gyris cāpū uibrata per auras.
Spicula contorquēs ſumma ponebat ī arce.
Hāc haſtam totiens intrātē mœnia mopſus
Non tulit:& celſis ſenior cortynia muris
Tela ſonante fugat neruo liquidaſq; ꝑ auras
Dirigit aligero letalia uulnera ferro.
Cres erat æriſonis curetū aduectus ab antris
Dicteos agitare puer leuioribus annis
Pennata ſaltus aſſuetus arundine mopſus.
Ille uagam cœlo demiſit ſæpe uolucrem:
Ille procul campo linquentem retia ceruum
Vulnere ſiſtebat:rueretq; inopina ſub ictu
Ante fera incauto:q̄ ſibyla poneret arcus.
Nec ſe tum pharetra iactauit iuſtius ulla:
Eois quanquam certet cortyna ſagittis.
Verum ut opū leuior uenatu extēdere uitā
Abnuit:atq; arctæ res exegere per æquor
Coniuge cum meroe natiſq; iglorius hoſpes
Intrarat miſerā fato ducente ſaguntum.
Coriti fratrum ex humeris calamiq; paterni
Pendebant:uolucerq; chalibs minoia tela.
Hic medius iuuenum maſſylæ gētis ī agmē
Crebra cydoneo fundebat ſpicula cornu.
Iam graniū audaceq; tyrū pariterq; ruētis
Giſgonē leuemq; bagam indignūq; ſagittæ
Impubem malatā:certeque occurrere lixū
Fuderat.& plena tractabat bella pharetra.
Tum uultū intendens telūque ī uirginis ora:
Deſertum nō grata iouem per uota uocabat.
Nāque ut fatiferos conuerti proſpicit arcus.
Oppoſito procul inſidiis naſamonia ſarpe
Corpore præripuit læthū calamūq; uolātē
Dum clamat patulo excipiēs trāſmiſit hiatu
Et primæ ferrum a tergo uidere ſorores.
At comitis caſum frendens labentia uirgo
Mēbra leuat:paruaq; oculos iā luce natātes
Irrorat lachrymis:totiſq; adnixa doloris

& crudelis. Tremamus.timeamus etiam nutus romanorum:ac ſi eſſent dii. Numen inquit Varro dicūt eſſe imperium a nutu. Itaq; nutū ioui ſemper tribuit Homerus:ut eius imperium maximū eſſe uideatur. Omina triſtia.uerba Annibalis ominantia infœlicitatem:ut fuit.nā omina hæc & grauiora paſſi ſunt carthaginēſes a romanis. Diſcinctos inter libycos:deſcribit haſpiten reginā cyrenaicæ regionis:quæ uenit in Auxiliū Annibalis amazonum ritu:ſed malis auibus: quoniam occubuit libyci.ut autor eſt Strabo habebant peltas paruas ex corio confectas.Iacula parua & lata:ueſtes etiam latas & diſcinctas:ideo Virgi.cecinit in octauo: Diſcintos mulciber aphros. Bilingues.fallaces.Cice.in oratione cōtra.P.Rullum tribunū plebis dicit.Carthaginenſes fraudulenti & mendaces ſunt:non genere:ſed natura loci: quod propter portus ſuos multis & uariis mercatorum ſermonibus ad ſtudium fallendi ſtudio quæſtus ferebantur.

Marmaricis. libycis. marmaridæ enim ſūt populi libyes. In bella œnotria.ſagūthina: & romana: quoniam ſagunthini erant iuncti fœdere cum romanis. Garamantis hyarbæ.qui regnauit apud garamātes haſbytæ ſunt populi apud naſamonios:a quibus nomen huius reginæ deducitur:quibus imperabat: hyarbas filius fuit Iouis Ammonis:cuius oraculū erat apud garamanthes: ad quē ſuā originem referebat haſbyte. Phorcinidos antra meduſæ.Phorcinus fuit pater Meduſæ & rex mauritaniæ:& ſic mauritaniā intelligit. unde in decimo deſcribēs mortem Phorci ait:Iacet igens phorcus ab antris Herculeæ calpes. celatus gorgōe parmam: Vnde genus triſtiſq; deæ manabat origo.i. Meduſæ filiæ phorci: ſiue phorcini. Cyniphiumq; macen.Macæ populi cyrenaicæ regionis:ubi eſt cynips fluuius:unde cyniphii mace dicūtur:erant illic hirci uilloſiſſimi:& ideo hircos cyniphios appellat Vir. Battiadas: cyrenaicos: quoniam battus:de quo alibi dicetur: condidit cyrenen denominatam a nomine matris. Iniquo ſole.ardoribus cœli:regio quippe cyrenaica eſt arida: clari uiri cyrenaici fuerunt: Ariſtippus qui cyrenaicā philoſophiam inſtituit:cui æeta eius filia i ſcola ſucceſſit.Annyceris qui cyrenaicum dogma emēdauit. Erathoſtenes mathematicus.Carneades optimus academicus.Cronus apollonius: q magiſter fuit Diodori dyalectici. Patrius naſamon. Naſamones populi aphricæ prope ſyrtes: qui & meſammones dicti ſunt:q̄ſi in mediis harenis ſiti:apud quos ut dixi erat oraculum iouis Ammonis patris hyarbæ:ideo dicit patrius naſamon. Barcæ.oppidum cyrenaicæ regionis laborans aquarum inopia: alio nomie ptolæmais dicebatur. Nemora autololum.Autololes ſunt populi aphricæ uicini getulis habentes optima paſcua & nemora:ipſiq; erant ueloces in curſu. Inſidæ ſyrtis. propter uada breuia: in quibus nautæ faciunt naufragiū: de ſyrtibus alibi dicetur. Getulus leuis. agilis ad pugnā. getuli populi ſunt aphricæ:qui in bello habenis equorum non utebantur:ſed eos ſola uirgula regebant. Tritonide nympha.alludit ad hiſtoriam:quoniam ut autor eſt Diodorus: Amazones non ſolum fuere in ponto ad Thermodontem fluuium:ſed etiam in libya:ī quadā inſula paludis tritonidis:quam heſperam appellant:quarū reginam Myrhinam nonnulla memoratu digna feciſſe ſcribit.Ideo fingit poeta haſbyten natā fuiſſe ex nimpha tritonidis paludis:ut imitaretur Homerum:qui ſcripſit pentheſileam reginā amazonum ueniſſe ad Troiam:& Virgilium: qui camillam in troianos armauit. Thalamos.nuptias. Sua nomina. natales:& clarum ſtēma maiorum. Luco fatidico.in quo iuppiter proauus colebatur:et dabat reſponſa. Ignara uiri. uirgo imitata in primis annis amazones. Dictinnam. dictinna mulier quædam fuit in creta inſula: ut autor eſt Sra.Brytomartis appellata:quæ retia uenationibus apta inuenit:quo inuento nomen conſequuta eſt:unde cum Dyana dea ſit uenationis: cuius illa ſtudioſa fuit dictinna dicitur:Dictinnæ:ut inquit Stra.erectū fuit templū in creta. Anhelum.defatigatum. Planta.calcaribus. Immitis.ferox et bellicoſa. Quales threiciæ:haſbyten uenatiōis ſtudioſam comparat puellis threiciis:quæ innuptæ uenationibus ſtudebant congreſſus uirorum fugientes. Rhodope mons thraciæ.Pāgeus mons.Hebrus fluuius eiuſdem regionis. Cicones et getæ thraces ſunt. Rheſus rex threicius.Biſthones etiam qui utuntur limatis ſcutis. Heſperidum dono.Heſperides puellæ.cuius locus erat in cyrenaica regione:ut autor eſt Stra.Prima haſbytes aurea poma habebant:ad quorum colorē alludens poeta fingit heſperides aureum cingulum donaſſe haſbyte: quo illa crines paſſos religauerat. Dono:cingulo aureo muneri dato ab heſperidibus puellis. Nuda latus. quoniam dextrum brachium erat nudū: ut eſſet ad pugnā expeditius:ſic amazones ad bellum prodibant adurentes dextram mamillam: ne extuberans eſſet impedimento in præliis. Vnde.Virgi.dixit. Exertæ cingula māmæ. Termodoon eſt fluuius in pōto: cuius ripas accoluerunt amazones. unde Papi.in ſyluis deſcribens pugnas mulierum in theatro dicit.Stat ſexus rudis.inſciuſq; ferri:& pugnas capit improbus uiriles. Credas ad tanaim ferumq; phaſim.Thermodoontiacas.caleī turmas. Feroci marti.pugnæ. Thermodoōtiaca pelta:ſcuto amazonico.

Biiugo curru.tracto a duobus equis. Paſſæ fœdera ueneris:quæ iā nupſerant. Denſior ala. maior erat multitudo uirginum q̄ nuptarum. Longa mapalia.tuguria paſtorum & domos. Gyris.reuolutionibus. Cortynia.cretenſia.Cortina eſt urbs cretæ.& Mopſus erat cretēſis. Neruo.arcu qui neruo tenditur. Læthalia. ſagittas inferētes uulnus læthale. Aligero.pennatis ſagittis.

Cres erat.deſcribit patriam Mopſi: & ipſius cōmigrationem ad ſagunthum malis auibus. Cres.cretenſis.curetes in creta occultauerunt iouem infantem:circa quem uagientem cymbalis:& armorum agitatione:ſtrepituque perſonabant:ne uagitus exaudiretur.Vnde æriſona antra curetum dicit:adde etiam quod curetes choribantes.Idei dactyli:& thelchines ſacerdotes fuerūt: qui commotione armorū.cymbalis. uociferatione.tibiis tympaniſq; rem ſacram in antris peragebant ſuis.Verboſa eſt de curetibus diſputatio apud Strabonem. Dicteos. cretēſes: quoniā dictæ eſt ciuitas cretæ. Inopina. non prouidens ictum. Inopinus dicitur is qui nō opinatur:& is de quo nihil opinamur:quemadmodum ignarus dicitur tam is:qui ignorat: q̄ is qui ignoratur: & neſcius tam is qui neſcitur: q̄ is qui neſcit. Rueret. pro ruebat. Cortyna .i. creta ipſa. ſenſus eſt.Quāuis peritia ſagittādi creta certet cum populis:qui ſunt ad orientē optimis ſagittariis: tamen Mopſus omnis cretenſes ſuperabat:& ſic laudat eum a peritia ſuæ artis:cum cortyna nunquam habuerit talem: qualis erat Mopſus. Leuior opum. habens domi rē anguſtam.
Res arctæ:paupertas & difficultas in re familiari coegerūt ipſum nauigare ad nouas ſedes parandas. Hoſpes: ipſe Mopſus peregrinus. Inglorius. ſine nomine & gloria: Humilis enim erat fortunæ. Miſeram. paulopoſt caſuram. Natis. Icaro & Doryla. Coriti leues.Coritus eſt pharetra ex corio.Ouidius.In quibus eſt nemo:qui nō coriton & arcum. Telaque uipereo lurida felle gerat. Et Papinius in Thebaide.Terga cydonea coritus harundie pulſat:Coritus etiam poteſt dici techa ipſius arcus ex corio.

Fratrum.icari & Dorile. Chalybs.ferrum ſagittarū Minoia.cretenſia:quoniam illic regnauit Minos. Gētis maſſylæ.libycæ: quoniam maſſyli ſunt populi aphricæ ultra getulos. In agmen hoſtile igitur Mopſus emittebat ſagittas. Cydoneo cornu: arcu cretenſi. Læuem. politum & imberbem.Læuis cum prima longa ſignificat politum:inde læuigare expolire.Martialis:Læuior o conchis gallæ cytheriacis. Certæ ſagittæ.certum uulnus inferenti:quoniam hi adoleſcētes erant digni uita. Tum uultum intēdens.exprimit habitum ſagittantis & morē: qui oculo dirigit ſagittas. Virginis. haſbytes: quā conficere optabat. Deſertum .quem reliquerat in creta: ubi natus ille erat: & colebatur. Non grata: quoniam non fuit exauditus:nolebat enim Iuppiter haſbyten interfici a Mopſo:quoniam erat ſua progenies. Inſidiis.Mopſo inſidianti:& ſagittis:quas dirigebat Mopſus Haſbyte nō aduertente. Calamum. ſagittam. Patulo hiatu: ore diducto Læthalem cornum.haſtam ex corno arbore afferentem mortem. Ducti nerui, quia trahebat ad ſe ner



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

uum:quo arcus tenditur:& ſagittam uſq; ad fer
rum:& tunc cornua arcus uidentur coire. Ex
cutere.excutiebat emittebat. Ferrũ.ſagittas.
Reſoluto pollice: relaxatis digitis: & remiſſis:
quibus trahitur neruus & ſagitta. Verſa. caſu
ipſius Dorilæ.nam uulneratus ab Haſbyte præ
ceps ad terrã delapſus eſt. Paribus armis.quo
niam & ipſe utebatur arcu. Præuertit.præoc/
cupat ſaxo adacto. Frigor.morte. Remiſit.
quoniã non potuit ut cœperat e pharetra depro
mere. Artes.ſagittandi.ſ. Poſtquam ſentit
æuum.i.poſtquam cognouit ſe propter uires ſe
nio affectas non poſſe perimere ſaxo: quo filius
ciderat. Nil opis. nil roboris: & uirium ad
mortem ſibi inſerendam. Externo.extra ſuã
patriam:ideſt ĩ bello ſagunthino. Cortynius
cretenſis Mopſus. Atq; illi.deſcribit arma Te
ronis:quæ erant ad imitationẽ Herculis: cuius
ſacris operabatur. Mole iuuentæ.robore ui/
rilis ætatis. Leonis. Hercules ĩ nemea ſilua pe
loponneſi inter cleonas & phliũtem leonẽ hor/
rendæ magnitudinis interemit:& ſpoliũ ꝓ mo
nimẽto geſtauit. prius alium in agro thebano
prope theumeſum ſtrauerat: de quo Papi.ĩ the
baide.Tergo uidet huius inſanem Impexis utri
que iubis horrere leonem:Illius in ſpeciẽ:quem
per theumeſia thempe amphitrioniades fractũ
iuuenilibus annis. Ante cleonei ueſtitur prælia
monſtri. Rictũ.os leonis. Lernea mõſtra.
hydram quam ĩteremit ad lernam paludẽ agri
mycenei & argiui. Hydra dicitur habuiſſe cẽtũ
capita:quorũ ſingulis cæſis duo renaſcebantur
hoc ideo fictum ẽ: quoniã Hercules ĩ gratiã ico
colarum paludem illam deſiccauit:quæ putre/
facto cœno ac peſtifera exhalatione totã regionẽ
inficiebat.renaſci capita dicebãtur:quoniã præ/
cluſo uno meatu plures erũpebant. unde opus
fuit incẽdio: & ideo dicũt iolaum iuſſu Hercu/
lis abſciſſam ceruicẽ inuſiſſe lignea face: ne ſan/
guis efflueret:& cũ in lerna eſſent purgamẽta:&
feces:quæ in eam deuoluebãtur undiq; natũ eſt
prouerbium:ut ĩquit Strabo:Lerna malorum:
& quia Hercules ĩ opprimẽda hydra uſus ẽ alie
na ope natũ ẽ aliud ꝓuerbiũ:ne Hercules quidẽ
aduerſus duos ualet. Geminã. quæ multipli
cabatur abſciſſo uno capite. Ille iubã.deſcribit
occiſos a terone. Iuba ut Plinius ait: Ptolæmei
pater:q primus utriq; mauritaniæ ĩperauit ſtu/
diorum claritate memorabilior etiam: q̃ regno
a quo nomen huius iubæ Syllius deduxit. Ta
pſum:a Tapſo urbe aphricæ. Micipſa filius ma
ſiniſſæ fuit regis numidarũ ĩ amicitiã ab Aphri
cano recepti: q Manaſtabile & guluſa fratribus
morbo abſumptis regnũ Numidiæ ſolus opti/
nuit: is adherbalem & Hyempſalem ex ſeſe ge
nuit. Iugurthamq; filium Manaſtabilis fratris
eodem cultu:quo liberos ſuos domi habuit.Syl
li. ab his hæc nomina deducit. Palantes. effu
ſos. Egerat. impulerat. Tegmina leuæ. pel
tam:quã in læua geſtabat.ſupra.ac fulgẽti tegmi
ne læuum Thermodoontiaca munita ĩ prælia
pelta. Lumina.ipſam peltã gemmis ornatã.

Viribus intorquet læthalem in mœnia cornũ
Illa uolans humerum rapido tranſuerberat ictu
Conantis dorilæ:iũctis iam cornibus arcus
Et ducti ſpatium nerui complente ſagitta:
Excutere in uentos reſoluto pollice ferrum:
Tum ſubitum in uulnus præceps deuoluitur altis
Aggeribus muri:iuſtaq; cadentia membra.
Effuſi uerſa calami fulſere pharetra.
Exclamat paribus frater uicinus in armis
Icarus:ulciſciq; parat lacrymabile fatum:
Atque illum raptim præmentem in prælia telum
Annibal excuſſi præuertit turbine ſaxi.
Labuntur gelido torpentia frigore membra.
Deficienſq; manus pharetræ ſua tela remiſit.
At pater gemino natorum funere mopſus:
Correptos arcus ter mœſta mouit ab ira.
Ter cecidit dextra:notas dolor abſtulit artes.
Pœnitet heu ſero dulcis liquiſſe penates.
Arreptoque auide;quo concidis icare ſaxo
Poſtquã æuum ſenior percuſſaque pectora fruſtra
Sentit:& ut tantos compeſcat morte dolores:
Nil opis in dextra:uaſtæ ſe culmine turris
Præcipitem iacit:delapſus pondere prono
Membra ſuper nati moribundos explicat artus.
Dum cadit externo cortynius aduena bello
Iam noua molitus ſtimulato milite teron.
Alcidæ templi cuſtos aræque ſacerdos.
Non expectatum tyrus effuderat agmen
Et fera miſcebat reſerata prælia porta.
Atque illi non haſta manu non uertice claſſis
Sed fiſus latis humeris & mole iuuentæ
Agmina uaſtabat claua:nihil indigus enſis.
Exuuiæ capiti impoſitæ tegmenque leonis
Terribilem attollunt excelſo uertice rictum
In clypeo & ſectis geminã ſerpentibus hydram.
Ille iubam tapſumque patrem clarũque micipſam:
Nomen aui: maurumque ſacen a mœnibus actos:
Palanteſque fuga præceps ad littora curſu
Egerat:atq; una ſpumabant æquora dextra.
Nec contentus idi læto:lætoque cothonis
Marmaridæ: nec cæde rothi:nec cæde iugurthæ
Haſbytes currum & radiantis tegmina leuæ
Poſcebat uotis:gemmataque lumina peltæ.
Atque imbelligera uerſabat uirgine menton.
Quem ruere ut telo uidit regina cruento:
Obliquos detorquet equos;leuumque per orbem



Fallaci gyro campum ſecat:ac uelut ales
Auerſo rapitur ſinuata per æquora curru.
Dumque ea ſe ex oculis aufert:atque ocius euro
Incita pulueſeam campo trahit ungula nubem
Aduerſum late ſtridens rota proderit agmen.
Ingerit & crebas uirgo trepidantibus haſtas:
Hic cecidere lycus:thamiriſq; & nobile nomen
Eurydamas:clari deductum ſtirpe parentis.
Qui thalamos auſus quondã ſperare ſuperbos
Heu demẽs ithacique torum:ſed eni arte pudica
Fallacis totiens reuoluto ſtamine telæ
Deceptus merſum pelago iactarat ulyxem:
Aſt ithacus uero ficta pro morte loquacem.
Affecit læto tedæque ad funera uerſæ
Gens extrema uiri campis deletur iberis
Eurydamas nomados dextra:ſup iſtrepit ater
Et ſeruat curſum perfractis oſſibus axis.
Iãque aderat remeãs uirgo inter prælia poſtquã
Diſtringi terona uidet ſeuamque bipennem
Perlibrans mediæ frõti ſpolium inde ſuperbum
Herculeaſque tibi exuuias dictinna uouebat.
Nec ſegnis teron tantæ ſpe laudis in ipſos
Aduerſus conſurgit equos uilloſaque fului
Ingerit obiectans trepidantibus ora leonis.
Attoniti terrore nouo rituque minaci
Quadrupedes iactant reſupino pondere currũ.
Tum ſaltu haſbyten conantem linquere pugnas
Occupat incuſſa gemina inter tempora claua.
Feruentiſque rotas turbataque frena pauore
Diſiecto ſparſit colliſſa per oſſa cerebro.
At rapta properans cedem oſtentare bipenni
Amputat e curru reuolutæ uirginis ora.
Nec dum iræ poſitæ:celſa nam figitur haſta
Spectandũ caput:id geſtent ante agmina pœnũ
Imperat.& propere currus ad mœnia uertant.
Hæc cæcus fati diuumque abeunte fauore
Vicino teron edebat prælia læto.
Namque aderat toto ore ferens iraſque minaſq;
Annibal:& cæſam haſbiten fixiq; tropheum
Infandum capitis furiata mente dolebat.
At ſimul ærati radiauit luminis umbo.
Et concuſſa procul membris uelocibus arma
Lætiferum intonuere:fugam percuſſa repente
Ad muros trepido conuertunt agmina curſu.
Sicut agit leuibus per ſera crepuſcula pennis
E paſtu uolucres ad nota cubilia ueſper
Aut ubi cecropius formidine nubis aquoſæ

Aequora ſinuata. planiciem: quã gyris luſtrabat.
Bigas inuenere phryges: quadrigas erictonius. Pu/
gnare ex equo inuenere theſſali habitantes ad peliõ
montem:& ob id centauri ſunt appellati. Nobile
nomen: quoniã euridamas dorice ſignificat amplũ
populum.& Euridamas ſignificat illum qui ampla
domat.Eurydamas itacenſis fuit unus ex procis Pe
nelopes coniugis Vlyxis caſtiſſimæ: qui una cũ aliis
mentiebatur Vlyxem naufragio periiſſe: Penelope
urgentibus procis: ac patre ad nuptias: dixit ſe prius
telam:quam in manibus habebat perficere uelle: &
cum ad finem uentum erat:illã retexebat: & tali cõ
mento fruſtrata eſt procos.Vlyxes tandem reuerſus
auxilio Telemachi & Heumei ſubulci procos perdi
dit alios ſagittis:alios enſe.Euridamantem enſe con
fecit: Ad quem hic Euridamas genus ſuum refere
bat. Thalamos ſuperbos. nobile coniugium Pe/
nelopes. Thorum ithaci. uxorem Vlyxis. Arte
pudica. quoniam texebat retexebatq; telam. Tæ
dæ uerſæ ad funera.i. ipſi qui ſperabant tale cõiugiũ
fuerunt interfecti. Gens extrema uiri.ipſe euryda
mas ultimus ab illo eurydamãte qui fuit procus pe/
nelopes. Nomados.dextra: manu haſbytes numi
dicæ.haſbyte enim numidas ſecum habebat. Ater
axis.currus haſbytes crudelis: & iam reſperſus atro
ſanguine ſeruabat ſuum curſum & rotis oſſa cæſorũ
frangebat. Iamq; aderat: iam redierat haſbyte ad
locum unde diſceſſerat fugiens teronem. Diſtrin
gi. premi & urgeri pugna. unde dicimus diſtringor
negociis & cauſis. Perlibrans. dirigens ĩ mediã frõ
tem teronis bipẽnem uouit dianæ ſpolia. Spoliũ.
pellem leonis. Dictinna.o diana:quoniam omnes
uenatrices ſpolia dianæ uouebant. Herculeas exu
uias.clauã & alia inſigna:quæ Teron habebat ad imi
tationẽ herculis. Ingerit. iniicit equis haſbytes ri/
ctum leonis:qui territi illam e curru deturbarunt.
Colliſa.fracta.clauam quippe capiti incuſſit. Re
ſolutæ.delapſæ ex curru. Pœnum.pœnorũ. Cæ
cus fati.ignorans fatum ſuum & finem. Abeunte.
diſcedente omni fauore ſuperum:quibus fidebat.
Tropheum.ideſt caput eſſe affixum haſtæ ĩ ſignũ
uictoriæ. Vmbo. clypeus.ſenſus eſt. cum ſagũthi
ni uidiſſent annibalem armatũ timore correpti ſũt:
& ad mœnia confugere. Cõcuſſa. commota a mẽ
bris ipſius annibalis qui curſu ad Teronem conten
dens arma quibus erat indutus: concutiebat. Per
culſa.timida: a percello quod ſignificat terrorem ĩcu
tio. Læthiferum.quoniam mortem minabantur
ut fulmen. Sicut agit leuibus. ſagunthinos metu
annibalis perculſos domumq; fugientes comparat
auibus heſpero apparente ad ſua cubilia uolantibus:
& apibus quæ timentes aquam repetunt aluearia.
Crepuſcula.crepuſculum inquit Varro ſignificat
dubium. ab eo res dubiæ dictæ creperæ q; in crepu
ſculo dies iam ſit an nox multis dubium eſt. duplex
eſt crepuſculum matutinum: & ueſpertinum: ideo
dixit per ſera crepuſcula ad differentiam. Veſper.i.
ſolis occaſus cum apparet ueſper ſtella: quæ & heſpe
rus dicitur ac ueſperago. Hymetus. mons atticæ re
gionis ubi apes optime mellificãt.unde mella hyme
tia:& marmora celebrãtur a poetis. cecrops fuit rex
athenarum.unde cecropius hymetus: ideſt atticus.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Antra. aluearia. Odori corticis. quoniam fiunt utplurimum aluearia ex cortice ſuberis. Odori propter thymũ & alios flores ex quibus cera colligitur. odorum dicitur quod ex ſe odorem emittit. odoratum quod aliunde ſuſcipit. Grauidæ. plenæ: mel gutture portant: cæras pedibus. Præcipitat. impellit & urget ad curſum. Cæci. nihil prouidentes.

Heu blandum cœli lumen. ignauiæ accuſat ſagunthinos fugientes præter decorum: ſenſus ẽ. o uita nimis blanda & cara potius eſſet uobis moriendum cũ decoro: q̃ turpiter uiuere. Vir enim fortis & magni animi cum uerſatur in periculis ne laudem ueræ uirtutis amittat: uitæ ſuæ parcere non debet: quaſi non ſit dignum uiuere niſi cum decoro. Vnde dicit Seneca. Eris magnanimus ſi picula non appetas ut temerarius: nec formides ut timidus. Sagunthini autem pluris faciebant uitam q̃ honeſtatem: quæ ẽ finis cuiuſcũq; uirtutis. Naſcentiq; addita fata: Sic Virgi. Stat ſua cuiq; dies. & Syllius alibi: Extremumq; diẽ primus tulit: & Tragicus: Primuſq; diem dedit extremum. de futuris cogita inquit Seneca. Cõditionem rerum mutare non poſſumus magnum ſumere animum quo fortiter fortuita patiamur. optimum eſt pati quod emendare non poſſis. epicurei caſibus oĩa aſcribunt. ſtoici autem fato ex quorum opinione loquitur poeta. Conſiliũ. q; ſcilicet e portis erupiſſẽt hortante Terone qui eos præcipites uix retinebat.

State uiri. uerba Teronis hortantis ſuos ad decorum præſtandum. Eſte tantum ſpectacula .i. ſolũ ſpectetis me cum illo pugnãtem. Acer. uehemẽs.

Heu deforme. exclamat Teron in ignauiam ſuorum: quoniã turpis eſt fuga uiro propter metum: & habere animum muliebrem. amittitur. n. laus fortitudinis quæ maxime decet hominem. Trepidi rerum. nullam ponentes in rebus ſpem & ſalutem.

Feſſi. laborantes inopia ſalutis. Stat. placet annibali irruere in urbem per patẽtem portam: & differre mortem Teronis: quod ille uidens emicuit cõtra hoſtem cui imittere nitebatur formidinem: ſed parum profecit. Præuenit. preoccupat Annibalem ut incutiat timorem. Cuſtos aræ. Teron ſacerdos herculis. Gliſcit. creſcit ira annibali pœno ab elyſa didone. Tu ſolue interea. uerba annibalis ad Teronem. Interea dum non inuado urbem. da pœnas pro morte haſbytes. Impete. pro impetu. Daunius. Teron ſaguntinus: quoniam ut dictum eſt ſaguntini fuerunt colonia ardeatium quibus imperauit daunus. Huic. annibali. Viduus. priuatus claua. Fruſtrato. qui fuit fruſtra et incaſſum iecit ĩ hoſtem nodoſam clauam. Pernici. perſeueranti & celeri. pernicitas proprie pedum eſt: uelocitas alarũ. & ut exprimeret curſum celerem Teronis: dixit illũ fuiſſe celerem pernici curſu: fugiens quippe annibalem circũibat urbem. Atrox uictor. crudelis annibal. Appellant. uocant: hortanturq; ad fugam.

Quatit. uexat timor: ne annibal irruat in urbem una cum Terone. Ingentem. magnum annibalẽ. & ferociſſimum. Incutit. iniicit & ruẽti ĩſultauit.

Obteſtans. in teſtimonium uocans ſagunthinos ſpectantes e muris: ut ſcilicet eſſent teſtes ſe trucidare Teronem ĩ ultionem haſbytes: & ad contemptũ illorum hoc eſt: quaſi dicat uobis ſpectantibus o ſa-

Sparſa ſuper flores examina tollit hymetos
Ad dulcis cæras & odori uerticis antra
Mellis apes grauidæ properant: dẽſoque uolatu
Glaucum connexæ glomerãt ad limĩa murmur
Præcipitat metus attonitos: cæcique feruntur.
Heu blandũ cæli lumen: tanto ne cauetur
Mors reditura metu? naſcentique addita fata?
Auxilium clamant: portaque atque aggere tuto
Erupiſſe gemunt: retinet uix agmina teron.
Interdumque manu: interdũ clamore miniſque
State uiri: meus ille hoſtis: mihi gloria magnæ
State uenit pugnæ. muro tectiſque ſagunthi
Hac abigam pœnos dextra ſpectacula tantum
Eſte uiri: uel ſi cunctos metus acer in urbem
Heu deforme rapit: ſoli mihi claudite portas.
At pœnus rapido præceps ad mœnia curſu:
Dum pauitant trepidi rerum feſſiſque ſalutis
Tendebat: ſtat primũ urbẽ muroſq; patentis
Poſtpoſita cede & dilata inuadere pugna.
Id poſtquam herculeæ cuſtos uidet impiger aræ
E micat: & uelox formidine præuenit hoſtem.
Gliſcit eliſeo. uiolẽtior ira tyranno
Tu ſolue interea nobis bone ianitor urbis
Supplicium: ut pandas inquit tua mœnia læto.
Nec plura effari ſinit ira. rotatque coruſcum
Mucronem: ſed contortum prior impete uaſto
Daunius huic robor iuuenis iacit. arma fragore
Icta graui raucum gemuere altæque reſultant
Aere illiſa cauo nodoſæ pondere clauæ.
At uiduus teli fruſtrato proditus ictu.
Pernici uelox curſu rapit incita membra
Et celeri fugiens perluſtrat mœnia planta.
Inſtat atrox terga increpitans fugientia uictor:
Conclamant matres: celſoque e culmine muri
Lamentis uox mixta ſonat: nunc nomine noto
Appellant. ſera feſſo nunc pandere portas
Poſſe uolunt: quatit hortãtum præcordia terror
Ne ſimul accipiant ingentem mœnibus hoſtẽ
Incutit umbonem feſſo: aſſultatque ruenti
Pœnus. & obteſtans ſpectantẽ e mœnibus urbẽ
I miſeram haſbiten læto ſolare propinquo.
Hæc dicẽs iugulo optãtis dimittere uitam
Infeſtum condit mucronẽ: ac regia lætus
Quadrupedes ſpolia abreptos a mœnibꝰ ipſis
Quis auidum portæ trepidãtum ſepſerat agmẽ
Victor agit: curruque uolat per ouantia caſtra.



gunthini: nec audẽtibus ferre opem Teron luet pœnas. I miſeram: uerba annibalis ad Teronẽ. Regia ſpolia. quoniam illi equi fuerant reginæ haſbytes: quos Teron in ſignum uictoriæ iuſſerat duci ad mœnia: quibus clauſa fuerat porta a trepidantibus. Sepſerat. clauſerat aditum portæ. Quis. quibus equis. Volat. celeriter currit. Ouantia. morte. ſ. teronis: etiam receptos eſſe equos reginæ prius abactos ad mœnia. At nomadum furibunda cohors: deſcribit funus: & rogum haſbytes: & pompam funebrem paratam a numidis: quibus illa imperauerat qui erectæ pyræ clauam ſpoliumq; leonis iniecerunt: raptaueruntq; corpus teronis circa rogum. Deproperat. propere aggreditur & parat. Miſerabile munus. pompam exequiarum miſeratione dignã. Rapto corpore. teronis. ſ. quod raptarunt circa rogum: ut fecit achilles de corpore hectoris. luſtrare aliquando ſignificat purgare: aliquando circũire. unde Virgi. Et cum luſtrabimus agros. luſtrat igitur: ideſt purgat cineres: quoniam putabant expiari manes defuncti talibus inferiis. & ideo raptabant numidæ teronem: ut eſſet piaculum cædis haſbytes. Cineres. rogum in quo cõburebatur cadauer. Robur. clauam terõis.

Ore. capite teronis dum raptaretur circa pyram.

Cadauer. teronis turpatum igni reliquerunt inſepultum. Iberis. hiſpanis. Pœnorum interea. dũ hæc agerentur apud ſagunthum ſenatores carthaginenſes territi aduentu romanorum de ſumma rerũ conſultabãt. Super. de bello. Minaci. quoniam minabantur ſe bellum indicturos: ſi annibal ſagũthinis non abſtineret. Iuuentæ. annibalis qui ĩ illa ætate magna moliebatur & captabat: cuius ſtudiis populus fauebat. Belli meliora. meliorem belli euentũ q̃ habuerint in primo bello punico: ſed hanno dux alterius factionis gentili odio annibalem inſectabatur: aduerſo ſenatu cauſam rupti fœderis magno ſilentio propter auctoritatẽ ſuam cum aſſenſu auditorum egit. gentiles dicuntur qui eodem cognomine cenſentur: & ex eodem genere orti. Studia. uoluntatẽ eorum qui annibali fauebant. Incautum fauorem. quoniam qui fauebant non erant cauti & prudẽtes: ſed ignari futuræ calamitatis. cautus dicitur ille qui mala declinat cum ratione: & cautio in ſolo prudẽte cadit. nam proprie cautus dicit̃ is qui timet cauetq; cum prudẽtia: quæ timere cauereq; debemus: ne uideamur imprudẽtes. Cuncta quidem patres. oratio hannonis in genere deliberatiuo: qua in annibalẽ inuehitur quærentem ſibi nomẽ cum patriæ calamitate: ſuadetq; ab utili abſtinendum bello cõtra romanos: q; nonnullis ratiõibus perſuadere nititur: parat ſibi beniuolentiam: & annibali odium atq; inuidiã. ſenſus eſt: licet mihi mors immineat ab inimicis: ob ea quæ pro ſalute patriæ dicturus ſum: tamẽ dicam quod ſentio: & patriæ commodum meo anteponã. dicam quod omnibus bonis & patriæ ſtudioſis conducit: & diis cætera relinquam. cũcta ĩquit premũt uocem meam formidine. nam iræ eorum qui mihi minantur non potuerunt ſe cohiber̃: tamen ego non abſiſtam & loquar pro patria cui etiam uitam debemus quãuis arma inimicorum mihi mortẽ appropinquent.

At nomadũ furibũda cohors miſerabile hũandi
Deproperat munus. tumulique adiũgit honorẽ.
Et rapto cineres ter circum corpore luſtrat.
Hinc letale uiri robur tegmenque tremendum
In flammas iaciunt: ambuſtoque ore geniſq;
Deforme alitibus liquere cadauer iberis.
Pœnorum interea: quis rerum ſumma poteſtas:
Conſultant bello ſuper: & quæ dicta ferantur
Auſoniæ populis oratorumque minaci
Aduentu trepidant. monet hic fœduſque fideſq;
Et teſtes ſuperi: iurataque pacta parentum.
Hinc popularis amor captantis magna iuuẽtæ:
Et ſperare iuuat belli meliora: ſed olim
Ductorem infeſtans odiis gentilibus hannon
Sic adeo increpitat ſtudia incautumque fauorẽ
Cuncta qdẽ patres. neque enĩ cohibere minãtũ
Iræ ſe ualuere: premunt formidine uocem.
Haud tamẽ abſtiterĩ mortẽ licet arma ꝓpĩquẽt:
Teſtabor ſuperos. & cœlo uota relinquam:
Quæ poſtrema ſalus rerũ patriæque repoſcit.
Nec nunc obſeſſa demum & fumante ſaguntho
Hæc ſerus uates hannon canit: anxia rumpi
Pectora: ne caſtris innutriretur & armis
Exitiale caput monui: & dum uita monebo.
Ingenitum noſcẽs uirus flatuſque paternos.
Vt qui ſtelligero ſpeculantur ſydera cœlo
Venturam pelagi rabiem chaurique futura
Prædicit miſeris: haud uanus flamina nautis.
Conſedit ſolio rerumque inuaſit habenas.
Ergo armis fœdus faſque omne abrũpit̃ armis

Teſtabor. inuocabo deos teſtes uerborum meorum: & relinquam cœlo uota mea quæ patriæ ſalus expoſcit: ideſt dicam quod ſentio: & relinquam curam ſuperis. Nec nunc demum. quoniam ut eſt apud Liuium cẽſuerat prius in ſenatu: ut annibal non mitteretur ad exercitum his uerbis. ego iſtum iuuenem domi tenẽdum ſub legibus: ſub magiſtratibus docendum uiuere æquo iure cum cæteris cenſeo: ne quandoq; paruus hic ignis incendium ingens ſuſcitet. Vates. tanq̃ uates: & laudatur prudentia hannonis: qui tanq̃ uates futura proſpiciebat.

Virus. malignitatem inſitam. Flatus paternos. elationem animi ſimilem patri apud Liuium ait: hunc iuuenem tanq̃ furiam facemq; huius belli odi: & deteſtor. Vt qui. ita inquit prædixi uobis id quod futurum eſſet de annibale: ut ille qui nauim gubernat: & longa experientia edoctus prædicit nautis futuram tempeſtatem.

Chauri. uenti. Haud uanus: non mendax. Flamina. flatus uentorum. Conſedit ſolio. trahit annibalẽ ĩ inuidiam a tyrãnide. ſolium dicitur tribunal regium a ſoliditate. ſolium ĩ balneis pro uaſe accipitur: quod adhuc retinet nomen: cuius meminit Martialis Trãquillus & Seneca. his uerbis: Solium deinde illatum eſt in quo diu



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Oppida quaſſantur longeque in mœnia noſtra
Aeneadum arrectæ mentes.diſiectaque pax eſt.
Exagitant manes iuuenẽ.furiæque paternæ
Ac funeſta ſacra:& conuerſi fœdere rupto
In caput infidum ſuperi.maſſillaque uates
Annuit ille noui cæcus caligine regni
Externas arces quatit:aut tirynthia tecta.
Sic propria luat hæc pœna nec miſceat urbis
Fata ſuis. inquam hoc ĩquam nũc tẽpore muros
Oppugnat carthago tuos.teque obſidet armis.
Lauimus ethneas animoſo ſanguine ualles:
Et uix conducto produximus arma lacone.
Nos ratibus laceris ſcyllea repleuimus antra.
Claſſibus & refluo ſpectauimus æquore raptis
Contorta e fundo reuomẽtẽ trãſtra charybdim.
Reſpice proh demẽs.proh pectus inane deorũ
E gates libyæque procul fluitantia membra.
Q uo ruis? & patriæ exitio tibi nomina quæris?
Subſident alpes.ſubſidet mole niuali
Alpibus æquatum attollens caput appenninus.
Sed campos fac uane dari. num gentibus iſtis
Mortales animi? aut ferro flammaque fatiſcũt?
Haud tibi neritia cernes cum prole laborem:
Pubeſcit caſtris miles:galeaque teruntur
Nondum ſignatæ flaua lanugine malæ.
Nec requies æui nota:exangueſque merendo

iacuit:Calida ſubinde ſuffuſa paulatim defecit.fecit inquit ſe tyrãnum:& hoc eſt inuadere habenas rerũ: quoniã
impabat. Funeſta.quæ patriæ calamitatem afferunt de his ſacris:& iuramẽto annibalis habuimus. Supi cõ
uerſi in caput infidum:ipſi dii inuocati in fœdere quod uiolauit:& ſic ipſi dii uexant annibalem:& in cladẽ quam
meretur ob impietatem detrahere parant. Externas arces.ſenſus eſt. annibal nunc oppugnat Sagunthum con
ditũ ab hercule thirynthio:precor ut ob id ipſe ſolus det pœnas: & patria nõ luat illius temeritatẽ. Luat hæc.
patiat̃ ob hæc:quæ nũc facit ſuppliciũ. Inq̃ inq̃.conduplicatio ad maiorem affectum exprimendum apud Li-
uium ait.Saguntũ noſter exercitus obſidet:unde arcentur fœdere mox carthaginem obſidebũt romanæ legio
nes.ducibus diis hiſdẽ per quos prior̃ bello rupta fœ
dera ſunt uicti. Lauimus ethneas:cõmemorat ca-
lamitates acceptas ĩ prio bello pũico ut ab utili ſuade
at non eſſe pugnandum cum romanis: qui tam fau-
ſto marte utebantur. Appius claudius primus roma
ni nominis contra hyeronẽ:& carthaginenſes ĩ ſubſi
dium mamertioꝶ:ut dictum eſt:claſſe traiecit ĩ ſici-
liã:& hoſtes uicit: fugauitq;.L. poſthumius:&. Qu.
æmilius obſedere agrigentũ:quod pœnorum muni
mentum erat:qui eo confugerant duce annibale. hã-
non dux in ſubſidium ex aphrica uenit: cuius copias
terreſtri prælio conſules profligarunt:diripueruntq;
caſtra.annibal noctu ex agrigento clã erupit. romani
deſtitutã urbẽ præſidio diripuere. Inde Duilius claſ
ſem punicam ad Mylas ſuperauit:cui annibal p̃erat.
qui e naui ĩn ſcaphã deſiliens fuga euaſit.quinquagin
ta naues captæ: & duilius primus romanorũ de na
uali uictoria triumphum egit. Annibal etiam apud
ſardiniam male re geſta a ſuis cruci affixus ẽ. Inde At-
tilius regulus & Manlius conſu. hannonem & amil-
carem duces pœnorum nauali pugna ſuperarunt: &
fractæ hoſtium.xxx. naues. captæ uero .lxiiii. demũ
hãnon pugnauit cum Luctatio ad egates: & cẽtũ.xx.
naues amiſerunt pœni:quarum xlviii.ſubmerſæ.Lu
ctatius uictricem claſſem ad Lilybeum reduxit:cum
quo & eius collega Catulo amilcar cognomento bar
ca: qui eo bello imperator fuerat pater annibalis fœ-
dus percuſſit: & ſic carthaginenſes celeri deſperatiõe
impoſito etiam ſtipendio Sardiniam ſiciliamq; ami
ſerunt. Ethneas.ſiculas. Animoſo.quoniã ĩquit
uoluimus eſſe animoſi:& pugnare cum gente tã fau-
ſti martis. Conducto lacone. xantippo lacedæmo
nio:qui conductus a pœnis in primo bello punico:ui
uum cœpit Atillium regulum conſulem illuc ex uo
luntate ſenatus profectum cum.xl. nauibus & quin-
decim milibus peditum: & quingentis equitibus.
Produximus.per aliquod tempus: quoniam tan-
dem ſuccubuerunt. Scyllea antra.ſcylla eſt ſcopulus in freto ſiculo uerſus italiam ſub quo ſunt concaua ſaxa
quo naues ui uentorum æſtuq; freti impelluntur: lacerãturq;. Refluo.quoniam illud fretum fluit & refluit.
charybdis eſt uorago quædam:& profundum immenſum ante Meſſanã urbem in freto ſiculo:quo inundatio-
nes freti detrahunt nauigia per magnas circũductiones uorticeſq; præcipitata:quibus abſorptis ac diſſolutis nau
fragiorum fragmenta euomuntur ad littus taurominitanum: ut autor eſt Strabo:contorta reiecta ab ima uora
gine.tranſtra dicuntur ſedilia nauium. Reſpice proh demẽs. uertit ſermonem ſuum ad annibalem quem de-
mentem:& ab omni cultu dei alienum appellat ut eum trahat in odium ab impietate ac perfidia. Egates. cala
mitatem acceptam ad egates. Mẽbra libyæ. quæ fluunt per mare ſiculum. Quo ruis. tanq̃ furens: ſine ullo
conſilio. Nomina.famam:cũ calamitate patriæ quod impium eſt. Subſident alpes. opponuntur inquit an-
nibali alpes inacceſſæ:& appenninus alpibus æqualis: ſed eſto q; tranſcendat alpes.nonne ſunt ibi romani qui uin
ci nequeunt: hoſtibuſq; formidoſi ſunt etiam mortui. Cãpos.eſto q; peruenias in italiã ſuperatis alpibus. Va
ne.mẽdax:& nullius momenti. Vanus eſt ille qui mentitur ſine aliqua utilitate.& fingit ſibi ineſſe quod nõ ieſt:
& uanus eſt atq; inanis.num ſemp includit negationẽ:non autem interrogatiue poſitũ affirmationẽ. Gẽtibus
iſtis.romanis. Mortales animi.q.d.animi romanorũ ſunt diuini:& trãſcendunt uires mortalium: & ſic ab uti
li ſuadet illis abſtinendum:& ut oſtendat impoſſibile eſſe illos uinci. Fatiſcunt.deficiunt: & opprimuntur.qua
ſi dicat non.Laus romanorum a fortitudine. Haud tibi neritia.confutatio eſt. potuiſſet.n. dici quemadmodũ
expugnat ſaguntinos ita etiam & romanos expugnabit.ideo ait non erit tibi res cum pube neritia.i.cũ ſagunthi
nis iuuenibus oriundis a zacyntho inſula:cui uicina eſt neritus.de qua Virgi.& Neritos ardua ſaxis.ẽ etiam neri



Stant prima inter ſigna ſenes.lætũque laceſſunt
Ipſe ego romanas perfoſſo corpore turmas
Tela intorquẽtis correpta e uulnere uidi.
Vidi animos.morteſque uirũ decoriſque furorẽ.
Si bello abſiſtis nec te uictoribus offers.
Q uãtũ heu carthago donat tibi ſãguinis hãnõ?
Geſtar ad hæc:nãque ĩpatiẽs aſpque coquebat
Iamdudum immites iras: mediãque loquentis
Bis conatus erat turbando abrumpere uoce.
Concilione inquit libyæ tyrioque ſenatu
Proh ſuperi auſonius miles ſedet? armaque tãtũ
Haud dũ ſumpta uiro:nã cætera nõ latet hoſtis.
Nunc geminas alpes: appẽninumque minatur.
Nunc freta ſicaniæ & ſcyllei littoris undas.
Nec procul eſt qn iã manes.umbraſq; paueſcat
Dardanias.tanta accumulat præconia læto
Vulneribuſque uirũ tollitque ad ſydera gẽtem:
Mortalẽ mihi crede licet formidine turpi
Frigida corda tremant: mortalẽ ſumimus hoſtẽ.
Vidi ego cum gemias arctis poſt terga cathenis
Succinctus palmas uulgo traheretur ouante
Carceris in tenebras ſpes & fiducia gentis
Regulus hectoreæ.uidi cum robore pendens
Heſperiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta.

tus mons ithacæ:cuius meminit Home.his uerbis: Quiq; habitant ithacã & frondoſum neriton. Pubeſcit ca
ſtris miles:probatio eſt confutationis:laudat romanã pubem militaris gloriæ ſtudioſam a teneris annis. hoc iõ
poeta dicit reſpiciens ad poſteriora tempora:quoniam in hoc ſecundo bello punico romani tot cladibus attriti:
& totiens infœlici marte exhauſti prætextatos armauerunt.Militia profecto dicebatur ars romanorum:qua ipe
rium: & nomen compararunt.pubertas incipit poſt quartũdecimum annum. Lanuginem appellamus primos
pilos:quibus maxillæ adoleſcentum ſignantur:ad ſimilitudinem lanuginis pomorum anteq̃ perueniant ad ma
turitatem. Merẽdo.militando.merere.n.militare eſt:Luca.ære merent paruo.& Trãquillus in cæſare.Meruit
ſub ſeruilio iſaurico. Exangues. effuſo ſanguine in
pugna. Laceſſunt læthum. prouocant: & appetũt
mortem pro patria: & decoro ſeruando: ut decet ui-
ros fortes & magnos: qui ad martem originem reſe
runt ſuam. Ipſe ego romanas: amplificatio eſt: ut
ſuos a bello deterreat. Vidi ego inquit meis oculis ro
manos ex ipſorum uulnere refixa tela torquere ĩ ho-
ſtes. Vidi animos.fortitudinem: & animi magni-
tudinem ĩ morte. Mortes.fortitudinem & robur
animi: qd̃ in morte oſtentãt:ad quã erecto animo p̃-
perant ne perdant decorum. Decoris furorẽ. ſum
mum ardorẽ honeſtatis: quæ ẽ finis uirtutis. & for
tis honeſtatis cauſa ſubit & agit ea quæ ad ipſam for-
titudinem pertinent.& fortes ex eo dicuntur: quia ĩ-
ferentes dolorem tolerant: ut ſeruent decorũ: & uul
nera morſq; forti uiro moleſta ſunt.fert tamen:quo
niam ita exigit præſcriptum uirtutis: omnibuſq; re
bus honeſtatem præponit. de his rebus abunde di-
xi in commentariis officiorum. Si bello abſiſtis.cõ
cluſio eſt:qua ſuadet ab utili bello abſtinẽdum.o car
thago inquit ſi abſiſtis bello:& reprimis Annibalis te
meritatem:qua in uictorioſiſſimos romãos fertur.
dono certe tibi multum ſanguinis quem ſparſura es
in prælio ſi pugnabis. Offers.exponis te. Victori
bus.romãis :qui alias nos uicerunt. apud Liuium ali
ter cenſuit in hæc uerba.ego autem ita cenſeo legatos
ex templo Romam mittẽdos:qui ſenatui ſatiſfaciãt.
alios q annibali nuncient: ut exercitũ a ſagũtho abdu
cat:ipſumq; Annibalem ex fœdere romanis dedant.
tertias legationes ad res ſagunthinas cernẽdas decer-
no. Geſtar ad hæc.ſ.reſpondit alterius factiõis uir:
qui bis uoluit interpellare uerba hannonis:qui tamẽ
magno ſilentio fuit auditus:ut ſcribit Liuius. Cõ-
cilio ne inquit libyæ.oratio geſtaris: & ipſa in genere
deliberatiuo:cuius finis eſt utile.qua confutantur ea quæ hanno cenſuerat:qui in odium adducitur atq; inuidiã:
quoniam uidebatur hoſtibus fauere:& patriam odiſſe ſuam:ſuadetq; ab utili bellum eſſe gerendum cũ romãis
pro ſalute patriæ:ſenſus eſt.in hac contione atq; conſeſſu punico ſedet hannon: qui eſt potius romanus animo:
q̃ carthaginenſis. eſt enim inquit hoſtis noſter: ſolum ſupereſt: ut arma induat aperte contra patriam: cuius
laudi ac ſaluti omnibus ſententiis aduerſatur. Auſonius. romanus. Armaq; tantũ. hanno inquit. In omni
re hoſtis eſt: niſi q; nondum arma ſumpſit contra nos:quod profecto faciet:niſi reprimatur:& ſic trahit illum in
odium ab impietate erga patriam:& in inuidiam affectatæ tyrãnidis. Cætera.per cætera ſiue in cæteris gerit ſe
hoſtem. Nunc geminas alpes.repetit ea quæ hanno dixerat:& utitur confutatione. Geminas. ex ſtomacho
loquitur geſtar.i.altiſſimas ac ſi eſſent duplicatæ. Freta ſicaniæ.ſcyllam & carybdim:& clades acceptas in mari
ſiculo. Nec procul eſt.q.d.adeo laudibus romanos uexit:ut uideatur timere illos etiam mortuos:& manes eo-
rum:quod turpiſſimum eſt. Lætho. forti morte:quia dixerat. Vidi animos morteſq; uirum. Gentem. ro-
manos ſcilicet. Mortalem mihi crede licet:quoniam turpe eſt timere ac præter decorum: hoſtes inquit quos
ſumimus mortales ſunt:& turpe eſt eos timere:tanq̃ ĩmortales.dixerat hanno.num gentibus iſtis mortales ani
mi? & arguit a poſſibili romanos poſſe uinci:cum ſint mortales. Licet formidine turpi frigida corda tremant.
hoc per parentheſim dictum eſt in hannonem:qui præter decorum timere uidebatur:& dicere romanos nõ eſ-
ſe mortales.Ideo geſtar mortalem duplicat:ut magis exprimat & confutet. Frigida.ab effectu:quoniam qui ti
met friget. Vidi ego.exemplo reguli oſtendit romanos non eſſe inuictos:ut ille dixerat: et ad illud reſpicit:Ipſe
ego romanas:& uidi animos:morteſq; uirum.In primo bello punico Regulus captus a xãtippo œbalio:in crucẽ
a pœnis ſublatus eſt.de cuius ſupplicio alibi dicetur. Succinctus.ligatas habens poſt terga manus. Vulgo.po
pulo carthaginẽſi:cui tale ſpectaculum gratiſſimum fuit. Hectoreæ gentis. ex ſtomacho dicit hoc in romanos
qui ſe fortes & hectoreos iactabãt. Spectaret heſperiam ab alta cruce: ad ignominiam romanorum dicit hoc.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

& ex ſtomacho. Heſperiam.italiã.adeo crux alta erat:ſeruit poeta affectui ipſius geſtaris. Nec uero terrent. ad illud reſpondet.pubeſcit caſtris miles. Ora.puerorũ quos dixiſti ſub galea pubeſcere. Protinus ſub galea. ſtatim ante pubertatem armis obducta. Properata caſſide:quã primis annis accipiũt nõ expectata pubertate. Indole non adeo ſegni ſumus:noſtri etiã pueri geſtar ait ita faciunt:ut romanos factitare hanno iactauit:& noſtri inquit pueri claram indolẽ & ſignum futuræ uirtutis præ ſe ferunt:ſeſe in uariis gymnaſiis exercentes.Indoles eſt ſignũ uirtutis.In pueris non cadit uirtus:aut uitium:cũ non habeant electionem: & in ipſis non uigeat ratio:tamen in illis poteſt eſſe probitas:& oĩs uirtus eſt probitas:ſed non econtra:& cum puer officio gaudet apparet in ipſo indoles.i.ſignum futuræ uirtutis:q̃ uſum requirit & officiis comparatur.ideo ait geſtar indole non adeo ſegni ſumus. ſegnis dicitur piger in rebus agendis:atq; ignauus qui opponitur forti:& hoc probat geſtar exemplis. Turmæ.puerorũ.ſ.qui ex eqs ſimulacra pugnæ exercẽt. hoc dicit poeta reſpiciens: ad armiferas exercitationes romanorum adoleſcentum:quarũ meminere Plutar.in mario:Cice.in officiis:& Hora.his uerbis.Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis.fiebant.n.in campo martio:& iõ campeſtria arma dicta. Anteire ãnos. pati labores ſupra uires ætatis. Nudis.ſine ephippio. Ductor. annibal. Lituos.clangores tubarum.ẽ.n.littuus tuba incurua. Phrygiam. romanam oriundã a phrygibus. Patria arma.bella quæ geſſerat patriam inquit & puero ſpirabat patrem ĩ armis: qui & prudẽtia & robore præſtantiſſimus fuit. Proinde polo. nũc arguit a poſſibili:ut confutet dicta hannonis.ſenſus eſt q̃uis creſcerent alpes uſq; ad cœlũ:& appenninus tangeret aſtra: erit qui apiat iter per cœlũ. Vt ſtimulent atrã uel inania mentem : hoc dico inquit geſtar ut hæc quæ impoſſibilia ſunt: & uana ſtimulent mentem hãnonis atram liuidam & pfida. atra mens candidæ opponitur:& candidus is eſt qui non habet liuorem. hãnonis mens atra uidebatur: quoniam hannibali inuidebat: & ut eum incẽderet hæc uerba dicit geſtar:liuor iners uitium inqt Oui. Vel inania etiã hæc quæ ſunt uana & ĩpoſſibilia afferant ſtimulum mẽti tuæ:dicam inquit ut tibi ſtomachũ faciam. Atrã.plenã liuoris: quoniã inuides naſcenti gloriæ annibalis: quem gentili odio inſectaris. Inuidia profecto ipſis habẽtibus peſſimũ eſt uenenũ: & ſola miſeria caret inuidia. Pudet deſperare.exẽplo oſtendit poſſibilitatẽ:quoniã hercules alpes traſcenderat. Laudem. ꝙ ſcilicet alpes munimẽta italiæ tranſcenderit. Sed libyæ clades. dixerat ille.Lauimus æthneas animoſo ſanguine ualles: & propter hoc arguit gerendum bellũ : ut macula priore bello accepta deleatur.famam quippe & decus cæteris rebus præponeř debemus:ſi e natura uiueř uolumus.

Aggerat.accumulat: auget:ut ſuis ĩcutiat terrorẽ.

Formidinis æſtus.maximos timores.quibus tanq̃ æſtu uritur & angitur.hãno inquit ignauior fœmina contineat ſe domi:& ſinat nos pellere romanos tyrãnos:& ſic captat a perſona ſua beniuolentiã dicẽs: nos ibimus contra hoſtes:quibus nil patria eſt antiquius. Singultantem.timidã & pœne egredientẽ e corpore propter metũ.& ſic uituperatur hãno ab ignauia:quæ nullo modo decet hominẽ:cui maximum eſt dedecus audire ſe eſſe mulieř ignauiorem: cũ fortitudo ſit hois. Quis.quibus. Fixũ.decretum eſt:ut decet optimos ciues:ac patriæ ſtudioſos. Dominos.tyrãnos romanos.etiã inuito ioue. Ni fata repugnẽt.quoniam oĩa ut poetæ uolunt fato regũtur & ſubiiciuntur etiam ipſe iuppiter.unde Plato in ultimo libro de repu.parcas quæ & fata dicuntur:appellat filias neceſſitatis.parcæ inquit ſunt filiæ neceſſitatis:& appellanť fata:& poſtea dicit.Neceſſitatis filiæ lacheſis præconium. Et ni mauors.i.niſi penitus mars hinc migrauit dãnans oĩo hanc urbẽ.colebãt carthaginenſes martẽ propter oſtentũ capitis equini illic effoſſi:quod portenderat illos fore martigenas:cũ æquus aĩal ſit ferox & belli coſum. Dudũ.paulo ante potius ĩquit uolo mori q̃ uidere patriã meã ſeruire romanis: & liber deſcẽdã ad inferos.acheron ẽ fluuius inferorũ:& interpræta ť ſine ſalute. Nã quæ proh ſuperi fabius iubet: rei indignitatẽ auget repetẽs ea q̃ fabius iubebat.ocius.ſ.arma exuite:& cætera q̃ ſequũť: q̃ ad nil aliud ſpectabãt: niſi ad carthaginis ſeruitutẽ:& nitiť ab utili ſuadere illa eſſe ſpernẽda:exclamans ad ſupos quos orat ut nunq̃ talia patianť: quoniã carthago nõ meretur.& apte uſus eſt exclamatiõe:q̃ conficit ſignificationẽ doloris & ĩdignationẽ. Delecta ma

Nec uero terrent puerilia protinus ora
Sub galea & præſſe properata caſſide malæ.
Indole non adeo ſegni ſumus.aſpice turmæ:
Quot libycæ certant annos ante ire labores.
Et nudis bellantur equis.ipſe aſpice ductor
Cum primam tenero uocem proferret ab ore.
Iam bella & lituos ac flãmis urere gentẽ
Iurabat phrygiã:atq; aĩo patria arma mouebat.
Vultor erit cedis iam te ſpectante propinquæ
Proinde polo creſcant alpes.altuſq; coruſcos
Appẽninus agat ſcopulos per ſaxa niueſque:
Dicam etenim ut ſtimulent atrã uel inania mẽtẽ
Per cœlum ẽ qui pãdat iter pudet hercule tritas
Deſperare uias:laudemque timere ſecundam.
Sed libyæ clades & primi incendia belli
Aggerat atque iterum pro libertate labores
Hannon ferre uetat.ponat formidinis æſtus
Parietibuſque domus imbellis fœmina ſeruet
Singultãtẽ animam.nos nos cõtra ibimus hoſtẽ
Quis procul a tyria dominos depellere byrſa.
Vel ioue non equo fixum ẽ:ſin fata repugnẽt
Et iam damnata ceſſit carthagine mauors:
Occumbam potius:nec te patria inclyta dudum
Aeternũ famulam liberque acherontha uidebo.
Nam quæ proh ſuperi fabius iubet ocius arma.
Exuite & capta deſcẽdite ab arce ſagunthi.
Tum delecta manus ſcutorum ĩcendat aceruos:
Vranturque rates.ac toto abſiſtite ponto
Dii procul o merita eſt ſi nunquam talia plecti.



nus.electi milites. Taliã plecti.puniri p talia qualia iubet fabius: Ductoris.ãnibalis. Manus ſolutas.q̃s hãnon ac fabius iubebãt ligari.& trahi ad pœnã rupti fœderis. Hic hãnon.Hãnõ iterũ aſſeuerauit:ꝙ intẽderat qd cẽſeat apud Liuiũ iã dictũ eſt. Rapta.ablata ſagũthinis ĩ pugna. Inſtat.aſſeuerat. Autorẽ.ãnibalẽ dari in pœnas romanis. Diſcordia.diſſidẽtia inuicẽ.i.cõtrarias opiniões:& ſentẽtias de bello. Profatus.cũ palã dixiſſet. poſtq̃ carthaginẽ uenerũt inqt Liuius cũ datus eſſet ſenatus:& Fabius nihil ultra q̃ unũ:qđ mandatũ erat pcontatus eſſet:cũ e pœnis qdã ſupbe admodũ reſpõdiſſet iquiẽs.proĩde omitte ſagũthi atq; iberi mẽtionẽ facere: & qđ diu parturit aĩus ueſter aliq̃do pariat. tũ romanus ſinu ex toga facto hic inquit uobis bellũ & pacẽ portamus:utrũ placet ſumite:ſub hãc uocẽ: haud mius ferociter daret utrũ uellet ſucclamatũ ẽ:& cum is ſinu iterũ effuſo bellũ dare dixiſſet:accipe ſe oẽs reſponderunt:& qbus acciperẽt aĩs hiſdẽ ſe geſturos. Quid ſedeat. placeat illis. Priori. bello punico prio: quo pœni ſuccubuerãt. Accipite iqt bellũ eo oĩe ac iſœlicitate q̃ prius bellũ accepiſtis. Laxos amictus. reſolutũ ſinũ. Pr̃ias.romanas: redit romã fabius cũ collega belli nũcius. Atq; ea dũ.pfugæ.dũ hæc apđ carthaginẽ agerenť ſagunthini:ut canit poeta:& ſcri. Liuius: aliq̃tulũ recreati ſũt pp ãnibalis pfectionẽ in oretanos & carpẽtanos:q pp delectus acerbitatẽ retinuerãt cõquiſitores:& de defectiõe cogitabãt: ſed celeritate ãnibalis puenti oppreſſiq; ſũt.Interea Maharbal himilcõis filius relictus ab ãnibale ſagunthinã oppugnationẽ urgebat: & aliq̃tulũ muri deiecerat cum dux rediſſet. Eliſæ.didõis:pfugæ ex phenicia. Accitis populis:uocatis ĩ arma oretanis & carpẽtanis: q defecturi ab ãnibale uidebanť nolẽtes mitteř milites ad exercitũ punicũ. Quis. qbus. Lababat. nutabat & dubia erat. Aegra.debilis:& ĩcõſtãs:quoniã uolebãt deficeř. Ecce aũt. deſcri.arma muneri miſſa ãnibali a callaicis populis q hi:ãt ad oceanũ hiſpanũ: denoiati a callace herculis filio: quorũ regio dř callatia: ubi nũc habeť celeberria ædes apoſtoli iacobi:hoc iõ finxit poeta:quoniã apđ illos multũ ẽ auri:quo ornabanť & thoraces & loricæ.& illic ſũt tagus:& durius & læthæ fluuii habẽtes auri ramenta. nã luſitaniæ latus ad auſtrũ cigit tagus:ab occaſu uero ac ſeptẽtriõe oceãus: ab aurora carpẽtani: uetões. Vaccei & calleci nũc accipius luſitãos p callecis:q quoniã mõtes:quõdã hitabãt pugnaciſſimi erant:& expugnatu difficillimi.unde brutus p̃tor cũ uiciſſet luſitãos:quoniã maxĩe laborauerat ĩ expugnãdis callecis callaicus nõ luſitãus cognoiari uoluit:& turdetãi q illic ſũt quõdã p̃ſepib) aureis ac doliis utebãť.auc.ẽ Stra.Mar.Gallaicũ mãdas ſiqđ ad oceanũ.pœni factitauere & clypeos & imagĩes ex ære ſectũq; in caſtris tuleř. certe captis eis autore pli.talẽ clypeũ aſdrubalis ĩuẽit Martius ſcipio nũ i hiſpãia uictor:iſq; clypeus ſupra fores capitoliæ ædis uſq; ad ĩcẽdiũ primũ fuit: prius ærei fuerũt: clypeos ĩ ſacro uel pu.priuati dicař prius ĩſtituit Appius clau.q cõſul cum ſeruilio fuit: poſuit.n.i æde bellõæ maiores ſuos:placuitq; in excelſo ſpectari: & titulos maiorũ legi ſcutis:q̃libus apđ troiã pugnatũ ẽ.cõtinebãť imagĩes:unde & nomẽ habueř clypeorũ. Sæuo portẽdẽti malũ hoſtibus. Ductori. ãnibali. Coruſcis.uibrãtibus & aureis. Coni.ſũmitates.conus ẽ ſũmitas galeæ:& poniť p galea: & conus ẽ baca cup̃ſſi: unđ cõifera dř. Niueæ pẽnæ.albæ ſtrutii cameli habẽtis pẽnas:q̃ currẽtẽ adiuuãt.p̃mia ex his inqt pli.oua pp ãplitudinẽ pqbuſdã habita uaſis:conoſq; bellicos & galeas adornãtes pẽnæ. Loricã.lorica: ut ait Varro dicta ẽ ꝙ e loris de corio nudo pectoralia fiebãt:poſtea ſuccideřũt galli e ferro ſub id uocabulũ ex Anulis: ferreã tunicã de q̃ Syllius loquiť.nã cõtexta erat ex anulis aureis nodoſis.hæc inqt lorica erat tegmen penetrabile nulli tælo. Perfuſa.inaurata. Opibus tagi.auro:quoniã tagus hẽt aureas harenas. Luſtrat. aſpicit cælaturã clypei: in quo erat carthaginis origo. Condebat primæ. ſequitur

Carthago prohibete nephas.noſtrique ſolutas
Ductoris ſeruate manus:deinde reſedit.
Factaq; ceſſendi patrum de more poteſtas:
Hic hannõ reddi propere certamine rapta
Inſtat.& autorẽ uiolati fœderis addit.
Tum uero attoniti ceu templo irrumperet hoſtis
Exiluere patres.latioque id uerteret omen.
Orauere deum.at poſtquam diſcordia ſentit
Pectora:& infidas ad martem uergere mentes:
Non ultra patiens fabius rexiſſe dolorem:
Cõciliũ expoſcit.ppere.patribuſq; uocatis
Bellum ſe geſtare ſinu pacemq; profatus
Quid ſedeat legere:ambiguis neu fallere dictis:
Imperat.ac ſeuo neutrum renuente ſenatu:
Ceu clauſas acies gremioque effunderet arma
Accipite infauſtum libyæ euentuq; priori
Par inquit bellum:& laxos effudit amictus
Tum patrias repetit pugnandi nuncius arces.
At ea dum profugæ regnis agitantur eliſæ.
Accitis uelox populis quis ægra lababat
Ambiguo ſuo marte fides prædeque grauatus.
Ad muros pœnus reuocauerat arma ſagunthi.
Ecce autem clypeum ſeuo fulgore micantem
Oceani gentes ductori dona ferebant
Gallaicæ telluris opus:galeamque coruſcis.
Subnixam criſtis.uibrant cui uertice coni
Albentes niueæ tremulo nutamine pennæ.
Enſem unum:ac multis fatalem milibus haſtam
Præterea textam nodis auroque trilicen
Loricã.& nulli tegmen penetrabile tælo.
Hæc ære & duri calybis.præfectaq; metallo
Atque opibus perfuſa tagi per ſingula lætis
Luſtrat ouans oculis.gaudetque in origine regni
Condebat primæ dido carthaginis arces.
Inſtabatque operi ſubducta claſſe iuuentus.
Molibus hi claudunt portus.his tecta domuſq;
Partitis iuſte bitia uenerandæ ſenectæ:

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

annales romanorum & carthaginenſium: qui carthaginem a didone conditam dicũt de xoro & carchedone dictum eſt: quos Euſebius & Appianus carthaginem condidiſſe ſcribunt. Arces. byrſam. Iuuentus: q̃ ex tyro nauigarat. Molibus. magnis ſaxis & ædificiis. Iuſtæ. quoniam fides & iuſtitia ſolent eſſe i ſenibus. adde etiã ꝙ hic erat ſacerdos. Omen. reperti capitis equini: quod rei miliaris præſtantiam portendebat. nam prius effoderant bubulum caput quod portendebat ubertatem ſoli: & poterat ſignificare ſeruitutem: cũ id animal iugo ſubiiciatur. Has inter ſpecies. formas & imagines ſupradictas in clypeo cælatas. erat etiam æneas: cuius fabuloſa hiſto. uulgatiſſima eſt. & Vir. æneam carthaginẽ trãſmittit ad libidinem. tempora quippe non cõueniunt: ſed uati noſtro accedamus: qui illud in dedecus illorum finxit qui ro. legibus parere nolebant: immo de imperio totiens malis auibus decertarũt. Serena. exhilarata. Clamor ad auras. laus eſt ſculpturæ in qua uidebãtur uenatores clamare & canes prodere latratus ſic Virgi. ſeuitq; canum latratus in auras. Alæ uenãtum. turbæ uenatorum. Claſſis. quoniam diſceſſit æneas inuita didone Tyriis futuris. dido moritura ut eſt apud Vir. mãdauit poſteris bellum gerendũ cum romanis et poeta in principio dixit: mãdata nepotibus arma. Dardanus. æneas. Magnis fatis. propter romam hoc dicit cõditã a nepotibus æneæ quæ orbi fere imperauit & ipſe æneas i italiam nauigauit ducentibus fatis ad maiora rerum initia. Parte alia. hæc eſt tertia cælatura in qua erat ãnibal iurãs bellum romanis. amilcar fuit imperator in p̃io bello punico adeo ſtrenuus ut alter mars diceret. Ardor ineſt oculis. quoniam amilcar in arma furens ingentis ſpiritus fuit & audaciæ. unde poly. dicit amilcaris audacia nil ſuperius: & ut idem ſyllius canit ſybilla cum uidiſſet umbram amilcaris ſic ſcipionẽ allocuta eſt. ille eſt cerne procul cui frons nec in morte remiſſa: rarum ſeruat rabiem. Nec nõ & læuũ. quarta cælatura in qua erat regulus captus a xantippo lacedæmonio. Spartana cohors. laconica iuuẽtus quæ ſub xantippo merebat. Ledeis amyclis. amyclæ urbs laconiæ ubi regnauit leda mater caſtoris & pollucis. Triſte decus. quoniam romanis id fuerat moleſtiſſimum: ſed decus regulo: qui ut fidẽ ſeruaret forti animo ad ſupplicium redi᷑ uoluit: nec pœnam deprecatus eſt quam effera gens inferebat

Pendet. ſ. in cruce ſiue uidebat᷑ pendere: quoniã illa cælatura erat imago. Lætior at circa. alia ſculptura in qua erant mapalia getulorum: & armenta quæ paſſim uagabantur & paſtores earum tela canes domus: quas plauſtris circũuectabant: & lapides ex quibus ignem excudebant & fiſtula paſtoralis: & ſic expreſſit uitam numidarum: qui per agros paſſim uagabantur: quos maſiniſſa primus docuit rem militarem agriculturam atq; ad ciuilem cultum deduxit autore ſtrabone. Facies. aſpectus. nam illic nõ erãt bella & triſte decus reguli. Agitata. commota uenationibus. nam getuli ac numidæ ſtudio uenatiõis tenebantur: lege ſtrabonem de numidis li. ultimo.

Mapalia. Saluſtius in iugurtha de numidis ſic ſcri. & quia ſæpe tentantes agros alia deinde loca petiuerant ſemetipſos numidas appellauere. cæterum adhuc ædificia numidarum quæ illi mapalia uocant oblonga in curuis lateribus tecta quaſi nauiũ carinæ. Celata. ſculpta. Nec procul. alia ſculptura in qua fingit fuiſſe Maurum fi. uulcani qui dedit nomen mauris. Sed mauri fuerunt medi qui in aphricam uenerunt una cum perſis: & armenis & medorum nomen libes corrupere barbara lingua mauros pro medis appellantes. Vſta cutem. ideſt nigra propter ſolis ardorem. Maurus & getulia: ut uolunt fabulæ filii fuerunt uulcani. a mauro mauri dicti ſunt: a getulia getuli: qui erãt mixti numidis. Lybia: ut ſcribit Hero. dicta eſt a muliere quadam indigena. Hoc fingit Syllius. hiſtoria habet getulos: & libes i initio habitaſſe aphricã aſperos in cultos q̃bus cibus erat ferina caro: atq; humi pabulũ ueluti pecudibus. hi

Oſtentant caput effoſſa tellure repertum
Bellatoris equi atq; omen clamore ſalutant.
Has inter ſpecies orbatum claſſe ſuiſque
Aeneam pulſũ pelago dextraque precantem
Cernere erat. fronte hunc auidæ regina ſerena
Infœlix hac iam uultu ſpectabat amico
Hinc & ſpeluncam furtiuaque fœdera amantũ.
Gallaicæ fecere manus: it clamor ad auras:
Latratuſq; canum ſubitoque exterrita nimbo
Occultant alæ uenantum corpora ſyluis.
Nec procul æneadũ uacuo iam littore claſſis:
Aequora nequicquam reuocante petebat elyſa.
Ipſa pyram ſuper ingentem ſtans ſaucia dido
Mandabat tyriis ultricia bella futuris:
Ardentemque rogum media ſpectabat ab unda
Dardanus & magnis pandebat carbaſa fatis.
Parte alia ſupplex infernis annibal aris
Arcanum ſtygia libat cũ uate cruorem:
Et primo bella æneadum iurabat ab æuo
At ſenior ſiculis exultat amilcar in aruis.
Spirantem credas certamina anhela mouere
Ardor ineſt oculis. toruumque minatur imago:
Nec non & leuum clypei latus aſpera ſignis:
Implebat ſpartana cohors: hãc ducit ouantem
Ledæ s ueniens uictor xanthippus amyclis
Iuxta triſte decus pendet ſub imagine pœnæ
Regulus: & ſidei dat magna exempla ſagunto.
Lætior at circa facies agitata ferarum:
Agmina uenatu & celata mapalia fulgent.
Nec ꝓcul uſta cutem nigri ſoror horrida mauri
Aſſuetas patrio mulcet ſermone leenas.
It liber campis paſtor cui ſine ſine ullo
In uetitum ſaltus penetrat pecus: omnia pœnũ



neq; moribus: neq; lege aut imperio cuiuſq̃ regebantur uagi palantes quo nox cogebat ſedes habebant. deſcribit igitur poeta originem & principia aphrorum. Vſta cutem iõ dicit: quoniam getuli non procul ſũt ab ardoribus. nigri ut æthyopes propter ſolis ardorem: ut inquit Saluſtius. Pli. ait. In tingitania prouincia eſt gens quondã præcipua maurorum. unde nomen prouinciæ. Horrida inculta alludit ad getulos incultos & aſperos: & quia calor ſolis eſt cauſa coloris nigri ideo fictum eſt getulam fuiſſe filiam uulcani qui eſt deus ignis. Primo ſermõe. quoniam mauri ſolebant cicurire leones: & etiã numidæ: primus hominũ leonẽ manu tractare ut inquit Pli. auſus & offendere manſuefactum hanno e clariſſimis pœnorũ traditur. dãnatuſq; illo argumẽto: quoniã nihil non perſuaſurus uir tã artificis ingenii uidebatur. & male credi libertas ei cui in tantum ceſſiſſet etiã feritas.

It liber cãpis. deſcribit uitam numidarũ. Pœnũ uigilem. cuſtodem punicũ & magiſtrũ pecoris. qui uigilando armenta cuſtodit. i. paſtores numidæ omnẽ ſupellectilem circũferebant. & nullo fine continebãtur paſſim uagantes. Geſa. tela paſtoritia. geſum ponit pro quocunq; telo. Cydon. eſt urbs cretæ ut dictum eſt. unde aduehebãtur optimi canes: ideo hũc canem cydonem appellauit. Tectum: quoniã mapalia circũferebant ſua. In ſilicis uenis. mos. n. paſtorum eſt ignem ex lapide excutere: cuius rei pyrodes cylicis filius inuentor fuit: & ignem aſſeruare in ferula docuit prometheus. Eminet excelſo. alia ſculptura in qua erat ſagunthus obſeſſa ab annibale. Orbem. rotũditatem clypei quod ideo dicit: quoniam iberus a cantabris ortum habens fluit per amplum cãporum ſpatium prope pyreneos mõtes a quibus: ut autor eſt Strabo: pari ſemper iteruallo diſtat inter cuius deflexiones & pyrenei extremitates tarraco ſita eſt in quodã ſinu ciuitatum: quæ ſunt intra iberũ caput. Sublimis. ſic Vir. cecinerat de ænea. Ille deæ donis: & tanto lætus honore Expleri nequit. Heu quantũ auſonio. uerba annibalis. Vindex curia. romana. ſ. quæ uis uindicare ſagunthũ dabis mihi pœnas. Iãq; ſeneſcebat. nunc redit ad ſagunthinos: qui propter obſidionem rerũ omniũ inopia laborabant & iõ fame cõficiebantur. Dies. tẽpus ipſum conſumebat ſagunthinos. Signa. aquilas romanas & tubas. i. ſubſidiũ romanorũ quos iplorauerãt miſſis legatis. Aequore uano. quoniã nullũ uidebant adnauigare ſubſidiũ. Supræma. proximã mortẽ. Peſtis. fames quæ illos conficiebat: quoniã deficiẽte humido. ciboq; calor iualeſcit & iteriora cõſumit. Eſt. cõſumit occulte uiſcera iã tabifica. Nimiũ durantia: quæ multũ reſiſtebãt i tãta fame. nã deficiẽte humore q oritur ex cibo potuq; igeſto calor naturalis creſcit & uiſcera reſoluit in tabẽ ois quippe calor ſupnaturalis inducit putredinẽ: & deficiẽte humore i ipſo famelico calor adeo auget᷑ ut ſit ſupernaturalis. ideo natura plurimũ pituitæ induxit ne calore iualeſcẽte corpus tabeſceret paulatim. ideo ſyllius ait lẽto tabo: q̃a paulatim uiſcera tabeſcunt: & ideo famelici extenuantur: quia calor ut nutriatur omnia conſumit tandem conſumpto radicali humido mortem inducit. ideo ait uenas fuiſſe ſiccatas ſanguine. Exeſis genis. conſumptis. genæ propriæ ſunt pelliculæ quibus oculi integunt᷑ unde Pli. de ſomno piſcium loquens ait. Dormire non exiſtimant non oculorum argumento: quia non habẽt genas: & alibi: inſecta non habent genas: nec integunt oculos: & palpebræ in genis homini utrinq;: ſed nunc genæ accipiuntur pro ſede pudoris quæ eſt infra oculos. ut a priſcis accipiebantur: unde erat lex. xii. tabularum mulieres genas ne radunto. Lurida. liuida & deformia. Extant. eminent oſſa conſumptis mẽbris: & pingui. Male trementibus. male ſalientibus: quoniã pulſus eſt intẽtio motus & remiſſio in corde: atq; arteria naturalis non arbitrarius: & cum patitur corpus ille motus diſcrepat & ſanguis male ſalit. eſt. n. pulſus ſubſultio uenæ. Humentis rores. deſcribit cibos ſagunthinorum urgente inopia: & neceſſitate. Caſſo labore. quoniam ex ſicco robore non poterant exprimere ſuccos tamen non pigebat eos omnia uiolare: inedia quippe cogebat illos inſolitis ueſci cibis: quippe mandebant tegmina clypeorum: quod cũ hercules uidiſſet lachrymatus eſt, doluitq; ſuorum

Armenti uigilem patrio de more ſequuntur.
Geſaque: latratorque cydon: tectũque focique
In ſilicis uenis: & fiſtula nota uiuentis.
Eminet excelſo conſurgẽs colle ſagunthos:
Q uam circũ immenſi populi condẽſaq; cingũt
Agmina certantũ: pulſãtque tremẽtibus haſtis
Extrema clypei ſtagnabat iberus in ora.
Curuatis claudẽs ingentẽ flexibus orbem.
Annibal abrupto tranſgreſſus fœdere ripas
Pœnorum populos romana in bella uocabat.
Tali ſublimis dono: noua tegmina latis
Aptat concutiens humeris: celſuſque profatur:
Heu quantum auſonio ſudabitis arma cruore.
Q uas belli uindex pœnas mihi curia pendes:
Iamque ſeneſcebat uallatis mœnibus hoſtis.
Carpebatque dies urbem: dum ſigna manuſque
Expectant feſſi ſocias: tandem æquore uano
Auertunt oculos: fruſtrataque littora ponunt.
Et propius ſuprema uident: ſedet acta medullis
Iã dudum: atq; iopes penitus coquit itima peſtis
Eſt furtim lento miſeris durantia tabo
Viſcera: & exurit ſiccatas ſanguine uenas
Per longum celata fames: iam lumina retro:
Exeſis fugere genis: iam lurida ſola
Tecta cute & uenis male iuncta tremẽtibus oſſa.
Extant conſumptis uiſu deformia neruis:
Humentis rores noctis terramq; madentem:
Solamen fecere mali: caſſoque labore:
E ſicco fruſtra preſſerunt robore ſuccos
Nil temerare piget: rabidi ieiunia uentris

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

uicem quibus ferre opē non poterat ꝓpter iunonem nouercā cui ſe opponere nõ audebat.i deo ait nequicq̃: utē in fabulis.& refert Diodo.li.v.Iuppiter & iuno in has conditiones deſcenderunt ut euryſteus regnaret:ſed hercules cœlo donaretur peractis.xii.laboribus quos euryſteus impaſſet: & tunc Iuppiter mandauit herculi ut nequid unq̃ moliretur contra decreta Iuno.ex cuius ſententia annibal hæc arma mouebat. Fractæ.quaſſatæ & affectæ inedia. Sic igitur.hercules cum non poſſet aliter ferre opem adiuit fidem Saguntħinorum numen. Arcanis dea læta:quoniam fides eſt in rebus ſecretis:& cum ſit quod dictum eſt etiam ſi nullus eſt teſtis: & ideo Numa Pompilius inſtituit ut fides coleretur a ſacerdotibus manu uſq; ad digitos uelata uolens oſtendere uir cõſultiſſimus fidem nõ egere teſtibus: & iccirco dicit poeta fidem gaudere arcanis.i.locis ſecretioribus. Tamen.q̃uis illa eſſet cogitabunda. Pacator.ipſe hercules qui eam honorauit & pacatā reddidit captans beniuolentiam. Honore ueniæ.dignæ oi honore: nam maiores alloqui nõ debemus niſi impetrata uenia.honora.i.honore digna.hercules erat pacator ueniæ aut propter hoc ſolum: aut quia illi hoc peculiaꝛ fuit tempore euryſtei.tunc.n.nil faciebat niſi uenia ĩpetrata ab eo a quo ad domāda mõſtra mittebatur.

Ante iouem generata.oratio herculis ad fidē: quā ſibi conciliat laudans ipſam ab antiquitate:cui ob id maior accedebat honor:& eius effectu:quoniam ſine fide nil poteſt eſſe pacificum & quietum:qua remota remouetur iuſtitia & ſic humana confunditur ſocietas: quā iuſtitia conſeruat.Iuſticia ĩquit Sene.ē naturæ tacita conuentio in adiutorium multorum inuenta & diuina lex:& uinculum ſocietatis humanæ.ſi uis eſſe iuſtus inquit deum time.& ama.amabis autem ſi in hoc illum imitaberis ut uelis omnibus prodeſſe.ac nulli nocere.de fide & religione ſcias agi ubicũq; de ueritate tractatur.nam & ſi iureiurādo deus ĩuocatur:& non inuocanti teſtis eſt tamen non tranſies ueritatem ne iuſtitiæ tranſeas legem. Ante iouem.ætate.ſ.aurea & regnāte ſaturno: ſub quo fides & iuſtitia uigebant. Iuſtitiæ conſors.ſocia.nā ubi eſt fides illic eſt iuſtitia:& ubi iuſtitia ibi fides.immo fundamentum iuſtitiæ eſt ipſa fides.de his rebus dixi in cõmentariolis officiorum. Tacitum numen in pectore:quoniam non opus eſt teſtibus ubi eſt fides.Iuſtitia inquam ipſa quæ dat unicuiq; quod ſuũ eſt. Exitium ne tuæ.narratio eſt per interrogationem. Tuæ.tibi dicatæ. Pendentem.patientem ꝓ te: ideſt ꝓ fide ſeruāda tot pœnas. Lēta.quæ nõ moueris ad affectum cum uideas ſagunthinos qui ſame conficiuntur ad te numen clamare ſuum. Tibi.ut te ſeruēt & colāt. Minores.infantes & pueri.

Fer cœlo.petitio eſt:& concluſio. Da.concede ut res ſagunthinæ iam affectæ atq; demerſæ reſtituātur in integrum & emergant. Cerno equidem.uerba fidei ad herculem quæ ſcelera mortalium deteſtans dicit ſe ægre ferre caſum ſagunthi: ſed fatis impediri cum cupiat fauere:ſed pœnas tandem ĩquit dabit annibal ob perfidiam:quæ in illo fuit pluſq̃ punica. Stat.fixus eſt & conſtitutus. Auſis tam triſtibus.audaciæ annibalis quæ affert nobis triſtitiam & dolorē: & illi tandem. Victor.quoniam uincetur demum: & extorus ueneno peribit. Sed me pollutas.iādiu inquit ſcelera mortalium e terris ad aſtra fugarunt.uigent inquit & cenſentur tyranni auari & qui ob ſcelus præmia & quidem maxima captant.& uiuitur ex rapto more ferarũ: & oē decus.omne honeſtum reſolutum eſt in luxum:& pudor magna caligine deductus iacet.uiolētia colitur & enſis potentia pro ratione ē.Iuſtitia & uirtus a uitiis opprimuntur.nemo uacat ſcelere:& conſcii atq; nefarii inuicem ſeruant pacē:& ſic pene in ſatyram deflexit poeta:ſed fidei decorum ſeruauit. Pollutas.maculatas. Adegit.i.pulit me. Fœcundum.abundans fraudibus. Et,q̃tum terrent tantũ metuentia regna.ſenſus eſt reliqui tyrānos ipſos:q tantũ timēt q̃tũ timētur.nā ob crudelitatē ĩ ſubditos cõiurationē ĩpetũ:atq; alioꝝ iſidias timēt: is q̃ a multis timeꝛ neceſſe ē.ut & ipſe multos timeat ut accidit tyrānis.Neceſſe ē inqt cyrus apud xenophõtem ut qui a multis timetur is multos ſibi faciat inimicos:qui uero omnibus ſimul infeſtus eſt is omnibus concordiā inicit ad ſuum exitium. Eadem eſt ſententia Ciceronis in officiis: quem metuunt oderunt inquit ennius: quem

Inſolitus adigũt ueſci:reſolutaque nudos
Linquentes clypeos armorum tegmina mādũt.
Deſuper hæc cælo ſpectās tirynthius alto
Illachrymat. fractæ nequicquam caſibus urbis.
Nāque metus magniq; tenēt præcepta parētis:
Ne ſeuæ tendat contra decreta nouercæ.
Sic igitur cepta occultās ad limina ſanctæ
Contendit fidei:ſecretaque pectora tentat.
Arcanis dea leta polo tum forte remoto:
Cælicolum magnas uoluebat conſcia curas.
Quā tamē alloquitur ueniæ pacator honore.
Ante iouem generata decus diuũque hoīumq;
Qua ſine non tellus pacem non æquora norũt:
Iuſticiæ conſors tacitumque in pectore numen.
Exitium ne tuæ dirum ſpectare ſagunthi:
Et tot pendentē pro te dea cernere pœnas
Vrbem lenta potes? moritur tibi uulgus:et una
Te matres uincēte fame te meſta uirorum
Ora uocant:primaque ſonāt te uoce minores.
Fer cœlo auxilium:& feſſis da ſurgere rebus:
Hæc ſatus alcmena:contra cui talia uirgo.
Cerno equidē:nec pro nihilo ē mihi fœdera rũpi
Statque dies auſis olim tam triſtibus ultor.
Sed me pollutas properantem linquere terras.
Sedibus his tectiſque iouis ſuccedere adegit:
Fœcundum in fraudes hominũ genus:impia liq
Et quantũ terrent:tantum metuentia regna.
Et furias auri:nec uilia præmia fraudum.
Et ſuper hæc ritu horrificos ac more ferarum
Viuentis rapto populos luxoque ſolutum



quiſq; odit periiſſe expetit. unde dicebat Seneca. Quāto melius beneficiis imperium cuſtoditur quā armis:& alibi dicit:potentia quæ multorum malo exercetur diu ſtare non poteſt. Furias.maximā cupiditatē & ſacram famem:utinā inquit Ply.poſſet totum aurum e uita abdicari.ſacra fames ut celeberrimi autores dixerunt.Proſciſſum conuiciis ab optimis quibuſq; ad perniciē uitæ repertũ. Nec uilia præmia.ſed magna eorũ q fraudem cõmiſiſſent. Luxu.ſuperfluitate. Oē decus.oēm uirtutem:& honeſtatis decus uerſum eſſe in uitiũ & intemperantiæ ſordes. Multa nocte.uitiorum caligine & obſcuritate.pudor nil aliud eſt niſi timor iuſtæ reprehēſionis:& pudor ē optimũ in adoleſcente ſignum.& malis conatibus obſtat. Ceſſit probris.i.a uitiis & ſceleribus uicta eſt uirtus.hæc omnia mala ſyllius tēporibus uiderat ſuis: quibus nõ ueri principes: ſed tyranni: & immaniſſimæ belluæ rerum potiebantur: & iā uirtus depreſſa iacebat nullaq; honeſtatis ratio habebatur.Vnde dicit Iuue.cum iam ſemianimũ laceraret flauius orbem:Vltimus & caluo ſeruiret roma Neroni. Commercia culpæ.i.mali uiri ſibiq; iuicem conſcii in pace uiuunt.boni aũt conculcantur: & ne uita quidem digni cenſentur.tale tamē commerciũ ad tempus eſt cum non nitatur honeſto.cõmerciũ dicitur proprie commutatio merciũ:& accipitur ꝓ ſocietate.Inde commercia culpæ.i.illi qui habent ſocietatem ob ſcelus & culpam. Sed ſecura tua.pollicetur id fides herculi quod nunc in tāto ſagunthinorum turbine poterat præſtari. Dignũ uigorem te.ideſt fortitudinem & animi robur dignum illis qui a te ducunt originem. Fine memorādo.laudabili morte propter fidem. Pœno.annibali ne tandem inquit ſe hoſti dedant. Series.eſt continuata rerũ congreſſio & ponitur pro neceſſitate fatali. Læthi decus.propagabo inquit gloriam eorum in morte.

In ſæcula.ut ſemper de fide:decoraq; morte ſagunthinorum dicatur. Ad manes.inferos. Seuera ioui:quoniam cogit etiam ipſum iouem ad fidē ſeruandam. Luctantē fatis.repugnantē diſpoſitioni fatorum & morti. Pectora nota.quoniam ſagunthini ab ineunte ætate coluerant fidem ex inſtituto maiorum.& ideo pectora eorũ ſedes erāt fidei. Numen.ſuam potentiam. Flagrantem.ardentem ex maximo amore ſui. Aegros niſus.debiles cõatus: quoniam erāt ſame confecti & propter debilitatem uix poterant inſiſtere plantis. Honos diuæ fidei.i.iam pro ſide mortem appetebant. Sacrum læthũ.laudabilis mors & etiam cogitabāt ea pati quæ morte eſſent grauiora. Pro uirgine.fide ſeruanda. Tacitus ſenſus.quædam tacita uoluntas & ſententia.

Addere crimen.i.ueſci humanis carnibus:quod ē omnino ferinũ:& ad feritatem hoc pertinet ut uult Ariſto.adde etiam q; ipſæ feræ non ſæuiunt niſi in diuerſa genera.Vnde dicit Pli.leonum feritas īter ſe nõ dimicat.ſerpentium morſus non petit ſerpentes.nec maris quidem beluæ niſi in diuerſa genera ſæuiunt: at hercule homini pluria ex hominibus ſũt mala:& ſeneca dicit ſcribens de clementia ad Neronem.Tutam eſſe inter feras ſimilitudinem morum.fides inquit ſyllius noluit ut macularent uitā tā deteſtabili feritate quæ eſt pluſq̃ uitium. Extendere.producere.potius.n.moriēdum eſt q̃ talem feritatem admittere.cũ nemo poſſit eſſe fœlix aliena calamitate: & tanti non debet eſſe uita:ut illam maximis ſceleribus producamus.moriendum omnino eſt. Paribus membris.humanis. Quam ſimul. Iuno uidens fidem talia agentē apud ſagunthum irata eſt.euocauitq; ab inferis tiſiphonem:cui mandauit ut ſagunthinos ad mortē ĩpelleret quod factum eſt. Inuiſæ gentis.ſagunthinæ quā odio habebat ꝓpter romanos. Miſcētē bella:quoniā propter aduētũ fidei,arma uoluebāt ſagũthini:& fureꝛ ĩ marte ſupra uires uidebanꝛ cũ macie cõfecti eſſēt. Virgineũ.quē uirgo ĩmittebat ſagũthinis. Turbata gradũ.ĩpedita a ſuo curſu ad cœlũ.imitaꝛ poeta Vir. Ciet.euocat cõmouet. Atrā.ĩfirma caligie obductā. Agitātē.uexātē umbras. Verbeꝛ.flagello. Hos ĩquit.uerba Iunõis ad tiſiphonē noctis & herbi filiā quā hortaꝛ ut muros ſagũthios māu ĩpellat:& ſternat ĩpos uiros nũc pp fidei aduētũ feroces.

Omne decus:multaque oppreſſũ nocte pudorē
Vis colitur:turiſque locum ſibi uendicat enſis:
Et probris ceſſit uirtus:en aſpice gentes.
Nemo inſons:pacem ſeruāt commercia culpæ.
Sed ſecura tua fundata ut mœnia dextra.
Dignum te ſeruent memorando fine uigorem:
Dedita nec feſſi tranſmittāt corpora pœno:
Quod ſolũ nũc fata ſinunt ſeriemque futuri.
Extendam lœti decus:atque in ſæcula mittam
Ipſaque laudatas ad manes proſequar umbras.
Inde ſeuera ioui decurrens ethere uirgo
Luctantem fatis petit inflammata ſagunthum.
Inuadit mentes:& pectora nota pererrat.
Immittitque animis numen:tum fuſa medullis:
Implicat:atque ſui flagrantem inſpirat amorem.
Arma uolunt tentantque ægros ad prælia niſus.
Inſperatus adeſt uigor:interiuſq; recurſat:
Dulcis honos diuæ:& ſacrum pro uirgīe lœtum.
Et tacitus feſſis per ouantia pectora ſenſus
Vel lœto grauiora pati:ſæuaſque ferarum
Attentare dapes:& menſis addere crimen.
Sed prohibet culpa pollutā extendere lucem
Caſta fides:paribusq; famem cõpeſcere mēbris
Quam ſimul inuiſæ gentis proſpexit in arce:
Forte ferens ſeſe lybicis ſaturnia caſtris.
Virginem increpitat miſcentem bella furorem
Atque ita turbata gradum ciet ocius atram
Tiſiphonem imos agitantē uerbere manes:
Et palmas tendens hos inquit noctis alumna:
Hos muros impelle manu populumque ferocē
Dextris ſterne tuis iuno iubet:ipſa propinqua
Effectus ſtudiumque tuum:quo comprimit ora
Cerberus ac mixto quæ ſpumant felle uenena.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Ferocem.animoſum ſupra uires. Iuno iubet.ſui nominis maieſtate iuno mouet tiſiphonem. Propinqua effectus.accelera id quod potes efficere:& tuã uolũtatẽ: ſeruit poeta affectui Iunonis: quæ ꝑperabat ad ſagũthinorum perniciem.cerberus eſt canis triceps cuſtos infernæ ianuæ:& ſignificat canẽ qui uorat omnia minute inciſa & nomine cerberi terra intelligitur.cerberum ab inferis hercules abduxit:e cuius ſpuma fabulæ natum dicũt aconitũ ideo ait ora quæ ſpumant.i.ſpumando emittũt uenena mixto felle tua capita habẽt. Congere.effunde ĩquit in ſagũthinos omnis tuas uires:& trahe illos ad inferos ut hanc mercedem habeãt ex aduentu fidei

In rutulos.ſagunthinos oriũdos a rutulis. Dea concita.cõmota iuno ad irã ĩpulit tiſiphonẽ manu ad muros rutulos. Seuã heumenida.crudelem furiam.quoniam heumenides dicũtur furiæ allecto tiſiphone & megera. Serpens.quoniã furiæ habent capillos ſerpẽtinos.priſci philoſophãtes: & legũ latores publicæ utilitatis gratia fabulas ĩuenerũt:& mõſtra q̃dam finxere ad terrorẽ: quoniã ut inquit ſtrabo mulieribus & cõfuſæ multitudini philoſophiæ rationes reddi nõ poſſunt: nec ad religionẽ ſanctitatẽ:ac fidẽ facile adduci.& ideo numinũ timore opus eſt:id aũt nõ fit ſine figmẽtis fabularum: & miraculorum.Iccirco fulmen egida tridẽtẽ faces. thyrſos capillos ſerpẽtinos cerberi latratus: & arma deorũ uniuerſa priſcorũ theologia præferebat.Meror eſt egritudo flebilis:dolor ægritudo crucians. Multus.plurimus. Squalẽti.ſquamoſo.nã a ſquamis ſqualidũ dicitur.Mors:luctus:plãctus:meror: dolor: atq; oẽs pœnæ ſunt comites furiarum. Inhiat.aperit os ut abſorbeat ſagũthinos cito caſuros. Atri.lugubres.

Ianitor.cerberus qui habet tria capita. Inſõnis.puigil. Lachrymoſæ.infernæ quoniã illic nil aliud eſt niſi dolor:niſi luctus:& maximi cruciatus. Protinus aſſimulat:tiſiphone mutauit ſe ĩ formã:tyburnæ uxoris murri:& ſagunthinis mortem perſuaſit.

Mutabile.qđ facile ſuſcipit uarias formas. Clarũ nomẽ.quoniã tyburna uidebatur traxiſſe nomẽ a tyrbuto filio amphiarai uatis phœbei qui tyburtus cũ duobus fratribus corace:ac catillo in italiã nauigauit tyburq; condidit.amphiaraus fuit una ætate ante bellũ troianũ. Heumenis.tiſiphõe. Quis terminus ĩquit: uerba tiſiphones ſub perſona tyburnæ ad ſagunthinos.ſenſus ẽ:quouſq; tot mala patiemur pro fide ſeruanda:& ritu tradito nobis a maioribus noſtris:nũc urgente fato expedit mori. Vidi ipſa.affectũ mouet atteſtatione rei uiſæ. Lacerato uulnere.hoc etiã mouet affectũ. Dura.ꝑ dure.i.horrende clamãtẽ. Eripe te coniunx.uerba murri ad tyburnã ꝑ nocturnã quietem. Pœni.annibalis.

Ad meos manes.ad meam umbrã apud inferos degentem. Rutuli.nos ſagũthini. Penates.domus. Mens horret.adhuc inquit tyburna.mens mea timet & illius imago uideť mihi adeſſe. Nulla ne.uertit ſermonẽ ad ſagũthũ tyburna. Fœlix necis.fortunatus q̃ı cecidiſti ante patriæ excidiũ:hac loquutiõe utiť ſyllius ſupra de ibero.fœlix heu nemorũ & uitæ laudãdus opacæ. Patria.ꝑ q̃.ſ.uir bonus mortẽ recuſať nõ debet & p̃ſtat mori q̃ ruẽti patriæ ſupeſſe. At nos ſidoniis.a fortuna mouet affectus: ſic apud Vir. At nos hĩc alii ſitientes ibimus aphros.

Sidoniis.carthaginẽſibus. Tandẽ.poſt lõgã ſeruitutẽ iacebimus ĩ terra hoſtili. Morte obita.i. poſt mortẽ. Sic Vir.Morte obita q̃les fama ẽ uolitare figuras:& lucretius.Morte obita quoq; tellus cõplectitur oſſa: & ob interdũ poniť pro ad:ut ob os.i.ad os. Sed uos o iuuenes:uertit ſermonẽ ad iuuenes quos hortať ut ſuis mortẽ inferãt:eripiãtq; inſtãti ſeruituti. Quis.qbus adẽ aĩ robur quo has calamitates morte declinetis.ſtoici utebantur morte contra aſpa ut gladio.i.ſe ĩterficiebant ut fecit cato apud uticã:ſed tales nõ merenť fortitudĩs laudẽ imo timidi potius appellãdi ſũt cũ nõ poſſint tolerař aduerſa:đ his diffuſius dixi apđ Ci. Subducite.eripite ſubtrahite.

Et quicquid ſcelerum pœnarum quicquid & iræ
Pectore fœcũdo coquitur tibi congere præceps
In rutulos totamq; erebo demitte ſagunthum
Hac mercede fides conſtet delapſa per auras:
Sic uoce inſtimulans dextra dea concita ſeuam
Heumenida incuſſit muris:tremuitque repente
Mons circum & grauior ſõuit per littora fluctus.
Sibilat inſurgẽs capiti & turgentia circum
Multus colla micat ſqualenti pectore ſerpens.
Mors graditur uaſto pandẽs caua guttura rictu
Pectora cicundant plãctus:merorq; dolorque.
Atque omnes adſunt pœnæ:formaque trifauci.
Perſonat inſomnis lachrymoſæ ianitor aulæ.
Protinus aſſimulat faciem mutabile monſtrum
Tyburnæ:greſſumq; ſimul ſonitumq; loquẽtis.
Hæc bello uacuos & ſæui turbine martis:
Lugebat thalamos murro ſpoliata marito.
Clara genus clarumq; trahens a ſanguine nomẽ
Cui uultus induta pares:diſiectaque crinem:
Eumenis in medios irrumpit turbida cœtus.
Et mœſtas lacerata genas:quis terminus inquit
Stat fidei proauiſque datus? uidi ipſa cruentum:
Ipſa meum uidi lacerato uulnere noſtras
Terrentem murrum noctes:& dira ſonantem.
Eripe te coniunx miſerandæ caſibus urbis:
Et fuge:ſi terras ademit uictoria pœni.
Ad manes tyburna meos:cecidere penates:
Occidimus rutuli:tenet omnia punicus enſis.
Mens horret:nec adhuc oculis abſiſtit imago.
Nulla ne iam poſt hac tua tecta ſagũthe uidebo.
Fœlix murræ necis patriaque ſuperſtite fœlix:
At nos ſydoniis famulatum matribus actas.
Poſt belli cauſas uaſtique pericula ponti.
Carthago aſpiciet uictrix:tandemque ſupremũ
Morte obita libyæ gremio captiua iacebo:
Sed uos o iuuenes uetuit quos conſcia uirtus
Poſſe capi quis telum ingens cõtra aſpera mors ẽ
Veſtris ſeruitio manibus ſubducite matres:



Ardua uirtutem profert uia:ideſt difficile eſt uirtutem amplecti: & ideo ex re difficili laudem petatis: & hanc primam gloriam capeſſite:uos.ſ.pro fide interficiendo. Quam facile inquit heſiodus innumeras uitiorũ amplectimur artes:haud procul illa habitãt:breuis eſt uia:qua ſit eundum: eſt uia uirtutis cõtraria: ſudor anhelus hãc ſequitur:quæ ſe ſcopuloſis ardua cliuis in longum ꝓrumpit iter.riget aſpera primo ingreſſu. leuis eſt poſtq̃ alta cacumina tanges.uirtus profecto circa difficile uerſatur:nec ipſam ſine maximis laboribus attigere poſſumus.humilis quippe atq; inertis eſt tuta ſecare per alta:& ardua uirtus eſt: omne honeſtum inquit ſeneca in arduo ẽ.etiã quod uicinum honeſto eſt.non enim tantũ fieri debet:ſed ratione fieri.hæc igitur perſuaſio Tiburnæ uidebatur eſſe honeſta:& mori pro fide.decoroq; ſeruãdo honeſtũ eſt:ſed debet ratione fieri: non enim debebant ſibi afferre manus & uim:ſed cadere fortiter manu hoſtili:& tunc eſt uera fortitudinis laus.ergo id quod illa ſuadebat nec erat honeſtum:nec utile:quoniam erat contra præſcriptũ uirtutis ad quam illos hortabatur. Nec notam.incognitã adhuc:quoniam pro fide nemo uult mori: ſiue hactenus uoluit. Tumulum.ſcilicet zacynthi de quo ſupra.cõditus excelſo ſacrauit colle zacynthus. Amphitrioniades.hercules:nautis qui illuc curſum dirigerent:ut fit nunc in aliquo celebri portu in quo noctu ponitur lumen ut nautæ illuc adnauigent. Cineres.ipſius zacynthi illic ſepulti. Grato honore.ſepulchro quo cineres ornãtur unde dicit Vir.Qui ſolus honos acheronte ſub imo eſt. Horrendum.horrende. Anguis.imitatio eſt Virgilii canentis e tumulo anchiſæ ſerpentem prodiiſſe:quod ideo fingitur:quoniam ut ſcribit Plinius:& canit Ouidius:ex opiniõe pythagoræ ex ſpina hominis mortui naſciť anguis.

Squalentibus.ſquamis fulgentibus Virgi.per tunicam ſqualẽtem auro:ſqualidum etiam dicimus ſordidum ut ſqualentem barbam. Ignea lumina.quia oculi ſerpentũ uidentur ardere:ſunt enim ſuffuſi ſanguine. Sibyla.ſibylantia. Vibranti lingua.tenuiſſima ſerpentibus lĩgua inquit Plinius triſulca: uibrãs atri coloris:& ſi extrahas præ longa. Ac ſimilis profugo.fuga huius ſerpentis:qui erat quaſi numen urbis & tutelaris deus terruit ſagunthinos quoniam uidebantur numina euocata ab hoſtibus exceder.unde dixit æneas Virgilianus.Exceſſer omnes adytis ariſq; relictis.Dii: quibus ĩperium hoc ſteterat.cõſtat enĩ ut inquit Macrobius oẽs urbes in alicuius dei eſſe tutela: moreq; romanorum arcanum & multis ignotum fuiſſe ut cum obſiderent urbem hoſtium eamq; iam capi poſſe confiderent certo carmine euocarẽt tutelares deos:q; aut aliter urbem capi non poſſe crederent: aut etiã ſi poſſet nefas æſtimarent deos habere captiuos.& ponit Macrobius carmen repertum in quinto libro Sammonici ſereni quod ille in uetuſtiſſimo libro furii inuenerat.quo numina ex urbibus euocabantur urbeſq; ipſæ deuouebantur. Ceu prodita tecta.ſignum ut dixi erat ſagunthinis urbis iam captæ:q; manes diſcedere uidebantur. & dii tutelares qui urbis captiuitatem non expectabãt. Vnde Verrius Flac.ut pli.ſcribit:autores ponit quibus credat ĩ oppugnatione urbium ante oĩa ſolitũ a romanis ſacerdotibus euocari deũ.In cuius tutela id oppidũ eſſe. promittiq; illi apud romanos eundẽ aut ampliorem locũ cultumue. Prodita.data hoſtibus. Læſa regione etiam diuina ægre habent nec coli poſſunt: ut inquit eurypides. Manes.dii tutelares. Vmbræ.animæ.putabãt enĩ ſerpentem illum eſſe aĩam zacynthi.& ideo nulla ſpes iam erat ſalutis:& ſic renuebant cibos. Agit.ĩpellit. Abdita.latens ſub perſona tyburnæ. Aut grauior duris.loquitur ex ſententia ſtoicorum qui rigidiſſimi erant: nam ut incommoda declinarẽt:& quæ nullo modo ferenda ſibi ipſis perſuaſerant:mortem quaſi finem laborum aduocabant manu:ſed ut dixi tales homines nulla laude digni ſunt:& Ci.in Tuſculanis diſputationibus monet nõ eſſe niſi naturaliter moriendum.Vetat enim dominans ille in nobis deus inquit iniuſſu hinc ſuo nos demigrare. Inclementia:quaſi quædam crudelitas. Duris.aſperis & minime ad uoluptatem noſtram fluentibus. Quã perferre.pati ea quæ impediunt mortem.quæ uidetur eſſe finis calamitatum:& hoc argumento cæſar apud Saluſtium cenſet non eſſe afficiendos ultimo ſupplicio coniuratos:& Seneca mortem non timebat ut ipſe dicit his uerbis.Mors quidem aut finis eſt aut tranſitus:nec deſinere timeo.Idem eſt enim quod non cepiſſe. nec trãſire: quia nuſq̃ tam anguſte ero. Moras impedimenta mortis.cum ipſa uita uideatur eſſe mors. Attoniti.territi uiſis & ĩpulſu tiſiphones. Grauãtur lucem.moleſte ferunt uitã:& putant eſſe illis grauẽ. Certatim ſtructus.deſcribit rogũ erectũ a ſagunthinis quo illi & ſe & ſuas fortunas cõcremarũt.nã ut inquit liuius cũ conditiões ab annibale propoſitas recipere nollent ſagunthini:ut.ſ.res turdetanis redderentur:traditoque omni auro: atq; argento egreſſi urbem cum ſingulis ueſtimentis ibi habitarent ubi pœnus iuſſiſſet. Argentum aurumq; omne ex

Ardua uirtutẽ profert uia pergite primi.
Nec facilẽ:populis nec notã inuadere laudẽ
His ubi turbatas hortãtibus impulit aures:
Inde petit tumulũ ſomno quẽ uertice mõtis
Amphitryõiades ſpectãdũ ex æquoř nautis
Struxerat:& grato cineres decorarat honoř.
Excitus ſede horrendũ prorupit ab ima
Cæruleus maculis auro ſqualẽtibus anguis.
Ignea ſãguinea radiabant lumina flamma:
Oraq; uibranti ſtridebant ſibila lingua:
Iſque inter trepidos cœtus mediãq; per urbẽ
Voluitur:& muris propere delabitur altis.
Ac ſimilis profugo uicina ad littora tendit:
Spumãtiſq; freti præceps imergitur undis.
Tum uero excuſſi amẽtes ceu prodita tecta.
Expulſi fugiant manes umbræq; recuſent
Captiuo latuiſſe ſolo: ſperare ſaluti
Perteſum:damnat cibos agit abdita erinnys
Haud grauior duris diuũ inclemẽtia rebus.
Quam lœti ꝑferre moras abrumpere uitã
Ocius attoniti quærunt:lucemq; grauantur
Certatim ſtructus ſubrectæ molis ad aſtra:

publico priuatoq; in forum collatum i ignē ad id raptim factum coniicie͂tes eodem pleriq; ſemetipſos præcipitauerunt. Certatim.magnoomnium ſtudio. Molis ſubrectæ. eductæ quaſi ad aſtra. Stetit.erectus ē. Portát. portantur proprie:ut eſt in libris digeſtorum de uerborū ſignificatione:ea quæ quis iumento ſecū ducit.feruntur autem quæ quis ſuo corpore baiulat.ſed hæc a poetis confunduntur. Trahuntur manu.ſcilicet per terrá. Opes pacis.quas in pace comparauerant. Quæſita præmia. labores manuum. Auro callaico.hiſpano.aurū itexere ueſtibus inuenit attalus in phrygia. unde ueſtes auro intextæ attalicæ.acu intexere idei phryges inuenere.indeq; phrygiones appellati ſunt.colores diuerſos picturæ intexere babylon maxime celebrauit & non impoſuit.Scutulis diuidere gallia. Proauis.maioribus eorū qui migrauerunt illuc ex zacyntho prope quam eſt dulichiū. Ex urbe rutulorum.ardea:cuius fuerant coloni. Penates deos domeſticos.ideo dixit ſupra & aui penetralia turni.

Infauſtos enſes. quoniam illis ſe uiciſſim interficiebát.

Condita bello.effodiebant omnia quæ in ipſo bello occultauerant: ut cum omnibus perirent fortunis. Victoris.annibalis. Supræmis.ultimis. Tractá.eductá ab undis ignitis.phlegetontis iferni flūinis. Superos.oras ſuperas:& aerem ipſum. Princeps.prima impulit patrē lentum & conſtantem ad mortem filiorum. mēte aduerſa:furenti & ueſana: impellente tiſiphone. Hic:aliquis ardens rabie cladum & iam ductus ad deſperationem uitæ perpeſſæ.Vltima.i.omnia extrema omniſq; calamitates.cogitabat confodere ubera matris quæ obliquis iam oculis intuebatur. Hic.aliquis incutiens ſecurim in collum uxoris angebatur poſtea ſe furore ductum intuliſſe necem uxori:ſed tiſiphōe urgebat impellebatq; ſecurim.

Atros.ab effectu: ideſt magnos. Dulces tori: dulcia connubia. Tæde.matrimonii. Piceus uertex:ſummitas rogi fumoſa: & nigra. Siniſtra.mala & iniqua: quia interficiebat patrem: cui pietatem debemus & obſequiū. hæc autē pietas iniqua erat & ab officio diſcedebat. Ora patris.quæ referebant tuam formam:erat enim filius patri ſimilis. Vos etiam primo.imitatur Virgi.canentem geminos cecidiſſe in bello laurenti.gemini dicuntur nati eodem utero & ſimiles in forma. Mentire.quia alter alterum ſimilitudine mentiebatur: ideſt falſo uidebatur eſſe alter:& tanta erat ſimilitudo ut ipſa mater alterum ab altero diſcernere nō poſſet: & laborabat reddere unicuiq; ſua idem propria nomina.ne.ſ.alterum pro altero uocaret. Stare in uultu ſuorum.non dubitare cum eos ituaretur:ideſt hærere ſine dubio in facie unius& affirmaŕ nomen cuiuſque. Culpa.quia eo extincto mater non amplius dubitabat: nec errabat in forma. Mutato funere. cadauere. Notis.ſignis figuræ ſimilis. Ambiguos.ita ſimiles ut diſcerni non poſſent. Quis diros urbis caſus. addubitatione mouet affectus:ſic Virgi.Quis cladē illius noctis. Monſtra.quia ſe inuicem trucidabát:quod erat tanq̄ monſtrum laudabile tamen ut placet poetæ:quoniā id pro fide ſeruanda fiebat. quid autem de his ſentiēdum ſit dictum iam eſt. Imperet.adæquet.Virgi.aut poſſit lachrymis æquaŕ labores.Vnde dicit Seneca nihil eſſe difficilius q̄ magno dolori paria uerba reperire. Triſtia fata.mortes ſagunthinorum qui cum pro fide caderent pii erant. Hoſtis.ipſe annibal qui ſua feritate et perfidia nunq̄ mouebatur ad miſericordiá. Vrbs habitata diu. a præterita fortuna mouetur affectus. Parentem.condi

In media ſtetit urbe rogus:portátq; trahūtq;
Lōgas pacis opes:quæſitaq; præmia dextris.
Callaico ueſtis diſtinctas matribus auro:
Armaq; dulichia proauis portata zacyntho:
Et priſca aduectos rutulorū ex urbe penates:
Huc quicqd ſupeſt captis clypeoſq; ſimulq;
Infauſtos iaciunt enſes:& condita bello
Effodiunt pœnitus terræ:gaudentq; ſuperbi
Victoris prædā flammis donare ſupremis:
Quæ poſtquā cōgeſta uidet feralis erinys.
Lampada flāmiferis tractā flegetōtis ab ūdis
Quaſſat:& inferna ſuperos caligine cōdit.
Inde opus aggreſſi toto quod nobile mūdo
Aeternum iuictis infœlix gloria ſeruat.
Princeps tiſiphone lentū indignata parentū
Preſſit ouans capulū:contantēq; ipulit enſē:
Et dirum inſonuit ſtygio bis terque flagello
Inuitas maculant cognato ſāguine dextras.
Miranť que nefas aduerſa mente peractū.
Et facto ſceleri illachrymāt:hic turbidus ira
Et rabie cladū perpeſſæq; ultima uitæ:
Obliquos uerſat materna per ubera uiſus:
Hic raptā librans dilectæ in colla ſecurim
Coniugis increpitat ſeſe:mediumq; furorē
Proiecta dānat ſtupefactus mēbra bipēni.
Nec tamē euaſiſſe datur.nā uerbera erynnis
Incutit:atq; atros inſibilat ore timores:
Sic thalami fugit oīs amor:dulceſq; marito
Effluxere tori:& ſubiere obliuia tedæ.
Ille iacit totis connixum uiribus ægrum
In flammas corpus dēſum qua turbie nigro
Exundat ſumas piceus caligine uertex.
At medios inter cœtus pietate ſiniſtra.
Infœlix tymbrene furis pœnoque parentis:
Dū properas auferre necē:redolētia formā
Ora tuā laceras temeraſq; ſimillima mēbra.
Vos etiā primo gemini cecidiſtis in æuo.
Eurymedon fratrē & fratrē mētire lycorma
Cūcta pares dulciſq; labor ſua nomía natis
Reddere:& in uultu genitrici ſtare ſuorū.
Iam fixus iugulo culpa te ſoluerat enſis.
Eurymedon inter miſeræ lamēta ſenectæ:
Dūque mâlis turbata parens deceptaq; uiſis
Quo ruis? huc ferrū clamat cōuerte lycorma
Ecce ſimul iugulū perfoderat enſe lycormas
Sed magno quoniā eurymedō furor iſte ſo-
(nabat



Cum planctu:gemiæquē notis decepta figuræ:
Funere mutato reuocabat nomina mater.
Donec tranſacto tremebunda per ubera ferro
Ceſſit:& ambiguos cecidit ſuper inſcia natos.
Quis diros urbis caſus:laudandaque monſtra:
Et fidei pœnas & triſtia facta piorum
Imperet euoluens lachrymis? uix punica fletu
Ceſſaſſent caſtra.ac miſereſcere neſcius hoſtis.
Vrbs habitata diu fidei: cæloque parentem
Murorum repetens ruit inter perfida gentis
Sidoniæ tela:atque immania facta ſuorum
Iniuſtis neglecta deis:furit enſis.& ignis.
Quique caret flāma ſcelerū ē locus:erigit atro
Nigrantem fumo rogus alta ad ſydera nubem
Ardet in excelſo proceri uertice montis:
Arx intacta prius bellis:hinc punica caſtra
Littoraque & totam ſoliti ſpectare ſagunthum.
Ardent tecta deum:reſpondet imagine flammæ
Aequor:& in tremulo uibrant incendia ponto.
Ecce inter medios cædum tyburna furores
Fulgenti dextram mucrone armata mariti.
Et læua infœlix ardentem lampada quaſſans
Squalentemque erecta comam:ac liuētia plāctu
Pectora nudatis oſtendens ſæua lacertis
Ad tumulū murri ſuper ipſa cadauera fertur.
Qualis ubi inferni dirum tonat aula parentis:
Iraque turbatos exercet regia manes
Allecto ſolium ante dei ſedemq; tremendam
Tartareo eſt operata ioui:pœnaſque miniſtrat.
Arma uiri multo nuper defenſa cruore
Imponit tumulo illachrymās:māeſque precata:
Acciperent ſeſe:flagrantem lampada ſubdit.
Tunc rapiens lætū: tibi ego hæc ait optie coniūx
Ad manes en ipſa fero:ſic enſe recepto
Arma ſuper ruit:& flammas inuadit hiatu.
Semiambuſta iacet nullo diſcrimine paſſim:
Infœlix obitus permixto funere turba.
Ceu ſtimulante fame:cum uictor ouilia tādem
Faucibus inuadit ſiccis leo:mandit hiāti
Ore fremens imbelle pecus:patuloq; redundat
Gutture ructatus large cruor incubat atris
Semeſæ ſtragis cumulis:aut murmure anhelo:
Infrendens laceros inter ſpatiatur aceruos.
Late fuſa iacent pecudes:cuſtoſq; moloſſus.
Paſtorūque cohors:ſtabuliq;:gregiſq; magiſter
Totaque uaſtatis diſiecta mapalia tectis.

torem ſuum herculem qui iam cum diis æuum agebat. Sidoniæ.punicæ. Immania facta:quoniam ſe mutuo trucidauerant. Iniuſtis deis.quoniá culti a ſagūthinis diu nō attulerūt opē:& ſic peribat gratia ob iniuſtitiam. nā hoc gratiæ proprium eſt ut is qui beneficiū ſuſcepit uiciſſim ſubminiſtret ei: qui contulit.& ipſe rurſus icipiat conferre oportet. Ideo apud antiquos ædes gratiarum in medio foro erat: ut retributio fieret. ſagunthini q fuerāt pii erga deos debebant & poterant ab illis iure retributionem expectare:ut.ſ.fauerent quod cū nō facerent erant iniuſti. Reſpondet imagine.ſimilitudine ipſius flammæ. Nam propter correſpondentiá:ita dixerim:uidebatur eſſe in ipſo mari aliud incendiū.imago quippe:ac ſimilitudo eſt illa:quæ facit ut aliquid alicui rei reſpondeat: & ſimile uideatur:ut nunc icendium ſagunthinum repræſentabatur i ipſo mari. Vibrāt. mouent ſe flammæ: quæ ſemper uibrāt. Planctu: percuſſione manuum. Qualis ubi. talis inqt erat Tyburna:qualis eſt allecto:cum apud ſoliū Plutonis umbras cædit:ac punit. Parētis.plutonis. Soliū. tribunal. Ioui tartareo.plutoni:ad differentiam iouis cæleſtis. Operata.ideſt cum effecit quod plutoni placet:cui nititur operam nauare i puniendis umbris. Nuper defenſa.paulo ante:cū Murrus cecidit manu Annibalis non permiſerunt ſagunthini Murrum ab hoſte ſpoliari. ſupra dixit: Nota arma uiri: corpuſq; ſuperbo Victori Spoliare negant. Multo cruore.ſanguine ſagunthinorum fuſo:ne pœnus his ſpoliis Murri potiretur. Lápadem.facem accenſá.

Lætū.mortem: quam ſibi afferre cupiebat.nōdū fato conceſſum.& ideo ipſam rapuit. Recepto.in uiſcera.ſ.aperto ore rapiebat flāmam. Semiambuſta iacet.tali ſtragis imagine mouetur affectus:deſcribit obitum infœlicem ſagunthinorum qui ſine ullo diſcrimine paſſim iacebant:ut oues quas leo inuaſit: turbauitq; ouilia:canes:cuſtodes: diſiecitq; mapalia: ſic Tiſiphone tanq̄ fera inuaſerat ſagunthinos: ſtrauerat q; cædis uiciſſim:fauoŕ immiſſo. Ceu ſtimulante fame:ſagunthinos paſſim iacētes compat ſtragi ouium:quas leo peremit: diſiectis paſtorum tuguriis.ouilia ſunt ſepta quibus oues icluduntur: & ouile appellant poetæ per tranſlationem ſepta:quæ erát in campo martio: in quibus incluſi dabant ſuffragia in creandis magiſtratibus.Lucanus.& miſeræ maculauit ouilia romæ.& Iuue. ut ſpargat in ædem Iſidis antiquo:quæ proxima ſurgit ouili. Siccis.ſitientibus:& eſuriētibus. Ructatus.ructu reiectus. Incubat: imminet. Atris tumulis.aceruis cæſarum ouium atro cruore cōſperſis. Nā leo & lupus faciunt aceruum occiſarum ouiū: & eas ſemeſas relinquūt: & tendunt ad alias:donec ad uná oēs iuaſerint. Moloſſus.canis epyroticus:Moloſſi ſunt populi epyrotici:unde ueniebát quōdam optimi canes: & etiam ex Laconia: unde laconici & epyrotici canes celebrātur a poetis.Martialis:Retia dum ceſſant:latratoreſque moloſſi. Vacuam: quoniam ceciderant Sagunthini:ut etiam Liui.ſcribit.ad manes:inferos:cum iunoni operam nauaſſet ſuam. Superba.cōpos uoti & elata: quoniá effecerat quod iuſſerat iuno. At uos fide.proſequitur poeta laudibus umbras ſagunthinas ad manes iam deſcendētes. Sidereæ.cæleſtes:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quoniam animã deus infundit. Elyſium.ad locum beatorum.elyſii ſunt campi beatorum piorumq; apud inferos. Quis uero.monet Syllius iniuſte uictores:ut ſeruent fœdera pacis:& ipſam pacem regnis præponãt:cũ iniuſte uincentes pœna ſequatur. Et nemo aliena infœlicitate poſſit eſſe fœlix: ut accidit Annibali:qui uictus tãdem a Scipione confugit in Aſiam: & illic demum ueneno uitam finiuit. Quis.quibus. Non æqua.iniuſta.

Vagus exul.quoniam dimiſſa patria Annibal & diu errans in Bithynnia uenenum hauſit. Toto orbe.oĩ fere aſia. Trepida.timens iam romanos. Exterritus ſomnos.quoniam umbræ ſagunthinorum terrebant illum per quietem. Manu.alicuius.ſ.qui mortem inferret:urgente fortuna.ueneno inquit: non manu conficietur:quod tanto imperatori debebat eſſe moleſtiſſimum:cum ignaua morte periret.& ideo optabat cecidiſſe in bello: ut fortitudinis laudem non amitteret: ſic æneas optabat cecidiſſe ad Troiam manu hoſtili: ne undis abſumeretur: contra quas animi robur corporiſq; uires oſtentare non poterat. Quõdam.cum per tot annos italiæ uiſcera dilaceraret.

Deformata.nam qui ueneno necantur nigri fiũt. Vnde de Germanico: quem ſuſpitio erat ueneno periiſſe ſic ſcribit Tranquillus.Nam præter liuores:qui toto corpore erant: & ſpumas quæ per os fluebant: cremati quoq; cor inter oſſa icorruptum repertũ ẽ: & Iuuenalis:cum ueneficas taxat:dicit: Inſtituitq; rudes melior locuſta propinquas: Per famam & populum nigros efferre maritos. Liuẽti:ab effectu:quia facit corpus liuidum.

Petri Marſi interprætatio in tertium uolumen Syllii Italici.

POſtquam rupta fides tyriis. Hannibal ſolo æquata ſaguntho gades conceſſit:ut Herculi uota perſolueret: & nouis ſe obligaret ſi marte ſecũdo romanos uiciſſet: & de tanti conatus euẽtu ſollicitus Boſtarem ad oraculum iouis Hammonis petiturũ ſortes miſit: & etiã dona:nactus oportunitatem poeta templum Herculis gaditani deſcribit: & ſacrorum ritus Annibal ide profectus:cum per omnem aphricam & hiſpaniam delectum habuiſſet ſuperatis pyreneis montibus:& tandem alpibus per agros tricaſtinorum in taurinis campis prope Mediolanum caſtra metatus eſt:hæc canit poeta in præſẽti uolumine: Poſtq̃ iquit carthaginenſes:duce Annibale ruptis fœderibus Sagunthũ expugnarunt: Annibal profectus eſt ad gades. Caſte.propter fidem illic cultam: quæ caſta eſt. Non æquo genitore.iniuſto ioue: qui talia permiſit. Finiti mundi.quia ultra gades non eſt niſi oceanus.

Cognata limina. quoniam tyrii gades etiam cõdiderunt:quorum colonia & Carthago fuit.ergo erãt cognata mœnia: Tyrii auctore Stra. monitu oraculi nauigantes:cum ad inſulam ueniſſent:tẽplũ herculi:q apud illos ſupſtitioſe colebaẽ erexerunt ad oriẽtẽ: & eiuſdẽ noĩs:cuius inſula urbem ad occidentẽ. Super.de imperio: & euentu belli: quod parabaẽ. Fata rerum.futurum rei euentum:& ſeriẽ futuri. Priſca fides aditis. deſcribit oraculũ iouis hãmonis. aditum eſt locus ĩ tẽplo ſecretior uenerationis plenus.

Irrumpũt uacuã pœni tot cladibus arcem.
Tum demũ ad manes perfecto munere erinnys
Iunoni laudata redit.magnamque ſuperba
Exultat rapiẽs ſecum ſub tartara turbam:
At uos ſideræ:quas nulla æquauerit ætas:
Ite decus terrarum animæ:uenerabile uulgus
Elyſium.& caſtas ſedes decorate piorum.
Quis uero non æqua dedit uictoria nomen:
Audite o gentes:neu rumpite fœdera pacis.
Nec regnis poſtferte fidem.uagus exul in orbe
Errabit toto patriis proiectus ab oris:
Tergaque uertentem trepidãs carthago uidebit.
Sæpe ſagunthinis ſomnos exterritus umbris:
Optabit cecidiſſe manu:ferroque negato
Inuictus quondam ſtygias bellator ad undas:
Deformata feret liuenti membra ueneno.

POſtq̃ rupta fides tyriis
& mœnia caſtæ:
Non æquo ſuperũ genitore euerſa ſagunthi
Extemplo poſitos finiti cardine mundi
Victor adit populos: cognataq; limina gades.
Nec uatũ mentis agitare:& præſcia corda
Ceſſatum ſuper imperio.citus æquore boſtar
Vela dare: & rerum prænoſcere fata iubetur:
Priſca fides aditis longo ſeruatur ab æuo:
Qua ſublime ſedens cyrrheis æmulus antris
Inter anhelantis garamantas corniger ammon
Fatidico pandit uenientia ſæcula luco.
Hinc omen cœptis:& caſus ſcire futuros

Aemulus.quoniã oraculũ hãmonis erat fidũ:ut Apollinis delphici.Cyrrha ẽ oppidũ ſub parnaſo:unde eſt aſcẽſus ad dephos oppidũ:ĩ quo erat oraculũ apollinis toto orbe tũc celebertimũ:& minus aliis fallax:cui oraculũ hãmonis æmulũ erat:æmulus aũt dicit eiuſdẽ rei ſtudioſus.

Sublime.quoniã in effigie arietis ſup altaria ponebaẽ. Antris.quoniã in medio templi delphici erat foramẽ: unde egrediebatur ille ſpũs quo phœbas correpta ſortes canebat. pỗteſt etiam cum dicit ſublime alludere ad columbã: quã aliqui fabulantur e quercu dediſſe oracula:ut apud Dodonã ĩ epyro. Anhelãtes.ſitiẽtes & æſtuantes.garamantes ſunt populi aphricæ laborãtes aquarũ inopia. Veniẽtia ſæ.res futuras:& cõtinuatã reꝝ cõgreſſionẽ:quã fatũ appellamus. Hinc.ex hoc oraculo petebat ſcire ãnibal dubium tãti motus euentum. Omen: auſpiciũ.& an bono omine moturus eſſet arma ĩ romanos. Ante diem.anteq̃ ipſæ res eſſẽt.i.uolebat præſcire



futurum belli euentum. Belli ui.euentum & uiciſſitudines:incertũq; martẽ: quoniã uaria eſt fortuna belli: & dubius euentus:& fortuna magni fauoris breuis eſt. Cornigeri nu.iouis qui illic colebaẽ in effigie arietis. Donis.captis apud ſagunthum. Vulgatum nec caſſa fides.canit poeta in templo herculis duraſſe trabes a prima tẽpli origine uſq; ad tempora Annibalis:quod tamen fingit alludens ad aliã hiſtoriã. Quippe autore Plinio. Templum Apollinis uticæ erat:ubi indicarũ cedrorũ trabes ita durauerunt: ut poſitæ fuerant prima urbis eius origine annis mille &.cclxxxviii.& in hiſpania templum Dianæ fuit a zacyncto aduectæ cũ cõditoribus annis.cc.ante excidium Troiæ:cui pepercit Annibal inquit religione ductus Iuniperi trabibus etiam nunc durantibus.

Ante diem: belliqne uices nouiſſe petebat
Exin cornigeri ueneratus numinis aras
Captiuis onerat donis:quæ nuper ab arce
Victor fumantis rapuit ſemiuſta ſagunthi
Vulgatum:nec caſſa fides ab origine fani
Impoſitas durare trabes.ſolaſque per æuum
Condentũ nouiſſe manus: hinc credere gaudent
Conſediſſe deum:ſeniumque repellere templis
Tum quis fas & honos aditi penetralia noſſe
Fœmineos prohibent greſſus.ac limine curant
Setigeros arcere ſues:nec diſcolor ulli
Ante aras cultus uelantur corpora lino.
Ex peluſiaco præfulget ſtamine uertex.
Diſcinctis mos thura dare:atque e lege parentũ
Sacrificam lato ueſtem diſtinguere clauo.
Pes nudus:tonſæque comæ:caſtumque cubile:
In re tincta focis:ſeruant altaria flammæ
Sed nulla effigies:ſimulacraue nota deorum:
Maieſtate locum:& ſacro impleuere timore.
In foribus labor alcidæ lernea reciſis
Anguibus hydra iacet: nexuque eliſa leonis
Ora cleonei patulo cælantur hiatu.
Aſt ſtigius ſæuis terrens latratibus umbras
Ianitor æterno tum primum tractus ab antro
Vincla indignatur.metuitque megera cathenas.
Iuxta thraces equi. peſtiſque erymãthia: & altos
Aeripedis ramos ſuperantia cornua ceruæ.
Nec leuior uinci libycæ telluris alumnus:
Matre ſuper:ſtratique genus deforme bimẽbre
Cẽtauri frõtemque timet: minor omnis acarnan:

Nec caſſa.nõ uana. Hic.ex hac uetuſtate trabiũ: quæ non corrumpũtur. Deũ.herculem. Seniũ. uetuſtatem:& corruptionem. Tum quis fas.nunc deſcribit ritum:quo utebantur herculis ſacerdotes.

Fœmineos greſſus.a templo herculis arcebantur mulieres a ſacerdotibus propter Deianiram quæ tunica ueneno illita herculem perdidit:& ſues propter aprum erymanthium quẽ uiuum humeris ad Euryſteum rettulit.Plutarchus ĩ q̃ſtionibus duas affert cauſas:quare mulieres non guſtabant id quod ſuper aram maximã herculis ĩmolatũ eſſet.altera eſt.quia Nicoſtrate mater Euandri:quã Carmentem dicunt ſacrificii herculei tps non obiit:alteram ad Deianitæ ueſtẽ refert. Nec diſcolor.i.eiuſdem coloris albi.ſ.

Peluſiaco ſtamine.panno lineo ægyptio.Peluſiũ ẽ oppidum ægypti:ubi erat linum laudatiſſimum:ex quo ſacerdotes ægyptii ueſtes conficiebant. & Amaſis auctore Pli.toracem lineũ habuit q poſtea oſtẽdebatur Rhodi in æde mineruæ:cuius ſingula fila.ccc. lxv.filis conſtabant.Superior pars ægypti:ĩquit Ply. uerſus arabiam gignit fruticẽ:quem xilinõ uocãt:& ideo lina inde facta xilina.puulus eſt:ſimileq; barbatæ nucis defert fructũ:cuius in exteriore bombice lanugo netur. nec ulla ſunt eis in candore mollitieue præferenda:ueſtes inde ſacerdotibus ægypti gratiſſimæ.de tali lino intelligit Syllius. Vertex.caput.

Lato clauo.textura:qua ueſtes diſtinguntur. latus clauus eſt genus texturæ: cuius inuentio: & uſus primus fuit apud baleares inſulas: Tunica lati claui: pli. inquit in modum gauſape texi nunc primũ incipit. romani etiam utebantur clauo. Inde laticlauii. In foribus. in ianuis templi cælati erant herculis labores:qui leonẽ ſtrangulauit ĩ nemea ſylua. prope cleonas hydram cõfecit igni ferroq; ad Lernã paludem. cerberum cathenis uinctum eduxit ab inferis: p ſpeluncam:quæ eſt apud heracleam ponticã:& deſcenſurus ad inferos initiatus eſt ſacris eleuſinis a Muſeo Orphei filio.eleuſin eſt oppidum atticæ cereri ſacrũ primus labor herculis fuit leo nemeus. Eliſa.compreſſa manibus. Patulo hiatu.quoniam manibus os illius diduxerat hercules:& ſuffocauerat: & cũ eliditur guttur:os apitur. Ianitor. cerberus. Thraces equi.diomedei.Diomedes rex thraciæ hoſpites obiiciebat laniãdos:uorandoſq; equis quos habebat efferatos Hercules ipſum necatũ propriis equis deuorandũ obiecit: æquoſq; abductos manſuefecit: quoꝝ genus uſq; ad Alex.mag.permanſit. Peſtis erymanthia.aper.erymanthus mons arcadiæ: in quo hercules cœpit aprum horrẽdæ magnitudinis: & tulit ad Euryſteum humeris:q uiſa beluæ uaſtitate:ſub æneo uaſe ſe abſcondit. Aeripedis ceruæ.Hercules ſuga delaſſauit:cœpitq; ceruã habentẽ æreos pedes: quod finxerunt poetæ alludẽtes ad illius animalis uelocitatẽ:fixerit erypedẽ ceruã:inqt Vir.Cornua ſupantia ramos.hoc uidebaẽ eſſe mirabile:& p̃ter naturã huius aĩalis:quoniã mares habent cornua auctoribus Ariſtotele & pli.q̃ ſoli aĩaliũ oĩbus annis ſtatuto ueris tẽpore amittũt. Nec leuior uinci.nõ ſupatu facilis:quoniã reſumebat uires a terra.Antheus terræ filius paleſtræ ſupatus ẽ ab hercule in aphrica:ĩ cuius ãplexu aĩam efflauit:cũ nõ ſineret ipſũ a terra matre uires affectas reparaẽ.

Matre.terra. Genus deforme.hercules cẽtauros domuit:q in ſe ĩpetũ fecerũt:ducti odore uini:qđ a pholo cẽtauro accepant.ex deſũctis clariores fuerũt daphnis: Ageus:amphiõ:hyppotiõ:orios:iſoples:Melãthetes: Tereus: derpos:phryxus. Oĩs acarnan.i.oẽs minores natu acarnaniæ regionis:& ætoliæ:timere uidebaẽ ĩ illa ſculptura frontem Acheloi:q pro Deianira cũ Hercule pugnauit. Vnde Deianira apud Sophoclẽ in tragœdia ſic loqtur:

Procus ſane amnis mihi fuerat achelous qui tribus me formis a patre petiit: manifeſtus inceſſit taurus, inde draco: & aliquando mole ualida bouis præ ſe ferens frontem. de hac fronte intelligit Syllius: quā monſtruoſam & toruam pueri acarnanes timere uidebanť. & ſic eſt laus ſculpturæ: q̄ tales affectus exprimebat. Achelous eſt fluuius diuidens acarnanes ab ætolis: & emittens in mare ad echimadas inſulas. Fulget ethe. ethe mons eſt theſſaliæ ad mare ægeū in quo hercules accepta tunica miſſa a Deianira furore correptus Lycam qui attulerat in mare deiecit. & illic pira extructa ſe combuſſit. Sacratis ignibus. quibus Hercules conſecratus eſt: & ad cœlum abiit. Varia imago. uarii labores herculei: quos Annibal ſpectabat. Mira dehinc cernit. deſcribit æſtum oceani: q quotidie fit: & affert huius incrementi: & reciprocationis duas rationes: quarum altera fabuloſa eſt: altera uera: quoniam luna habet poteſtatem ſuper ois humores. & eſt cauſa æſtus oceani: & cū illa creſcit: creſcunt humores: & ecōtra. Plinius de poteſtate lunæ ſic ait: q̄ uera coniectura exiſtit: haud fruſtra ſpiritum ſidus lunæ exiſtimari. & hoc eſſe quod in terras ſaturet: accedenſq; corpora impleat: abſcedens inaniat: ideo cum incremento eius augeri conchilia. & maxime ſpiritum ſentire quibus ſanguis non ſit. ſed etiam ſanguinem hominū cum lumine eius augeri & minui: frondes quoq; & pabula ſentire. In omnia ædē pererrante ui. Auicēna ſecūda quarti tractatu ſecundo capitulo. ii. de diebus creticis fatetur ex opinione quorundam medicorum: ſiue philoſophoꝝ: q; uirtus lunæ maximā habet ui ſup ois humores. Vnde uult: q; omnes alterationes: q̄ fiunt in humidis: utputa digeſtio ciborum: & ſimilia proueniant adiumento ipſius lunæ. Cerebra etiam hominum creſcere: & decreſcere. & aquam oceani ad lunæ incrementū augeri. & minui. æſtus oceani fit ſingulis diebus: & ſex horis mare accedit: & ſex recedit: & hoc ē ſemper: ut ſenſui patet. ui tamen lunæ talia aguntur. De motu oceani lege Pli. & Stra. Nā qua cæruleis. hec ē cauſa huius incrementi fabuloſa Nereus inqt: Deus maris relaxat fōtes qbus mare augetur. Præruptū. tumidum: & aſſurgens. Ingruit. creſcit: augetur.
Torrentibus. rapidis. Tum uada. ipſa maria: ſiue aq̄. Pontum. aquam aſſurgentem: & æſtuantē.
Mox. poſtea decreſcit mare. æſtus dicitur maris ebullitio: æſtuaria loca: ad q̄ illa ebullitio trāſcurrit.
Erepto ꝓfundo. aqua: quoniam relabitur æſtus. Strabo ſic ait: Non paruum nautis diſcrimen important: ſiue deferātur: ſiue referantur. In his uero acceſſibus: ſiue receſſibus etiam detrimenta ſunt. pari enī ratione concitātur: celeriterq; mouētur. crebro nāq; nauigia in ſicca tellure deſtituta ſunt: hoc idem accidit Alexandro magno: cū ad oceanum indicū nauigaſſet. Tranſtris. iacentes in ſedilibus nauium: & ocioſi expectantes acceſſum aq̄. Cymothoes. hæc eſt altera ratio: & uera: cymothoe ē nympha maris: quam ponit pro ipſo mari. Nam cyma græce latine dicitur unda. Vagæ cymothoes. maris uagi: quod nunc creſcit: nunc decreſcit. Labores. æſtus: & reciprocationes. Reciproca tethis. ipſum mare reciprocum. Nam fluit: & refluit. Tethis eſt uxor Oceani. & ponitur pro ipſo oceano. Hæc propere ſpectata duci: Cum Annibal hæc q̄ dicta ſunt apud Gades: uidiſſet a ſe uxorem dimitere cogitauit Imilcen: & filium: qui nōdū complebat annum: generatus in bello ſagunthino: hic infans Aſpar uocabatur. Sub ubere. lactentē. Imbuerat. i. ipſa Imilce primo matrimonio coniuncta fuerat Annibali: quā ingenti amore proſequebať. iō ait: Virgineis tædis: nam tæda ꝑferebatur ī nuptiis. Imbuere ē dare primū ſaporē: Horatius: Quo ſemel ē imbuta recēs: ſeruabit odorē Teſta diu. & Mar. Imbuæ plebeias cluſinis pultibus ollas. Primo hymenæo. matrimonio: hymenæus eſt deus nuptiaꝝ: & poniť pro ipſis nuptiis. In ora. regiōe ſagūthina. Biſſenos orbes. xii. mēſes. Quos. uxorē: & pueꝝ. Vt ſtetit. placuit ānibali fixūq; fuit. Secernere. dimittere ab exercitu uxorē & filiū natū ī obſidiōe ſagūthina. habebat. n. ānibal ī caſtris uxorē. Spes o carthaginis altæ. uerba ānibalis ad filiū ꝑcātis ut ille rebus geſtis auū Amilcarē ſupet: & ſe patrē. Nec leuior. nō minor romanoꝝ terror me patre. Amplior patrio decore. i. āpliorē laudē aſſeq̄ris q̄ ego adeptus ſim. Con

Inter quæ fulget ſacratis ignibus ethe
Ingentemque animam rapiūt ad ſydera flāmæ.
Poſtquam oculos uaria impleuit uirtutis imago:
Mira dehinc cernit ſurgentis mole profundi
Iniectum terris ſubitum mare. nullaque circa
Littora: & infuſo ſtagnantis æquore campos.
Nam qua cæruleis nereus euoluitur antris:
Atque imo freta contorquet neptunia fundo:
Præruptū exundat pelagus: cæcoſque relaxans
Oceani fontis torrentibus ingruit undis
Tum uada ceu ſæuo penitus permota tridenti
Luctantur terris tumefactum imponere pontū.
Mox remeat gurges tractoque relabitur æſtu
Ac ratis erepto campis deſerta profundo.
Effuſi tranſtris expectant æquora nautæ:
Cymothoes ea regna uagæ: pelagique labores
Luna mouet. luna immiſſis per cærula bigis.
Fertq; refertq; fretū. ſequiť que reciproca thetis:
Hæc propere ſpectata duci. nā multa fatigant
Curarum prima exercet ſubducere bello
Conſortem thalami. paruūque ſub ubere natū.
Virgineis iuuenem tædis: primoque hymenæo
Imbuerat coniunx: memorique tenebat amore:
At puer obſeſſæ generatus in ora ſagunthi
Biſſenos lunæ nondum compleuerat orbes.
Quos ut ſeponi ſtetit: & ſecernere ab armis:
Affatur ductor: ſpes o carthaginis altæ
Nate: nec æneadum leuior metus: amplior ore
Sis patrio decore. & factis ibi nomina condas
Qui ſuperes bellator auum: iāq; ægra timoris
Roma tuos numeret lachrymādos mrib; ānos.



das. cōpares. Noia. gloriam & famam rebus a te geſtis. Auū. amilcarē: q alter mars putatus eſt. Aegra timoris: timida & conſternata aio. ſic Amilcar dixerat Annibali: Horreat ortus iā pubes, tyrrhena tuos. Lachrymādos. allaturos calamitatē romanæ pubi. Ni præſaga meos. ni decipior inquit: & male mens ꝑſagit mea. ſagire ē acute ſentire: ex quo ſagearii: qa multa ſcire uolūt: & ſagaces dicūtur canes. igitur qui ante ſagit q̄ oblata res ē: dicitur ꝑſagire. i. futura ante ſentire. Præcordia. ponit pro ipſo corde: in quo uideť conſiſtere ipſum ſape: unde uecordes dicuntur ſtulti: & cordati ſapientes. Meos ſenſus. opinionē: quā de filio concepi. Parentis. hamilcaris
Ora. aſpectū toruū: qualē habebat meus pr̄. Torua. feroci: toruitas dicta ē a ferocia taurorū quaſi tauri acerbitas: hic infans auum referebat ore. Grauē. terribilem. Elemēta. principia: quoniā me referre uidetur ira & truci uagitu. Siqs inciderit actus. i. ſi non potero italiā iuadere: & aliqs deus abrūpet hos meos conatus. memēto uxor ſeruare hunc pueꝛū: & cū poterit fari: fac iuret ad aras eliſeas bellū romanū ut ego feci. Tantos actus. quos paro cōtra romāos. Lœto. morte mea. Primordia re. principia belli: qđ romanis inferre paro. Labora. enitere. Noſtra cuna. per mea ueſtigia: q iuraui bellū ī pueritia. Eliſeas. ab eliſa Didone. i. iuret ut ego feci ad aras dicatas māibus eliſæ. Cineri pr̄io. māibus aui & pr̄is. Calcato fœ. ſeruat decoꝝ uiri ipii bellicoſi & pfidi. Calcato. ſpreto: & uiolato. Vendicet. paret mihi ſepulchrū in capitolio. Tu uero tanti. uertit ſermonē ad uxorē: quā hortať ut ab armis diſcedat propter futuros labores: & difficultatē itineris. Fide. propter fidē coniugalē q̄ cenſeris. Suppoſta. erecta uſq; ad cœlum. Labor alci. herculis: q alpes trāſcendit: mirante iunone nouerca propter rei difficultatem. Sudatus: maximo ſudore peractus ī tranſcēdēdis alpibus.
Acrior la. quoniā plus negocii erat ī alpibus inuiis: q̄ in exercitu & pugna cum hoſtibus. Quod ſi promiſſū. captat beniuolentiā ab uxore: cū dicit: ſi fortūa mihi aduerſabitur in italiā ꝓperanti: & moriar: iuſtius eſt ut tu remaneas: & tua ætas iuſtior ē: cui parcæ ducant fila tarda. i. ut tua ætas ad ſenium pueniat. tali aīo fuit etiā Gracchus erga Corneliam. Læua. cōtraria meis cœptis. Vltra me. ut ſupuiuas mihi.
Impropæ. tardæ ducant fila. i. extendant ætatē poſt mortē meā. At contra. hic repetit poeta originem Caſtulonis oppidi. quod erat Imilces natale ſolū. Caſtulo urbs hiſpaniæ patria uxoris annibalis: quod ēt Liuius teſtať. Fingit poeta ꝓpter ipm nomen quēdā Caſtaliū ueniſſe ex phocide ī qua ē Parnaſus: & fons Caſtalius phœbo ſacer: & cōdidiſſe Caſtulonē urbē: denominaſſeq; a nomine matris: alludēs ad ipm fontem: qui & Caſtalia dicitur. Vnde Papinius. Caſtaliæ flauos amor eſt tibi mergere crines. Et Virgilius: Caſtaliā molli diuertitur orbita cliuo. & Mylichū quendam natū ex Satyro Bacchi comite: & nympha Myrice illic regnaſſe: a quo Imilce habebat originē. Cyrrhei caſtalii: phocēſis: quoniā Cyrrha ē in phocide ad radices parnaſi. Natis phœbeis. caſtulonē ſibus oriundis ex phocide phœbo ſacra: quoniam illic erat delphicū oraculū. Liuius ait: Caſtulo urbs hiſpaniæ ualida ac nobilis: & adeo cōiūcta ſocietate pœnis: ut uxor ide ānibali eēt. Repetebat. hamilce. ſ. ex ſacrata ſtirpe: nā referebat ſuos natales & ſtēma ad Milicū natū ex baccho & nympha: eo tēpoř quo bacchus domuit hiſpanos. Agitabat. uexabat bello. Thyrſo. haſta bacchica obuoluta pāpinis: & inſtita. Vnde Papi. deſcribens Euneū Bacchi ſacerdotē: et eius inſignia dicit: Pallētes hæderæ nyſeaq; ſerta coronāt Cādida pāpineo ſubnectiť inſtita pilo. Armata menade. Menades: Thiades: Mymallones dicūtur mulieres bacchātes: ēt baſſarides. Calpen. hiſpaniā: calpe mōs: ut dictū ē: ad fretū gaditanū. Laſciuo. quoniā ſatyri laſciui ſunt. Indigenis. hiſpanis: idigenæ dicūtur ide geniti. Imagie gēitoris: quoniā ſatyri cornuti ſūt: & bacchū comitātur. Hic. a milico. Vi

Ni præſaga meos ludunt præcordia ſenſus
Ingens hic terris creſcit labor: ora parentis
Agnoſco toruaq; oculos ſub fronte minaces.
Vagitūque grauem: atque irarū elemēta meaꝝ
Siquis forte deum tantos inciderit actus:
Vt noſtro abrūpat lœto primordia rerum:
Hoc pignus belli coniunx ſeruare labora.
Cumque datum fari duc per cunabula noſtra:
Tangat eliſeas palmis puerilibus aras.
Et cineri iuret patrio laurentia bella:
Inde ubi flore nouo pubeſcet firmior ætas:
Emicet in martē. & calcato fœdere uictor
In capitolina tumulū mihi uendicet arce.
Tu uero tanti fœlix quam gloria partus
Expectat ueneranda fide diſcede periclis
Incerti martis: duroſque relinque labores:
Nos clauſæ niuibus rupes ſuppoſtaque cœlo
Saxa manent. nos alcidæ mirante nouerca
Sudatus labor: & bellis labor acrior alpes.
Quod ſi promiſſū uertat fortuna fauorem:
Læuaque ſit cœptis: te longa ſtare ſenecta
Aeuumque extendiſſe uelim: tua iuſtior ætas
Vltra me improperæ ducant: cui fila ſorores.
Sic ille. at contra cyrrhei ſanguis imilcæ
Caſtalii: cui materno de nomine dicta
Caſtulo phœbeis ſeruat cognomina natis:
Atque ex ſacrata repetebat ſtirpe parentes
Tēpoř quo bacchus populos domitabat iberos:
Concutiens tyrſo: atque armata menade calpen
Laſciuo genitus ſatyro nymphaque myrice
Milicus indigenis late regnarat in oris.
Cornigeram attollens genitoris imagine frontē
Hinc patriā: clarumque genus referebat imilce
Barbarica paulum uitiato nomine lingua.
Quæ tunc ſic lachrymis ſenſim manantibus īſit
Me ne oblite tua noſtram pendere ſalutem.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

tiato noie:quia a Milico Himilce dicebaẽ.tamen hoc ſingit poeta. Me ne oblite tua: uerba himilces ad Anniẽ balẽ:a quo captat uiciſſim beniuolentiã:ſenſus ẽ:non uis me comitẽ tui itineris Annibal an ignoras:q̃ mea filiiq; cõmunis ſalus ex tua pendet:ſeruat decorũ poeta cõiugis fidæ:ac pudicæ:ordo eſt:ne me abũis comitẽ icœptis.o annibal.ſ.oblite a tua ſalute noſtrã pẽdere. Fœdera.cõiugalia.ſ.nõ ingt exptus es me ifidã:ut debeas me comitẽ abnuere.ſenſus eſt:nouiſti ne me hactenus ita pigrã:& exigui erga te amoris:ut nũc me deſerere debeas: qa nolim tecũ ppeti labores:aut grauer:q̃ſi d.hactẽus fui tecũ ubiq;:& ero ſi placet:oiſq; labores uoluptati aſcribã:ita caſtus amor:& cõnubii fœdus expoſcit. Primitiæ tori.quoniã habuit eã uirginẽ ãnibal. Haud ullus la.i.nulla diffi⁄

Abnuis incœptis comitẽ:ſic fœdera nota
Primitiæque tori:gelidos ſic ſcandere tecum
Deficiam montis coniunx tua:crede uigori
Fœmieo.caſtũ haud ſuperat labor ullus amorẽ:
Sin ſolo aſpicimur ſexu.fixumque relinqui.
Cedo equidẽ.nec fata moror.deus annuat oro.
I fœlix:i numinibus:uotiſque ſecundis
Atque acies inter flagrantiaque arma relictæ
Coniugis & nati curam ſeruare memento.
Quippe nec auſonios tantum nec tela:nec ignis
Quantum te metuo:ruis ipſos acer in enſes.
Obiectaſque caput telis.nec te ulla ſecundo
Euentu ſatiat uirtus.tibi gloria ſoli
Fine caret.crediſque uiris ignobile lœtum
Belligeris in pace mori:tremor implicat artus.
Nec quenquã horreſco qui ſe tibi conferat unus.
Sed tu bellorum genitor miſerere.nefaſque
Auerte:& ſerua caput inuiolabile teucris.
Iamque adeo egreſſi ſteterant in littore primo:
Et promota ratis pendentibus arbore nautis
Aptabat ſenſim pulſante carbaſa uento:
Cum lenire metus properans: ægramque leuare
Attonitis mentem curis:ſic annibal orſus.
Ominibus parce & lachrymis fidiſſima cõiunx.
Et pace & bello cunctis ſtat terminus æui.
Extremumque diem primus tulit ille per ora
Nomen in æternum.paucis mens ignea donat:
Quos pater ætheriis cæleſtum deſtinat oris.
An romana iuga:& famulas carthaginis arces
Perpetiar:ſtimulãt manes:noctiſque p umbras
Increpitãs genitor.ſtãt aræ:atque horrida ſacra
Ante oculos:breuitaſque uetat mutabilis horæ

cultas me ſupabit te unice amãtẽ. Sin ſolo.ſenſus eſt:ſed ſi ſolũ ,ppter hoc me relinquis:qa ſũ fœmina: ex cuius gremio turpe ẽ uiro bellicoſo ſurgeẽ ad martis labores:remanebo libẽs:& uoluntati parebo tuæ. oro igitur ut deus annuat cœptis tuis:& iter arma:& clangores tubarũ memor eſto mei & nati. Quippe. quoniã ingt nõ tãtũ tieo romãos: q̃tũ te q ruis in apta diſcrimia:nec ſatiaris aliquo euẽtu ,pſperæ fortunæ.& nulla gloria ẽ q̃ tibi ſit ſatis.& putas nõ deceẽ hoiem bellicoſũ in pace mori. Ignobile lœ.ignauã mortẽ. Qui unus con.ſe ti.i.nõ timeo aliquẽ cõgredientẽ tecũ ſingulari certamine:ſed ui multitudinis.
Bellorũ ge.q es alter mars:& illũ in armis ſpiras.
Teucris.romãis:ſeruat decorũ uxoris timẽtis uiro quẽ propter eximiã bellicæ uirtutis gloriã unice amabat. Iãq; adeo eg.ãnibal uxor:cæteriq; comites egreſſi ex tẽplo herculis:& urbe gaditana puenerant ad littus:ut e portu ſoluerent:tũc annibal himilcẽ lachrymantẽ his uerbis alloquutus ẽ. Littore.gaditão.ſ.
Promota.deducta in aq̃. Pendẽtibus.aptãtibus antẽnã:& uela in arbore nauis. Sẽſim pulſãte.paulatim inflante uela. Ominibus par.noli iqt lachrymis tuis infœlicitatẽ omiari uxor.omẽ ,pprie ẽ i uerbis.Vnde dicit Ci.i.i.de diui. Neq; ſolũ deorũ uoces pythagorei obſeruauerẽt:ſed ẽt hoium q̃ uocãt omia quæ maiores noſtri:qa ualere cenſebãt:iccirco oibus rebus agendis q; bonũ: fauſtũ fœlix: fortunatũq; eẽt præfabanẽ:rebuſq; diuinis:q̃ publice fierent ut fauerent linguis impabaẽ:qđ ſic iterpræteẽ.Sene.dicens. Quotiẽs mentio ſacrarum litterarũ interuenerit fauete linguis:hoc uerbũ nõ ut plerię; exiſtimãt a fauore trahiẽ: ſed imperatur ſilentiũ ut rite peragi poſſit ſacrũ:nulla uoce mala obſtrepente. ideo Annibal p̃caẽ uxorẽ ut ominib; pcat:iqẽs:Fixus eſt dies mortis. In pace & in bello morimur:cũ uenerit dies: q pendet a prio: ſupra dixit: Naſcentiq; addita fata. Extremũ diẽ.Herodotus dicit lib.prio:Sortẽ fato deſtiatã deo quoq; effugere ipoſſibile ẽ. Et Sene. ſcribens de cõſolatiõe ad Martiã dicit: Mors illi naſcẽti determinata: & in hãc legẽ data.et Metrodorus dixit ſorori ſuæ lugẽti filiũ:mortale ẽ oium mortalium bonũ. Mens ignea. cœleſtis & ardẽs oi uirtute.i. ſola uirtus eſt illa q̃ famã cõparat: & hoiem cũ diis agere æuũ facit. Sic Virgilius: pauci quos æquus amauit iuppiter: aut ardens euexit ad æthera uirtus: & affert patriæ ſeruitutem:ut magis illã moueret.ordo:ignea mens paucis donat nomen.ſ.eorũ ire p ora.i.celebrari iter mortales. Sic Enni. Cur uolito uiuus docta p ora uirũ.Perfecta uirtus eſt illa q̃ hõ cenſeẽ: & cũ uirtute optimũ ẽ mori. Ratio recta & cõſumata ingt Sene.fœlicitatẽ hoĩs iplet.Hæc rõ uocaẽ uirtus:eademq; honeſtũ ẽ. & alibi dicit magnã eẽ fœlicitatẽ mori. Quos.paucos iuppiter deputauit cœlo:quoniã uirtus eſt illa q̃ facit nos deo ſimiles quo ad fieri põt.Vnde dicit Sene.Inter bonos uiros & deũ amicitia ẽ cõciliãte uirtute.Et alibi: Generoſi ai & magnifici ẽ iuuare:& ,pdeſſe:q dant beneficia deũ imitanẽ:q repetũt fœneratores:loqẽ Sylliusex opiniõe ſtoicorum:Nã Zeno ſtoicus:aium ignẽ putauit eẽ:nõ ſine rõne tamẽ:Nã uolũt ſtoici ut corpus ſit ab aia tanq̃ a forma: qppe aia calor ẽ:& uis q̃dã:ut ipſi dicũt aeria cõcaleſacta.qđ aũt de aia ipſa tenẽdũ ſit:nos q chriſtiãe philoſophamur:relligio nr̃a ſanctiſſima docet. An roma.iu.affert rei indignitatẽ q̃ dicit ſe ad bellũ ipelli:quoniã patriæ oĩa debemus. Iuga. impia:qbus p̃mimur:ut iugo boues. Manes.aia pr̃is mei amilcaris. Aræ.ad q̃s iuraui bellũ romanũ. Horri⁄



da ſa.inferna:& i qbus mactabãtur hoies.Mutabilis:qa tp̃a facile mutãtur:nã amilcar morte p̃uentus nõ potuit romanis bellũ inferre. Sic inquit Annibal mihi accidere poſſet. iõ ait pli.i epiſto.Cũ tã anguſtis terminis uita nr̃a claudatur ſtudiis memoriã extendamus.Columella dicit.Inuigilate uiri tacito nã tp̃a greſſu Diffugiũt:nulloq; ſono cõuertiẽ ãnus.Et Vir.Optia q̃q; dies miſeris mortalibus æui Pria fugit. Prola.differre. Sedeã ne.ſeruat decorum uiri ingẽtis ſpũs:& gloriæ imẽſæ cupidi. Lætiq; me.de.al.re.nã uere fortis:ut dictũ ẽ ,ppter decorũ & honeſtatẽ nõ tiet mortẽ:imo circa ardua uerſaẽ.ẽt ſi ſit moriẽdũ:qppe uitæ nõ parcit ſuæ: nec ,ppter aliq̃ icõmoda dclinãda debet eẽ timidus:quoniã amitteret fortitudis laudẽ:& honorẽ:q ẽ p̃miũ uirtutis:& quẽ aius generoſus

Prolatare diem:ſedeam ne: ut nouerit una
Me tantum carthago:& qui ſim neſciat omnis
Gens hoium: lœtique metu decora alta reliquã:
Quantũ etenim diſtant a morte ſilentia uitæ:
Nec tamen incautos laudum exhorreſce furores:
Et nobis eſt lucis honos.gaudetque ſenecta
Gloria cum longo titulis cælebratur in æuo
Te quoque magna manẽt ſuſcepti præmia belli.
Dent modo ſe ſuperi.tybris tibi ſeruiet omnis:
Iliacæq; nurus:& diues dardanus auri.
Dumque ea permixtis inter ſe fletibus orãnt:
Confiſus pelago celſa de puppe magiſter
Cunctantem ciet.abripitur diuulſa marito:
Hærent intenti uultus:& littora ſeruant.
Donec iter liquidum uoulcri rapiẽte carina
Conſumpſit uiſus tellus:pontuſque receſſit.
Ac pœnus belli curis auertere amorem
Apparat:& repetit properato mœnia greſſu.
Quæ dum perluſtrat:crebroque obit oĩa uiſu:
Tandem ſollicito ceſſit uis dura labori:
Belligerãque datur ſomno componere mentem
Tum pater omnipotens gentẽ exercere periclis
Dardaniam:& fama ſæuorum tollere ad aſtra

appetit.Vnde dicit Sene.Hẽt hoc optimũ i ſe generoſus aius q; concitaẽ ad honeſta.& alibi dicit: Male uiuet qſqs neſciet bene mori. Alta decora.laudẽ regestarũ:& ueræ uirtutis decus. Quantũ eteni di. q̃ſi di.ille de quo nihil diciẽ eſt perinde ac mortuus.
Nec tamen incau.nõ debes ingt timere q; ego ſim incautus:ut dixiſti.nam & ego gaudeo uita.& gloria mea gaudet ſenio: cũ celebratur ipſa gloria titulis: & imaginibus ob res geſtas i longã ætatẽ. Furores laudũ:uehemẽtẽ cupiditatẽ laudis: ad quã nati ſumus: & pro qua cõſequẽda me in tantũ in apta ruere pericula dicis. Honos lucis.amor uitæ. Titulis:honoribus: laudibus: & inſcriptionibus uictoriarũ. Oui. Gratulor œchaliã titulis accedere noſtris. Te quoque.locus eſt ab utili. Dent mõ ſe ſupi.i.ſolũ dii annuãt cœptis:& faueant. Oĩs tybris. oĩs italia & ipſa Roma. Dardãus.romãus. Diues au. ditiſſimus popu.romãus:nam i italia fũt auri uenæ.q̃s effodi uetitũ eſt:ut ingt pli.edictũ patrũ italiæ parci iubentiũ. unde Vir.dicit:atq; auro pluria fluxit: romæ nõ fuit niſi ad modũ exiguũ lõgo tẽpore:nã cum pax a gallis emeretur:nõ potuerũt effici plus q̃ mille pondo: ſed auctũ ẽ poſtea tpe.C.Marii:& Syllæ: q.xxx.milia põdo e p̃neſte quo Marius aſportauerat romã i triumpho rettulit:& argẽti.vii.milia:& ex reliqua uictoria auri põdo.xv.milia:argẽti uero.cxv. milia:ut ait ply. Inde Sex.Iulio.L.Aurelio conſſ.auri in ærario po.ro. fuere.vii.ãnis ãte tertiũ bellũ punicũ põdo.dcccxxvi. Argenti.lxxxxii. milia:& extra numerũ.ccclxxv.milia. Item Sexto Iulio:& Lucio Mario conſulibus belli ſotialis initio octingẽta.xlvi.auri pondo Cæſar primo itroitu urbis in ſuo ciuili bello ex ærario protulit laterum aureorũ uiginti ſex milia:& i numero põdo.ccc.neq; fuit aliis tẽporibus reſpublica locupletior. Seruius Tullius rex primus æs ſignauit nota pecudum: unde pecunia dicta.Nã po.ro.ante Pyrrhũ regẽ argẽto ſignato nõ eſt uſus:quod ſignatũ eſt. Qu.Fabio cõſule quique annis ante primũ bellũ punicũ.nota argenti fuere bigæ & quadrigæ:inde bigati nũmi:& quadrigati dicti. Liuius Druſus i tribunatu tertiã partẽ æris argẽto miſcuit:qui uictoriatus appellabaẽ. Nũmus lege clodia pcuſſus eſt:ante hic nũmus ex illyrico aduectus loco mercis habebaẽ.Nũmus aũt dictus eſt auctoẽ Ariſtotele a lege q̃ nomos diciẽ græce.quippe nõ natura:ſed lege introductus ẽ.nã principũ iſtituto fit nũmus: qui adhibet mẽſuram oibus rebus.iõ uelut ſubſidiũ cõmutãdarum rerum nũmus excogitatus eſt.uictoriatus nũmus ſignatus fuit nota uictoriæ:unde nomen.Aureus nũmus poſt annũ.lxii.pcuſſus eſt q̃ argẽteus.a nũmo prima eſt auaritiæ origo inquit Ply.excogitata fœnore q̃ſtuoſaq; ſegnitia. Iter liquidũ.ipſum mare abſtulit uiſus. At pœnus: annibal ſoluens e littore gaditão:citato curſu nouã carthaginẽ cõtendit: ubi p nocturnam quietem hoc oſtentum uidit: qđ poeta uerſibus ,pſequiẽ. Auertere amorem.quo tenebaẽ erga uxorem: qui aliquo affectu amoris p̃mitur: inquit Cice.i tuſcu.q̃ſtionibus:ut ſaneẽ adducendus eſt ad alia ſtudia:curas:negocia:loci deniq; mutatione tanq̃ ægroti nõ cõualeſcentes ſæpe curãdus eſt. Mœnia.nouã Carthaginem:unde diſceſſerat iturus ad templũ Herculis. Tãdem.poſt longã belli cogitationem:& ſtudium. Vis dura.uehemens affectus amoris ſuperatus eſt a labore bellico.Oui.Ocia ſi tollas periere cupidinis arma. Sollicito.ab effectu:quia reddebat annibalem ſollicitum & diligentem: Tum pater oipotens.Silenus græcus auctor:quem Celius ſequutus eſt: auctore Cice.dicit Annibalem:cum cœpiſſet Saguntum uiſum eſſe in ſomnis a ioue in concilium deorum uocari:quo cum ueniſſet:iouem impaſſe ut italiæ bellum inferret:ducemq; ei unum e concilio datum quo illum utentem cum exercitu progredi cœpiſſe:& uidiſſe poſt ſe hoc monſtrum:quod poeta nunc deſcribit fingit poeta in gratiam romãorum iouem miſiſſe mercurium ad Annibalem:ut properaret in italiam:non ut faueret annibali:ſed ut romãos iam deſides:& priſcorum laborem daponentes bellis exerceret:quibus priſci romani ex tenui pricipio aucti fũt. Paulo poſt iuppiter Veneri reſpondens ait: Hac ego martis mole uiros ſpectare paro:atq; extẽdere bello. Dar⁄



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

daniā.romanā. Sæuorū bellorū. quia in bello ē ſæ
uitia. Priſcos.quos priſci illi romani pro imperio
ꝓpagando tolerabant. Præcipitat. urget: impellit
concilium annibalis de inuadenda italia: ne romani
deſidia torperent: quoniā in locū uirtutis uitiū obre
pit.unde dicit Hora.in agris neglectis filicē innaſci.i.
uitiū: cū non exercemus officia. Cyllenius. mercu/
rius a cyllene monte arcadiæ: in quo fuit nutritus: &
eſt nuncius iouis. Vmbram. noctē humidā: q̄ nil
aliud eſt niſi umbra terræ. Aligero. quoniā habet
talaria: & uolat. Parentis.iouis. Inceſſit.carpit: &
impetit. Amaris.aſperis. Turpe duci totā.uerba
mercurii ad Annibalem: quē ignauiæ accuſat: ut ad
decorum præſtandū tandem excitaret. Pallas apud
Homerū ſic alloquitur Agamēnonem: Nō oportet
noctu quieſcere uirum: cui populi ſunt curæ. Arguit
igitur prius ab honeſto: dicens: Non ſeruatur decoꝝ
tuū annibal qui es rector libyæ: ſi dormis. Inde ab uti
li: dicens: iam romani te ceſſante turbabunt oīa ma/
ria: & Lybiam inuadent. Stāt.fiunt: uigent nō dor
miente rectore.qui debet eſſe ſolertiſſimus: ac prudē
tiſſimus. Effuſas.ſparſas per mare. Lētus cœpti.
tardus ad ea obeunda: quæ cœpiſti. Ibera.hiſpana.
Scilicet id ſatis eſt decoris.ſenſus ē: putas ne te ade
ptum magnū decus: quia Saguntum expugnaſti tā
ta mole belli: quaſi dicat: non eſt tibi magna laus unā
urbē tanto exercitu ſolo æquaſſe: & locus ē ab hone/
ſto. Decoris.laudis & gloriæ. Molimie. belli ap
paratu. Graia. quoniā zacynthi eam condiderunt
qui ſunt græci: uiri.ſ. effœminati. En age. hortātis
eſt. Ante mœnia. quoniam Annibal poſuit caſtra
ad aniene: & uſq; ad portā collinā progreſſus eſt: & lo
cus eſt ab honeſto: utiliq;. In ſaturnia regna.roma
na a Saturno: qui fuit in latio. Cū ſubitus circa fra
gor. Syllenus autore Cicerone in prīo de diuinatiōe
dicit ducē præcepiſſe Annibali: ne reſpiceret: illū autē
id diutius facere non potuiſſe: elatumq; cupiditate re
ſpexiſſe: Tū uiſam Beluā uaſtam & immanē circūpli
catā ſerpentibus: quacunq; incederet oīa arbuſta: uir
gulta: tecta peruertere: & Annibali q̄renti reſpōdiſſe
ducem uaſtitatē eſſe italiæ præcepiſſeq; ut ꝑgeret pro
tinus quid retro: atq; a tergo fieret: ne laboraret. Ef
fluxere.excederunt Annibali. Iugis.e montibus.
Quātus non æquas.hūc ſerpētē illi cōparat: q ē po
lo boreali affixus: & ſua magnitudine geminā arcton
circūligat. Aratus: cuius carmia Cicero latīa fecit: hūc
anguem deſcribit: & Vir.in geor. Maximus hic flexu
ſinuoſo elabiť anguis: Circū perq; duas ī morē flumi
nis arctos. Nō æquas.diſſimiles: quoniā eſt maior
urſa & minor. Perluſtrat. circuit amplectiť. Ge
minū ſydus.duas arctos. Diducit.apit os. Nim
boſis.altis. Rapti cœli.obſcurati ꝓpter himbres &
pluuias. Hyemem.tēpeſtatē. Nec aderat uis. po
tentia: & obſcuritas altæ noctis. nā Mercurius fuga/
uerat tenebras ſuo caduceo. Virga.caduceo ſuo:
quo diſcutit umbras. Miſcuerat lucē.quoniā uide
bat: quāuis eſſet nox. Scitať.interrogat q̄rit a Mer
curio. Gelidis antris.frigidis: quoniā arcadia ē mō
toſa & frigida. Vnde dicit Papinius ī thebaide. Arca
diæ capita alta madēt: ſita ē Arcadia ī media pelopon
neſo. Bella uides. uerba Mercurii ad Annibalē q̄rē
tē: q̄ nā eſſet illa Belua. Idei generis.romani nomi/

Bellorum meditans: priſcoſque referre labores
Præcipitat conſulta uiri: ſegnemque quietem
Terret: & immiſſa rumpit formidine ſomnos.
Iamque per humentem noctis cyllenius umbrā
Aligero lapſu portabat iuſſa parentis.
Nec mora. mulcentem ſecuro membra ſopore
Aggreditur iuuenē: ac monitis inceſſit amaris.
Turpe duci totam ſomno conſumere noctem
O rector libyæ. uigili ſtant bella magiſtro.
Iam maria effuſas cernes turbare carinas:
Et latiam toto pubem uolitare profundo.
Dum ſenſus cœpti terra cuntaris ibera.
Scilicet id ſatis eſt decoris memorādaq; uirtus:
Quod tanto cecidit molimine graia ſagūthos:
En age ſi quid ineſt animo par fortibus auſis:
Fer greſſus agiles mecum. & comitare uocantē.
Reſpexiſſe ueto: monet hoc pater ille deorum.
Victorem ante altæ ſtatuam te mœnia romæ.
Iamque uidebatur dextram iniectare: graduque
Lætantem trahere in ſaturnia regna citato:
Cum ſubitus circa fragor: & uibrata per auras
Exterrent ſæuis a tergo ſibila linguis:
Ingentique metu diuum præcepta pauenti
Effluxere uiro: & turbatus lumina flectit.
Ecce iugis rapiens ſyluas ac robora uaſto
Contorta amplexu tractaſque per inuia rupes
Ater lætifero ſtridebat turbine ſerpens.
Quantus non æquas perluſtrat flexibus arctos
Et geminū lapſu ſydus circunligat anguis
Immani tantus fauces diducit hiatu.
Attollēſque caput nimboſis montibus æquat.
Congeminat ſonitus rapti uiolentia cœli.
Hymbriferāq; hyemē permixtā grādie torquet.
Hoc trepidus mōſtro: neq; .n. ſopor ille: nec altæ
Vis aderat noctis: uirgaque fugante tenebras
Miſcuerat lucem ſomno deus: ardua quæ ſit
Scitatur peſtis: terraſque urgentia membra
Quo ferat: & quos nā populos depoſcat hiatu.
Cui gelidis almæ cyllenes editus antris.
Bella uides optata tibi: te maxima bella:
Te ſtrages nemorum: te toto turbida cœlo
Tempeſtas cedeſque uirum: magnæque ruinæ
Idei generis: lachrymoſaq; fata ſequuntur.
Quantus per campos populatis mōtibus actas
Contorquet ſyluas ſqualenti tergore ſerpens.
Et late humectat terras ſpumante ueneno:



nis ab ida troiana. Fata.mortes. Noctēq; retractat.i.repetit aīo: id quod uiderat ꝑ nocturnā quietē. Deum
regi.Ioui. Caſtra diſſona: quoniā erant ex uariis nationibus & līguis. Prodito calliope. rē dictu haud facilē:
& remotæ antiq̄tatis caligine obductā narraturus poeta uotū repetit: precaturq; Calliopē muſarū reginā: ut po
pulos aperiat: ac milites: qui ad hoc bellū uenerunt: & auſpicio Annibalis arma italiæ intulere. Prodito famæ.
Aperi inq̄t hæc oīa ut fama ꝑ totū orbē ꝓpageť. Excierint.ad arma uocauerint cœpta Annibalis. Iberis īdo

Tantus perdomitis decurres alpibus atro
Inuoluens bello italiam: tantoque fragore
Eruta conuulſis proſternes oppida muris.
His ægrum ſtimulis liquere deuſque ſoporque.
It membris gelidus ſudor lætoque pauore
Promiſſa euoluit ſomni noctemque retractat.
Iamque deum regi martique ſub omine fauſto
Inſtauratus honos: niueoque ante omnia tauro
Placatur meritis monitor cyllenius aris.
Extemplo edicit conuellere ſigna: repenſque
Caſtra quatit clamor permixtis diſſona linguis.
Prodito calliope famæ quos horrida cœpta
Excierint populos: tulerintque in regna latini.
Et quas indomitis urbes armarit iberis:
Quaſque paretonio glomerarit littore turmas:
Auſa ſibi libyæ rerum depoſcere frenos:
Et terris mutare iugum: non ulla nec unquam
Seuior it trucibus tempeſtas acta procellis.
Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
Acrius infremuit: trepidumque exterruit orbem
Princeps ſigna tulit tyria carthagine pubes.
Membra leuis celſique decus fraudata ſuperbū
Corporis ac docilis fallendi: & nectare tectos
Nunquā tarda dolos: rudis his dū parma breuiq;
Bellabant enſe: ac ueſtigia nuda ſinuſque
Cingere inaſſuetum: & rubræ uelamine ueſtis
Ars erat in pugna fuſum occuluiſſe cruorem
His rector fulgens oſtro ſuper altior omnis
Germanus nitet annibalis: gratoque tumultu
Magno quatit currus: & fratrem ſpirat in armis.
Proxima ſydoniis utica eſt effuſa maniplis
Priſca ſitu: ueteriſque ante arces condita byrſæ.
Tunc quæ ſicanio percinxit littora muro
In clypei ſpeciem curuatis turribus aſpis.
Sed dux in ſeſe conuerterat ora ſycheus
Aſdrubalis proles: cui uano corda tumore
Maternum implebat genus: & reſonare ſuperbo
Annibal haud unquā ceſſabat auunculus ore.
Affuit undoſa cretus berenicide miles
Nec tereti dextras in pugnam armata dolone
Deſtituit barcæ ſitientibus arida uenis:
Necnon cyrenæ pelopei ſtirpe nepotis

mitis bellicoſis: & īuictis hiſpāis. Quaſq; paretonio:
ægyptio & libyco parethoniū ē oppidū ægypti & por
tus īgēs ꝓpe cyrenaicā regionē.ūde littus parethoniū
pōit ꝑ ea parte aphrycæ: q̄ uergit ad ægyptū. Pōit etiā
ꝓ æthyopibus heſpiis: de q̄bus poſtea diceť: & d̄niq;
ꝓ oibus urbibus: q̄ ſunt a Nilo uſq; ad fretū gaditanū
quo Aphrica ab Europa diuidiť. Frenos regꝝ. īpe
riū totius orbis. Libyæ.ipſa carthago. Mutaŕ iu
gū terris.cōſtituere nouū īperiū: & impare romāis q
īperabāt. Prīceps ſigna tulit.īcipit deſcribeŕ urbes
q̄ ad bellū milites miſerūt: & prīa fuit carthago tyrio
rū colonia: de q̄ ſatis dictū ē. Pubes.iuuētus cartha
ginēſis. Mēbra leuis.agilis ad curſū: & breui ſtatura.
Supbū.claꝝ & nobile decus: ꝓceræ ſtaturæ: q̄ frau
dať natura. Docilis fallendi.fallax & īfidus. Ru
dis.īpolita parmā appellamus ſcutū. Veſtigia nuda.
hoc dixit ad imitationē Vir.q canit hernicos tali ha
bitu iuiſſe ad bellū: reſpiciēs ad illoꝝ antiq̄tatē.nā her
nici pelaſgi fuerunt ab œtolo duce hernico noīati: &
œtoli ſiniſtro pede nudo ad bellū ꝓdire cōſueuerūt:
ut ait Euripides ī meleagro. & Ariſto.li.ii. de poetis:
de his rebus lege Macrobiū. Inaſſuetū cīgere ſinus.
quoniā diſcīcti ꝓdibāt ad bellū: ut dictū ē: & utebanť
ī bello ueſte rubra: ut cruor fuſus e mēbris nō cogno
ſcereť. Fulgēs oſtro.purpura.Mago frater ānibalis
his militibus ꝑerat. Spirat fratrē.refert ānibalē ī ꝑ/
ſtātia bellica. Vtica.ut ſcribit Stra.urbs ē: & magni
tudīe: & auctoritate ſecūda poſt carthaginē: ſita in eo
dē ſinu: quo carthago īſignis morte Catōis. Sidōii ex
phœnicia ꝓfecti illā cōdiderūt: iō dicit Sidoniis ma
niplis.i.ſuis militibus oriūdis a ſidoniis. Priſca ſitu.
quoniā cōdita fuit āte carthaginē. Byrſæ.carthagīs.
Aſpis. Agatocles rex ſyracuſanoꝝ cū ī Siciliā ꝑmere
tur bello a carthaginēſibus duce Amilcaŕ Gyſgonis
filio: q ſyracuſas obſidebat: ī aphricā traiecit: ut illuc
bellū retraheret: & ꝓmōtoriū quoddā occupauit: fe
citq; munimētū: q̄d a ſimilitudīe clypei aſpis cogno
miatū ē.aſpis ſignificat & ſerpētē & clypeū græce.īde
aſpidion breue ſcutū: & aſpidiſchiō: iō ait Stra.dictus
ē ille collis a ſimilitudīe.ſ.clypei: & hæc ciuitas habe
bat turres ꝑ circuitū ad formā clypei. Sicanio. ſicu
lo cōdito ab agatocle ſiciliæ rege: de hoc rege alibi di/
ceť latius. Sycheus hoꝝ ductor erat nepos annibalis
ex ſoroŕ: q̄ nupſerat Aſdrubali: q amilcari ſucceſſit in
hiſpāia: ut dictū ē. Vano tumoŕ. aī elatiōe: atq; faſtu
ināi: quoniā ceciditad Traſimenū māu flaminii cōſu
lis. Interea īq̄t alibi poeta exanimē mœſti ſup arma ſi
cheū portabāt pœni. Berenicidæ nudoſa.berenicæ
ciuitas aphricæ ſita ī quodā ꝓmōtorio ꝓpe ſyrtes iu/
xta lacū noīe tritonidē: iō appellat ipſā nudoſā: ē ēt il
lic heſpidū lacus: īquē flumē loton īmittit. Tereti do
lone. rotūda haſta. Dolon ē genus haſtæ rotūdæ: &
breuioris. Barcæ.poſt berenicē ē urbs cyrenaicæ re
giōis q̄ poſtea ptolæmais dicta eſt ſita in harenis con
dita a cerſilao batti filio: qui cyreneis īperauit. Si/
tientibus uenis: quoniam cum ſita ſit īter harenas in
opia aquarum laborat. ſupra dixit: Aeternumque
arida barcæ. Necnon cyrenæ. cyrenem terei con/

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Battiadas prauos fidei ſtimulauit in arma
Q uo trahit antiquo laudatus amilcare quondã
Conſilio uiridis.ſed bello ſerus ilertes:
Sabrata tum tyrium uulgus:ſarranaqꝫ leptis
Eaque trinacrios aphris permixta colonos
Et tingin rapido mittebat ab æquore lixus
Tum uaga.& antiquis dilectus regibus hippo.
Q uæque procul cernit nõ æquos ruſpia fluctus
Et zama: & uberior rutulorum ſanguine tapſus.
Ducit tot populos ingens & corpore & armis
Herculeam factis ſeruans a nomine famam
Antheus celſumque caput ſuper agmina tollit.
Venere æthyopes gens haud incognita nilo
Q ui magneta ſecant ſolis honor ille methalli
Intactum chalybem uicino ducere ſaxo
His ſimul immitem teſtantes corpore ſolem
Exuſto uenere mybæ:non ærea caſſis
Nec lorica riget ferro:nec tenditur arcus.
Tempora multiplici mos eſt defendere lino
Et lino munire latus:ſcelerataque ſuccis
Spicula dirigere:& ferrum infamare ueneno.
Tum primum caſtris phœnicum tẽdere ritu
Cinyphii didicere mace:ſqualentia barba

diderunt:qui ex laconia ꝓfecti Terã ut bẽ ꝓpe minorẽ ſyrtim coluerũt:q̃ prius caliſte dicebantur.unde Callimachus cyrenaicus in quodã epigrãmate ſcribit:Noie caliſte primũ:ſed poſtmodo tera Dicta fuit tellus urbis origo meæ.Tera inqt Stra.li.x.Cyrenenſiũ metropolis ſpartana colonia. Pelopei nepotis.Teræ peloponeſiaci:quia in peloponeſo regnauit Pelops Tantali filius.Teras cadmeus genere:& abnepos Polynicis miſſus eſt ĩ laconiã autore Hero.& lacedæmonii duce Tera ĩ aphricã nauigarũt:& Caliſten occupãtes terã ab eorũ duce denomĩauerũt.Battus regnauit apud cyrenẽ:iõ cyrenaicos battiadas appellat:aliq dicũt cyrenẽ cõditã fuiſſe a batto cyrenis nymphæ filio:& denominatam a noie matris. Prauos fidei.infidos cyrenaicos: quoqꝫ ductor erat ilertes: qui ſub Amilcare militauerat.Prima ẽ cyrene ĩquit Salu.colonia teron. Sabrata ĩ littore quod ẽ ĩter maiorẽ ſyrtim:& minorẽ:ſunt hæ urbes.Sabrata condita a tyriis:& leptis condita a ſarranis:qui ſunt ĩ phœnicia adiumẽtũ. Ruſpina:apud quam cæſar primũ cũ Scipiõe pugnauit:eſt etiã ea urbs habitata ab afris & ſiculis: eiuſdem nominis ẽ urbs colchica:a qua æei reges colchorum denominantur.unde Vir. æeæque ĩſula circes: prop.Et æei mœnia telegoni.intelligẽs tuſculum cõditum a telegono filio cyrces.& Vlyxis. Lyxus.eſt oppidum ĩ extrema ora mauritaniæ ad fretum herculeum e regione ad gades:uocatur alio nomine tingis.poeta igitur ut utrunqꝫ nomen innueret:dixit lyxum urbem miſiſſe tingin.i.tingitanum militẽ.i.miſiſſe ſuos ad bellum:& ſic poeta tangens hæc loca extrema oſtendit ex omni aphrica ueniſſe milites:quoniam cœpit a ripa nili & ſyrtibus:& uenit ad fretũ gaditanum:qd aphricam ab europa diuidit. Rapido æquore.freto gaditano. Vaga:& hyppo ſunt urbes non longe ab utica: duo erant hyppones ambo regii autore Stra.& pli.qd ut poeta ſignificaret dixit hippõnẽ fuiſſe quondam dilectum a regibus:quoniam hippo regius uocabatur. Non æquos fluctus.malos ipſis nauigantibus:quoniam ĩ ſyrtibus fiunt naufragia:& ruſpina eſt inter ſyrtes.Sic Virgi.Vacuis clanius nõ æquus acerris. Zama.urbs aphricæ:apud quam uictus fuit Annibal a Scipione magno prælio: apud tapſum urbem cæſar ultimo prælio deleuit copias Scipionis ſoceri ipſius Pompei: ideo dicit poeta Tapſum fuiſſe fertiliorem propter ſanguinem rutulorum.i.romanorum: qui illic ceciderũt: Rutuli ſũt ardeates: ſed poeta reſpexit ad tempora ſua: quoniã hoc fuit poſt ſecundum bellum punicũ: de quo nũc agitur.& etiã poſt tertiũ. Antheus.terræ filius & palæſtrita multi nominis apud lyxum uixit:& illic ab Hercule ſuperatus fuit:cuius ſepulchrum ibi oſtẽdebatur.ideo fingit poeta Antheum fuiſſe his populis ductorem: qui noie referebat illũ:quẽ Hercules uicit. Venere æthyopes.æthyopes heſperii ſunt ſupra mauritaniã uicini ægypto cognomĩati ab æthiope filio uulcani.Magna ex parte quondã paſtoralẽ uitã agebant: & inopẽ: cũ ꝓpter ſoli tenuitatem:& aeris intẽperiẽ.tũ ꝓpter q̃ longe a nobis poſiti ſunt.Nilus ab ultimis æthyopiæ finibus deuoluit̃ ĩ mare mediterraneũ Aphricã ab Aſia diuidẽs:ortũ habet referẽte iuba:ut autor ẽ ply.in monte ĩferioris mauritaniæ:non ꝓcul ab oceano lacu ꝓtinus ſtagnante.Ariſto.dicit oriri ex paludibus.Verũ q̃uis multa a coſmographis dicant̃:tamẽ ĩcertus ẽ nili ortus:ſed hoc planũ ẽ ipſum fluere ex æthiopia:iõ dicit poeta ipſos non eẽ icognitos nilo. Qui magneta ſecant.quinqꝫ ſunt genera magnetis:autore ply.ſed æthiopico principatus datur:iõ dicit ſolis æthiopibus eſſe honorẽ magnetis:quoniã alios æthiopicus ſupat.Magnes appellatus ẽ ab inuẽtore: ut autor eſt pli.in India reptus.æthiopici magnetis argumẽtũ ẽ q̃ magnetẽ quoqꝫ aliũ ad ſe trahit. Metalli.magnetis.Metallũ qppe appellamus uenã unde excidit̃:æs:auꝝ:argẽtũ: & etiã marmur. unde appellabit marmur lunenſe niueũ metallũ .Chalybẽ.ferrũ:qd trahit ad ſe magnes.qd ferri duritia pigrius:inqt pli.ſed cedit:& patit̃ mores.Trahit̃ nãqꝫ a magnete lapide: domitrixqꝫ illa rerũ oĩum materies ad inane neſcio qd currit: atqꝫ ut ꝓpius uenit aſſiſtit: teneturqꝫ & cõplexu hæret. Vicino ſaxo.admoto magnete. Mybæ.populi ſunt æthyopiæ q regionẽ ſolis ardoribus aduſtã incolũt:quod corpe nigro teſtant̃:nõ hẽnt arma ex ferro:ſed ĩtegũt corpa liẽo pãno:hoc dicit poeta ut oſtẽdat illos abũdare lino:& ſpicula ſucco ĩficiũt:& uenena cõparãt ferro dedecus.æthyopes habẽt arbores liniferas. Munire latus.facere toraces lineos. Scelerata ſuccis.infecta ſuccis herbarũ uenenoſis. Mace.ſunt populi cyniphii dicuntur a cyniphe flu.qui labitur inter duas ſyrtes:apud quẽ ſunt magni hirci & capræ:ex quoꝝ pilis fiebant cilicia in uſum nautarũ & militum:unde dicit Vir.Ciniphii tondẽt hirci uſum in caſtrorum.& miſeris uelamina nautis.Nunc mace didicerunt explicare tentoria more punico. Tendere.ponere tentoria. Barba.propter barbam:quam demiſſam gerunt:alludit poeta ad mentũ hircorũ:quorũ apud illos ẽ magna copia.



Ora uiris humeroſqꝫ tegunt uelamina capri
Setigeri: panda manus eſt armata cateia
Verſicolor contra cetra:& falcatus ab arte
Enſis adirmachide ac leuo tegmina crure.
Sed menſis aſper populus:uictuque maligno
Nam calida triſtes epulæ torrentur harena.
Q uin & maſſyli fulgentia ſigna tulere
Heſperidum ueniens lucis domus ultima terræ
Præfuit intortos demiſſus uertice crines
Bocchus atrox qui ſacratas in littore ſyluas
Atque inter frondes reuiſere uiderat aurum:
Vos quoque deſertis in caſtra mapalibus itis
Miſceri gregibus getuli aſſueta ferarum
Indomitiſque loqui & ſedare leonibus iras:
Nulla domus:plauſtris habitãt migrare ꝑ arua
Mos atque errantes cicumuectare penates.
His mille alipedes turmæ uelocior euris.
Et doctus uirgæ ſonipes in caſtra ruebat.
Ceu pernix cum denſa uagis latratibus implet
Venatos dumeta lacon:aut exigit umber
Nare ſagax e calle feras:perterrita latæ
Agmina præcipitant uolucres formidine cerui.
Hos agit haud læto uultu:nec fronte ſerena
Haſbytes nuper cæſæ germanus acheras.
Marmaridæ medicũ uulgus ſtrepuere cateruis:
Ad quorum cantus ſerpens oblita ueneni:
Ad quorum cantus mites iacuere ceraſtæ:
Tum calybis pauper bamuræ cruda iuuentus.
Contenti parca duraſſe haſtilia flamma:
Miſcebant auidi trucibus fera murmura liguis.
Necnon autololes leuibus gens ignea plantis
Cui ſonipes curſu:cui ceſſerit incitus amnis:
Tanta fuga eſt.certant pennæ:campũqꝫ uolatu
Cum rapuere:pedum fruſtra ueſtigia quæras.
Spectati caſtris:quos ſucco nobilis arbor
Et dulci paſcit lotos nimis hoſpita bacca
Q uippe atro rapidas efferueſcente ueneno
Dypſadas immenſis horrẽt garamãtes harenis

Velamine capri.ciliciis. Panda.curua:cateia eſt genus teli recurui: Cetra uerſicolor.diuerſi coloris.Cetra ẽ breue ſcutum.enſis falcatus dicitur recuruus iſtar falcis:& currus falcatos dicimus falcibus armatos.unde Xenophon loquens de curribus cyri falcatis dicit:Appoſuit falces ferreas duarũ ulnarum longitudine ad axes: ex altera:atqꝫ altera rotarum parte:& alias infra ſub axem reſpicientes in terram: tanq̃ impetũ in aduerſarios curribus facturi eſſent. Contra.i.in leua. Adymarchide. nomen eſt artificis fictum a poeta: ut facit Virgi.in buco.de alcimedonte. Triſtes.inſipidæ. Quin & maſſyli.maſſyli qui & mauri dicuntur populi ſunt aphricæ ad oceanum athlanticum. Domus ultima terræ.quoniam mauritania eſt in finibus aphricæ: ubi ſunt horti heſperidum ſub athlante ad oceanum: in quibus erãt aurea poma cuſtodita a dracone. Bocchus atrox. Bocchus fuit rex mauritaniæ fallax & crudelis:qui iugurtham ꝑdidit:uinctumqꝫ dedit in manus Syllæ:miſſi illuc a Mario: cum diu cogitaſſet an Syllã potius uinctum traderet Iugurthæ: ad cuius bocchi attrocitatem poeta alludit. In littore.ſ.Athlantico. Sacratas.ipſis puellis dicatas:quæ uocantur heſperides.
Aurum.i.aurea poma. Demiſſus crines ĩtortos a uertice:habens capillos demiſſos:& oblongos: qui quidem crines non erant torti:ut ſunt æthyopum.
Vos quoqꝫ deſertis.deſcribit nunc getulos: & numidas:qui ſunt uicini mauris:quorum ſtudia & mores ponit. In caſtra aſſueta miſceri gregibus feraꝝ.nam numidæ uagam & inſtabilem uitam agebant: & inter feras uerſabantur: ideo ait getulos ueniſſe in caſtra.ſ.numidarum:qui ſunt aſſueti ĩter feras.& eſt periphraſis numidarum. Penates. paſtorales domos.i.mapalia:quæ plauſtris circunferũtur. Hinc. ex numidis:& getulis. Alipedes.ueloces equi. Doctus uirgæ.quoniam equi ipſorum uirga gubernabãtur:ut inquit Stra.ſupra:Non cedens uirga lupatis.
Ceu pernix.equos numidicos celeres cõparat ceruis fugientibus: cum a canibus exagitãtur. Lacon pernix.canis laconicus uelox. Vmber.canis ex umbria. Nare ſagax.qui acute ſentit:quid ſit ſagire dictum iam eſt. Præcipitant. urgent. Marmaridæ medicum uulgus.marmaridæ ſunt populi aphricæ mixti pſylis:qui ſerpẽtibus aduerſantur:& tactos dente:aut ſuctu leuabant.ideo dicit Medicũ uulgus.
Strepuere.ſonitum dedere in caſtris patrio more.
Cantus.incantationes. Bamuræ. bamura oppidum aphricæ laborans inopia ferri. Autololes.populi ſunt aphricæ:de quibus dictum eſt:pedum uelocitate præſtantes. Certant pennæ.i.in curſu certãt cum auibus.pẽnæ.i.auibus.certo tibi dicimus: & certo tecum. Spectati caſtris. lotophagi populi aphricæ habitantes Meningem inſulam ſic appellati: quoniam comedunt loton: quæ eſt arbor ferẽs fructum ſuauiſſimum: & ſimilem fructum palmarum: tam dulcis cibus autore Ply.ut nomen etiam genti:terræque dederit. nimis hoſpitali obliuione patriæ. Succo.quoniam ut inquit Ply.Vinum ex lotho exprimitur ſimile mulſo. Nimis hoſpita.dulcedine ſua hoſpitibus afferens patriæ obliuionem. Baca.fructu.
Garamantes incolunt loca harenoſa africæ: & plena ſerpentibus: quorum cauſam & originem affert poeta.Ply.ait.ad eam per deſerta harenis: perqꝫ ſerpẽtes iter eſt excipiunt ſaltus repleti ferarum multitudine:& ĩtrorſus elephantorum ſolitudines: mox deſerta uaſta utrũqꝫ garamantes: prope quos fuere pſyli. Atro ueneno.ab effectu. Efferueſcẽte.nam cũ ſerpentes efferueſcunt: ſunt periculoſiores. Dypſadas.dypſas eſt ſerpẽs: cuius morſu tacti uſqꝫ ad mortem ſitiunt nomen ex re ſortita.nam dypſao græce latine ſignificat ſitio.unde Ouĩ.cum dixiſſet nomine dypſas anus: ſubiunxit Ex re nomen habet: nigri non illa parentem Mẽnonis in roſeis ſobria uidit equis.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Fama docet.dicit poeta illic cæſam fuiſſe Meduſam a pſeo:e cuius ſanguine nati ſunt ſerpentes: Meduſa quippe:ut eſt i fabulis capillos ſerpẽtinos habebat.pſeus filius fuit iouis:& danaes filiæ acriſii regis argoꝝ: q cũ ſibi pẽnas aptaſſet ex aphoſancto monte pelopõneſi uolatũ auſpicatus in aphricã cõtendit:ubi Meduſam iteremit.

Gorgonis.Meduſæ. Neritia meninge ſatus.ad quã diuertit Vlyxes autore Ho.i odiſſea.Meningẽ inqt Stra.lotophagoꝝ terrã putãt:cuius Ho.memĩt: & ſigna q̃dã extãt.& Vlyxis ara.& fructus ipſe.nã lothos arbor multa in ea eſt fructu ſuauiſſimo.Neritus eſt mons ithacæ patriæ Vlyxis:ideo neritiã meningẽ appellauit.Tragula ẽ haſta:ut ait No. Fulmineã.ualidã. Coit.cõgregatur ad bellũ.naſamões habitãt ad ſyrtes:i mediis harenis:apud quos eſt oraculũ iouis hãmonis. Aequoreus.habitans ad ſyrtes.& mare illud uadoſum. Tritonidos paludis.triton eſt flu.iter ſyrtes:& tritõis magna palus a flu.dicta:in qua primũ dicif reperta pallas.unde & tritonia dicta.Pallantias appellaf illa palus a callimacho.Pallas oleam inuenit. Bellatrix.quoniam pallas habet ẽt numẽ i bello:ut Mars. Oliuo.oleo.

Fama docet ceſe rapuit cum gorgonis ora
Perſeus in lybia dirum fluxiſſe cruorem.
Inde meduſeis terram exundaſſe chelydris.
Milibus his ductor ſpectatus marte coaſpes
Neritia meninge ſatus cui tragula ſemper
Fulmineam armabat celebratũ miſſile dextram
Hinc coit æquoreus naſamon inuadere fluctu
Audax naufragia: & prædas auellere ponto.
Hinc qui ſtagna colunt tritonidos alta paludis:
Q ua uirgo ut fama eſt: bellatrix edita lympha
Inuento primam libyen perfudit oliuo.
Nec non totus adeſt ueſper:populique repoſti
Cantaber ante oĩs hyemiſque æſtuſque famiſq;
Inuictus palmamque ex omni ferre labore.
Mirus amor populo cum pigra incanuit ætas
Imbelles iam dudum annos præuertere ſaxo.
Nec uitã ſine marte pati:quippe omnis ĩ armis.
Lucis cauſa ſita eſt:& damnatum uiuere paci.
Venit & auroræ lachrymis perfuſus in orbem
Diuerſum patrias fugit cum deuius oras
Armiger eoi non fœlix memnonis aſtvr.
His paruus ſonipes:nec marti notus:at idem
Aut inconcuſſo glomerat ueſtigia dorſo:
Aut moli pacata celer trahit eſſeda colo.
Herdus agit iuga pyrenes uenatibus acer
Metiri:iaculo ue extendere prœlia mauro.
Venere & celtæ ſociati nomen iberis.
His pugna cecidiſſe decus:corpuſque cremari.
Tale nephas cœlo credunt:ſuperiſque referri:
Impaſtus carpat ſi membra iacentia uultur.
Fibrarum & pennæ diuinarumque ſagacem

Necnon totus adeſt ueſper:nũc recenſet hiſpanos: q ad bellum uenerũt. Totus ueſp.i.oẽs hiſpani qui ſunt ad occaſum.Veſper eſt ſtella: q̃ occidentẽ ſequif ſolẽ.& mane dicif lucifer:dicif ẽt heſperus. Repoſti.poſiti in extrema parte habitationis:q̃ eſt ad occidentẽ. Cantaber ante oĩs.cãtabri ſunt populi hiſpaniæ ad ſeptentrionẽ:q nõ ſolũ terribiles i armis ſemper fuerunt:ſed etiam crudeles & amentes ritu ferarũ.Matres i bello cãtabrico: ne i hoſtiũ manus capti uenirẽt filios necauerũt: & nõnulli ex cãtabris ab hoſtibus affixi crucibus lætitiæ peana canebãt. hiſpanũ etiã illud eſt inqt Stra.ut de moꝛ toxicũ apponaf:qd ex olere appio ſimili conficiunt: nullũ afferens dolorem:ut ſiqd afferaf inuitis i prõptu illud habeãt. Pigra ætas.ab effectu.i.cũ ad ſeniũ uentum ẽ ſaxo ſe perimunt & dãnant pacem oẽmq; uitã in bellis ponũt.

Venit & auroræ. Aſtvr fuit auriga Memnonis filii Auroræ & titoni.Mẽnone cui aurigabatur interfecto ad troiam per inſidias a Theſſalis: & cineribus cremati corporis ad Titonum delatis in hiſpaniã nauigauit:& aſturibus populis:qui ſunt uicini cãtabris: & callecis nomen dedit. In orbẽ diuerſum:quoniã ex oriente uenit in occidentẽ. Eoi.oriẽtalis. His paruus ſonipes. Aſtures habent equos: q aſturcones uocantur bello inepti:ambulabant tolutim: ut inſeſſorem non concutiant:& trahunt currus pacatos:de quibus pli.ait.i eadẽ hiſpania gallica gẽs & aſturia eſt equini generis:quos thieldones uocamus miori forma appellatos aſturcones gingũt:qbus non uulgaris in curſu gradus.ſed mollis alterna crurum explicatu glomeratio.Mar.Hic breuis ad numerũ rapidos qui colligit ungues:Vẽit ab auriferis gẽtibꝯ aſtur æquus. Aſturcones nunc uernacula lingua uocamus chineas. Eſſeda pacata.currus non bellicos. Eſſedũ ẽ genus currus.Herdus erat dux iſtorũ ſolitus uenari per pyrenea iuga. Acer metiri.celer ad metiendos curſu ſaltus Pyreneos.acer ſignificat celerem auſteꝝ ſæueꝝ:uehemẽs: ꝓuidũ diligens. Iaculo mauro.quoniã mauri autore Stra.utũtur lancea lata & parua. Venere & celtæ:celtiberi ſũt populi hiſpaniæ accolẽtes iberꝝ amnẽ:quoꝝ p̃clara urbs fuit Numãtia.Lucãus.Profugiq; a ſede uetuſta Galloꝝ celtæ miſcẽtes nomẽ iberis. Sociati nomẽ:quoniã cõiũctũ ẽ nomẽ celtaꝝ:& iberorũ: & dicti ſunt celtiberi. His pugna cediſſe decus.putabãt decus eẽ & fortibus uiris dignũ i bello cadeꝛ:corporaq; apud illos cremabaf:quoniã arbitrabanf piaculũ eſſe: ac ſupis admodũ diſplicere: ſi aĩalia cadauera cæſoꝝ laceraſſẽt. Galatia diues:quoniã ibi effodif aurũ:ut dictũ ẽ.Galleci ſiue calleci dicũf ẽt luſitani: ad aqlonẽ montana habitãt:q ut autor ẽ Stra.Viuebãt ſpartão ritu:& ſacrificiis dediti exta ĩſpiciebãt:& fibras: futuraq; ꝓuidebãt: ex ĩteſtinis quoq; hominũ maxĩe captiuoꝝ diuinatiões aucupabanf:abſciſſas dextras diis offerẽtes. Inſpicere exta & flãmas ſacrificiorũ ab hetruria manauit: Arabes:Phryges: & cylices cantus auiũ & uolatus obſeruauere.unde nata ſũt auguria:ægyptii:babylonii:atq; phœnices ꝑpter cãporũ planiciẽ oẽm curã i ſyderũ cognitiõe poſuerũt: & ſic aſtrologiæ diſciplina facta. Fibrarũ.extiſpicinæ:quoniã fibræ ſunt extremitates iecinorũ. Pẽnæ.augurii:quod eſt ex auium inſpectione. Diuinarum flammarum.aruſpicinæ.nam aruſpices inſpiciebant aras.&



ignẽ ſacrificii:& inſpecta flamma diuinabãt:& ſic oſtendit apud illos fuiſſe triplicẽ modũ prædicẽdi futura: extiſpicinam auguriũ & aruſpicinã. Nunc pedis alterno.cõuiuia inqt Stra.de his loquẽs inter conſanguineos celebrant pro oleo butyrũ uſurpãt:ſedẽtes cœnitãt ædificatos in pariete hemicyclos habentes.Primus ſedendi locus ætati præſtatur & honori.inter potandum ducto ad tibiã uel tubã choro ſaltãt.inflexis exultantes poplitibus.

Ad numerũ.ad conſonantiã. Cetras reſonas.ſcuta eorũ plauſu reſonantia.i.ducebant choreas: & plaudebãt ad ſonum.cetræ.i.ſcuti.quoniã galleci & luſitani geſtabant ſcutũ duorũ pedũ altitudine curuũ a collo loris depẽdens. Cætera fœmineus.hoc q; poeta callecis attribuit Stra.dicit cantabricas mulieres exercere his uerbis:Mulieres rem ruſticã exercent. Obit.facit. Irrequieta.nunq̃ ceſſans a laboribus. Hos uiriatthus agit. Viriatthus autore pli.de uiris illuſtribus.ſi Plynii eſt illud opuſculũ:quod illius noĩe circunferf:genere luſitanus ob paupertatẽ primo mercẽnarius:deĩde alacritate uector: audacia latro.ad poſtremũ dux bellũ aduerſus po.ro.ſumpſit:eorũq; impatores: Claudiũ Munianũ:&.C.Nigidiũ oppreſſit.pacẽ:a po.ro.maluit integer petere q̃ uictus:poſtea bellum renouauit Cæpio:cũ aliter eũ uincere non poſſet:ſatellites pecunia corrupit:q Viriatthũ uino depoſitũ peremerũt: quæ uictoria:quia empta erat non eſt probata a ſenatu. Luſtris.cubilibus ferarũ:quoniã fuit paſtor.

Flammarum miſit diues gallecia pubem.
Barbara nunc patriis ululantem carmia linguis.
Nunc pedis alterno percuſſa uerbere terra
Ad numerum reſonas gaudentẽ plaudere cetras.
Hæc requies:luduſque uiris:ea ſacra uoluptas
Cætera fœmineus peragit labor:addere ſulco
Semina & impreſſo tellurem uertere aratro
Segne uiris.quicqd duro ſine marte gerendũ eſt:
Callaici coniunx obit irrequieta mariti
Hos uiriatthus agit:luſitanumque remotis
Extractum luſtris:primo uiriatthus in æuo
Nomen romanis factum mox nobile damnis
Nec ceretani quondam tirynthia caſtra
Aut uaſco inſuetus galeæ ferre arma morati
Nec quæ dardanios poſt uidit ilerda furores:
Nec qui maſſageten mõſtrans feritate parentẽ
Cornipedis fuſa ſatiaris concaue uena. (ma
Iãq; ebuſus phœniſſa mouet: mouet artabrus ar
Aclide uel tenui pugnax inſtare ueruto.
Iam cui tlepolemus ſator:& cui lyndus origo
Feruida bella ferens balearis:& alite plumbo
Et quos nunc grauidos uiolato nomine graium
Aeneæ miſere domus:ætolaque tydæ·
Dat carthago uiros teucro fundata uetuſto

Nomẽ factũ mox nobile dãnis romanis.i.icõmodo:quod romanis attulit: ut dictũ eſt: Voluit igitur Syllius illũ Viriatthũ ſignificaf:qui poſtea fuit:& cũ romanis bellũ geſſit. Nec ceretani.populi hiſpãiæ prope pyreneos montes:q quõdam ſub Hercule militarunt:ideo dicit tirynthia caſtra: apud ceretanos optime cõficiuntur:cõdiunturq; pernæ:unde Mar. Ceretana mihi fiat uel maſſa licebit de menapis: lauti de petaſone uorent. Aut uaſco iſuetus galeæ.uaſcones ſunt populi hiſpaniæ ſupra lacetanos uerſus galliam:& aquilonẽ:quoꝝ urbs eſt calagura:quæ Fabio quintiliano alũno cenſef.Vaſcones in bello non utũtur galea.ordo eſt:Nec ceretani aut uaſcones morati ſunt ferre arma: ideſt & ipſi celerrime uenerunt ad bellum. Ilerda.urbs hiſpaniæ:apud quam Afranius & Petreius a Iulio Cæſare debellati fuerunt: iõ ait poeta dardanios furores.i.bellum ciuile romanorum. Nec qui maſſageten. Maſſagetæ populi ſcythiæ bibentes lac cũ ſanguine equino.idẽ faciebant concaui:qui ſunt in hiſpania ab illis oriundi. Monſtrans.referens: & oſtendens ſe habere originẽ a maſſagetis. Cornipedis.equi. Iamq; ebuſus phœniſſa mouet: ante hiſpaniã & orã tarraconenſem inſulæ iacent: quarũ duæ uocantur pythiuſæ:& duæ gymneſiæ: quæ & baleares appellantur: una ex pythiuſis uocaf ebuſus: quam phœniſſam appellat:quoniã phœnices illas inſulas diu tenuerunt. Iamq; artabrus.artabri populi hiſpaniæ extremi ad oceanũ borealẽ circa Nerium ꝓmõtoriũ:q; occidẽtalis & borealis hiſpaniæ lateris finis ẽ. Aclide.Aclis eſt iaculum breue.Vir.Teretes ſunt aclides illis Tela:ſed hæc lento mos ẽ aptare flagello. Iã cui tlepolemus ſator.& cui lindus origo feruida bella gerens balearis: Tlepolemus filius fuit Herculis & cecidit ad Troiã haſta ſarpedonis regis lyciorũ.unde Oui.Sanguie tlepolæmus lyciã tepefecerat haſtã. Tlepolæmus ut autor eſt Home.& refert Stra.li.xiiii.cum interemiſſet lycimnion auunculũ iam ſenio cõfectũ collecta iuuenũ manu rhodum nauigauit profectus ex argis & tyrinthe:& urbes coluerũt tlepolemus: & comites lyndũ ialiſum: & camirum:quas urbes: ut aliqui uolunt tlepolemus auxilio ſuoꝝ condidit. Rhodii poſtea in mari fortunatiſſimi fuerunt:& in iberiã nauigãtes rhodũ illic cõdiderũt & poſt captã Troiã baleares ĩſulas habitauerunt:& iõ dicit poeta Tlepolæmũ & lyndũ dediſſe originẽ balearibus Lyndus ĩ mõte ſita erat: habebatq; iſigne tẽplũ palladis.& Cleobolus unus ex ſeptẽ ſapiẽtibus ex lyndo fuit.ordo ẽ:Iã balearis mouet arma:cui ſator fuit.ſ. Tlepolemus.& origo lyndus urbs rhodi.eſt etiã lyndus inſula rhodiorũ. Plũbo.glãde plũbea:quam fundis emittebãt in hoſtes.

Aetola tydæ.diomedes errans:cũ in hiſpaniã perueniſſet a noĩe pr̃is Tydei urbem i luſitania a ſe ædificatã Tyden appellauit.& incolæ Grai dicti ſunt:poſtea grauii uiolato nomine. Aeneæ domus.ætolæ ab Aeneo patre tydei rege ætoliæ auo diomedis. Carthago.eſt urbs celtiberorũ ad mare mediterraneum portu nobilis: quã ædificauit Aſdrubal gener amilcaris:ut autor ẽ Stra.poeta dicit conditorem fuiſſe Teucrum thelamonium non ſine ratione:quoniam teucer autore Trogo fugiens patriam & iras paternas in cyprum nauigauit:ſalaminãq; cõdidit:patre uita functo:patriam repetẽs ab Euryſace Aiacis filio acceſſu prohibitus ad hiſpaniæ littus claſſem appulit:& loca ubi fuit poſtea noua Carthago occupauit:inde in luſitaniam tranſiuit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Phocaicæ dant emporiæ:dat tarraco pubem
Vitifera:& latio tantum ceſſura lyeo.
Hos inter clara thoracis luce nitebat
Sedentana cohors:quã ſucro rigentibus undis
Atque altrix celſa mittebat ſetabis arce.
Setabis.& telas arabum ſpreuiſſe ſuperbas
Et peluſiaco filum componere lino.
Mandonius populis:domitorque iſignis equorũ
Imperitat cæſo:& ſocio ſtant caſtra labore.
At uetonum alas balarus probat æquore aperto.
Hic adeo cum uer placidum:flatuſq; tepeſcit
Concubitus ſeruans tacitos grex proſtat equaꝝ.
Et uenerem occultam genitali concipit aura.
Sed nõ multa dies generi: properatque ſenectus.
Septimaque his ſtabilis longiſſima ducitur ætas
At non ſarmaticos attollens ſuſana muros.
Tam leuibus perſultat equis:hinc uenit in arma
Haud æui fragilis ſonipes:crudoque uigore
Aſper frena pati:aut iuſſis parere magiſtris.
Rindacus his ductor:telum ſparus:ore ferarum
Et rictu horrificant galeas:uenatibus æuum
Tráſigitur:uel more patrũ uis:raptaque paſcũt.
Fulget præcipuis paranſia caſtulo ſignis.
Et celebre oceano:atque alternis æſtibus hiſpal.
Ac nebriſſa dionyſeis conſcia thyrſis
Quam ſatyri coluere leues:redimitaque ſacra
Nebrydæ & hortano menas nocturna lyeo.

Phocaicæ dant emporiæ.emporiæ urbs maritima inter tarraconẽ:& pyreneos mõtes ad mare cõdita a maſſilienſibus:qui a phocenſibus originẽ habẽt.phocenſes enim græci maſſiliã cõdiderũt:iõ phocaicas emporias appellat. Tarraco.urbs hiſpaniæ adhuc clara:quondã tarraconẽſe uinum romã mittebantur:q̃ a ſolo cãpano uino in italia ſuperabaẽ:de quo Mar.Tarraco cãpano tantũ ceſſura lyeo.Me genuit tuſcis æmula uina cadis. Sedentana cohors.Sedentani populi ſunt hiſpaniæ ꝓpe nouã carthaginẽ:& ſucronẽ fluuiũ.& etiã Setabis urbs illic in ædito loco ſita:circa quã eſt magna copia ſparthi:& campus qui ſpartarius cognominatur.Poeta alludens ad nomen urbis dicit ſetabim propter ſparthum.& linum ſpernere telas nobiles arabum ex ſerico.nã arbores Arabiæ autore Pli.ex quibus ueſtes fiunt cynæ uocãtur. & ſeres populi ſunt in oriẽte: quorum arbores ferũt ſericum:& bombyx in aſſyria naſcitur. Hiſpania ut inquit Pli.habet ſplendorem lini præcipuum natura torrentis:in quo politur:qui tarraconem alluit.& tenuitas mira:ibi primum carbaſis repertis:ideo poeta tantum celebrat telas ſetabitanas. Dicit ſedẽtanos habuiſſe toraces lineos & ſplendidos. Arabia ultima eſt omnium regionum:quæ ad meridiem habitanẽ ſupra ægyptum. Peluſiaco.ægyptio:de quo dictũ eſt.Setaba linthea ſunt apud Martialem.& Catullus ad Veranium inquit:Miſit mihi ſetaba ex ibero.Mãdonius & cæſo erant iſtorum duces.& ſocio labore caſtra regebant. Ad uetonum alas.regio Hiſpaniæ uergens ad aquilonem.luſitania eſt iter hiſpanos gẽs illic ampliſſima:cuius latus ad meridiẽ tagus cingit:ab occaſu:& ſeptẽtrione oceanus:ab aurora carpentani. Vetones uaccei & calleci apud luſitanos iuxta Tagum fluuiũ:ut inquit Trogus: Equas uento concipere plures autores tradiderunt:quæ fabulæ ex equaꝝ fœcunditate:& gregum multitudine natæ ſunt:qui tot in callacia & luſitania:tãq; pernices uiſuntur:ut non immerito ipſo uento concepti uideantur. Proſtat.exercet Venerem ſine admiſſario.nam aurã genitalem patulo ore excipiunt. Tacitos.ſine aliquo hinnitu.conſtat inquit Pli.in luſitania circa Vlyſponem oppidum:& Tagũ amnẽ equas fauonio flante obuerſa animalẽ concipere ſpiritum:idq; partũ fieri:& gigni perniciſſimum:ſed triennium uitæ non excedere:ſeptennium ait Syllius.huius rei meminit ẽt Virgi.in geor. Aura genitali.zephyro uento qui generat prolem in utero equarum. Alas.turmas equitum. Aperto.patenti:ut equi eorum uelociſſimi ſeſe oſtentare poſſint. Hic.apud uetones. Flatus ipſius fauonii.qui uer inchoat. Suſana.fuit oppidũ hiſpaniæ conditum a ſarmatis populis Scythiæ:q & ſauromatæ dicũtur:quorũ equi ualidi ſunt:& diu uiuunt.Sarmatæ longiqua itinera acturi inedia prius præparant equos:atq; ita per centena milia:& quinquaginta continuo curſu euntibus inſidẽt. uiuunt ãnis quinquagenis.fœminæ minore ſpatio eædẽ finem creſcendi quinquennio capiunt.Mares anno addito. Hinc.a ſuſana. Haud æui fragilis.i.non habens fragilem ætatẽ:ſed diu uiuit. Sparus.eſt telũ agreſte.Virgi.Agreſteſq; manus armat ſparus. Horrificant.horridas faciunt galeas rictu ferarum:ut horrorem hoſtibus incuterent & omne æuum uenatibus agebant. Tranſigitur.agitur & perficitur. Vis.uiolentia & rapinæ de conſuetudine maiorum ſuorum. Caſtulo.ut dictum eſt condita & denominata fuit a caſtalio:qui ex phocide ac parnaſo in hiſpaniam traiecit:ideo caſtulonem parnaſiam appellat. Hiſpal.oppidum eſt ad mare gaditanũ:ubi ſunt æſtuaria.i.conualles repletæ marinis aquis:inundationibuſq; pelagi:per quas inſtar fluuiorum nauigantes aſcendunt ad uicina oppida ideo dicit Stra.Fama quidem celeberrima habentur oppida:quæ ſuper amnes ædificata ſunt:aut æſtuariis:mariq; proxima:propter rerum cõmoditatem. Alternis æſtibus.quoniam ibi eſt fluxus & refluxus freti gaditani:ſunt etiam æſtuaria. Nebriſſa.urbs prope æſtuaria hiſpaniæ: quam poeta cultam dicit a ſatyris:propter ipſum nomen:quoniam nebris ſignificat pellem hinuli:ideſt pulli ceruini:qua utebãtur bacchãtes. Thyrſis dionyſeis.bacchicis.Nyſa eſt i aphrica ad Tritonem fluuium:ubi educatus fuit bacchus:& appellatus Dionyſius:quaſi filius Iouis & nyſæ.Nyſa etiam eſt in arabia condita a baccho. Nyſa in prima india.Nyſa in parnaſo:quam condidere phocenſes in honorem bacchi. Leues.agiles ac laſciui. Menas.baccha mulier.

Nocturna.quoniam noctu fiebant bacchanalia. Hortano lyæo.uino ab horta oppido prope nebriſſam.



Argantoniacos armat carteia nepotes:
Rex proauis fuit humani ditiſſimus æui
Ter denos decies emenſus belliger annos.
Armat tarteſſos ſtabulanti conſcia phœbo
Et munda emathios italis paritura labores.
Nec decus auriferæ ceſſauit corduba terræ.
Hos duxere uiros flauenti uertice phorcis
Spiciferiſque grauis bellator aranthicus oris
Equales æui genuit:quos ubere ripa
Palladio betes umbratus cornua ramo.
Talia ſydonius per campos agmina ductor
Puluere nigrantes raptat:luſtratque ſub armis.
Qua uiſu comprendere erat fulgentia ſigna.
Ibat ouans:lõgaque umbram tellure trahebat
Non aliter quotiens:perlabitur æquora curſu
Extremamque petit phœbea cubilia tethyn
Frenatis neptunnus equis:fluit omnis ab antris
Nereidũ chorus & ſueto certamine nandi
Candida perſpicuo conuertunt brachia ponto.
At pyrenei frondoſa cacumina montis
Turbata pœnus terrarum pace petebat.
Pyrene celſa nimboſi uerticis arce
Diuiſos celtis altæ proſpectat iberos.
Atque æterna tenet magnis diuortia terris
Nomen bebrycia duxere a uirgine colles:
Hoſpitis alcidæ crimen:qui ſorte laborum
Gerione peteret cum longa tricorporis arua
Poſſeſſus bacco ſeua bebrycis in aula
Lugendam formæ ſine uirginitate reliquit
Pyrenen lætique deus ſi credere fas eſt
Cauſa fuit læti miſeræ deus edidit aluo.
Nanque ut ſerpentem patrias exhorruit iras
Confeſtim dulces liquit turbata penates.
Tum noctem alcidæ ſolis plangebat in antris:
Et promiſſa uiri ſyluis narrabat opacis.
Donec mœrentẽ ingratos raptoris amores:
Tendentẽque manus:atq; hoſpitis arma uocãtẽ
Diripuere feræ:laceros tirynthius artus

Carteia.in betica eſt alio nomine diciẽ tarteſſus:ubi regnauit Argantonius:q̃ ut Anacreon poeta cecinit:centũ & quinquaginta uixit annos:ut pli.ſcribit centũ &.xx.Syllius aũt dicit uixiſſe trecẽtos annos:& ob id fuiſſe ditiſſimum ætatis.lege Strabonẽ & plinium. Terdenos decies annos:trecẽtos. Stabulãti phœbo.quoniã ibi uideẽ ſol ſtabulari cũ occidit:quia tarteſſus eſt ad mare:poeta uult tarteſſum & carteiã nõ eſſe eandẽ:ſiue poſuit poſtea tarteſſum dicẽs idem ut oſtenderet utroq; nomine appellari id oppidum. Munda.urbs beticæ regiõis:ubi Cæſar filios Pompei uicit:quorum alter Gneus cum naui delapſus ad incumbentem pelago rupem euaſiſſet obtrũcatus eſt.Sextus a corduba fugiens:tracto paululũ temporis inter hiſpanos bello in Siciliam trãſmiſit.Poſtea mileti occiſus eſt ab antonianis.Munda igitur erat paritura Cæſari labores emathios.i.tales in opprimẽdis filiis Pompei:cũ quibus pro capite dimicauit:ut ipſe faſſus eſt:quales paſſus fuerat in opprimendo Pompeio in theſſalia:quæ & emathia dicitur:ab emathione rege:& hemonia ab hemone:& theſſalia a theſſalo Hemonis filio:& Neſonia a Neſone filio theſſali:& pyrrhea a pyrrha deucaliõis uxore. Italis.romanis:qui illic pugnauerunt. Corduba.urbs beticæ condita a Marcello:præſtantiſſimis:& doctrinæ pricipibus clara alũnis utroq; Sene.& Lucão poeta eminẽtiſſimo:ideo dicit cordubam eſſe decus auriferæ terræ.i.hiſpaniæ ferentis aurum:eo inquit Strabo:magnitudinis creuit corduba:ut nominis celebritate & potentia polleat. Flauenti uertice.i.flauis capillis:& alludit ad ſegetes flauas.betica eſt fertilis:iõ ait:Spiciferis oris.Aranticus dux erat. Betes fluuius hiſpaniæ:a quo betica:quæ habet copiã oliuarũ:ideo dicit Cornua fluuii umbrata oliuis:quoniã betis ripæ ſunt oliuis conſitæ. Ramo palladio.oliuis. Ductor ſydonius:Annibal rapiebat per campos puluerulentos agmina ſua:& luſtrabat omnia ſigna ſuoꝝ:inter quos ibat ouans. Non aliter.Annibalem ſua acies animo alacri luſtrantem:comparat Neptuno:cui uagãti per oceanum curru minora numina plauſu occurrunt. Tethin.oceanũ. Cubilia phœbea.quia ibi uidetur ſol ſtabulari. Extremã.ultimã partem maris.ubi ſol uidetur occidere. Pyrene celſa.deſcribit pyreneum montem & nominis cauſam fabuloſam affert:quoniam pyrene ut autor ẽ Diodo.ab igni qui paſtoribus exciderat nomen accepit quo totus conflagrauerat.pyr græce.latine dicitur ignis.

Diuiſos celtis.celtæ gallorum natio hærent pyreneis montibus.Aquitani ſunt his finitimi ad ſeptentrionem:habitantes inter pyrenem & garũnam fluuium.belgæ autem uſq; ad oceanum:& oſtia rheni ſe porrigunt:a græcis omnes galli uocantur celtæ ob celtarum claritatem qui incolebant narbonẽſem regionem & maſſylienſem.pyrenei montes diuidunt gallias ab hiſpaniis. Diuortia.diſcrimia & diuiſiones. Magnis terris.hiſpaniis & galliis. Bebricia uirgine.pyrene filia bebricis. Crimen alcidæ.nam propter herculem puella fugiens iram patris laniata eſt a feris:cui hercules uirginitatẽ abſtulerat. Sorte laborum.quos illi ex ordine imperabat euryſteus.

Poſſeſſus baccho.cum multo mero incaluiſſet.

Sæua aula bebricis.alludit ad Amicum bebriciũ neptuni filium quem æſtibus interemit pollux.bebricii dicti ſunt bythinni.de Amico eiuſque feritate ac morte lege Valerium flaccum.Virgi.in quĩto:Bebricia ueniens amici de gente ferebat. Lugendam.deplorandam:quoniam ob eius formam in talem incidit calamitatem.placuit.n.ob formam herculi.

Plangebat noctem.dolebat ſeſe indulſiſſe herculi noctu. Mœrentem amores.deplorantẽm ingẽti mœrore alciden qui ſe ſtuprauerat erga ſe ingratum eſſe.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

Victor.cæſo gerione. Ore.capite pyrenes puellæ. Supræmum.nã dicebaẽ:Vale Vale:& quẽ dabit finẽ fortuna cũcti ſequemur.Virgi.de polydoro: Animãq; ſepulchro condimus:& magna ſupræmũ uoce ciemus. Nec intercidet.non delebitur qa dicetur ſemper pyrene:ut de Miſeno Virgilius fingit.

Fines aulæ bebriciæ.pyreneos montes.Et per ihoſpita rura quæſiuit iter armis:& depopulatus agros uolcarum ad ripas rhodani contendit. Denſos lucos.quoniam ut inquit Strabo latus pyrenei mõtis uergens ad hiſpaniam uarias habet arbores.alterũ uero ſpectans galliam nudum eſt pœnitus. Volcarum.Volcæ ſunt populi galliæ accolentes ulteriorẽ ripam rhodani:qui ex alpibus fluit per lacum lemãnum:& ſe in mare mediterraneum deferens plures fluuios inter quos ararim:qui rhodano miſceẽ ꝓpe lughdunum.de quo loco intelligit Tranquillus ĩ uita.C.principis.dicens illum natum eſſe in uico paulo ſupra confluentes. Feſtino milite.quoniam properabat exercitus. Tumidi.propter aquarum copiã.

Minaces ripas.quoniam cum magno impetu fertur rhodãus:eſtq; adeo præceps ut uix aduerſa aqua nauigetur:& tranſiens per lacum lemannũ oſtendit curſum ſuũ.nec confundit aquas.rhodanus dictus a rhoda rhodiorũ colonia ſita ad fontes rhodani. Caput.origo & fons rhodani eſt in alpibus. Arar.oritur etiã ex alpibus:adeo ſegnis in curſu ut uideaẽ ſtagnum. Anhelis.torrẽtibus. Pelago.copia ſuæ aq̃ immergit ararim:qui perdit illic nomen.nam poſt confluentẽ dicitur ſolum rhodanus. Inuadũt alacres.ipſi pœni inuadunt rhodanum qui propter ipetum pontes deiiciebat:& idignabatur.ideo fuit opus ut nãdo:aut ratibus traiicerẽt. Alno fluminea:naui facta ex alno:q̃ gaudet ripis fluminũ.Liuius ait:annibal ne tempori deeſſet dat ad traiiciendum ſignũ. Iam paratas aptaſq; habebat pedes lintres.nauium agmen ad excipiendum impetũ fluminis parte ſuperiore tranſmittẽs:trãquillitatem ĩfra traiicientibus lintribus præbebat:equorũ pars magna nãtes a puppibus trahebantur præter eos quos inſtructos:frenatoſq; ut extẽplo egreſſo in ripam eqti uſui eſſent ipoſuerunt in naues.galli occurſant in ripã cũ uariis ululatibus:cãtuq; moris ſui quatientes ſcuta ſup capita: uibranteſq; dextris tela quos a tergo ãnibal adortus eſt. Belua libyſſa.elephas habebat annibal cũ traiecit rhodanum.xxxvii.elephãtos. Nã ratibus uada. Liuius ait:Ratẽ unã.cc.longã pedes quinquaginta latam a terra i amnẽ porrexerunt:quã ne ſecũda aqua deferretur pluribus retinaculis ualidis parte ſupiore ripæ religata pontis in modũ humo cõiecta conſtrauerãt:ut beluæ audacter uelut p ſolũ igrederẽẽ. Vada.ipſã aquã. Cõnexas trabes.ratẽ ipſã: q̃ nil aliud ẽ niſi pluriũ trabiũ cõtextus. Refuſis.pmixtis ab imo. Torſit.emiſit. Iãq; tricaſtinis.ãnibal ad tricaſtinos flexit iter:& ad druẽtiã fluuiũ puenit trãſitu difficillimũ:qa nullis coercitus ripis pluribus ſimul atq; iiſdẽ alueis fluẽs p noua ſemp uada nouoſq; gurgites:& ob eadẽ pediti quoq; icerta uia ẽ.ad hæc ſaxa glareoſa uoluẽs nihil ſtabile aut tutũ igrediẽti p̃bet

Dum remeat uictor lachrymis perfudit:& amẽs
Palluit inuento dilectæ uirginis ore.
Ac uoce herculea percuſſa cacumina montis
Intremuere iugis:mœſto clamore ciebat
Pyrenen ſcopuliſque omnes ac luſtra ferarum
Pyrenen memorãt:tumulo tum mẽbra reponit
Supremũ illachrymans:nec honos itercidet æuo
Defletumque tenent montes per ſæcula nomen.
Iamque per & colles & denſos abiete lucos
Bebryciæ pœnus fines tranſcenderat aulæ
Inde ferox quæſitum armis per inhoſpita rura
Volcarum populatur iter tumidique minaces
Accedit rhodani feſtino milite ripas.
Aggregibus caput alpinis & rupe niuali
Proſilit in celtas ingentẽque extrahit amnem
Spumanti rhodanus proſcindens gurgite cãpos
Ac propere in pontum lato ruit incitus alueo:
Auget opes ſtanti ſimilis:tacitoque liquore
Mixtus arar:quem gurgitibus cõplexus anhelis
Cuntantem immergit pelago raptũque per arua
Ferre uetat patrium uicina ad littora nomen.
Inuadunt alacres inimicum pontibus amnem.
Nunc celſo capite & ceruicibus arma tuentur.
Nunc ualidis gurges certatim frangitur ulnis
Fluminea ſonipes religatus ducitur alno:
Belua nec retinet tardante libyſſa timore:
Nam trabibus uada & iniecta tellure repertum
Connexas operire trabes: ac ducere in altum
Paulatim ripæ reſolutis aggere uinclis
At gregis allapſu fremebundo territus acris
Expauit moles rhodanus:ſtagniſque refuſis
Torſit arenoſo minitãtia murmura fundo:
Iãque tricaſtinis incendit finibus agmen
Iam faciles campos iam rura uocuncia carpit.
Turbidus hic truncis ſaxiſque druentia lætum
Ductoris uaſtauit iter:nanque alpibus ortus
Auulſas ornos & adeſi fragmina montis
Cum ſonitu uoluens fertur latrantibus undis.
Ac uada tranſlato mutat fallacia curſu.
Non pediti fidus:patulis non puppibus æquus
Et tunc hymbre recens fuſo correpta ſub armis
Corpora multa uirum ſpumanti uertice torqués
Immerſit fundo laceris deformia membris

iõ ait poeta ipſum mutare uada trãſlato curſu. Tricaſtini & Vocõtii populi ſunt galliæ ꝓpe druentiã fluuiũ qui iter ãnibalis aliq̃tulũ remoratus ẽ:cũ ſit trãſitu difficillimus:& p agros erũpat atq; uageẽ. Rura uocontia.agros uocõtioꝝ. Trãſlato curſu.quoniã mõ hac,mõ illac fluit:& mutat uada.i.ſuas aquas. Nõ æquus.non idoneus



Sed iam præteritos ultra meminiſſe labores
Conſpectæ propius dempſere pauẽtibus alpes:
Cuncta gelu canaque æternum grandine tecta
Atque æui glaciem cohibent:riget ardua mõtis
Etherii facies ſurgentique obuia phœbo
Duratas neſcit flammis mollire pruinas:
Q uantum tartareus regni pallantis hiatus
Ad manes imos:atque atræ ſtagna paludis
A ſupera tellure patet :tam longa per auras
Erigitur tellus:& cœlum intercipit umbra.
Nullum uer uſquã nullique æſtatis honores
Sola iugis habitat diris ſedeſque tuetur
Perpetuas deformis hyems:illa undique nubes
Huc atras agit:& mixtos cum grandine nimbos
Iam cuncti flatus uentique furentia regna
Alpina poſuere domo:caligat in altis
Obtutus ſaxis abeuntq; in nubila montes.
Mixtus athos tauro rhodopeq; adiuncta minãti
Oſſaque cum pelio cumque emo ceſſerit othrys
Primus inexpertas adiit tirynthius arces.
Scindentem nubes: frangentemq; ardua montis
Spectarunt ſuperi:longiſq; ab origine ſedis
Intemerata gradu magna ui ſaxa domantem.
At miles dubio tardat ueſtigia greſſu.
Impia ceu ſacros in fines arma per orbem
Natura prohibente ferant:diuiſq; repugnent.
Contra quæ ductor nõ alpibus ille nec ullo
Turbatus terrore loci: ſed languida monſtris
Corda uirũ fouet hortando:reuocatq; uigorẽ.
Non pudet obſequio ſuperum feſſoſq; ſecundis
Poſt belli decus:atque acies dare terga niuoſis
Montibus & ſegnes ſubmittere rupibus arma.
Nunc o nunc ſocii dominantis mœnia romæ
Credite uos ſummumque iouis cõſcẽdere culmẽ
Hic labor auſoniã dabit:hic in uincula tibrim.
Nec mora commotum promiſſis ditibus agmen
Erigit in collem & ueſtigia linquere nota
Herculis edicit magni:crudiſque locorum
Ferre pedem:ac proprio turmas euadere calle:
Rumpit inacceſſos aditus: atque ardua primus
Exuperat.ſummaque uocat de rupe cohortes.
Tum qua durati concreto frigore collis
Lubrica fruſtratur canenti ſemita cliuo
Luctantem ferro glaciem premit:haurit hiatu
Nix reſoluta uiros:altoque a culmine præceps
Viuentis turmas operit delapſa ruina.

nauibus. Et nunc ĩbre recẽs fuſo.hoc ẽ quod ſcri.liuius his uerbis.Et tũ forte ĩbribus auctus ingẽtem tranſgrediẽtibus tumultũ fecit. Recẽs.recenter & paulo ãte. Vertice.ſũmitate aq̃. Sed iã præteritos.ãnibal a rhodano decimis caſtris puenit ad alpes:quarũ moles obducta niuibus terruit pœnos:effecitq; ut oĩa picula & oẽs p̃teritæ difficultates exciderẽt. Cũcta gelu.deſcribit alpes obductas niuibus & glacie.

Glaciẽ æui.niuẽ multoꝝ ãnorũ:& glaciẽ uetuſtã.

Cohibent.retinent. Flammis.radiis ſolaribus. Obuia phœbo.propter altitudinẽ. Pruinas.glaciẽ.& durã niuẽ quã ſol diſſoluere nequit. Quãtũ tartareus.tãtũ ingt eriguneẽ alpes ad cœlũ quãtũ ad ima demittũtur inferi. Atræ paludis.ſtygis. A ſupera tellure.ab hac terra quam calcamus. Tellus.ipſæ alpes.adeo ut occupet ipſa altitudo totũ fere cœlũ umbra. Intercipit.occupat. Nullũ uer.nullibi eſt tepor uernus:& flores. Aeſtatis honores.flores:fructus:& cætera q̃ æſtatẽ ornãt. Deformis.ab effectu: quoniã in hyeme oĩa deformãẽ. Illa.hyems. Huc ad alpes.nimbus ẽ uis uẽti cũ pluuia. Obtutus.aſpectus caligie obduciẽ ꝓpter altitudinem. Mixtus athos tauro.ait poeta tãtã eſſe alpiũ altitudinẽ:ut hi mõtes cumulati inuicẽ illas nõ æquarẽt.athos mõs macedoniæ altiſſimus uſq; ad mare ægeũ porrigiẽ:& i æſtate umbrã extendit uſq; ad lẽnon iſulã maris ægei.iõ Papi.i thebaide loquẽs de lẽno dicit.Ingẽti tellurẽ ꝓximus umbra ueſtit athos. Taurus mõs mediã ſecat aſiã:& cũ ſcythiã attigit diciẽ caucaſus.In pricipio ſui duo brachia porrigit q̃ cornua tauri uidenẽ:& ĩde nomẽ accepit autor Pli.q̃ frons qa horrẽda eſt:ac miari uideẽ.iõ poeta tauꝝ minãtẽ appellauit.Rhodope mons ẽ thraciæ.oſſa:pelios:& othrys ſunt mõtes theſſaliæ:& hemus iter thraciã & theſſaliã.Vnde dicit Oui. Qua patet umbroſũ rhodope glacialis ad hemũ. Ceſſerit.i.oẽs hi montes ſimul poſiti cederẽt alpibus i altitudie. Arces ipſas alpes q̃ erãt tanq̃ arx totius italiæ:& iperuiæ q̃s hercules primus trãſcẽdit quẽ frangẽtẽ ardua mõtis:& domantẽ ſaxa:cælo numina ſpectarũt. Ab origie.a pricipio mũdi. Intemerata:itacta:& inacceſſa. Natura ꝓhibẽte:q̃ uidebaẽ oppoſuiſſe alpes munimẽtũ italiæ.unde Iuue. Oppoſuit natura alpeſq; niuẽq;. Mõſtris.uilis alpibus horrẽdis:& ſimilibus mõſtro. Nõ pudet obſequio.uerba ãnibalis hortantis ſuos ad alpes tranſcẽdẽdas:decorũq; p̃ſtandũ:quos timoris arguit:q; poſt tot uictorias qbus deorũ obſeqo potiti fuerant i ipis hoſtiũ portis ſubſiſtant.Inde hortaẽ eos ab utili cum ait.poſt hunc laborẽ illos fore reꝝ potituros & romã caput terraꝝ tũc ab illis expugnari: qbus ꝓmiſſis icitatos i iminentẽ collem erexit:edixitq; ut relinquerẽt ueſtigia herculis:nouũq; iter aggrederenẽ. Obſeqo ſupeꝝ.quoniam mercurius iuſſerat noĩe iouis:ut ueniret in italiã. Secũdis.rebus proſperis:& uictoriis.

Belli decus.uictorias & prælia iã peracta. Credite uos.locus ẽ ab utili. Culmẽ iouis.capitoliũ. Crudis locoꝝ.p loca cruda & aſpa. Proprio calle.uia ab ipſis tũc primũ facta:omiſſis ueſtigiis herculis. Tũc q̃ durati.ſenſus eſt.ibat per loca lubrica & dura glacie obducta: ut ſequentibus aĩos iniiceret:& ferro p̃parabat locũ:in quo ueſtigia poneret. Fruſtraẽ ueſtigia.quoniã nõ poterãt firmare ueſtigia. Canenti.albo



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

propter niues & glaciē. Luctantē.repugnantē ueſtigiis. Haurit.abſorbet. Turbine.turbo ut inquit Ariſto.fit cū uentus deſcēdit ex nubibus ī quibuſdā locis:& poſtea occurrit ei alius:q eſt cōtrarii flatus: & alter alterū īpellit coartatq;: quare eleuatur rotūdus īuolutus in alto cū puluere. Chorus. uentus.hunc ponit pro quocūq; uento. Vnde nec edomitos.ſenſus eſt.adeo erant omnia aſpera:& ardua ut etiam timerent reſpicere ad difficultates iā ſuperatas:& quacūq; reſpiciebant oſtendebantur niues: & cœlū ſolūmodo ut accidit nautis in medio mari qui nil aliud q̄ aquā:& cœlum uident. Inania.non inflata uentorum flatu. Secura nō agitata a uentis.e malo ſuſpēditur antēna & uelū:& cū ē uentus impellit:& ſtridet. Victa.reſpiciēdo aquas. Iāq; ſuper clades.deſcribit prælia annibalis cū alpinis gentibus. Super clades.i.præter difficultatem & clades a niuibus acceptas etiā alpinæ gentes ſemiſere irruebant in pœnos. Illuuie.forde. Perēni ſqualore.perpetua deformitate: & imūditia.ſqualidus dicitur incultus.Liuius ait:Montani ſeſe oſtenderunt.qui ſi ualles occultiores inſediſſent cohorti in pugnam repente ingētem fugam:ſtragēq; dediſſent:ſed pœni ab hoſtibus: & iniquitate locorū oppugnabantur.tandē annibal eos ſuperauit. captis eorū uicis:& caſtello atq; pecoribus:quibus p triduū exercitum aluit. Pernix.uelox. Hæſit.quoniam non poterat extrahi. Nec peſtis lapſus ſimplex.nō uno modo ruebāt. Bis ſenos ſoles.at Liuius ait nono die in iugum alpium uentū fuiſſe a pœnis: Per uulnera.mala quæ perpeſſi fuerant in aſcenſu alpiū.

Sidunt.locant caſtra in uertite alpiū. Præruptis.altis. Supra dixit: Cuius in aerio pendent tua uertice caſtra. At uenus ācipiti.fingit poeta ad Virgilii imitationem uenerem timentem romanis iouem alloquutam fuiſſe. Ancipiti.dubio: quoniam ignorabat euentum rei quam timebat. Quis pœnæ modus.oratio ueneris ad iouem quæ incipit ab interrogatione habens affectus.turbata quippe erat uenus: timens romanis ſuis:& locus eſt a iuſto:certe uidebatur iniquum romāos urgeri tot cladibus quibus iuppiter ſedem quietam promiſerat:ſenſus eſt. quouſq; daturi ſunt pœnas romani ob periuria Laomedōtis: & iram iunonis:quam occulte taxat. Modus.finis malorum & ſupplicii. Aeneadis.romanis nepotibus noſtris. Alpibus impoſuit libyen.auget rem: ut magis moueat iouem. Libyen.ipſos libycos.Sic Virgilius:Ilium in italiam portās.Inimicorum quippe res ſemper uidentur maiores.Vnde Oui.Vicinūq; pecus grādius uber habet. Minatur finem.ultimū excidium. Caſus ſagunthi.i.incendiū quod ſagunthus paſſa eſt. Quo troiæ cineres feremus.locus ē a pio.non ſimpliciter inquit quæro ſedem romanis ſiue troianis:ſed etiam ſacris a troia aduectis.ergo da nobis locū firmū:quo ſacra feramus. Cineres.relliquias.a fortunæ mutatione mouet affectum. Sacram ruinam.penates abreptos ex ruina troiæ: & incendio.Vnde dido apud Ouidiū ſic dicit æneæ: Si tu cultor eras elapſis igne futurus: Pœnitet elapſos ignibus eſſe deos. Aſſaraci larē.ignē troianū aſportatū ab ænea ī italiā.Iuue.Vbi q̄q̄ diruta ſeruat Ignē troianū.& ueſtā colit alba miorē.Aſſaracus genuit capyn: Capis anchiſen.Anchiſes æneā. Troiæ ſecreta.pal/

Interdum aduerſo glomeratas turbine chorus
In media ora niues fuſcis agit horridus alis.
Aut rurſum immani ſtridens auulſa procella
Audacis rapit arma uiri: uoluenſque per orbem
Contorto rotat in nubes ſublimia flatu.
Quoque magis ſubire iugo atque euadere niſi
Erexere gradum creſcit labor:ardua ſupra
Seſe aperit feſſis: & naſcitur altera moles.
Vnde nec edomitos exudatoſque labores
Reſpexiſſe libet:tanta formidine plena
Exterrent repetita oculis:atque una pruinæ
Canentis quacūque datur permittere uiſus
Ingeritur facies medio ſic nauita ponto
Cum dulcis liquit terras & inania nullos
Inueniūt uentos ſecuro carbaſa malo.
Immenſas proſpectat aquas ac uicta profundis
Aequoribus feſſus renouat ſua lumina cœlo.
Iamque ſuper clades atque importuna locorum
Illuuie rigidæque comæ ſqualore perenni
Horrida ſemiferi promunt e rupibus ora
Atque euulſa cauis exeſi punicis antris
Alpina inuadit manus aſſuetoque uigore
Per dumos: notaſque niues:atque iuia pernix
Clauſum montiuagis infeſtat curſibus hoſtem.
Mutatur iam forma locis: hic ſanguine multo
Infectæ rubuere niues:hic neſcia uinci
Paulatim glacies cedit tepefacta cruore
Dumque premit ſonipes duro ueſtigia cornu
Vngula perfoſſis hæſit compreſſa pruinis
Nec peſtis lapſus ſimplex:abſciſa relinquunt.
Membra gelu.fractoſq; aſper rigor āputat artus
Bis ſenos ſoles totidem per uulnera ſæuas
Emenſi noctes optato uertice ſidunt
Caſtraque præruptis ſuſpedūt ardua ſaxis.
At uenus ancipiti mentem labefacta timore
Affatur genitorem.& rumpit mœſta querellas
Quis pœnæ modus aut pereundi terminus oro
Eneadis erit?& quando terraſque fretumque
Emenſis ſediſſe dabis? cur pellere noſtros
A te conceſſa pœnus parat urbe nepotes?
Alpibus impoſuit libyen:finemque minatur
Imperio.caſus metuit iam roma ſagunthi.
Quo troiæ extremos cineres ſacramque ruinā
Aſſaracique larem & ueſtæ ſecreta feramus?
Da ſedem genitor.tutiſque iacere. parum ne eſt
Exilia errantes totum quæſiſſe per orbem?



ladiū quod ī abdito loco ſeruabať:reſtitutū a diomede ipſi æneæ: ut ſuo loco dicetur. Da ſedē genitor.petitio eſt: & locus a iuſto:quoniā ſatis iā:& pluſq̄ ſatis errauerant troiani & penates.ſatiſq; pœnaꝝ datū iā erat ob ꝑfidiam laomedontis. Iacere.quieſcere. Parū ne ē.hoc dicit propter iunonē quæ troianos magno odio ꝓſeq̄batur. Exilia.ut cheronneſum:thraciā:epyrū:macedoniā cretam:ſiciliā: ſtrophades:aphricā. Pelle metus. uerba iouis ad uenerē:quibus ab ea remouet quod uel maxie timebat de mutatione.ſ. iperii.hoc iquit iuppiter.fixū ē:& hoc bello explorare romanos decreui q iam uidentur ab auita degeneraſſe uirtute:& agere tēpora obſcura.ſ. uiuere ſine laude:ut de ipſis nihil pœnitus diceret.cythera iſula ad quā uenus nata ex ſpuma maris cōcha primū

An ne iterum capta repetentur pergama roma?
His uenus.& contra genitor ſic deinde profatur.
Pelle metus. neu te tyriæ conamina gentis
Turbarint cytherea.tenet longumq; tenebit
Tarpeias arces ſanguis tuus:ac ego martis
Mole uiros ſpectare paro: atq; expēdere bello.
Gens ferri patiēs ac læta domare labores
Paulatim antiquo patrum deſueſcit honori.
Atq; ille haud nūquā parcus pro laude cruoris:
Et ſemper famæ ſitiens obſcura ſedendo
Tempora agit:mutū uoluens inglorius æuum.
Sanguine de noſtro populus blādoque ueneno
Deſidiæ uirtus paulatim euicta ſeneſcit.
Magnæ molis opus multoque labore parandū
Tot populos inter ſoli ſibi poſcere regna.
Iamque tibi ueniet tempus quo maxima rerum
Nobilior ſit roma malis:hinc nomina noſtro
Non indigna polo refert labor:hinc tibi paulus
Hinc fabius gratuſque mihi marcellus opimis:
Hi tantum parient latio per uulnera regnum.
Quod luxu & multū mutata mente nepotes:
Non tamē euertiſſe queāt: iamque ipſe creatus
Qui pœnum reuocet patriæ latioque repulſū
Ante ſuæ muros carthaginis exuat armis.
Hinc cytherea tuis longo regnabitur æuo.
Exin ſe curibus uirtus cæleſtis ad aſtra

aduecta ē:& cytherea appellata. Mole martis. magnitudine ac difficultate belli. nā in aduerſa fortuna homines cognoſcūtur.unde dicet alibi. explorant aduerſa uiros.& Seneca dicit: Melius in malis ſapimus. ſecūda rectū auferunt: & Horatius in fine ſermonū: Sed cōuiuatoris uti ducis īgeniū res aduerſæ nudare ſolent.celare ſecundæ. Spectare.cōſiderare & ꝓbare quid poſſint:& ualeant. Expendere.ponderare. Iuue.Expende annibalem quot libras ī duce ſummo Inuenies. Ferri.armorū: & uulnerū. Honori antiquo: non ſeruāt decorū ſuū:ut priſci romāi fecerūt

Cruoris. quē libenter effundebat pro augēdo iperio & laude cōſequēda. Sitiens.cupidiſſimus famæ & gloriæ:ad quā nati ſumus. Obſcura.ſine honoř.

Inglorius.ſine gloria: ad quam illi priſci tota mēte aſpirabant. Mutū æuum.ætatē de qua oēs ſilent.

Seneſcit. quoniā uerterāt ſe iam romani ad luxū: & ſic ſeneſcebat uirtus: & uigebat uoluptas. Blādo ueneno.uoluptate: qua nihil deteſtabilius eē poteſt. quippe ꝓpter illam res poſt habemus honeſtas.ea.n. præſtringens mentis aciē ad oīa flagitia mortales impellit:& q̄diu romani uoluptatē aſpernati ſunt: quæ ē blandiſſima domina:eorū iperiū ac nomen toto orbe propagabatur. Ideo exclamat Iuue. Nūc patimur longæ pacis mala: ſæuior armis Luxuria icubuit: uictūq; ulciſciť orbem. diuitiæ aſianæ primā labē moribus romanis attulerūt.Nihil eſt tam mortiferū īgeniis q̄ luxuria inq̄t Sene. Veneno:quoniā uoluptates blanditiis ſuis necant ingenia & deſidiæ.ex quibus & ocio naſcitur uoluptas: ideo laborādū eſt ut uoluptatem expellamus.uirtus.n. circa difficile uerſatur:& a ſe uoluptates repellit:ut a ratiōis præſcripto nō diſcedat. Seneſcit.i.debilis fit: & ſuperatur a uoluptate: quoniā in locū uirtutis uitiū obrepit. iō dicit Hora. ī primo ſermonū.In agris neglectis urendam filicē innaſci. Magnæ molis opus. romani inquit poſcunt ſibi iperiū:quod difficillimū ē & multis laboribus parandū. igitur non ē incūbendum uoluptati:& longæ deſidiæ idormiēdū. Maxima rerū.caput orbis: ut nil maius roma inueniri poſſet. Sit nobilior.maioris noīs & famæ. Malis.aduerſa fortuna:quoniā uirtus ī ipſa difficultate niteſcit:& perardua eſt cū ſit inertis tuta ſecare. Hinc. ex iſtis malis uenięt romani ad ſydera:& enumerat illos q in hoc ſecundo bello punico claruerunt. Paulus æmilius qui cecidit ad cannas. Fabius maximus. qui annibalem cunctando fregit. Marcellus.q primus ī italia docuit annibalē poſſe uinci ad nolā. hic rettulerat tertia opima ſpolia ioui pheretrio:ut dictum eſt. Mutata mēte.qa degenerabūt ab illis & nō erunt eiuſdē mentis pro ampliādo iperio.hoc maxīe dicit ꝓpter tyrānidē & feritatē Cai principis:& neronis. Nepotes.poſteri.

Ipſe creatus.ſcipio.ſ.cui cognomen erit aphricano a deuicta aphrica. Pœnū.annibalem. Hinc. ex his uictoriis. Tuis.romanis. Exin ſe curibus. ꝑdicit iuppiter uenturā eſſe gentē flauiā ex ſabinis: quæ romanū iperiū augeat.cures oppidū ſabinorū ē.Veſpaſianus natus ē ī quodā uico ꝓpe reate ex patre ſabio: a claudio pricipe Narciſſi gr̃a legatus legionis ī germaniā miſſus ē.īde in britāniā trāſlatus tricies cū hoſte cōflixit:& uectem inſulā britanniæ ꝓximā ī ditionē redegit.Thylæ ē ultima iſulaꝝ oceani britānici q̄ orchades uocanť:caledonia ē ſylua britanniæ.inde britāni caledonii dicūtur.de ueſpaſiano ſic canit Valerius flaccus ī prio ſui opis: Tuq; o pelagi cui rector aperti ſama caledonius poſtq̄ tua carbaſa uexit oceanus phrygios prius indignatus iulos procōſul aphricā integerrime admiſtrauit.Inde miſſus ē in aſiā a Nerone ad cōprimendū iudæorū motū q rebellauerat.inter alios legatos titū filiū aſumpſit & ut primū igreſſus ꝓuinciā ē correpta militū diſciplina ciuitates ad officiū:fideq; reduxit. Inde romā rediit ad iperiū relicto illic tito filio:qui hieroſolymā expugnauit:q̄ urbs iudæorum erat caput: lege trāquillū & ioſephū. Virtus cœleſtis.gens flauia diuina quadā: & multū ſupra homines uirtute prædita. Effert ſe



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

curibus:e ſabinis extollet ſe uſq; ad aſtra propter res geſtas:cures.ut dixi:ē oppidū ſabinorum patria Numæ pompilii. Augebit nomen iuli ſacris.nam imperatores ab iulo iulii dicebantur:qui ſacroſancti erant:& eorum nomiai faſtis ſcribebantur.primus fuit iulius cæſar beneficio nepotis & filii per adoptionem ī numerum deorum relatus.de quo Papinius in prima ſylua:Qui feſſus bellis aſſertæ munere prolis:Primus iter noſtris oſtendit ī æthera diuis.unde Ouidius in faſtis:Iuuenes illic & feſta domeſtica uobis:Sæpe tibi pater ē:ſæpe legendus auus.Quæq; ferunt illi pictos ſignantia faſtos:Tu quoq; cum druſo præmia fratre feres. Iuli.a quo gens iulia originē habuit. Vnde Martialis naſciturum domitiani filium ſic alloquitur:Naſcere dardanio promiſſum nomen iulo.

Bellatrix gens bacifero nutrita ſabino
Hinc pater ignotam donabit uincere thilen
Inque caledonios primus trahet agmina lucos:
Compeſcit ripis rhenum:reget impiger afros
Palmiferamque ſenex bello domitabit idumen:
Nec ſtygis ille lacus uiduataque lumīe regna
Sed ſuperum ſedes noſtroſque tenebit honores
Tum iuuenis magno præcellens robore mentis
Excipiet patriā molem celſuſque feretur
Aequatum imperio tollens caput:hic ſera gentis
Bella palleſtinæ primo delebit in æuo
At tu tranſcendens germanicæ facta tuorum
Iam puer auricomo performidate batauo
Nec te terruerint tarpei culminis ignes:
Sacrilegas inter flammas ſeruabere terris
Nam te lōga manent noſtri conſortia mundi.
Huic laxos arcus olim gangetica pubes

Bellatrix gens.T.flauius petronius autore Tranqllo municeps reatinus ex acie pharſalica fugiēs domū ſe recepit.huius filius cognomīe ſabinus apud heluetios publicum funus exercens diem obiuit.ſuperſtitibus uxore Veſpaſia polla quæ nurſiæ honeſto patre orta:patrem habuit ueſpaſianum pollionem:ex duobus liberis quorum maior ſabinus ad præfecturam urbis:mīor ueſpaſianus ad conſulatum uſq; ꝓceſſit. Locus ad Sextum miliariū a Nurſia ſpeculum eunti bus ī monte ſummo appellatur ueſpaſiæ.Vbi ueſpaſianorum monumenta extant magnū indiciū ſplendoris familiæ:ac uetuſtatis. Bacifero ſabino.quoniam ī ſabina eſt magna copia oliuarum & fructuū. Vnde Iuuenalis: Vſq; adeo nihil eſt qđ noſtra īfantia cælum Hauſit auētini baca nutrita ſabīa. Sabino: municipio:ſiue fundo:aut oppido ſabinorū: ut dicimus.Tuſculanum.formianum. Hinc:ex hac gente bellicoſa & ſabina. Pater.ueſpaſianus oſtēdet romanis poſſe uinci britāniam:& thylen inſulam:in q̄ ſolſtitio æſtiuo nullas eē noctes Plinius ſcribit.cācri. ſcilicet ſignū ſole trāſeūte:nulloſq; contra ꝑ brumas dies. Ignotā.ſ.romanis ad eū diem. Caledonios lucos:britānos. Primus at cæſar prius traiecerat ī britāniam:ſed non oēm in ditionem redegit. Rhenum:rhenus fluuius germaniæ in rheticarum alpiū uertice īacceſſo ac præcipiti ortus modico flexu ī occidentem uerſus ſeptētrionali oceano miſcetur:quem ponit ꝓ germanis quos ueſpaſianus compeſcuit miſſus illuc a claudio principe. Aphros.quoniā fuit illic procōſul. Idumen.idume eſt regio iudeæ maritima abundans copia palmarum.Vnde dicit Stra.hiericus ē campus iudeæ mōtibus circūdatus:In quo ē palmetum ſpatio ſtadiorum centū:totum riguū:& habitationibus plenum:& palmæ illic ferunt optimas cariotides.eſt etiam illic uiridarium balſami:lege ioſepū. Noſtros honores:erit īquit deus ut nos ſumus. Tum iuuenis.i.Titus q fuit relictus a patre ī iudæa ad expugnationem hieroſolymorum:& qui ī imperio romāo patri ſucceſſit. ideo ait: Excipiet patriam molem. Robore mentis:magnitudine animi præſtans:quam Tito ſemper tribuit Ioſepus ſcribens illum aliquādo quaſi inermē in medios irruiſſe hoſtes:& inclinatas acies animi robore ſubnixum reſtituiſſe:Itaq; inquit ſi me nihil addētem obſequio:neq; inuidia detrahentem:uerum dicere oportet ipſe cæſar titus.ſ.totam legionem bis periculo liberauit:atq; ipſe caſtra muniendi copiam militibus præbuit. Aequatū imperio caput.i.ea magnitudine animi erit ut imperii amplitudinē æquare uideatur:& poſtea illud ſuſcipiet quod uirtute merebatur:quoniam non decet imperare niſi uirum omni uirtute præditum. Vnde dicit xenophō: Neminem imperare decet q melior ſubditis non ſit. Fera bella.aſpera:& magnæ difficultatis.paleſtina eſt regio iudeæ:quam ponit pro omni iudæa:quā iuuenis Titus ſubegit:& expugnauit hieroſolymā ſecūdo anno principatus ueſpaſiani octauo die menſis ſeptembris. At tu trāſcendens:nunc de domitiano loquitur:quo imperāte ſyllius floruit:domitianus a deuicta germania germanicus cognominatus ē:puer adhuc bello uitelliano cōfugit ī capitoliū cū patruo ſabino:ac parte preſentiū copiarū:ſed irrūpentibus aduerſariis:& tēplo ardente apud editūum clā pnoctauit ac māe iſiaci celatus habitu.i.lineo:ut ſcribit Tacitus quo iſidis ſacerdotes utebātur trāſtyberim ſe ad matrē cōdiſcipuli ſui cōtulit:latuitq; apud eā.Viſus ē Domitianus ī illis primis ānis pugnare ꝓ ioue capitolino:cuius ædē a ſacrilego Vitellianorū icēdio defendere uolebat: de quo Papinius in Thebaide.Aut defenſa prius uix pubeſcētibus ānis bella iouis:& Martialis.Prima ſuo geſſit pro ioue bella puer. Auricomo batauo.i. ipſis germanis qui nacti opportunitatem rebellarūt: quoniā ueſpaſianus apud alexandriā erat:& Titus in iudæa quo tempore Veſpaſianus petilium cerealem qui germaniā rexerat cōſulē creauit deſtinauitq; ī britāniā:qui audita rebelione germanorum ī eos iam congregatos impetum fecit:plurimos cecidit:alioſq; ad fidem reuocauit. Interea domitianus adoleſcens illuc ꝓpabat:ut barbaros opprimeret:qui expeditionis fama perculſi ei ſe dediderunt lucrum maximū arbitrantes priſtino iugo ſine ulla clade ſubiici.rebus igitur cōpoſitis domitianus inſignis ætatem ſuperantibus factis:& patriū decus referentibus romam regreſſus eſt. batauī ſunt populi incolentes batuam inſulam rheni:ut autor eſt cæſar:ī cōmentariis:& qa germani pro maiori parte habēt capillos flauos:& aurei coloris:ideo batauos appellat auricomos. Tarpei ignes. incendium in bello uitelliano. Gāgetica pubes.i.



indi & parthi.ganges ē fluuius īdiæ:oritur ex caucaſo monte & flectitur ad orientem:& mare uno alueo igreditur. quis indiæ fluuios magnitudine ſuperet:cui ſecūdus ē idus.tertius iſter germaniæ.quartus Nilus.Traianus primus romanorum impatorum uictricē claſſem egit per gangē:Adulatur poeta Domitiano.nam id illi tribuit quod eſt contra hiſtoriæ ueritatem:quoniā de populis ad orientem nunq̄ triūphauit.Scribit Tranqllus Vologeſum parthorum regem auxilia aduerſus alanos:ducēq; alterū ex Veſpaſiani filiis depopoſciſſe: domitianūq; oi ope contēdiſſe:ut ipſe mitteretur:ſed non impetrauit.parthi uenerant in amicitiam romanorum tempore auguſti: cui remiſerunt uexilla craſſo ablata.hoc igitur quod auguſti auſpiciis ac uirtutibus debetur: domitiano Syllius aſcribit.

Submittet:uacuaſque oſtēdet bactra pharetras
Hic & ab arctoo currus aget axe per urbem:
Ducet & eoos bacco cedente triumphos.
Idem indignantem trāſmittere dardana ſigna
Sarmaticis uictor compeſcet ſedibus iſtrum.
Quin & romuleos ſuperabit uoce nepotes:
Quis erit eloquio partū decus:huic ſua muſæ
Sacra ferent meliorque lyra cui ſubſtitit ebrus:
Et uenit rhodopæ.phœbo miranda loquetur:
Illa etiā qua priſca fides ſtat regia nobis
Aurea tarpeia ponet capitolia rupe.
Et iunget noſtro templorum culmina cœlo.
Tunc o nate deum diuoſq; dature beatas
Imperio terras patrio rege:tarda ſenectā
Hoſpitia excipient cœli ſolioque quirinus
Concedet:mediumque parens fraterq; locabūt.
Siderei iuxta radiabunt tempora nati.
Dum pandit ſeriem uenturi iuppiter æui:
Ductor agenoreus tumulis delatus iniquis
Lapſantem dubio deuexa per inuia niſu
Firmabat greſſū:atque humētia ſaxa premebat.
Non acies hoſtiſue tenet:ſed prona minaci
Præprupto turbat & cautibus obuia rupes.
Stant clauſi:merentque moras:& dura uiarum.
Nec refouere datur torpentia membra quiete.
Noctem operi iungunt:& robora ferre coactis
Approperant humeris:ac raptas collibus ornos

Laxos.remiſſo neruo.i.non tētos. Bactra ciuitas caput bactrianæ regionis in oriente. bactrianos ponit ꝓ parthis q ultra euphratē terminū romani imperii habitabant. Ab axe arctoo:ſeptētrione. Domitianus expeditiones partim ſpōte ſuſcepit:partim neceſſario:ſponte in dacos. neceſſario unā ī ſarmatas legione cum legato ſimul cæſa.In dacis duas. primam appio ſabino proconſulari oppreſſo: ſecundam cornelio fuſco præfecto prætorianarū cohortium:cui belli ſummā cōmiſerat.de quo Iuue. Et qui uulturibus ſeruabat uiſcera dacis Fuſcus marmorea meditatus prælia uilla.de cattis daciſq; duplicē triūphum egit.de ſarmatis lauream ioui capitolino rettulit.bellum ciuile motum a.L.Antonio ſuperioris germaniæ præſide confecit abſens.Triumphum domitiani de populis ad ſeptētrionē elegantiſſimo carmine celebrauit ſtella patauinus. Baccho cedente. qui triūphauerat de Indis.Vnde canet ī fine operis: Qualis odoratis deſcēdens liber ab indis : Egit pāpineos frenata tygride currus. Tranſmittere dardana ſigna.i.uexilla romana:quæ nolebant admittere ipſi germani et ſarmatæ quos uicit. & iſtrum ponit pro ipſis germanis:ſarmatis & dacis. Quin & romuleos.laudat eloquentiam domitiani.de quo Fabius libro.x.ſic ſcribit. Hos nomīamus: quia germanicū Auguſtum ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum. parūq; his uiſum eſt eſſe eum maximū poetarū . qd tamen his ipſis eius operibus inq; donatus imperio iuuenis ſucceſſerat ſublimius.doctius omnibus deniq; numeris præſtantius.qs enim caneret bella melius:q̄ qui ſic gerit? Quem præſidētes ſtudiis deæ ꝓpius audirent:cui magis ſuas artes aperiret familiare numen mineruæ. Voce:eloquentia. Quis.quibus:ideſt ſuperabat omnis romanos claros eloquio.

Sua ſacra.ſua numina & cātus pierii ſuauitatem & ſplendorem. Lyra.i.ipſo orpheo qui ſono lyræ alliciebat ſaxa:& ſiſtebat amnes. orpheus fuit filius calliopes reginæ muſarū & eagri regis thraciæ.Hebrus fluuius thraciæ.rhodope mons. Illa ēt qua priſca fides:illa inquit iuppiter fides domitiani quæ prius pro noſtra regia pugnauit bello uitelliano ponet aurea capitolia in tarpeia rupe.plurima & ampliſſima opera incendio abſumpta Domitianus reſtituit.in quibus & capitoliū quod rurſum arſerat:nouam etiam exornauit ædem in capitolio ioui cuſtodi:& imaginem ſuam in eius ſinu dicauit. Priſca regia.uetus templum capitolinum. Senectam.uixit Domitianus annos.xlv. Beatas.fœlices te imperante.laus Domitiani a iuſtitia. Quirinus.Romulus dabit tibi locum:& eris inter patrem Veſpaſianum ac Titum. Siderei nati.huius meminit Martialis.Naſcere dardanio promiſſum nomē iulo. Dum pandit ſeriē:redit ad hiſtoriam poeta narrans iter annibalis per prona alpium uerſus italiam uſq; ad taurinos campos.

Seriē.ordinem rerum futurarū.i.fata ipa:biduū in iugis ſtatiua habuit annibal: & data militibus qes.Iumēta aliquot ꝓlapſa e rupibus ī caſtra ꝑuenerūt:ide mouit copias:quibus e colle italiā & circūpadanos oſtēdit. dicens cætera procliuia fore:& ſic ad rupē inacceſſam ꝑuenit. Lapſantē.labentē.uia quippe lubrica erat:ut neq; ueſtigia firmare poſſent:neq; ingredi. In uia deuexa prona ipārum alpium. Niſu.dubio & labenti conatu. Minaci prærupto.i.quadam altitudine quæ minari uidebatur. Prona deuexa loca:& alta. Obuia.oppoſita trāſeūtibus. Cautibus.i.ſuo ſaxo.cautes dicuntur ſaxa.hæc rupes anguſta erat:atq; ita rectis ſaxis : ut ægre expeditus miles tētabundus manibuſq; retinens uirgulta ac ſtirpes demittere ſeſe poſſet. natura locus iā ante præceps. recēti terræ lapſu īpeditus in mirādam admodū altitudinē præruptus erat. Robora ferre.cū cedēdū eēt ſaxū arboribus circa deiectis detrūcatiſq; ſtruē ingētē faciūt eāq; ſuccendūt auxiliāte uēto:ardētia ſaxa īfuſo aceto pu-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

treſaciunt. Ita torridam incēdio rupē ferro pandunt.quatriduū ſuper rupē cōſumptum eſt. Denſiſſima mon
tis.montē denſum arboribus. Sylua.lignis: arboribus. Reſoluto pondere.ſaxo putreſacto igni acetoq;. Re
gno latini.italiam:in latio quippe regnauit Latinus:& in latio eſt roma caput italiæ. Cāpis taurinis. taurini ſūt
in latere alpium quod uergit ad italiam ſupra Papiam:& adhuc eſt illic oppidū Turinū. Ductor. annibal caſtra
mētatus ē in taurinis cāpis. Interea uoces iouis.dū in cāpis taurinis annibal ſtatiua haberet boſtar ab oraculo re
diens attulit ſortes iouis hāmonis:& nactus opportunitatem poeta deſcribit ſyrtes: templi originē:& ritus ſacro
rum. Oracula.ſortes.oraculū ē ut diffinit Sene.uoluntas diuina hois ore enūciata. Emēſis.ſuperatis itinere.
Harenis.nā illic ſunt ſyrtes ꝑ quas iter fecerat bo/
ſtar. Maxime belidæ. uerba boſtaris ad annibalē:
a quo captat beniuolētiā: eūq; a ſtudio ac pietate er/
ga patriam celebrat. Belidæ.annibal q ducis origi
nē a belo. Seruitiū.ſeruitutē. Dextra.robore:ac
bello. Syrtis.Salu.ait duas eſſe ſyrtes qbus nomē
ex re īditū eſt.ſyro.n.ſignificat traho:& hæc loca tra/
hunt ad ſe harenas.duo ſunt ſinus prope in extrema
aphrica īpares magnitudine:pares natura:quorū ꝓ/
xima terræ præalta ſunt:cætera ut ſors tulit alta:alia
in tempeſtate uadoſa.nā ubi magnū mare: ac ſæuire
uentus cœperit:limū: harenaſq; & ſaxa ingentia flu/
ctus trahunt.ita facies locorū cū uentis ſimul muta/
tur. Tellus.quæ eſt uiolentior & periculoſior īpis
æquoribus.i.ipſa aqua.maiorem inquit laborē paſ/
ſi ſumus inter harenas ſyrtiū:q̃ in aqua profunda.
Pene hauſit.abſorbuit:accepit. Ad finē cœli:deſcri
bit ſyrtes quæ a meridie uſq; ad occaſum ꝓtēdūtur.
Finē.occaſū. Medio orbe.meridie. Squalētes.
īculti non habitati. Tumultū.nā ē illic magna pla
nities:aggregant̄ uentis harenæ:q̃ poſtmodū ad tem
pus quaſdā ueluti ualles conſtituunt. Turbo.tem
peſtas & procella. Impacta.impulſa & adacta in ag
geres.aphricus ſpirat ab occidēte uerſus auſtrū.cho
rus aūt uerſus ſeptētrionem. Truces.ſeuientes fla
mine. Capiētē prælia.latiſſimū ſine aliquo mōtis
obſtaculo. Vnde illic poſſunt uēti cōfligere. Mō
tes.aggeres harenarū. Has ualles.i.uada & breuia
ſyrtium per q̃ non tuto nauigat̄.naues qppe aliquan
do harenis cinctæ deſtituuntur ī ſicco.Gneo ſeruio
&.C.Sempronio cōſu.inter uada ſyrtiū claſſis roma
na tuto nauigauit. Obſeruatis aſtris.nā īterdiu cō
funditur iter:quippe oia uident̄ eſſe plana & ſimilia:
tamē nō ubiq; eſt eadē ꝓfunditas aquæ: iō opus eſt
prius obſeruare illos canales:& ualles.īde dirigeř iter
certū obſeruādo aſtra.& ſic faciūt pedites ne īcidāt ī
loca uadoſa.obſeruāt igit̄ noctu cynoſurā:duæ ſūt ar
cti maior & minor q̃ dicit̄ cynoſura.maior uero heli
ce:phœnices primi obſeruauerūt cynoſurā quæ cer/
tius iter præbet nauigantibus & ambulātibus ꝑ loca
uadoſa. Sidoniis.phœniſſis. Stat fano uicina nouū.
deſcribit naturā fontis uicini tēplo iouis: eſt tamen
hæc hiſtoria: quoniā apud garamātes fons ē ī die tā
frigidus ut nō bibat̄:tā feruidus noctu ut nō tangat̄.
Nouū.i.res noua & mira. Dites.fertiles ſine cul
tura. Has umbras nemorum.uerba ſacerdotis ha
riſbæ ad boſtarē. Cōuexa.erecta in altū & cōcaua.
Nā cui dona iouis.q.d.nemo ē q hæc ignoret colū
bas.ſ.ex ægypto uolātes cōſtituiſſe oracula iouis am
monis & dodonei āmonis.oraculū ut aſſerebāt ægy
ptii ſacerdotes autore Herodoto ſic fuit conſtitutū:
duæ mulieres a phœnicibus ex thebis ægyptiis abdu
ctæ fuerūt:quarū altera ī libyā ꝑuenit: altera ī græciā
utraq; cōſtituit oracula in illis locis.Sacerdotes aūt dodonei ſic dicebāt: duæ colūbæ nigræ ex thebis ægyptiis uo
lauerūt quaꝝ altera ī moloſſis ex fago monuit uoce humana illic habēdū eē oraculū iouis: altera idē fecit ī lybia.

Iamque ubi nudarunt ſylua denſiſſima montis:
Aggeſſere trabes:rapidiſque accenſus inorbem
Excoquitur flammis ſcopulus:mox ꝓruta ferro
Dat gemitum patiens reſoluto pondere moles.
Atque aperit feſſis antiqui regna latini.
His tandem ignotas tranſgreſſus caſibus alpes
Taurinis ductor ſtatuit tentoria campis.
Interea uoces iouis atque oracula portans
E menſis aderat garamantū lætus harenis
Boſtar et ut uiſo ſtimulabat corda tonante
Maxime belidæ patriis qui mœnibus arces
Seruitium dextra:libycas penetrauimus oras:
Nos tulit ad ſuperos perfundēs ſydera ſyrtis.
Nos pœne æquoribus tellus uiolentior hauſit.
Ad finem cœli medio tenduntur ab ore
Squalentes campi:tumulum natura negauit
Immenſis ſpatiis niſi quem caua nubila torquēs
Conſtruxit turbo impacta glomeratus harena:
Vel ſi perfracto populatus carcere terras
Africus aut pōtum ſpargens ſuꝑ ethera chorus
Inuaſere truces capientem prælia campum.
Inque uicem ingeſto cumularūt puluere mōtis:
Has obſeruatis ualles enauimus aſtris:
Nanque dies confundit iter :peditemq; profūdo
Errātem campo:& ſemper media arua uidentē
Sidoniis cynoſura regit fidiſſima nautis.
Verum ubi defeſſi lucos nemoroſaque regna
Cornigeri iouis.& fulgentia templa columnis
Aduenimus magnis:quā læta fronte ſacerdos
Exceptos hoſpes tectis inducit ariſbas:
Stat phano uicia nouū & memorabile lympha:
Quæ naſcente die quæ deficiente tepeſcit:
Quæque riget:mediū cum ſol accēdit olympū.
Atque eadem rurſus nocturnis feruet in umbris.
Tum loca plena deo dites ſine uomere glebas.
Oſtentat ſenior:lætaq; ita mente profatur.
Has umbras nemorum & cōnexa cacumia cœlo
Calcatoſque ioui lucos prece boſtar adora.



Vbi eſt hammonis oraculum ſacratum.ego autem inquit herodotus ſentio duas puellas a phœnicibus uenditas
fuiſſe:quarum altera in teſprotis ſerua ad fagum templum iouis erexit:altera item in libya.columbas appellatas
propter barbaram linguam.& loquutas humana lingua:cum depoſita barbarie ita loqui cœperunt ut intellige/
rentur. Cui nō diuulgata.ſcilicet ſunt.quaſi dicat.omnes ſciunt.non interrogatiue poſitum ſemper includit af
firmationē:nū uero negationē. Thebes.ægyptiæ
.ſ.quoniā ſunt & thebæ boetiæ. Chaonias oras
epyroticas.chaones ſunt antiq hitatores epyri apud
quos erat oraculū iouis dodonei. Dodonida q̃r/
cū.patronymicū eſt a ſylua dodona epyri. At quæ
carpathiū.mare carpathiū eſt ante ægyptum deno/
minatum a carpatho inſula quod extēditur rhodū
uſque & cyprum. Concolor.eiuſdem coloris cu/
ius erat illa quæ uolauit in epyrum. Ales cythere/
ia.columba dicata ueneri.unde eſt diſtichon Martia
lis.Ne uioles teneras præduro dente columbas.Tra
dita ſi gnidiæ ſunt tibi ſacra deæ. Ductore lanige/
ri capitis.ariete.ideſt ſedit iter cornua arietis dabatq;
reſponſa.aries eſt ductor ouium ſub cuius effigie co
lebatur Iuppiter. Marmaricis.lybicis. Mox.ſta
tim emerſit hoc nemus quod cernis īquit Ariſbas.
Priſco pauore.antiq̃ ueneratione. Niuea quo/
niam ſacerdotes habebāt ueſtes ex lino:& xilino ut
dictum eſt. Colliſis.inuicem impactis. Maior
nota.ideſt uoce humana maiore:ideſt diuino ſpiri/
tu loquutus eſt ſacerdos. Tenditis in latium.uati
cinium ſacerdotis ad pœnos tendentes in latium:
Prolem aſſaraci.romanos qui originem habue/
runt ab ænea nepote aſſaraci. In latus heſperium.
italum:ideſt uideo martem iam parare currus ſuos
ad bellum:& eius equos efflare ignem in italiam.
Tu qui.uertit ſermonem ad hānibalem qui mi/
ſerat boſtarem ſciſcitatum mētem iouis cornigeri:
tu īquit qui ſcire cupis finem huius belli eas in apu
liā:& ibi delebis exercitum romanum. Extrema
fati.finem & diſpoſitionem fatorum. Claro labo
ri.quoniam uirtus circa difficile uerſatur:& labores
nutriunt animos generoſos:& homines claros red
dunt.ideo ab effectu claros labores appellat.Illud ſa
ne ſciendum eſt inquit cyrus apud xenophontem:
eo bona maiorem afferre lætitiam quo magis quis
labore antecedēte ad ea perueniat.labores enim ob
ſonium ſunt bonis uiris.Aetoli ductoris.diomedis
qui conſedit in apulia. Iapyga.appulum ubi fuit
pugna cannēſis. Augebis auos.nobilitabis cartha
ginēſes ea pugna & nemo erit poſtea qui ſic alte uul
neret italiam. Dardana regna.itala & romana.
Pubes ſaturnia:iuuētus itala a ſaturno qui regna
uit in latio.cura dicitur ꝙ cor urat.& ſupprimit exi
tum hannibalis.ita uolente iunone:ne ceptis ille ab
ſiſteret. Dum carpet ſuperas auras:dum uiuet.nā
romani uſque ad mortem perſequuti ſunt hāniba
lem qui moriturus dixit.liberemus romanos tan/
ta ſollicitudine ac cura. Lætis.hannibali & militi
bus. Propioris pugnæ:quoniam paulopoſt ad Ti
cinū cū Scipione pugnatū eſt a pœnis fœlici marte.

Nam cui dona iouis non diuulgata per orbem.
In gremio thebes geminas ſediſſe colūbas:
Quarum chaonias pennis quæ contigit oras:
Implet fatidico dodonida munere quercum.
At quæ carpathiū ſuper æquor uecta per auras
In libyen niueis tranauit concolor alis:
Hanc ſedem primo cythereia condidit ales.
Hic ubi nunc aras:lucoſque uidetis opacos.
Ductore electo gregis admirabile dictu:
Lanigeri capitis media inter cornua perſtans:
Marmaricis ales populis reſponſa canebat.
Mox ſubitum nemus atque annoſo robore lucus
Exiluit:qualeſque premunt nūc ſydera quercus
A prima uenere die:priſco inde fauore
Arbor numen habet:coliturque tepentibus aris.
Dumque ea miramur ſubito ſtridore tremendū
Impulſæ patuere fores:maiorque repente.
Lux oculos ferit:ante aras ſtat ueſtæ ſacerdos:
Effulgens niuea:& populi concurrere certant.
Inde ubi mandatas effudi pectore uoces:
Ecce intrat ſubitus uatem deus:alta ſonoro.
Colliſis trabibus uoluuntur murmura luco:
Ac maior nota iam uox prorumpit in auras.
Tenditis in latium:belloque agitare paratis
Aſſaraci prolem:libyes cepta aſpera cerno:
Gradiuumque trucē currus iam ſcādere:& atrā
In latus heſperium flammam expirare furentis
Cornipedes:multoque fluentia ſanguine lora
Tu qui pugnarum euentus:extremaque fati
Depoſcis:claroque ferox das uela labori:
Inuade ætoli ductoris iapiga campum.
Sidonios augebis auos.nullique relinques
Altius auſoniæ penetrare in uiſcera gentis
Donec uicta tibi trepidabunt dardana regna.
Necponet pubes unquam ſaturnia curam
Dum carpet ſuperas in terris hannibal auras.
Talia portabat lætis oracula boſtar:
Impleratque uiros pugnæ propioris amore.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Petri Marſi interpretatio in quartum uolumen ſyllii italici.

FAma p auſoniæ. Territi ſũt romani cũ accepiſſent hannibalẽ alpes munimẽtũ italiæ cũ exercitu trãſcẽdiſſe: & iã urbes italas obſidere. oẽs oppidani muros uetuſtate collapſos reſtituẽtes arma ad bellũ undiq; cõparabãt. iterea. P. Cor. Scipio cõſul rediens e maſſylia quo trãſmiſerat. p orã liguſticã cũ padũ traieciſſet hãnibali deſcẽdẽti ex alpib; ad ticinũ occurrit: & cũ eo iſœlici marte pugnauit. poſtea ipar pœnorum eqtatu ad trebiã ſe recepit: & i ædito loco caſtra muniuit. eius collega Sẽpronius gracchus monitus a ſenatu ut rei publicæ labẽti opẽ ferret e ſicilia celeri nauigatõe ariminũ: ide in caſtra ad collegã uenit auiduſq; pugnæ uir icõſultus ab hannibale uincitur: qui mouens inde infeſto agmine: ac maximis difficultatibus ſuperato appennino ad lacum peruſinum contendit. hæc ſyllius canit in hoc uolumine. Nubiferos montes. alpes altiſſimas & nubibus obductas.

Iugum. imperiũ punicum ideſt ſuperata iam eſſe ſaxa illa imperuia a pœnis. Herculei laboris. quoniam hercules ante tranſcenderat alpes: æmulus dicitur eiuſdem rei ſtudioſus. Improba. ſcilicet fama. Gliſcit. creſcit eundo. Aſtruit auditis. adiungit aliqua his quæ audiuit.

Per inania rerum. per res uanas. Paſcere. nutrire: & augere: pauor eſt metus mentem e ſuo loco mouens. Amento. uocamus amentum illud paruũ lorum quod iaculo admetitur ut illo melius impellatur. Saxo. cote exacuit.

Obices. robora quæ obiiciuntur portis. Timor haud ſegnis magiſter. qui docet hominem non debere eſſe ſegnem in rebus dubiis: ſed induſtrium. Larem. uillam. Vltima fila. ſenes extrema iam ætate laborantes. Non æquo ordine: Virgili. ſequiturque patrem non paſſibus æquis. Nec poſcitur autor. non quærebant autorem illius rumoris: uerum omnes credebant fugiendoque terrebant alios. At patres. ita uulgus & agreſtes faciebant: ſed ſenatores erecto cõtra aſpera animo de ſumma reꝶ conſultabant: qui periculis gaudebant ut fortitudinis laudem conſequi poſſent. Laus igitur eſt romanorum a magnitudine animi. Immania cepta. tanta belli initia: & amiſſio alpium ſinu in gremio italiæ.

Crudam. fortem ac malis inſuperabilem ut decebat uiros fortes & illos quorum ars militia erat: & martem genti inſcribebant. Ad decus. ueræ fortitudinis laudẽ quæ circa pericula uerſatᷓ: atq; dolores. Cõdere no. dex. parare famã bello & uirtute i tãtis difficultatibus rebus ſcdĩs quoniã rebus ad libidinẽ noſtrã fluentibus aĩ ad luxũ uertunᷓ. i rebus aũt duris generoſa natura i altũ euolat & ueræ uirtutis laudẽ cõſeqtur. Sed li. du. hãnibal milites ſuos torpẽtes mẽbra uallo & qete refouebat. eoſq; ſolabaᷓ dicẽs. iã oẽm difficultatẽ ſuperatam eſſe romãq; iam haberi ſub ictu. & ad eam iter eẽ per campos: & cum gallos ad defectionem ſollicitaret Scipio aduenit.

FAma p auſoniæ turbatas ſpargiᷓ urbes:
Nubiferos mõtes & ſaxa minãtia cœlo
Accepiſſe iugum: pœnoſq; per inuia uectos.
Aemulaq; herculei iactatur fama laboris:
Deſcendiſſe ducem diros canit improba motus
Et gliſcit greſſu: uolucrique citatior euro.
Terrificis quatit attonitas rumoribus arces.
Aſtruit auditis docilis per inania rerum
Paſcere rumorẽ uulgi pauor: itur in acris.
Bellorum raptim curas. ſubituſque per omnẽ
Auſoniam mauors ſtrepit: & ciet arma: uiroſq;:
Pila nouant: ac deterſa rubigine ſeuus
Induitur ferro ſplendor: iuuenũque repoſtæ
Inſtaurant galeæ coni decus: haſta iuuatur:
A mento: renouantque noua fornace bipennes.
Conſeritur tegmen laterũ impenetrabile multas
Paſſurus dextras: atq; irrita uulnera thorax.
Pars arcu inuigilant. domitat pars uerbere anhelũ
Cornipedem in gyros: ſaxoque exaſperat enſem.
Nec non & muris quibus eſt luctata uetuſtas
Ferre moratur opem ſubuectant ſaxa cauaſq;
Retractant turres. edit quas longior ætas:
Hinc tela accipiunt arces. & robora portis.
Et fidos certant obices accerſere ſylua.
Circundant foſſas. haud ſegnis cuncta magiſter
Præcipitat timor: ac uaſtis trepidatur in aruis.
Deſeruere larem: portant ceruicibus ægras
Attoniti matres ducentiſq; ultima fila.
Grandæuos rapuere ſenes: tum crine ſoluto
Ante agitur coniunx. dextra leuaque trahunᷓ
Parui non æquo comitantes ordine nati.
Sic uulgus traduntq; mœtus: nec poſcitur autor:
At patres quanq; exterrent immania cepta.
Inque ſinu bellum atque alpes & peruia ſaxa
Decepere tamen crudam contra aſpera mentẽ.
Et magnos tollunt animos. iuuat ire periclis
Ad decus: & dextra memorandum cõdere nomẽ
Quale dedit nunquã rebus fortuna ſecundis.
Sed lybiæ ductor tuto fouet agmina uallo



Feſſa gradũ. deſatigata & quæ ingredi nequibant propter difficultates acceptas in alpibus. Torpentia neruos habẽtia neruos cõtractos: & torpẽtes ꝓpter frigora & niues alpinas. Per cãpos. ut nõ timerẽt alteras alpes. ueꝶ ſuperat appẽninus. Stare. ceſſare hærere illic. Armiferæ quõdã. galli tenuere magnã italiæ partẽ ultra padum circa placentiã & cremonã uerſus ligures & rubiconẽ: alii erãt boi alii ſenones: qui romã ceperũt obſederũtq; capitoliũ boioꝶ centũ: &. xii. tribus fuerunt qui extĩcti fuerũt paulo ante tẽpora tyberii ceſaris boi defecere ad hãnibalem: ſed celer aduẽtus Scipionis eos repſſit: qui e maſſylia genuã trãſmiſerat. Inde piſas. ubi accepto exercitu a Mãlio: & Attilio prætoribus hoſtibus occurrit. helico heluetius autore Plinio fabrilẽ ob artem romæ cõmoratus remeans in patriã attulit caricas: uuas: oleũ: & uinum optimũ. unde galli dulcedine allecti in italiã ſeſe effuderũt. Beatas. opimas & fertiles ſedes italiæ. Pepere manu. effecerunt rebus a ſe geſtis ut timerenᷓ.

Impia. quoniã ceperũt urbẽ & ioui capitolino bellũ itulere. Quirites. romani quos ceperũt ſenones.

Inania corda. uana: & ſine fide. Sollicitat. ad defectionẽ. ſ. Fluxã moꝶ. gẽtẽ mirabilẽ boioꝶ. ſ. & habẽtẽ mores iſtabiles: quoniã defecerãt ad pœnos: & anteq̃ alpes trãſcẽderet hãnibal boioꝶ legatio ad eũ miſſa eſt pollicẽs boios futuros duces itineꝶ & belli ſocios. Iã cõſul. Scipio iã e maſſylia redierat. Phocaicis: maſſyliẽſibus quoniam maſſylia cõdita fuit a phocẽſibus. Diuerſũ laborẽ: quoniã hãnibal i alpibus. Scipio i mari laborauerat. Signũ fu. claſſicũ & ſignũ pugnæ: erat ẽt plũ ſignũ tunica rubra poſita ꝓ tabernaculo ducis. Vnde dicit Plu. i Põpe. Extẽplo cæſar tunicã rubrã poni iuſſit. hoc. n. romãis pugnæ ſignũ ẽ cũ id milites cõſpexiſſẽt cũ clamore: atq; alacritate dimiſſis tẽtoriis ad arma cucurrerũt: paludamẽta ẽt cõſulũ coccinea erãt. Debellata ꝓcul. uerba hãnibalis ſuos ad operã nauãdam hortãtis: ne. ſ. poſt tot uictorias i ultimo actu ꝑdãt decoꝶ: & oĩa q̃ fœlici euentu geſſerãt cõmemorat ab colũnis herculeis uſq; ad cãpos taurios i qb; caſtra hẽbat. ſic ait apd̃ Liuiũ. Ab herculis colũnis ab oceano termiſq; ultimis terraꝶ ꝑ tot ferociſſimos hiſpaniæ populos uicẽtes huc ꝑueniſtis. pugnabitis cũ exercitu tyrone: hac ipa æſtate cæſo uicto circũſeſſo a gallis ignotoq; adhuc duci ſuo: ignorãtiq; ducẽ. Iberis. hiſpanis. Numeroſa ag. magnũ exercitũ. Nõ aſ. iuſ. dicebat hãnibal rhodanũ & pyreneos mõtes nõ eẽ aſper natos iuſſa ſua. q. d. oĩa ſub iugũ miſimus: tãtũ italia ſupeſt. igiᷓ totis uirib; adnitẽdũ ẽ ne icaſſũ laboraſſe uideamur: & ut finẽ cõſeq̃mur cuius cauſa tãti motus excitati ſũt. Celtas. gallos. Amphitrioniadæ. herculi. i. uos armati trãſcẽdiſtis alpes quæ fuerũt herculi magnus labor: & duxiſtis equos i iugũ alpiũ cum prius hoĩ expedito uix ꝑberẽt iter: itaq; debetis aĩos colligere: & arguit ab honeſto: ide ab utili cũ hic labor ſit daturus italiã belli ꝑmiũ. Eqtẽ. equũ hẽntẽ iſeſſorẽ. antiq: ut autor ẽ Macrobius: ut hoĩem equo iſidẽtẽ ita & equũ cũ portaret hoĩem eqtẽ dixerunt. Vir. atq; eqtẽ docuere ſub armis inſultare ſolo & greſſus glomerare ſupbos. Ad pul. diſ. ad pugnã q̃ hoĩes ſũt clariores & pulchꝶ ẽ pugnare ꝓ pr̃ia & mori ſi pr̃ie ſalus reqrat. Hoſtẽ mi. ha. orõ Scipionis cõſuſulis ad ſuos milites qbus oſtendit minimo conatu

Feſſa gradum multoque gelu torpentia neruos.
Sol andique genus lætis oſtentat ad urbem
Per cãpos ſupereſſe uiam romamque ſub ictu.
At non & rerum curas conſultaque belli.
Stare probat: ſoluſque nequit perferre quietem.
Armiferæ quondam priſca inter tempora gẽtes
Auſonium inuaſere latus: ſedeſque beatas.
Et metui peperere manu. mox impia bella:
Tarpeius pater & capti ſenſere quirites.
Hic dum ſollicitat donis & inania corda.
Ac fluxam morum gẽtem fouet armaque iũgit.
Iam conſul uolucri peruectus littora claſſe:
Scipio phocaicis ſeſe referebat ab oris.
Ingenteſque duces pelagi terræque laborem:
Diuerſum emenſos propiora pericula uallo
Iungebant: magnæque aderãt primordia cladis.
Nanque ut collatis admoto conſule caſtris:
Suſtulerat fortuna moras: ſignumque furoris
Accenſæ uiſo poſcebant hoſte cohortes.
Debellata procul quæcunque uocantur iberis:
Ingenti tyrius nemoroſa per agmina ductor.
Voce ſonat: non pyrenem rhodanũ ue furentẽ:
Iuſſa aſpernatos: rutulam fumaſſe ſaguntum.
Raptũ per celtas iter: & qua ponere greſſum:
Amphitryoniadæ fuerit labor iſſe ſub armis.
Pœnorum turmas: equiteque per ardua uectũ
Inſultaſſe iugo & fremuiſſe hinnitibus alpis.
Contra pulchra ſuos uocat ad diſcrimina cõſul.
Hoſtem miles habes fractũ ambuſtũque niuoſis
Cautibus: atque ægre torpentia mẽbra trahentẽ
En age qui ſacros montis rupeſque profundas:
Tranſiluit: diſcat quanto ſtat celſius arce
Herculea uallum: & maius ſit ſcandere collis
An noſtros rupiſſe globos: det inania famæ.

hoſtes niuib; & glacie cõfectos uici poſſe: eoſq; hortaᷓ ut ꝓ cõmuni ſalute cõtra barbaros totis uiribus adnitanᷓ. Cautib; ſaxis alpinis. Aegre. cũ difficultate ambulãtẽ. En age. hortãtis ẽ. parate inqt aĩos ad pugnã ut hãnibal q gloriaᷓ trãſcendiſſe alpes: diſcat plus eẽ ſuperare romanos q̃ mõtes: & plus eſſe ſuperare uallũ romanoꝶ & maioris difficultatis q̃ arcẽ herculeam ideſt ſaguntinã. Sacros mõtes. alpes ĩtactas: q̃s natura uidebaᷓ oppoſuiſſe hoſtibus ne italia bello hoſtili atq; externo q̃tereᷓ. Profundas. altas. Vallũ. noſtrũ. ſ. ideſt diſcat pœnus difficilius eẽ ſuperare caſtra romana q̃ alpes niuoſas. Celſius. altius & ſupatu difficilius arce herculea. i. ſagũtho condita ab hercule. Colles. alpes & pyreneos montes. Det inania famæ. extenuat id quod negare nõ poteſt Scipio & de-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

trahit hannibali qui quadam inani fama gaudebat ſe ſcilicet potuiſſe alpes tranſcẽdere. Inania. res futiles & uanas extollat. Famæ.ad famam iactet inquit ſe tranſcendiſſe alpes dummodo a nobis uictus non habeat quo confugiat:& fugere uolẽti alpes ipſæ obſtẽt ac manus noſtras nõ effugiat. Egere.perduxerũt ut hic caderet. Dei. ſcilicet quos uiolauit rumpendo fœdera. Tellus hoſtilis.italia Scire libet.a præterita uictoria in primo bello punico oſtendit pœnos facile ſuperatum iri.eadem iquit eſt carthago quæ hos milites mittit:& priore bello punico ſubmerſa fuit ad egates.apud liuium ait experiri iuuat utrũ alios repente carthaginenſes per.xx.annos terra ediderit:an idem ſint qui ad egates pugnauere inſulas. Ponto.mari ſiculo & libyco. Cæruleas ticinus aquas.deſcribit ticinum fluuium qui ortus in alpibus labitur prope papiam & in padum mittit.habens aquas limpidiſſimas:& adeo mitis in curſu ut uix labi uideatur. Iamque ſub extremum noctis:deſcribit crepuſculum matutinum quo tempore uterque dux ad caſtra hoſtilia contemplanda naturamque loci prodierat.

Pœno.hannibali. Rapidis alis.militibus leuis armaturæ. Acer hinnitus.uehemens adeo ut ſuperaret tubas. Cornu.ungula. Velox uirtus.uterq; promptiſſimus erat ad res præclaras obeundas. Geminus cupido.ſimilis cupiditas pugnandi & ponit cupidinem pro ipſa cupiditate. Concors inſania.ſimilis pugnandi furor.

Cum ſubitum:deſcribit augurium quod apparuit utriſque priuſq̃ manus confererent quod portendebat hannibalem.xvi.annos dilaceraturum italiam :& poſtea ſuperatũ iri a ſcipione conſulis filio.Liuius ait lupum intraſſe caſtra romanorum laniatiſque ouibus intactum euaſiſſe:atque examen apum arbore prætorio imminente conſediſſe.hæc prodigia Scipio conſul procurauit priuſquam in aciem copias educeret.poeta ingenioſe finxit hoc augurium. Liquida æthra. puro aeris ſplẽdore.Sic Virgi.Nec lucidus æthra ſyderea polus:& æthra eſt generis fœminini & ſignificat ſplendorem cæli. Accipiter.hic accipiter ſignificabat hannibalem qui ab aphrica quæ eſt expoſita ad meridiem ueniebat. Notaſque ab honore diones.dione mater eſt ueneris:quæ pro uenere ponit̃:cui columbæ dicatæ ſunt quibus romani ſignificabantur oriundi a uenere per æneam. Saties.ſatietas. Gliſcere.creſcebat.

Ales iouis.aquila ioui ſacra quæ nunquam fulmine tangitur:& fingunt poetæ ipſam miniſtrare ioui fulmina.hæc aquila ſignificabat Scipionẽ iouis filium quãuis putaretur filius.P.Scipionis tunc conſulis. Proles ducis.Scipio filius conſulis. Perſtringens.leuiter tangens. Exclmat liger.hic erat augur Scipionis qui augurium.

Dum magna fuſo pugna retroque ruenti
Q ua uentũ eſt obſtẽt alpes.ſuper ardua ductũ
Huc egere dei:latios ut ſanguine fines
Imbueret telluſque hoſtilis conderet oſſa.
Scire libet noua nũc nobis atq; altera bellũ
Carthago an ne eadẽ mittat quæ merſa ſub æquor
Egatis inter uaſto iacet obruta ponto.
Hæc ait:atque agmen ticini flectit ad undas.
Cæruleas ticinus aquas & ſtagna uadoſo:
Perſpicuus ſeruat turbari neſcia fundo.
At nitidum uiridi lente trahit amne liquorem:
Vix credas labi ripis tam mitis opacis
Argutos inter uolucrum ceramine cantus
Somniferã ducit lucenti gurgite lymphã.
Iamque ſub extremũ noctis fulgẽtibus umbris
Lux aderat:ſomnuſque ſuas cõfecerat horas.
Fxplorare locos conſul colliſque propinqui
Ingenium:& campis quæ ſit natura parabat.
Par ſtudium pœno ſimileſque in pectore curæ.
Ergo aderãt rapidis equitum comitantibus alis.
Verum ubi commoto docuerunt puluere nubes
Hoſtẽ ferre gradũ:& propius propiuſq; ſonoros
Q uadrupedũ cornu tellus gemit:ac ſimul acer
Vincentum lituos hinnitus ſæuit equorum
Arma uiri rapite arma uiri:dux inſtat uterque:
Ambobus uelox uirtus geminuſque cupido
Laudis:& ad pugnas martẽque inſania concors.
Haud mora iam tantũ campi dirimebat ab ictu
Q uantũ impulſa ualet:cõprendere lãcea nodo:
Cum ſubitum liquida nõ ullis nubibus æthra
Augurium mentes oculoſque ad ſydera uertit:
Accipiter medio tendens a limite ſolis
Dilectas ueneri notaſque ab honore diones
Turbabat uiolentus aues:atque unguibus idem:
Idem nunc roſtro :duris nunc ictibus alæ.
Ter quinas dederat ſeua inter uulnera lœto
Nec finis ſatieſue noui ſed ſanguinis ardor
Gliſcere:& urgebat trepidam iam cede priorum
Incertamque fuge pluma labente columbam:
Donec phœbeo ueniens iouis ales ab ortu:
In tenuis tandem nubes dare terga coegit:
Tum uictrix lætos ſigna ad romana uolatus
Conuertit:proleſque ducis qua parte decora
Scipio quaſſabat puerilibus arma lacertis
Clangorem bis terque dedit:roſtroque coruſcæ.
Perſtringens conũ galeæ ſe reddidit aſtris.
Exclamat liger:huic ſuperos ſentire monentes



Ars fuit:ac penna monſtrare futura magiſtra.
Pœne bis octonos italis in finibus annos
Audaci ſimilis uolucri ſectabere pubem
Auſoniam:multamque feres cũ ſanguie prædã.
Sed compeſce minas. renuit tibi daunia regna
Armiger ecce iouis:noſco te ſumme deorum.
Adſis o firmeſq; tuæ pater alitis omen.
Nam tibi ſeruantur:ni uano caſſa uolatu
Mentitur:ſuperos præpes poſtrema ſubactæ
Fata puer libyæ:& maius carthagine nomen.
Contra leta bogus tyrio canit omina regi.
Et fauſtum accipitrem ceſaſq; in nube uolucres
Aeneadis cladem & ueneris portendere genti.
Tum dictis comitẽ contorquet primus in hoſtis
Ceu ſuadente deo:& fatorum conſcius haſtam.
Illa uolans patuli longe per inania campi
Lœtum perdiderat ſpatio:ni fuſus habenas:
Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ.
Obuia quadrupedis præceps catus ora tuliſſet.
Sic elangueſcens & iam caſura petitum
Inuenit uulnus:cedemque recepit ab hoſte
Cornus:& oblatæ ſtetit inter tempora frontis.
Incurrunt acies magnoque fragore per æquor
Suſpendunt cuncti freni ſublime reductos
Cornipedes ultroque ferunt:erectus in auras
It ſonipes:rapidaque uolans per aperta procella
Tenuia uix ſummo ueſtigia puluere ſignat.
Boiorum ante alias chrixo duce mobilis ala.
Arietat ĩ primos obiicitque immania membra:
Ipſe tumens ataui brenni ſe ſtirpe ferebat
Chrixus:& in titulos capitolia capta trahebat.
Tarpeioque iugo demens:& uertice ſacro
Penſantis aurum celtas umbone ferebat.
Colla uiri fuluo radiabant lactea torque
Auro uirgatæ ueſtes manicæque rigebãt
Ex auro:& ſimili uibrabat criſta metallo.
Sternitur impulſu uaſto perculſa camertum
Prima phalanx:ſpiſſæque ruũt corferta parma
Vnde boiorum ſociata examina denſent.
Infandi ſenones:colliſaq; quadrupedantum:
Pectoribus toto uoluuntur corpora campo:
Arua natant:altuſque uirum cruor altus æquor:
Lubrica belligeræ ſorbent ueſtigia turmæ:
Seminecum lætũ peragit grauis ungula pulſu.
Et circunuolitans tetros e ſanguine rores

illud interprætatus ẽ.nã ſciebat p̃noſcer̃ futura ex uolatu auium. Pœne bis octonos.uerba auguris & augurii interprætatio. Pœne. annibal inq̃t p.xvi. annos lacerabis italiã & romanos q habẽt originẽ a uenere:ſed romanũ imperiũ nõ aſſeq̃ris: & ni decipior augurio:ſcipio.cuius galeã pſtrinxit ales hinc bello finẽ iponet cognomẽq; maius ipſa carthagine reportabit.appellabit̃ quippe aphricanus. Volucri.accipitri. Daunia regna.latina.nã i latio regnauit daunus pater turni. Armiger iouis.aquila. Nã tibi. uertit ſermonẽ ad ſcipionẽ puerũ. Præpes aquila .i. ſi aquila uerũ facit auguriũ & mentẽ ſuperũ denũciat.

Cõtra.ex alia parte augur ãnibalis aliter iterprætatus ẽ auguriũ. Omina. auguria fœlicia ipſi ãnibali.

Gẽti ueneris. romanis q a uenere originẽ habent.

Dictis comitẽ. quoniã hæc dicens haſtã i romãos contorſit:quæ ꝓpter diſtãtiam irrita fuiſſet ni catus agens equũ ſuũ p̃cipitẽ ut eſſet primus q hoſtes ipeteret excepiſſet haſtã iã cadentẽ in frõte. Cornu. haſta ex corno arbore. Stetit. infixa ẽ. Oblatæ. nã catus obtulit frontẽ haſtæ iã langueſcẽti. Sublime reductos.i altũ arrecta habẽtes capita cõtractis habenis ab inſeſſoribus. Rapida ꝓcella.quodã ipetu iſtar ꝓcellæ & tãta erat uelocitas ut uix ĩ puluere ſignarentur ueſtigia. Ala. acies alæ dicũtur in exercitu eq̃tũ ordĩes autore gellio q circũ legiões dextra ſiniſtra uetãq̃ alæ i auiũ corporibus locabanť. Arietat. facit ĩpetũ:inſtar arietis:de quo dictũ eſt. Immania mẽbra.quoniã galli ſunt ꝓceræ ſtaturæ. Tumẽs.ſuperbiẽs. Ataui brẽni.hic fuit dux gallorũ qui quondã romã ceperant:ad quẽ hic chryxus originẽ referebat ſuã:& ataui ſui brẽni ſtẽma iactabat. Trahebat ĩ titulos. aſcribebat gloriæ ſuæ romã captã & capitoliũ obſeſſũ:tituli dicũtur inſcriptiões: ac laudes. Capitolia capta.ſeruit poeta iactãtiæ gallicæ .nõ enĩ captũ fuit capitoliũ: ſed obſeſſũ. Vmbone. ĩ clypeo chryxi cælata erat hiſtoria romæ captæ a gallis:& aurum appenſum pro redẽptione capitolii & romanorũ qui illuc cõfugerãt. Celtas.gallos. Vertice ſacro:quoniã illic erat numinũ ſedes.i.pro redemptione capitolii & tẽpli iouis. Penſantes.accipientes a romãis ad põdus. Torque fuluo. aureo monili.torquis ornamentum colli quo galli utebantur. Auro uirgatæ ueſtes.quoniam ueſtes ſcutulis diſtinctas galli iuenerũt. Manicæ.etiã erant itertextæ auro: & habebãt armillas.apud antiquos romanos tunicis uti manicatis molle atq; idecorũ erat.gellius ait tunicis uti uirũ ꝓlixis ultra brachia & uſq; ĩ primores manus ac ꝓpe ĩ digitos romæ:atq; oĩ ĩ latio idecorũ fuit eas tunicas græco uocabulo noſtri chirodotas.i. manicatas appellauerũt. hac antiquitate ĩductus .P.Aphricanus pauli filius uir oĩbus bonis artibus: atq; oĩ uirtute præditus Publio Sulpitio gallo hoĩ delicato inter pleraq; alia q̃ obiectabat id quoq; probro dedit q tunicis utereť manus totas opientibus. Simili metallo.auro. Camertũ.'camertes erãt populi umbriæ habitãtes ĩ mõtibus. Phalanx ẽ uocabulũ macedonicũ. Vndæ boiorũ.ipſi boi q tanq̃ undæ irruebãt. Infãdi.ĩpii & ſacrilegi pp romã a ſenonibus olim captã & obſeſſũ capitoliũ. Examia. multitudinẽ. Natãt. ſãguie obducta ſũt. Sorbet ueſtigia.i.cruor replebat ueſtigia ut nõ cognoſcerentur. Vngula.equorum.ſ.conficiebat iacẽtes humi ſemineces:& ſpargebat cruorem in ora ceſorũ. Peragit læthum.perficit mortẽ. Seminecum eorum qui erant proſtrati & non plane mortui.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Spargit humo:miſeriſque ſuo lauit ora cruore
Spicula prima puer tumidi tyrrhene pelori
Purpureo moriens uictricia ſanguine tingis:
Nã tibi cũ ſtimulas cornu atque ĩ prælia mẽtes
Accendis:enouaſque uiros ad uulnera cantu:
Hæſit barbaricum ſub anhelo gutture telum:
Et clauſit raucum lœtali uulnere murmur.
At ſonus extremo morientis fuſus ab ore:
Feſſa pererrauit mutis iam cornua labris:
Chrixus picentem laurumque nec eminus ambo:
Sed gladio laurum:picenti raſilis haſta
Ripis lecta padi lætum tulit:auia nãque
Dum petit:ac leuo meditatur fallere gyro.
Haſta uiri femur & pariter per anhela uolãtis
Ilia ſedit equi:geminam dedit horrida mortem:
Idem ſanguinea uenuli ceruice reuellens.
Sternit præcipitem trepido te farfare telo.
Et te ſub gelido nutritum tulle uellino.
Egregiũ auſoniæ decus ac memorabile nomen
Si dent fata moras.aut ſeruent fœdera pœni:
Tum romulum atque olĩ celeberrima noĩa bello
Tiburtis magios hiſpellatemq; metaurumq;
Et damum dubia meditatus cuſpide uulnus.
Nec locus eſt tyriis belli pugnæue: ſed omnem
Celticus impleuit campum furor:irrita nulli
Spicula torquẽtur.ſtatque omne ĩ corpore ferrũ
Hic inter trepidos immane quirinius audens
Cui fugere ignotum atque ĩuicta mẽte placebat
Rebus in aduerſis exceptum pectore lætum:
Cuſpide flãmat equũ:atq; diſpgit geſa lacerto:
Si reſerare uiam:atq; ad regẽ rumpere ferro
Detur iter:certuſq; necis petit omnibus auſis
Quod nequeat ſentire decus:cadit ĩguine feſſo
Teutalus:& uaſto quatitur ſub pondere tellus.
Occumbit ſarmens flauam qui ponere uictor
Ceſariem crinemq; tibi gradiue uouebat.
Auro certantem & rutulum ſub uertice nodum:
Sed parcæ intonſa non exaudita uouentem
Ad manes traxere coma per candida membra.
It fumans cruor:& tellus perfuſa rubeſcit.
At non tardatus iaculo occurrente lycaunus
Irruit:aduerſumq; uiro rotat obuius enſem.
Et ferit inſurgens humero qua brachia lenti:
Annectunt nerui:deciſaq; uulnere læua:
Laxatis paulum moribunda pependit habenis.
Dumq; micans tremulo conatu lora retentat

Tyrrhene puer.pelorus eſt promontorium ſiciliæ uerſus italiam a quo hic pelorus nomen accepit: quem tumidum appellat ut oſtendat ipſũ etiam fuiſſe tubicinem qui inflat buccas cum ſonat tuba. Vnde Iuue. notæq; per oppida buccæ. hoc nomẽ ideo fingit poeta ut alludat ad tyrrhenum piſeum æneæ tubæ inuẽtorem. Cornu. a quo cornicines dicuntur.ideo dixit Iuue. Quadringẽta dedit gracchus ſeſtertia dotem corniũ: ſiue hic recto cantauerit ære. Ambo. ſic Virgi. ſtratuit ambo.& ſi duo præterea tales idea tuliſſet terra uiros. Raſilis haſta.polita. Fallere.decipere chryxum uoluendo equum ad ſiniſtram. haſta tranſfixit femur picentis: & ilia equi: cuius dorſo inſidebat:& ſic equum: & inſeſſorem confecit.Farfarus eſt fluuius prope equiculos:a quo hic farfarus nomen accepit. Velino.uelinus eſt lacus in ſabinia.Vir.& roſcida rura uelini. Gelido:propter rigorem regionis.Ply.ait. Sabini uelinos accolunt lacus roſcidis collibus. Egregium decus.alludit ad.M.Tullium Ciceronem. Celeberrima nomina:nam Tyburtus corax:& catillus uenerunt ad bellum cum æneas pugnauit ĩ latio.Vir.in.vii.Tum gemini fratres tyburtia mœnia linquunt. Olim.quondam in bella laurentia. Hiſpellatem.ab oppido umbriæ hiſpello quod adhuc nomen retinet prope aſſiſium & fulginiam:& metaurum a metauro fluuio appellat de quo loco ſuo dicetur. Metaurumq;. uerſus eſt hipermeter.abundat enim ſyllaba una: ſed hoc cum ſit ſequens uerſus debet incipere a uocali. Dubia cuſpide. incerta quem impeteret damum ne:an metaurũ. Celticus.gallicus. Trepidos. romanos territos a gallis. Quirinius.nomen proprium tractum a quiritibus.hic erat fortis.nam in rebus aduerſis nõ parcebat uitæ ſuæ. nũc equum impellebat ut annibalem impeteret ſiue chryxum:quod decus aſſequi non potuit.

Geſa.tela gallica ad regem chryxum ductorẽ gallorum qui tantam ſtragẽ tunc edebat. Certus necis.cum certus eſſet ſe illic moriturum ſiue cum decreuiſſet mori: & omnino uitã ſuam cõtẽneret ut ducem illum conficere poſſet. unde dicit Seneca.quiſquis uitam ſuam contẽpſit tuæ dominus eſt. Rutulum nodum. uinculum aureum quo capilli religantur. Vouentem non exaudita.qui uouebat ea quæ a marte non exaudiebantur. Parcæ.deæ quæ uitam diſpẽſant humanam filo. Lycaunus erat hoſtis qui quirinio leuam abſcidit & cum ille auerteret ſeſe: ut fugeret uaſagus caput ſecuit & circũferens patrio clamore deos uocabat. Viro.quirinio. Lẽti.flexibiles. Rotat. rotando ſtringit. Laxatis. remiſſis. Micans. mouens ſeſeipſa manus reciſa. Neſcia.quoniam erat diuiſa a corpore.



Flectentem aſſuetos imitatur neſcia frenos
Demetit auerſi ueſagus tum colla iubaque.
Suſpenſam portãs galeam:atque iclusa perẽpti
Ora uiri patrio diuos clamore ſalutat.
Dumque ea gallorum populi dant funera cãpo
Accitas propere caſtris in prælia conſul
Raptabat turbas primuſque ruebat in hoſtem
Candenti ſublimis equo: trahit undique lectum
Diuitis auſoniæ iuuenem:marſoſque coramque
Laurẽtumque decus:iaculatoremque ſabellum
Et gradiuicolam celſo de colle tudertem.
Indutoſque ſimul gentilia lina faliſcos:
Quoſque ſub herculeis taciturno flumie muris.
Pomifera arua creãt:aniænicolæq; cathylli
Quoſque in prægelidis duratos hernica riuis:
Mittebant ſaxa:& nebuloſi rura caſini.
Ibant in martem terræ dominantis alumni
Damnati ſuperis:nec iam reditura iuuentus.
Scipio qua medius pugnæ rotat agmina uertex
Infert cornipedem.atque inſtinctus ſtrage ſuoꝝ
Inferias cæſis mactat labarumque padumque:
Et camum:& multo uix fuſum uulnere brennũ.
Gorgoneoque larum torquentem lumina uultu
Occidit:& triſti pugnas lepontice fato.
Nam dum frena ferox obiecto corpore prenſat:
Atque æquat celſus reſidentis conſulis ora:
Ipſe pedes:frontẽ in mediã grauis incidit enſis.
Et diuiſum humeris iacuit caput abbatus amens
Qui luctat̃ equo:parmaque ĩcurſibus obſtat:
Ictu quadrupedis fulua porrectus harena
Eliſa incuſſis amiſit calcibus ora.
Perfurit auſonius turbata per æquora ductor:
Ceu gelidus boreas totum cum ſuſtulit imo
Icarium fundo uictor mare.nauita uaſto
Iactatur ſparſus lacerata claſſe profundo:
Cunctaque canenti perfunditur æquore cyclas
Chryxus ut in tenui ſpes exiguumq; ſalutis
Armat contemptu mentẽ necis horrida barba
Sangninea rutilat ſpuma.rictuſque furentis
Albet:& effuſo ſqualent a puluere crines
Inuadit tarium uicino conſule pugnas

Flectentẽ.inſeſſorem q flectit equũ.i.ipſa manus cũ penderet tenẽs lora flectebat equũ ut prius: Iubaq;. ueſagus.tenens iubã galeæ & crines ipſam galeã ſuſpenſã portabat. Dũq; ea gallorũ.dũ galli hãc ſtragẽ ĩ cãpo facerẽt conſul ſcipio copias oĩs ĩ aciẽ eduxit. Accitas.uocatas ex caſtris. Marſoſq;.marſi ſunt populi pelignis uicini & latinis. quõdam bellicoſiſſimi.laurentũ oppidum latii ubi regnauit latinus.cora oppidum latii adhuc retinet nomen. Sabelli alio nomĩe dicũtur ſãnites orti a ſabinis uoto uere ſacro:nunc dicũtur beneuẽtani ultra neapolim. Tuder oppidũ umbriæ ĩ monte ſitũ.ubi mars colebat̃ adhuc retinet nomẽ.Faliſci populi ſunt hetruriæ.ubi nũc eſt uiterbiũ:apud quos etiam noſtro tẽpore ẽ magna copia lini candidiſſimi:quod purgatur aquis calidis illic paſſim ſcatentibus:iõ dicit gentilia lina. Muris herculeis.tyburtinis quoniã tybur erat dicatum herculi:iõ herculẽ appellauit Martialis.catyllus poſt pr̃is ãphiarai interitum ad thebas iuſſu ecli aui ſui in italiã nauigauit:ubi cũ tribus filiis corace catyllo: & tyburto cõdidit oppidũ:& tybur a noĩe tyburti natu maioris denominauit.Pli.tamẽ dicit tyburtũ fuiſſe cõditorem. nobile ẽ ẽt nũc tybur copia pomoꝝ & maxĩe malis punicis q̃ ſubĩde romã aduehunt̃.p tybur labit̃ anio fluuius:q ĩ plano mitẽ hẽt curſum. Catylli.tyburtes accollẽtes aniẽnẽ. Hernica ſaxa.hernici ſunt populi cãpaniæ colonia ſabinorũ quoꝝ lĩgua ſaxa uocãtur herne:unde hernici dicti: quoniã mõtes cãpaniæ ĩcolebãt.uir.Hernica ſaxa colũt quos diues anania paſcit. Induratos in p̃gelidis riuis.i.ante duratos ĩ aqs frigidis. hoc dicit poeta alludẽs ad antiquitatẽ hernicoꝝ:qui orti ſunt a ſabinis.ſabini aũt mixti fuerũt cũ lacedæmõiis.lacedæmonii aũt ĩfantes ridigiſſima aq̃ eurotæ fouebant ut eſſent robuſtiores: iõ Papi.i thebaide durũ eurotã appellat:ad quã educãdoꝝ puerorũ diſciplinã alludẽs ẽt Virgi. ait.natos ad flumĩa primũ deferimus:ſæuoq; gelu duramus:& undis. de diſciplina lacedæmoniorũ: & uitæ inſtituto ex legibus lycurgi dixi ĩ cõmẽtariolis officioꝝ. In p̃gelidis duratos.i.p̃duratos ĩ aqs rigidis hernicorũ quoꝝ caput erat anagnia q̃ adhuc retinet nomen:ſed oĩs ille tractus cãpania nũc uocat̃. Caſinũ. oppidũ cãpaniæ in cacumĩe alti montis ſitũ.iõ ipſum appellat nebuloſũ nũc ẽ illic celebre monaſteriũ qđ mõtis caſini appellatur. Terræ dominãtis.romæ ac italiæ. Dãnati ſupis:quoniã ĩ pugna ceciderũt. Vertex medius pugnæ rotat agmĩa.i. Scipio imiſit equũ ea pte q̃ ſui milites tãq̃ uertice aquaꝝ abſumebant̃.nã uertex ꝓprie ẽ cõtorta ĩ ſe aq̃:& iõ dicit rotat.iõ ſubiũgit iſtinctus ſtrage ſuoꝝ. Seruat poeta decoꝝ optimi & magnanimi ducis:q ſuis laborãtibus opẽ ferre debet:& picula nõ timet̃:circa q̃ uerſat̃ uirtus. Rotat.abſorbet ipos milites:ut facit uertex aquaꝝ. Vertex pugnæ. ipſe ipetus galloꝝ:q romãos cõſiciebat:& abſorbebat:ut uertex nauigia. Inferias.ut cẽnt ĩferiæ his q ceciderãt.nã ĩferiæ dicũt̃ uictĩæ q̃ mactant̃ diis ĩferis. Brẽnũ.alludit ad Brẽnũ:quo duce galli urbẽ cœperunt. Gorgoneo.toruo:ut fuit uultus gorgõis.i. Meduſæ habẽtis capillos ſerpẽtios. Frẽa.ĩbius cõſulis. Ferox.aĩoſus. Reſidẽ.ĩ dorſo eq:cuius frẽa prẽſauerat.Celſus.ꝓceř ſtatur̃.nã ipe pedes par erat cõſuli eqti. Perfu.au.du. ornat Scipionẽ poeta quẽ furẽtẽ ĩ cãpo cõpat Boreæ agitãti mař flatu ſonoro:mař icariũ nomẽ accepit ab icaro đdali filio illic ſubmerſo: ĩ quo ſũt cyclades iſulæ.Sed poeta unã ꝓ oĩbus poſuit. Canẽti.albicãti pp ſpumas. Chryxus ut ĩ tenui ſpes.i.poſtq̃ chryxus parũ ſalutis ſpare poterat:urgẽtẽ Scipiõe cœpit cõtẽner̃ mortem ut honeſte caderet. Rutilat.rubet. Inuadit tarium: Chryxus inuaſit tarium romanum:qui prope conſulem pugnabat:& eũ haſta interemit: & cum in armos equi effunderetur: hæſit pes cingulis:

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& ſic cum magno pauore trahebatur:& cruor ex uulnere profluens relinquebat ueſtigia in campo reſperſo ſanguine.& imitatur Vir.de Troilo ſic canentem: Huic ceruixq; comæq; trahuntur Per terram: & uerſa puluis inſcribitur haſta.ideo ait: Cuſpis ſignat ductus.i.uias & ſulcos. Sparſo.madefacto cruorẽ. Tremulos ductus.obliquos ſulcos faciebat haſta tracta p puluerem. Manes.animam Tarii: qui fortiter occubuerat. Haud notum uultu. Nam fama tãtum cognoſcebat Chryxum Scipio. Optato.quoniam optauerat cum Chryxo congredi: ut magnanimum decebat imperatorem qui circa magna & ardua uerſatur. Vulgum martemq; minorem.uerba Scipionis ad equum ſuum: qui uocabatur Garganus. ſenſus eſt: hactenus uulgares milites ſtrauimus: nũc autem ipſi ſuperi uocant pugnam noſtram uulgarem: & minorem ad maiora:ideſt cædem chryxi:& ꝓponit equo ſuo præmium:ſi in opprimendo hoſte operam nauauerit. Tapeta.hoc non ſine ratione fingit poeta:quoniã in Gallia Ciſalpina:ubi tunc erant Boi: & ſenões fiebãt pulchri tapetes: & uerſicolores.Stra.ait.Vellera mediocria habent patauini ex quibus precioſi tapetes intexuntur. Ardore ſidonio.purpureo colore tyrio: quoniam in phœnicia ubi eſt ſydon & tyrus tingitur egregie purpura. Fuluis.auratis. Quantus phlegreis.chryxum horrẽdum ac terribilem comparat gigantibus qui in phlegra ualle theſſaliæ pugnauerunt cum diis uolentes detrudere iouem e cœlo:gigantes terræ filii fuerũt.eſt etiã campus phlegreus in campania: ubi hercu.deleuit gigantes. Nemo ne incenſe.uerba Chryxi ad Scipionẽ: cum quo ſingulari certamie cõgredi meditabaẽ.iſultat Scipioni dicẽs.Vis cõgredi mecũ.Nõne romãi experti ſunt noſtras dextras? cũ Roma capta fuit a gallis noſtris.& nõne ſuperfuit aliqs tũc:q potuiſſet narrare q̃ ſint inuictæ manus gallorũ?& hoc dicens emiſit haſtam: quæ potuiſſet ualidiſſimas portas quaſſare tãto ipetu ut hoſtẽ trãſgrederẽ.ſeruat poeta decorũ iſolẽtis galli:& uẽtoſi. Nodis & obuſto robore.nodoſam & flãmis iduratã haſtã q̃ portas deiicere potuiſſet. Dirã.horrẽdã:& quæ poterat quaſſare portas. Trabẽ.haſtam trabalẽ: Vel quaſſaſſe.i.aptã etiam ad portas deiiciendas. Cui conſul.Verba Scipionis inſultãtis iactantiæ Chryxi:eas inqt ad iferos.& dicas brenno te nõ potuiſſe uidere nedum capere romã.& q; procul a Capitolio.quod ille obſedit.procubuiſti: & ſic haſta eum tranſfixit. Proauo.Brenno:ad quem tuum genus refers. Nodo leui.amento. Lini.toracis linei. Subtecta tegmia.i.penetrauit tegmina ex corio:uel clypeũ corio tectũ. Haud aliter ſtructo.chryxum uaſto ipetu ꝓcũbentẽ comparat magnis ſaxis:quæ in portu opponuntur fluctibus & tandem ſuffoſſa ex colliſiõe fluctuum magno fragmine cadunt in aquam. Ad littora tyrrhena.ad portum oſtienſem. Pugnatura fretis. quæ repelleret fretũ:ne naues læderenẽ. Pila.ſignificat quodcunque magnum ſaxum: & molẽ. Nereus ipſum mare.cui eſt impacta pila. Diuerſa. diuiſa.

Miſcentem ſæuiſque uirum circuntonat armis.
Voluitur ille ſolo.nam pronum effudit i armos.
Fata extrema ferens abies:rapiturque pauore
Tractus equi uinctis connexa ad ſingula mẽbris
Longa cruor ſparſo liquit ueſtigia campo.
Et tremulos cuſpis ductus im puluere ſignat.
Laudabat lœti iuuenem:egregioſq; parabat
Vlciſi cõſul manes:cum dira per auras
Vox uenit:& cryxum ferri clamoribus audit
Haud notum uultu. ſurgit uiolentior ira
Cominus:atque oculos optato in corpore figit.
Tum ſtimulus grato plauſæ ceruicis honore
Cornipedẽ alloquitur. uulgũ marteq; minorẽ
Mox gargane uocãt ſuperi ad maiora: uides ne
Q uãtus eat cryxus:iam nũc tibi præmia pono
Illũ ſidonio fulgentem ardore tapeta
Barbaricum decus & fuluis donabere frænis.
Sic fatus magno chryxum clamore ciebat
In pugnã:ac uacuo poſcebat prælia campo.
Nec detrectantẽ par ira accenderat hoſtem.
Vt iuſſæ ceſſere retro:ſpaciũque dederunt.
Hinc atque hinc alæ:medio ſtetit æquore pugna
Q uantus phlegreis telluris alũnus in aruis
Mouit ſigna minax.& cœlum exterruit armis:
Tantus ſemifero chryxus ſub pectore murmur
Torquet:& horriſonis ululatibus erigit iras.
Nemo ne incẽſæ captæque ſuperfuit urbi:
Vt tibi quas brenni populus ferremus in arma
Narraret dextras? diſce en nunc inquit:& una
Contorquet nodis:& obuſto robore diram
Vel portas quaſſaſſe trabem.ſonat illa tremẽdũ
Ac nimio iactu ſeruaſſe improuida campi
Diſtantis ſpatium propiorem trãſuolat hoſtem.
Cui cõſul.ferre hoc umbris:proauoque memẽto
Q uam procul occumbas tarpeia a ſede:tibiq;
Haud licitum ſacri capitolia cernere montis.
Tum nodo curſuq; leui ſimul adiuuat haſtam
Dignam mole uiri nixus:fugit illa per ora
Multiplicis lini:ſub tectaq; tegmina neruis:
Atq; altum tota metitur cuſpide pectus.
Procumbit lata porrectus in arma ruina:
Et percuſſa gemit tellus ingentibus armis.
Haud aliter ſtructo tyrrhena ad littora ſaxo
Pugnatura fretis ſubter cæciſq; procellis
Pila immane ſonans impingitur ardua ponto.
Immugit nereus:diuiſaq; cærula pulſu



Illiſum accipiunt irata ſub æquora montem.
Ductore amiſſo pedibus ſe credere celtæ
Vna ſpes anima:tantuſq; pepẽderat ardor.
Ac ueluti ſummo uenator denſa picano
Cum luſtra exagitat:ſpiſſaque cubilibus atram
Immitit paſſim dumoſa per inuia peſtem.
Dum tacitas uires:& flammam colligit ignis:
Nigranti piceus ſenſim caligine uertex
Voluitur.& pingui contorquet nubila fumo
Mox ſubita in toto lucent incendia monte.
Fit ſonitus:fugere feræ:fugere uolucres.
Atque una longæ trepidant in ualle iuuencæ.
At mago ut uertiſſe globos:primumque laborẽ
Q ui ſolus genti eſt:caſſum uidet:arma ſuorum
Ac primũ in pugnas equitẽ uocat:undiq; nudis
Aſſiliunt frenis:infrenantique manipli.
Nunc itali in tergum uerſis referuntur habenis.
Nunc rurſus tyrias retro pauor aduehit alas.
Aut illi dextros lunatis flexibus orbes:
Aut illi læuos ſinuant in cornua gyros:
Texunt alterno glomerata uolumina curſu.
Ac cædem refugam:cædentes arte reſoluunt.
Hac pontum uice:ubi exercet diſcordia uentos
Fert boreas:euruſque refert molemq; profundi:
Nunc huc alterno:nunc illuc flamine geſtant.
Aduolat aurato perfulgens murice ductor
Sidonius:circaque metus:terrorque: furorque.
Iſque ubi callaici radiãtem tegminis orbem
Extulit:& magno percuſſit lumine campos:
Spes uirtuſque cadunt:trepidaq; a mẽte recedit
Vertere terga pudor:nec læti cura decori:
Sed fugere infixum eſt:terræque optãtur hiatus
Sic ubi caucaſeis tygris ſe protulit antris:
Linquuntur campi: & tutas petit omne latebras
Turbatum inſano uultu pecus illa pererrat
Diſiectas uictrix ualles:iamque ora reducto
Paulatim nudat rictu:ut præſentia mandat
Corpora:& immani ſtragem meditatur hiatu.
Non illum metabus:non illum celſior uſens
Euaſere tamen:quanuis hic alite planta:
Hic ope cornipedis totis ferretur habenis.
Nam metabum ad mães demiſit cuſpide fulgẽs
Fraxinus:uſentem collapſum poplite flexo
Enſis obit:laudemque pedũ cũ ſanguine ademit.
Iamque dedit lœto ſtemium lauruque domoq;
Collinum gelida uiridi quem fucinus antro

Illiſum montem.impactum ſaxum. Ac ueluti ſummo:gallos fugientes amiſſo duce comparat feris e monte fugientibus.qui incendio flagrat.Picanus eſt mons Apuliæ. Luſtra.cubilia ferarũ.

Peſtem.incendium fumoſum. Vertex piceus.ſummitas flammæ fumoſæ. At mago.hic erat frater Annibalis: & præfectus equitum: quos nũc duxit in pugnam:fugientibus gallis. Primum laborem : primum impetum pugnæ. Qui ſolus eſt genti.quoniam galli in pugna tãtum primo ipetu ualent: de qbus ſic ſcribit florus: Galli ſunt plus q̃ uiri in initio pugnæ: i fine uero plus q̃ fœminæ.

Genti.gallis. Patrium equitẽ.libycum. Nudi frenis. quoniam ipſorũ equi ſola uirgula gubernabantur: ut dictum eſt. Hac pontum uice.hos uiciſſim fugientes comparat mari contrariis fluctibus agitato quod fluit & refluit. Hac uice.tali uiciſſitudine fluctuũ. Flamine.flatu. Aduolat aurato.annibal armis conſpicuus uenit in pugnam: cuius clypei fulgore conſpecto terga dederũt romani.Murex eſt genus conchilii.ex cuius ſanguine tingitur purpura. Aurato.quoniam purpura erat i texta auro.Et metus timor: atq; furor comitabantur annibalem. Orbem radiantem.clypeum aureum datum muneri a callaicis populis hiſpaniæ: ut dictum eſt. Lumine.ſplendore clypei. Spes romanorum cecidit uiſo annibale. Læti decori.depoſuerat oẽm fortitudinem:qua pro decoro ſeruando mors toleratur : & magnanimus nullo modo uertit terga:etiam ſi moriendum ſit. Decori.glorioſæ mortis cum decoro uirorum fortium.

Optantur.a romanis.hiatus.in quibus deliteſcerent metu Annibalis. Sic ubi caucaſeis.Annibalem magno impetu pugnã ingrediẽtem & romãos timore perculſos comparat tygridi: cuius rabiem: tremẽdãq; uelocitatem cætera pecora reformidãt.

Caucaſeis.hircanis.de tauro monte: qui poſtea caucaſus dicitur:ſupra dictum eſt. Inſano uultu: terribili aſpectu tygridis:& furẽti. Reducto.prius clauſo ore: quod paulatim diducit:ut obuias feras conficiat. Hiatu.ore iam aperto. Non illum: deſcribit illos qui manu annibalis ceciderũt. Celſior.quoniam erat eques:metabus autem pedes.

Fraxinus.haſta fraxinea. Obit.occidit. Laudem pedum.fugam & uelocitatem currẽdi. Domo gelida.quoniã marſi ſunt inter montes:& ipſe fucinus lacus.regioq; illa gelida eſt. Viridi.trãſlucido: quoniam aqua fucini lympida ẽ: cuius ambitus ſunt.xxx.milia paſſuum ubi adhuc extat emiſſarius Claudii opere mirabili perforato mõte quo aqua lacus emittebatur ad lyxim: ut agri occupati ſiccarentur.canalem adhuc cõſpicuum magna difficultate Claudius abſoluit poſt undecim annos continuos.xxx. hominum milibus ſine intermiſſione operantibus: ut auctor eſt Tranquillus. Meminit etiam huius rei Tacitus.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Maſſicus.nomen deductum eſt a maſſico monte campaniæ ubi naſcitur uinũ ſalernum. Vitiferi montis.maſſici uitibus conſiti. Sacro.dicato ipſi Baccho propter uini præſtantiam. Sed poeta alludit ad lucum ſacrũ: quoniam ut auctor eſt Srabo libro quinto Lyris amnis abluit fregellas: & excurrit in lucũ ſacrum oppido incũbentem:quem magnis honoribus minturnenſes celebrabant. Gemmanti gurgite.lympida aqua. Peſq; pedẽ p̃mit.Vir.Hæret pede pes:denſuſq; uiro uir. Tergemini primã ante aciẽ:hoc fingit poeta ut imitetur hiſtoriã horatiorũ curiatiorũq;:qui tergemini & patrueles pro patria dimicarunt tẽpore Tullii hoſtilii: & Metii dictatoris albani:duo Horatii prius ceciderũt:remãſit unus ferro intactus:& tres curiatii uulnerati:ille fugã ſimulãs i proximũ fecit impetũ:quo cæſo alios etiam cõfecit: ut nunc accidiſſe Syllius canit.Ply.ait li.vii. Tergeminos naſci certũ ẽ horatiorũ curiatiorũq; exẽplo. põt mulier uno partu edere q̃ttuor:quinq;:& ſeptẽ:ut in ægypto.tot.n. loculos habet uterus: ſed utplurimũ ſingulæ mulieres ſingulos pariunt:auctores ſunt Ariſtote.Plynius & Trogus. Barce ſidonia.carthaginenſis:& eſt nomẽ deductum a barce urbe aphrycæ: hæc fuit uxor Xantippi lacedæmoni in primo bello punico. Lædæo.lacedæmonio:qui Regulũ cœpit.

Fœlix uteri.quoniam tergeminos enixa eſt. Bella.tẽpore primi belli punici:quo Xãtippus accerſitus e Laconia a pœnis illuc nauigauit:& Regulum captiuum carthaginenſibus tradidit. Res graiæ.geſta memorãda græcorũ præſtantia bellica: & uirtutes: quibus Græcia & in primis ſparte Xãtippi patria floruerat. Ductor parens.excellentia patris qui Regulũ uicit:cœpitq;. Amycle.urbs eſt Laconiæ: patria Caſtoris & Pollucis;quã pro tota laconia ponit;quæ optimis floruit iſtitutis: & fortiſſimos habuit uiros & impatores:dũ Lycurgi leges uiguerũt: de qbus alibi dictum eſt:hæc omnia ipellebant adoleſcentes ad res præclaras :ne degenerare uiderẽtur a patria uirtute. Regulus iniectus colla cathenis.habẽs cathenas iniectas collo.i. uictoria patris de Regulo accẽdebat tergemios. Marte probare genus.i.fortiter pugnãdo ſe eſſe ex lacedæmoniorũ genere q bellicoſiſſimi fuerunt oſtendere. Factis.rebus fortiter geſtis. Lacona parentem. Xantippũ lacedæmonium. Ardebant.cupiebãt uenirẽ ad patriã auitam. Taigetus eſt mons Laconiæ:inde taigeta.orũ.in numero multitudinis: Subactis.finito bello:quod tunc cum romanis gerebatur. Eurotã.fluuiũ laconiæ cuius aq̃ frigida fouebantur infantes. & etiã illic i prouectiori ætate exercitationis gratia natabant. lege Ciceronem i ſecunda diſputatione tuſculana. Ritus lycurgi.leges quas Lycurgus tulit lacedæmoniis:de quibus i commentariis officiorum dixi. Totidem numero.tergemini aricini.Aricia urbs erat prope romã ſub albano mõte cũ ſilua in qua erat templũ Dianæ: & crudelis ritus ſacrorũ iſtitutus ab Oreſte:ac iphigenia:cum dianæ ſimulacrum ex taurica regione illuc aſportaſſent:cui mactabanť hoĩes.barbaricus iquit Stra. qdã ſcythicuſq; circa tẽplũ mos eſt.huic tẽplo ſerui præficiebanť:hac tamẽ cõditione ut nullus poſſet ſacerdotio fungi niſi priore mactato: qui eni ingt Stra.uictimæ mactatæ fuiſſet auctor ſacerdos cõſtituebať: & hic rex Aricinus uocabať. Vnde canit Valerius Flaccus.Soli immitis aricia regi.i.illi qui uult tẽplo p̃eſſe: quoniã cogitur pugnare cum aliis.ideo dicit Oui.Regna tenent fortes. Immitis.propter crudelem ritũ. fugitiuus quidã uir Stra.inquit gladium tenẽs:& ſuæ ſaluti ſemper circũſpiciens.&c. Egeriæ.egeria fuit nympha in ſylua aricina cum qua Numa Põpilius cõmerciũ habuit. Lacus.quoniã eſt illic amœniſſimus lacus. Dura.inexorabilis parca.tres ſunt:lacheſis:cloto:atropos. Heumachus.fingit hæc noĩa igenioſa poeta: nam heumachus diciť bonus pugnator clytias glorioſus. Ceu bella leones.hos tergemios ruẽtes in pugnã generoſo aĩo cõparat leonibus lybicis inter ſe pugnãtibus. Squalẽtes.icultos & deſertos. Mapalia.tuguria paſtorũ. Cõiunx

Nutrierat.dederatque lacum tranſmittere nãdo
Fit ſocius lœti coniecta maſſicus haſta
Vitiferi ſacro generatus uertice montis.
Et lyris nutritus aquis:qui fonte quieto
Diſſimulat curſum:ac nullo mutabilis hymbri
Perſtringit tacitas gemmanti gurgite ripas.
Exoritur rabies cædum:ac uix tela furori
Sufficiunt:teritur iunctis umbonibus umbo.
Peſque pedem premit:& nutantes caſſide criſtæ
Hoſtilem tremulo pulſant conamine frontem.
Tergemini primam ante aciẽ fera prælia fratres
Miſcebant:quos lædæo ſidonia barce
Xantippo fœlix uteri inter bella crearat.
Res graiæ ductorque parens:ac nobile amycle
Nomen & iniectus ſpartanis colla cathenis
Regulus inflabant ueteri præcordia fama
Marte probare genus:factiſque lacona parentẽ
Ardebant :gelidos dehinc inuiſere montes
Taigeta & tandem bellis innare ſubactis
Eurotã patrium:rituſque uidere lycurgi.
Sed ſpartã penetrare deus fratreſque negabant
Auſonii totidem numero:quos miſerat altis
Egeriæ genitos immittis aricia lucis
Aetatis mentiſque pares:at non dabat ultra
Cloto dura lacus aramque uidere dianæ
Nanque ut in aduerſos impacti turbine pugnæ
Eumachus & clytias.& lætus nomine patris
Xantippus iunxere gradus.ceu bella leones
Inter ſe furibunda mouent: & murmure anhelo
Squalentis campos & longa mapalia complent:
Omnis in occultas rupes atque auia pernix
Maurus ſaxa fugit:coniunxque libyſſa profuſo
Vagitum cohibẽs ſuſpendit ab ubere natos.
Illi dira fremunt:perfractaque in ore cruento
Oſſa ſonant:pugnantque feris ſub dẽtibus artus



Haud ſecus ægeriæ pubes hinc uirbius acer
Hic capys aſſiliũt:paribuſq; albanus ĩ armis
Subſidens paulum perfoſſã proruit aluo
Albanum clytias:aſt illi cuncta repente
Implerunt clypeum miſerando uiſcera lapſu
Eumachus inde capyn:ſed tota mole tenebat
Ceu fixũ mẽbris tegmẽ.tamen iprobus enſis
Adnexam parmæ decidit uulnere leuam.
Inque ſuo preſſa ẽ non reddens tegmia niſu
Infœlix manus:atque hæſit labentibus armis
Vltima reſtabat fuſis iã palma duobus
Virbius huic trepidos ſimulãti ducere greſſus
Xãtippus gladio rigida cadit eũachus haſta:
Et tandem æquatæ geminato funere pugnæ·
Inde alterna uiris tranſegit pectora mucro.
Inque uicem erepta poſuerunt prælia uita.
Fœlices lœti pietas quos addidit umbris.
Optabunt ſimiles uenientia ſæcula fratres.
Extremũque decus memori celebrabiť æuo.
Si modo ferre diem miſeroſq; uidere nepotes
Carmĩa noſtra ualẽt:nec famã iuidit apollo.
At conſul toto palantes æquore turmas
Voce tenet:dũ uoce uiget:quo ſigna refertis?
Q uis uos heu uobis pauor abſtulit? horrida
Si ſors uiſa loci:pugnæq; laceſſerẽ frõtẽ (primi
Poſt me ſtate uiri:& pulſa formidine tantum
Aſpicite has dextras:capti genuere parẽtes
Q uos fugitis. quæ ſpes uictis? alpes ne petemus?
Ipſã turrigero portãtẽ uertice muros
Credite ſubmiſſas romã nunc tẽdere palmas
Natorum paſſim raptus cædemue parentum
Veſtaleſque focos extingui ſanguine cerno.
Hoc arcete nefas:poſtquam ĩter talia crebro
Clamore obtuſæ:craſſoque a puluere fauces
Hinc læua frenos:hinc dextra corripit arma
Et latum obiectat pectus:ſtrictũque minatur
Nunc ſibi:nũc trepidis ni reſtẽt comius enſẽ.
Q uas acies alto genitor dũ ſpectat olympo
Conſulis egregii mouere pericula mentem.
Gradiuum uocat:& patrio ſic ore profatur.
Magnanimi me nate uiri:ni bella capeſſis.
Haud dubie extremus terret labor. eripe pugnæ
Ardentẽ.oblitũq; ſui dulcedine cædũ
Siſte ducẽ libyæ.nam plus petit iprobus uno
Conſulis exitio tota q̃ ſtrage cadentum.
Præterea cernis teneræ qui prælia dextræ

libyſſa.mulier lybica. Profuſo.mananti lacte. Pubes ægeriæ.tergemini aricini.Virbius appellatus fuit Hippolitus reuocatus ad uitã ope Aeſculapii:q̃ſi bis uir:& trãſlatus i ſyluã aricinam ad cultũ dianæ cuius fuerat ſtudioſus.ad hãc fabulã poeta alludẽs:hũc aricinũ Virbiũ appellauit:& Capyn atq; Albanũ ab albanis regibus. Subſidẽs.iclinãs ſeſe:ut melius ictũ iferret:clycias confodit uiſcera albani. Proruit.ſtrauit. Illi.albano. Heumachus occidit capym.cuius manũ ſecuit:cũ clypeũ non remitteret. Tota mole.ipetu.& totis uiribus:q̃uis eẽt p̃ſtratus. Tegmẽ:clypeum:q uidebať eẽ affixus manui: adeo tenaciter ipſa manus clypeũ cõſtrigebat:ordo ẽ:ſed tamen tota mole tenebat tegmẽ:ceu fixũ mẽbris. Improbus enſis.ipſius heumachi. Parmæ.clypeo. Decidit.ſecuit. Nõ reddẽs.nõ reliquẽs. Clypeũ niſu.conatu. Hæſit armis.adhæſit clypeo cadenti. Vltima palma.uictoria poſtrema:quoniã ceciderãt capys & albanus. Simulãti ducere greſſus.i.arripe fugã ſimulato timore:ab hoc ingt q fugã ſimulauit:cæſi ſũt Xãtippus & heumachus. Geminato funere.nã duo pœni:& duo aricini iã ceciderãt. Inde alterna.i.Clycias:& Virbius: q ſuperãt ſe mutuis uulneribus trucidarũt. Fœlices lœti.laudat horũ mortẽ poeta q p̃ p̃ria ceciderũt:cui uitam debemus:& pro q̃ uir bonus nunq̃ dubitauit occũbere. Sic Vir.de Euryalo & nyſo:Fortũati ambo ſiqd mea carmina poſſunt Nulla dies unq̃ memori uos eximet æuo. Et Papi.i thebaide de Ocleo & Dimãte.Vos quoq; ſacrati q̃uis mea carmia ſurgãt:Inferiore lyra memores ſupabitis ãnos.Forſitã & comites nõ aſpnabiť umbras Euryalus phrygiiq; admittet gloria nyſi. Ferre diẽ.durare p̃ ſæcula:& trãſire ad poſteros:& ſi Apollo nõ iuidet mihi famã. At cõſul ro.Scipio cõſul uidẽs ſuos paſſim fugiẽtes:eos ignauiæ accuſauit.hortatuſq; ẽ ad pugnã p̃ decoro ſeruãdo:cõparãdaq; gloria. Pallãtes.effuſe fugiẽtes.

Quo ſigna refertis:uerba Scipionis ad ſuos.Quis ingt pauor abſtulit uobis mẽtem:& cogit uos fugere oblitos ũri.nullã romani nois hẽntes rõnẽ:quoniã p̃ſtat mori:q̃ turpiter fugere:cũ uiuẽdũ nõ ſit niſi cum decoro.& ſic arguit illos timiditatis:q̃ fortitudini opponiť.& ait:ſi non audetis cõſiſtere ĩ prima frõte:ſtetis poſt me:& eſte tãtũ ſpectatores pugnæ. Capti parentes.detrahit hoſtibus ut magis impellat ſuos. Capti.uicti a romanis in primo bello punico. Ipſam turigeros.proſopopeia mouet affectus. Veſtales focos.ignem inextinctum in templo Veſtæ.& eſt locus a pio. Genitor.iuppiter miſeratus duram ſortem conſulis demiſit martem qui illum e manibus hoſtium eriperet. Magnanimi me nate uiri.uerba iouis ad martem filium. Viri.ſcipionis. Extremus.ultimus.ideſt timeo mortem conſulis propinquam:ni ſubuenis:nam ſtudio cædendi adeo in hoſtes p̃uehitur:ut iam propriæ ſalutis obliuiſcatur.& eſt magna laus Scipionis:qui pro patriæ ſalute uitæ non parcebat ſuæ:quod fortem & magnum uirum decet. Dulcedine cædum.ſtudio cædendi hoſtes accenſum & oblitum propriæ ſalutis. Ducem libyæ.hannibalem qui appetit Scipionẽ.& plus laudis quærit morte unius:q̃ ſi totum exercitum trucidaſſet.tantæ molis erat ſuperare Scipionem:cuius hæc magna eſt laus teſtimonio iouis

Dextræ teneræ.Nam erat tener adhuc Scipio filius conſulis:qui poſtea aphricanus appellatus eſt. Tranſcendere annos:pugnare ſupra uires ætatis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pubeſcere bello.i.non poteſt expectare pubertatẽ bello maturã:ſed puer adhuc præter rationẽ ætatis pugnã affectat.& ſic indoles Scipionis:& rudimentũ imperatoriæ uirtutis laudatur a ioue. Hoc uicat. hæc ſit prima uictoria:& laus ipſius pueri liberare parentẽ uulneratũ ab hoſtibus. Sator rerũ.iuppiter omnium parens & creator ſic loquutus eſt. Odryſia tellure.thracia.odryſæ ſunt populi Thraciæ:ubi mars regnabat:quoniam ſunt bellicoſiſſimi.& domus martis erat ſub hemo monte Thraciæ:ut ingenioſe fingit Papinius in Thebaide. Haud ulli facilem:quã non facile aliquis deorũ portaſſet. Haud facilem.non aptam:cyclopes erãt miniſtri Vulcani: brõtes:ſteropes:hemonides:& pyragmon. Sudatum.ſudoribus elaboratũ. Bello titanum.titanes fuerunt gigantes qui pugnauerunt cum diis in theſſalia. Exercitus una.deſcribit comites martis.Bellona eſt ſoror martis.& dicitur Enio:& auriga martis.ideo dicit:operata frenis regendis:idẽſt regẽdo frena equos flagello impellit. Fertur ab imẽſo.deſcribit tempeſtatem quæ exorta eſt aduentu martis.& alludit ad rationẽ naturalẽ. Saturnia ſedes.italia.

Relabitur fonti.reuertitur propter timorem ad fontem ex quo fluit. Amnis.ticinus prope quem pugna erat. Ductorẽ auſoniũ.Scipio cõſul globo hoſtili circũdatus erat:& iaculo garamãtico i fœmore uulneratus eſt. Tyrio regi.Hannibali:ad quem cogitabat illa pubes referre ſpolium Scipionis. Stabat.Scipio decreuerat illic potius mori: ut fortem decebat imperatorem: q̃ terga hoſtibus uertere: quod e romana dignitate non fuiſſet.& ſic laudatur fortis animus Scipionis:& contra erectus:& intrepidus. Acri mole.uehementi impetu ſæuiens cædibus in hoſtes. Gyro arctato per orbem.nam cinxerunt Scipionem:& quiſq; in illum torquebat iacula.& ſic uulneratus eſt:quem ornat poeta:cum dicit multitudine hoſtili circũdatum: ut uulnus acceptum non ſit indecorũ. Librat.emittit in Scipionẽ.

Hic.tunc. Puer.Scipio filius cõſulis:auxit pauorẽ cõſulis.uulnus iquit Liuius:periculũq; itercurſu: tum primum pubeſcentis filii propulſatũ: hic erat iuuenis:qui huius belli laudem adeptus eſt:& aphricanus cognominatus:conſulẽ patrẽ medio acceptũ: nõ armis modo: ſed etiã corporibus ſuis ꝓtegẽs i caſtra nuſq̃ trepidãte:neq; effuſe cedẽdo reduxit.Seruati conſulis decus Celius ad ſeruum natione ligurẽ delegat.malim equidem de filio uerũ eẽ:quod & plures tradidere auctores. Bis conatus erat.laudat Scipionis pietatem erga parentẽ.cogitabat inquit ſibi mortem conſcire:ut caderet ante patrem:ſed mars tranſferebat iras in hoſtes. Præcurrere.præuenire mortem patris. Latus limes.uia:& plures mactauit in patris ultionem. Clypeo cœleſti.martis. Auctorem teli.illum qui patrem uulnerauerat. Ex oſſibus.patris. Emicat.ambulat:& ex acie ſe proripuit ferẽs humeris patrem. Libyis.idẽſt ipſi milites aphri ceſſerũt Scipioni. Omnis iber.hiſpanus miles. Carthaginis arces.oraculum martis ad Scipionem puerum:cui prædicit gloriam quam conſequi debebat in fine huius belli.Nam uicto Hannibale redegit Carthaginem ad tributum.

Iã credit puer atque annos trãſcendere factis
Molitur:longumque putat pubeſcere bello.
Te duce primitias pugnæ:te magna magiſtro
Audeat:& primum hoc uincat ſeruaſſe parẽtẽ.
Hæc rerum ſator.at mauors in prælia currus.
Odryſia tellure uocat:tum fulminis atri
Spargentem flammas clypeum: galeãq; deorũ.
Haud illi facilem multoque labore cyclopum
Sudatũ thoraca capit:quatiatque per auras
Titanum bello ſatiatam ſanguinis haſtam
Atque implet curru campos exercitus una
Irarum eumenideſq; ſimul lœtiq; cruenti
Innumeræ facies:freniſque operata regendis
Quadriiugos atro ſtimulat bellona flagello.
Fertur ab immenſo tempeſtas horrida cœlo.
Nigranteſque globos:& turbida nubila torquẽs
Inuoluit terras:quatitur ſaturnia ſedes
Ingreſſu tremefacta dei:ripaſque relinquit
Audito curru:fontique relabitur amnis.
Ductorẽ auſonium telis garamantica pubes
Cinxerat:& tyrio regi noua dona parabat
Armorum ſpolium.& rorantia conſulis ora:
Stabat fortunæ non cedere certus. & acer
Mole retorquebat crudeſcens cædibus haſtas.
Iamque ſuo iamque hoſtili perfuſa cruore
Membra madent.cecidere iubæ gyroq; p orbẽ
Arctato garamas iaculis propioribus inſtat.
Et librat ſæua coniectum cuſpide ferrum.
Hic puer ut patrio defixum corpore telum
Conſpexit:maduere genæ:ſubitoque trementẽ
Corripuit pallor.gemitumque ad ſidera rupit:
Bis conatus erat præcurrere fata parentis
Conuerſa in ſemet dextra:bis tranſtulit iras
In pœnos:mauors fertur per tela per hoſtis
Intrepidus puer:& gradiuum paſſibus æquat.
Continuo ceſſere globi:latuſq; repente
Apparet campo limes:metit agmina tectus
Cœleſti clypeo:& ſternit ſuper arma iacentũ
Corpora:auctorem teli multaſque paternos
Ante oculos animas optata piacula mactat.
Tunc rapta propere duris ex oſſibus haſta
Innixum ceruice ferens:humeroque parẽtem:
Emicat attonitæ tanta ad ſpectacula turmæ.
Tela tenent:ceditque loco libys aſper:& omnis:
Late cedit iber:pietaſq; inſignis& ætas
Belligeris fecit miranda ſilentia campis.



Nulla tamẽ lõgo.ſuperabis iquit pœnos:ſed ꝓfecto nunq̃ aſſeq̃ris maiorẽ laudẽ:etiã ſi totum orbẽ ſubigeres:q̃ hodie adeptus es:q̃a patrẽ liberaſti:hæc tua pietas alia oĩa ſupabit:quæ poſthac facturus es. Macte.conduplicatio ad maiorẽ Scipionis laudẽ.mactus dr̃ magis auctus.i.uirtute præſtãs.Macte uirtute eſto:inq̃t Hora.& Liuius. Indole ſacra.ſigno futuræ uirtutis & ipſe Scipio putabat̃ filius iouis:ſed de hoc alibi dicet̃.Põponia uocata ẽ mr̃ Scipionis q̃ i partu piit.Vnde dicit Pli.Auſpicatius ſenecta parẽte gignunt̃:ſicut Scipio aphricanus prior natus primuſq; Cæſar a cæſo mr̃is utero dictus:q̃ de cã cæſones appellati ſimili mõ natus & Mãlius:q Carthaginẽ cũ exercitu itrauit:dicũt Scipionẽ natũ eẽ ex Põponia & ioue mutato i anguẽ:ut ipſa narrat filio apud iferos:ut poſtea hẽbimus. Sole emẽſo terras.iã ſole occidẽte. Clauſere tenebræ.quoniã nox ꝓliũ diremit:auctore Liuio. Cõdebat noctẽ.deſcribit aurorã:q̃ cõſul a Ticino mouẽs citato curſu ad trebiã cõtẽdit. Cõdebat.abſcõdebat:& pellebat obſcuritatẽ noctis. Cynthia.luna ſiue diana dicta a cynthio mõte deli iſulæ: i q̃ nati ſũt phœbus & diana. Afflata rotis fr̃nis.radiis ſolaribus:quoniã luna recipit lumẽ a ſole. Deuexo curru.iclinato ad occaſum:& ſole iam oriẽte.

Tum celſo e curru mauors carthaginis arces
Excindes inquit tyrioſque ad fœdera coges
Nulla tamen longo tanta exorietur in æuo
Lux tibi care puer:macte: o macte indole ſacra:
Vera iouis proles.& adhuc maiora ſuperſunt.
Sed nequeũt meliora dari:tum nubila mauors
Aetheraque emenſo terras iam ſole capeſſit.
Et feſſas acies caſtris clauſere tenebræ.
Condebat noctẽ deuexo cynthia curru
Fraternis afflata rotis:& ab æquore eoo
Surgebant roſæ media inter cærula flãmæ.
At conſul triſtis campos pœniſq; ſecundam
Planitiem metuens trebiã colleſque petebat.
Iamque dies rapti curſu:uarioq; labore
Et medio abruptus fluitabat in amne ſolutis
Pons uinclis:qui dardanium tranſuexerat agmẽ
Eridani rapidas aderat cum pœnus ad undas.
Dumque uada:& molles aditus per deuia flexo
Circuitu petit:& ſtagni languentia quærit:
Interdum rapta uicinis ſaltibus alno
Flumineam texit qua tranſuehat agmina:claſſẽ.
Ecce aderat trebiæque ſimul uicina tenebat
Trinacrio accitus per cærula longa peloro
Gracchorum proles conſul gens inclyta magno
Atque animoſa uiro:multuſq; in imagine claris
Perfulgebat auus titulis belliq; domique.
Nec pœni poſitis trans amnem i gramie caſtris
Deerant:nãque anĩos ſtimulabãt proſpera rerũ
Increpitanſq; ſuper ductor: quis tertius urbi
Iam ſupereſt cõſul:quæ nã altera reſtat in armis
Sicania:en omnes latiæ.daunique nepotum
Conuenere manus.feriant nũc fœdera mecum
Ductores italum:ac leges & pacta repoſcant.
At tu donata tela inter martia luce
Infœlix anime ſic ſic uiuaſque tuoque
Des iterum hanc laudem nato:nec fine ſub æui
Oppetere i bello detur:cum fata uocabunt.
Pugnãtem cecidiſſe meũ ẽ: hæc perſonat ardẽs.

Eoo.oriẽte. At cõſul.hoc primũ cũ Hãnibale ꝓliũ fuit quo facile apparuit.inq̃t Liui.& eq̃tatu meliorẽ pœnũ eẽ:& ob id cãpos patẽtes:q̃les ſũt iter padũ:alpeſq; bello gerẽdo romanis aptos nõ eẽ.Itaq; ꝓxima nocte iuſſis militibus uaſa ſilẽtio colligere caſtra ab Ticino mota:feſtinatũq; ad padũ ẽ:ut ratibus qb9 iũxerat flumẽ nõdũ reſolutis ſine tumultu:atq; iſectatiõe hoſtis copias traiiceret.prius Placẽtiã puenere: q̃ ſatis ſciret hãnibal ab Ticino ꝓfectos. Triſtis cãpos.ifœlices romanis pp iopiã eq̃tatus. Pœnis.hoſtibus. Secũdã.aptã & utilẽ pp equos & elephãtos. Trebiã.flu.ꝓpe placẽtiã:de quo dictũ ẽ. Colles quoniã ꝓpe placẽtiã i colle q nũc ſci germani dr̃ caſtra poſuit. Vano labore.quoniã icaſſũ laborarũt Hãnibal q̃ppe aſſequutus eſt eos ad Trebiã:& uicit. Dies rapti curſu.f.erãt:quoniã celeriter cõtẽderũt ad Trebiã. In medio amne.pado q & Eridanus dr̃. Dũq; uada.Liui.dicit Hãnibalẽ p ſupiora padi uada exercitũ traduxiſſe elephãtis in ordinẽ diſpoſitis:ad ſuſtinendũ ipetũ fluuii. Vada.loca tranſitu facilia. Molles.faciles. Lãguẽtia ſtagni.i.dũ q̃rit loca padi:i qbus eẽt aq̃ lãguida & facilis ad trãſitũ ꝑbendũ. Gracchoꝝ ꝓles cõſul.Sẽpronius:Gracchus collega Scipionis e ſicilia quo ptẽderat ut inſulã ab ipetu barbaroꝝ tueret̃:aut ſi e repub.eẽt i aphricã trãſmitteret iuſſu ſenatus celeri nauigatiõe p orã ſupi maris ariminũ nauigauit.Inde ad collegã maximis itierib9 cõtẽdit:q attritas ſuoꝝ uires itra uallum refouebat Gracchoꝝ familia nobiliſſima fuit.& multis triũphis:ac claro ſtẽmate ornata:cẽſores etiã hũit.M.& C.Gracchos. Peloro trinacrio.ſiculo:Pelorus ẽ ad fretũ ſiculũ ubi cum Hieronẽ alloquutus eẽt Gracchus & res ſiculas ꝓ tp̃is cõditiõe ordinaſſet ariminũ trãſmiſit. Accitus.euocatus ide a ſenatu. Cærula.mare ſupeꝝ. In imagine.quoniã imagines maioꝝ diſponebant̃ i atriis:& armariis & gẽtilitia funera ornabant.erãt aũt uultus ex cæra expreſſi auctore Pli.Sẽpq; defũcto aliquo totus aderat familiæ eius q unq̃ fuerat populus. Trãs am.padũ. Quis ter.ur. uerba Hãnibalis iſultãtis fortunæ romanoꝝ. Sicania.Sicilia unde uenerat gracchus. Nepotũ da.i.uenere oẽs itali iã ad bellũ.& illi q hĩtãt uerſus ſiciliã:& Apuliã:ubi regnauit Daunus ſocer Diomedis:inde daunia apulia dicta:hoc dicit pp gracchũ q ide redierat. Pacta.q̃ fuerũt iter romanos:& carthaginẽſes poſt primũ bellũ punicũ. At tu do.uertit ſermonẽ ſuũ ad Scipionẽ:cui exprobrat uitã:quã ope filii hẽbat.& ſic obiicit Scipioni ignauiã. Sic ſic.optãtis ẽ:hæc geminatio ſeruit



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

affectui ipſius hannibalis. Inde leui iaculo. Hannibal prima luce numidas equites trãſgreſſores trebiam fluuiũ obequitare iubet hoſtium portis iaculandoq; in ſtationes elicere ad pugnam romanos: iniecto deinde certamine ſenſim circa flumen pertrahere. Sempronius ad tumultum numidarum primũ omnem equitatum ferox ea parte uirium. deinde ſex milia peditum. poſtremo omnis copias ad deſtinatum locum. iam ante conſilio auidus certaminis eduxit. erat brumæ tempus: & romani corpora non curauerant: ſed hoſtes ignibus ante tentoria factis: & oleo perunctis membris: & cibo per ocium capto arma cœperunt. Leui iaculo: expeditis iaculatoribus: & iaculis in ſtationes romanorum iniectis. Sub ipſa caſtra. uſque ad caſtra romana ut hoſtes irritaret ad pugnam.

Alis maſylum turmis. Numidarum & maſſylorum.

Nec latius miles. romani putauerunt non ſeruari decorum ſuum: ſi uallo ſalutem tuerentur. itaq; prouolarunt ad pugnam: ne ignaui: atq; timidi uiderentur. Sanguinei ſagi. rubri: quoniam paludamenta imperatorum erant coccinea. & in hoc loco poeta ſagũ ponit pro paludamento. Clamore uocat. apud Liuiũ ſic ait Gracchus. quantum igemiſcent patres noſtri circa mœnia Carthaginis bellare ſoliti: ſi uideant nos progeniem ſuam duos conſules: conſulareſq; exercitus in media italia pauentes intra caſtra pœnũ quod iter alpes appenninũq; agri ſit ſuæ ditionis feciſſe. Vt torrens celſi. gracchũ obuios quoſq; ſternentem comparat torrenti qui ex pindo monte theſſaliæ magno impetu ac fragore in plano ruẽs omnia ſternit. Latus montis. ingens ſaxũ. Non mihi meoniæ. captat attentionem poeta oſtendens rei magnitudinem: quã ne Home. quidem fons igeniorum æquare potuiſſet: aut centũ linguæ. Meoniæ linguæ. homericæ: Meon: apelles: & Dius fratres fuerũt. Apelles habuit filiã Criteidem: quã Meon uitiauit: & Phœmio magiſtro ludi collocauit: quæ peperit puerum Homerum ad Meletem puerum: unde melecigenes appellatus eſt: & hoc fuit Smyrnæ: quæ ẽ ciuitas Meoniæ in aſia. unde Home. meonius dicitur: & Smyrneus. Phœbus pater. poetarum numen. Cõſulis. Gracchi. Furor tyriæ iræ. Hannibalis tyrii. Gnaros belli. peritos rei militaris. Vetereſq; laborum: iam ueteranos & multũ aſſuetos bello. In ore alterius. in conſpectu: qa Hãnibal uidit cadentẽ phalantũ: & Gracchus muranum. Anxur. ſupra eufratem fluuiũ eſt oppidũ terracina lingua uolſcorum anxur dictũ. Mõte ꝓcelloſo. aſpero. unde terracina trachina. i. aſpera uocata eſt: ut auctor eſt Stra. nã trachis græce latine dicitur aſper. & trachitis aſperitas. Tritonis. palus aphricæ ſacra palladi patronymicum fœmininum deductum a tritone fluuio: qui facit illam paludem. Inſigni uelamine. coccineo paludamento. Orbus partẽ uiſus. altero captus oculo. Citat. uibrat in conſulem. Ore fero. tua fronte ferina. & crudeli: & ſic baſtam contorquens oculum cupento trãſegit. Trũcata. mutilata: & priuata altero oculo. Nec leuior dextra. ipſe Hãnibal ſæuiebat dextra in romanos: ut gracchus in pœnos. Meuanus. ex meuana urbe umbriæ prope fluginiam & hiſpellum: ubi eſt clitũnus fluuius: cuius aqua boues ſaturati & albi a triumphantibus Ioui capitolino imolabantur. Virg. in geor. Hinc albi clitumne greges: & maxima taurus Victima ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro: romanos ad templa deũ duxere triũphos: ad cuius imitationem hoc fingit poeta: dicitque Iouem fuiſſe ingratum: qui paſſus eſt uarenum cadere: qui ſtudioſe nutriuerat Ioui capitolino maximam uictimã fruſtra: quippe nihil ꝓfecit. Candentes. albos. Vber fulginia. fertilis. Triſtes. ingrati. Ingrata cura. nõ grata ioui. Maxima uictima. tauri albicantes & pingues.

Inſtat iber leuis. milites hiſpani inſtabant & mauri: tantaque erat multitudo telorum: ut cœlum tegeretur.

Libycæ cornus. haſtæ ex corno arbore.

Inde leui iaculo maſſylumque impiger alis
Caſtra ſub ipſa datis irritat: & elicit hoſtem.
Nec latius uallo miles debere ſalutem
Fas putat: aut clauſas pulſari cuſpide portas.
Erũpũt cũctiſq; prior uolat aggere apto (tes
Degener aut gracchus cõſul q̃tit aura comã
Caſſidis auricomæ criſtas: humeroq; refulget
Sãguinei patriũ ſaguli decus: agmina magno
Reſpectãs clamore uocat: quaq; obuia dẽſos.
Arctat turba globos rũpẽs iter æquore fert.
Vt torrens celſi præceps e uertice pindi
Cum ſonitu ruit in cãpos: magnoque fragore
Auulſum montis uoluit latus obuia paſſim
Armẽta imaneſq; feræ: ſyluæq; trahuntur.
Spumea ſaxoſis clamat cõuallibus unda.
Non mihi meoniæ red cat ſi gloria linguæ:
Centenaſq; pater det phœbus rũpere uoces.
Tot cædes proferre queã: quot dextera magni
Conſulis: aut cõtra tyriæ furor edidit iræ.
Muranũ ductor libyæ: ductorq; phalantum
Auſonius gnaros belli: uetereſq; laborum
Alter in alterius fuderunt cominus ore.
Monte procelloſo muranũ miſerat anxur
Tritonis niueos te ſacra phalante ꝓfundo.
Vt primũ inſigni fulſit uelamine cõſul:
Quanquã orbus partẽ uiſus: unoq; cupẽtus
Lumine ſufficiẽs bellis. citat improbus haſtã
Et ſummæ figit tremebũdã margine parmæ.
Cui cõſul: nãq; ira coquit pone ĩprobe quicqd
Reſtat in ore fero: & truncata fronte relucet
Sic ait ĩtorquens directo turbine robur.
Et dirum tota tranſmittit cuſpide lumen.
Nec leuior dextra generatus amilcare ſæuit.
Huic cadit infœlix niueis uarrenus in armis.
Meuanus uarrenus: arat cui diuitis uber
Campi fulginea: & batulis clitumnus in aruis
Candentis gelido perfundit flumine tauros.
Sed triſtes ſuperi: atq; ĩgrata maxima cura
Victima tarpeio fruſtra nutrita tonanti.
Inſtat iber leuis: & leuior diſcurrere maurus
Hinc pila: hic libycæ certãt ſubtexere cornus.



Denſa nube polũ: quantũque interiacet æqui
Ad ripas campi tantum uibrantia condunt
Tela nec arctatis locus eſt in morte cadendi.
Allius argyripa: daunique profectus ab aruis
Venator rudibus iaculis & iapige campum
Perſultabat equo: medioſque inuectus in hoſtes:
Appula non uana torquebat ſpicula dextra:
Hinc horret thorax ſamnitis pellibus urſæ
Et galea annoſi uallatur dentibus apri.
Verum ubi turbantem ſolo ceu luſtra pererret
In nemore: aut agitet gargano terga ferarum
Hinc mago: hinc ſeuus pariter uidere maharbal.
Vt ſubigente fame diuerſis rupibus urſi
Inuadunt trepidũ gemina inter prœlia taurum.
Nec partem prædæ patitur furor: haud ſecus acer
Hinc atque hinc iaculo deuoluitur allius acto.
It ſtridens per utrunque latus mauruſia taxus
Obuia tum medio ſonuerunt ſpicula corde
Incertumque fuit lethum: cui cæderet haſtæ.
Et iam diſperſis romana per agmina ſignis
Palantes agit ad ripas miſerabile pœnus
Impellens trepidos: fluuioque immergere certat:
Tum trebia infauſto noua prœlia gurgite feſſis
Inchoat: & precibus iunonis ſuſcitat undas.
Haurit ſubſidens fugientem corpora tellus.
Inſidaque ſoli fruſtrata uoragine ſorbet.
Nec niti lentoque datur conuellere limo
Merſa pedum penitus ueſtigia: labe tenaci
Hærent deuincti greſſus reſolutaq; ripa
Implicat: aut cæca proſternit fraude paludis.
Iamque alius ſuper: atque alius ꝑ lubrica ſurgens
Dum ſibi quiſque uiam per inexplicabile littus
Præripit: & putri luctatur ceſpite. lapſi
Occumbunt: ſeſeque ſua preſſere ruina
Ille celer nandi iam iamque apprendere tuta
Dum parat: & celſo connixus corpore prenſat
Gramina ſũma manu. liquidiſque emergit ab undis
Contorta ripæ pedens affigitur haſta.
Hic hoſtem orbatus telo complectitur uulnis.
Vndantemque uado permixta morte coercet.
Mille ſimul læti facies. ligus occidit aruis.
Sed proiecta uiri lymphis fluuialibus ora
Sanguineũ hauſerũt longis ſingultibus amnẽ.
Enabat tandem medio uix gurgite pulcher
Hirpinus ſociumque manus clamore uocabat
Cum rapidis illatus aquis: & uulnere multo

Aequi campi. plani. ideſt omne illud ſpatium quod erat inter hoſtes & trebiam. tegebaƭ armis: & haſtis. Liuius ait: Obruti ſunt romani uelut nube iaculorum a balearibus coniecta. Arctatis. cõfertis: & dẽſis in pugna: adeo ut mortuus ad terram cadere non poſſet: ideo in morte non erat locus cadendi ipſis arctatis. Allius. nomen proprium uiri: qui ex apulia uenerat: ubi regnauit daunus ſocer Diomedis: qui argyripam illic condidit. Rudibus. impolitis: & aptis uenatori. hũc interfecere mago & maharbal. Equo iapyge appulo. Samnitis urſæ. nam apud ſamnites urſi abundant: qui nũc beneuentani dicuntur. Ceu luſtra. ac ſi quæreret uenãdo cubilia ferarum. Garganus mons eſt Apuliæ. Vt ſubigẽte fame. Magonem & Maharbalem irruẽtes in Allium comparat urſis taurum impetentibus. Subigente. impellente. Iaculo acto. immiſſo hinc a Magone. illinc a Maharbale: & utriuſque haſta cor tranſfixit: dubiumq; fuit: cuius haſta ĩtuliſſet mortem. & laus eſt Allii: quem duo ductores ſimul confecerunt. Mauruſia taxus: haſta punica ex taxo. Palantes. effuſe fugientes. Agit. impellit. Tum trebia infauſto: fingit poeta trebiam inſurrexiſſe contra romanos: ad imitationẽ Homeri: qui i uigeſimoprimo iliados canit ſcamandrum aſſurrexiſſe contra Achillem: & Iunonem oraſſe Vulcanũ ut flammis auxiliareƭ: ſic fingit etiam Papinius de iſmeno fluuio thebano: qui inſurrexit contra hyppomedontem: & illum ſubmerſit. Tellus ſubſidens. aperiens ſeſe & deorſum tendens abſorbebat milites inſida uoragine.

Niti. conſiſtere. Lento. tenaci creta. Inexplicabile. ex quo non poterãt ſe explicare. Cæca. quia non apparebat fraus. Contorta. immiſſa ab hoſtibus. Aruis. extra uadum fluuii.

Hirpinus. nomẽ acceptũ ab hirpinis populis: de quibus loco ſuo dicetur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Impulit aſper equus:feſſuſq; ſub æquora merſit
Accumulat clades ſubito conſpecta per undas
Vis elephantorum turrito concita dorſo.
Namque uadis rapitur preceps ceu proruta cautes
Auulſi montis:trebiamque inſueta trementem
Præ ſepectore agit:ſpumanti incubat alueo.
Explorant aduerſa uiros:perque aſpera duro
Nititur ad laudem uirtus interrita cliuo.
Nanque inhonoratam fibrenusperdere mortem.
Et famæ mundam impatiens ſpectabimur inquit:
Nec fortuna meum condes ſub gurgite lœtum.
Experiar ſit ne in terris domitare quod enſis
Non queat auſonius:tyrrhenaque pernecet haſta.
Tum iacit aſſurgens:dextroque in lumine ſiſtit
Spicula ſæua feræ:telumque in lumine liquit.
Stridore horriſono penetrantem cuſpidis ictum
Belua proſequitur:laceráque cruore profuſo
Attollit frontem:& lapſo dat terga magiſtro.
Tum uero inuadunt iaculis crebraque ſagitta.
Auſi iam ſperare necem:immenſoſque per armos:
Et laterum extenſus uenit atra cuſpide uulnus.
Stat multa ĩ tergo & migranti lancea dorſo.
Ac ſyluam ingentẽ concuſſo corpore uibrat
Donec conſumptis longo certamine telis
Concidit.& clauſit magna depreſſa ruina.
Ecce per aduerſum quanquam tardata morantur
Vulnere membra uirum.ſubit implacabilis amnem
Scipio:& ĩnumeris infeſtat cædibus hoſtem.
Corporibus:clypeiſque ſimul:galeiſque cadentum
Contegitur trebia:& uix cernere linquitur undas.
Mezeus iaculo geſtar proſternitur enſe.
Tum pelopeus auis cyrenis incola telgon.
Hinc torquet rapido correptũ e gurgite pilum:
Et quantum longo ferri tenuata rigore
Procedit cuſpis per hiantia tranſigit ora.
Pulſati ligno ſonuere in uulnere dentes.
Nec iacto quæſita quies turgentia membra
Eridano trebia: eridanus dedit æquoris undis.
Tu quoque lapſe cadis tumulo poſt fata negato:
Quid domus heſperidum aut luci iuuere dearum
Fuluos aurifera ſeruantes arbore ramos:
Intumuit trebia:& ſtagnis ſe ſuſtulit imis.
Iamque ferox totum propellit gurgite fontem.
Atque omnis torquet uires:furit unda ſonoris
Vorticibus:ſequiturq; nouus cũ murmure torrens.
Senſit:& accenſa ductor uiolentius ira

Vis elephantorum.Liuius ait ad hoc ele-
phanti eminentes ab extremis cornibus:
equis maxime:non uiſu modo:ſed odore
inſolito territis fugam late faciebãt. Tur
rito dorſo.quoniam elephanti portant in
dorſo turres:& propugnatores. Vadis.
aquis trebiæ. Incubat.imminet:& occu
pat alueum fluuii. Explorant aduerſa ui
ros.quoniam circa difficilia:& aduerſa uer
ſatur uirtus:& per labores atq; dolores pa
rat ſibi laudem. Explorant.experiuntur
& cõſiderant:quoniam in aduerſis homo
cognoſcitur. Duro cliuo.uia aſpera:quæ
profert uirtutẽ:cuius radices amaræ ſunt:
fructus autem ſuauiſſimi. Interrita.quæ
non frangitur aduerſis:immo ſeſe obiicit
ultro periculis:ut laudẽ aſſequatur. In-
honoratam.ignauam:& ingloriam:quo-
niam in aqua non poteſt oſtentari fortitu
do. Famæ mundam.ſine honore ac fa
ma. Non queat auſonius.irruit in ele-
phãtum fibrenus inquiens:Experiri libet
ſit ne in terris aliquid ita horrẽdum:quod
enſis romanus nõ poſſit conficere:& ſit ne
aliquid tam terribile:quod non poſſit ne-
care haſta tyrrhena.ideſt itala. Feræ.ele
phanti. Proſequitur.ideſt elephas impel
lendo caput adiuuit ictum:quoniam telũ
altius penetrauit. Lapſo.excuſſo e dorſo
elephanti. Extenſus.ideſt per extenſa &
ampla latera:& eſt accuſandi caſus. Vi-
brat.quatit. Clauſit.fluuium.ſcilicet ſua
ruina. Ecce per aduerſum.deſcribit pu-
gnam Scipionis in ipſo fluuio. Per aduer
ſũ amnẽ:cõtra curſũ ipſius fluuii.i.aduerſa
aq̃:ut maior eẽt labor. Implacabilis.ↄcita
tus. Tũ pelopeus auis:Telgõ erat cyrenai-
cus.cyrenẽ aũt ut iam dictũ eſt therei con-
diderunt:qui ex laconia profecti calliſten
urbem prope minorem ſyrtim coluerũt.
& theram a duce denominarunt:ideo di-
xit ſupra:Pelopei ſtirpe nepotis:& hic Tel-
gon. Auis.ideſt propter maiores ſuos.&
cyrenes conditores erat pelopeus.ideſt la-
cedæmonius:& peloponneſiacus :quoniã
Pelops Tantali filius illic regnauit & nomẽ
peninſulæ dedit. Lõgo rigore ferri.ideſt
totum ferrum:quod erat in haſta penetra
uit in os Telgonis. Quies.ideſt non il-
lic quieuit proſtratus eo uulnere:ſed per
trebiam in padum:& per hunc in mare
adriacum deuolutus eſt. Lapſe.hic la-
pſus erat Maurus:& ĩ finibus mauritaniæ
horti erant heſperidum:& poma aurea.
Fuluos.aureos. Iamque ferox totum.
Trebia relaxauit ſuum fontem:& omnis
uires ſuas in romanos effudit. Torquet.
immittit. Senſit.ſcilicet Scipio trebiam
augeri & in romanos ſæuire.



Magnas o trebia & meritas imperfide pœnas
Exolues inquit:lacerum per gallica riuis
Diſpergam rura:atque amnis tibi nomina demã
Quoque aperis te fonte premã:nec tãgere ripas
Illabique pado dabitur:quænam iſta repente
Sydonum infœlix rabies te reddidit amnem:
Talia iactantem conſurgens aggere aquarum
Impulit:atque hũeros curuato gurgite preſſit.
Arduus aduerſa molle irrumpentibus undis
Stat ductor:clypeoque ruentem ſuſtulit amnẽ.
Nec non a tergo fluctus ſtridente procella
Spumeus irrorat ſummas aſpergine criſtas.
Ire uadis:ſtabilemq; uetat defigere greſſum
Subducta tellure deus:percuſſaque longe
Raucum ſaxa ſonant: undæque ad bella parẽtis
Excitare pugnant:& ripas perdidit amnis.
Tum madidos crines:& glauca fronte reuictum
Attollit cum uoce caput:pœnaſq; ſuperbas
Inſuper & nomen trebiæ delere minaris
O regnis inimice meis:tot copora porro
Dextra fuſa mea clypeis galeiſq; uirorum
Quo mactas arctatus iter:curſumq; reliqui.
Cede uides ſtagna alta rubent:retroq; feruntur
Adde modũ dextræ:& cãpis incũbe propiquis.
Hæc uenere adiuncta tumulo ſpectabat ab alto
Mulciber obſcuræ tectus caligine nubis
Ingrauat ad cœlum ſublatis ſcipio palmis:
Dii patrii:quorũ auſpiciis ſtat dardana roma
Talin me læto tanta inter prælia nuper
Seruaſtis:fortunæ animam hãc excidere dextra
Indignum eſt uiſum:redde o me nate periclis.
Redde hoſti.liceat bellanti arceſſere mortem.
Quam patriæ:fratrique probẽ:tũ percita dictis
Ingemuit uenus.& rapidas detruſit in amnem
Coniugis inuicti uires:agit undique flammam:
Diſperſus ripis ignis:multoſq; per annos
Nutritas fluuio populatur feruidus undas.
Vritur omne nemus:lucoſque effuſus in altos
Immiſſis crepitat uictor uulcanus habenis.
Iamque ambuſta comas abies.iã pinus & alni:
Iam ſolo reſtans trunco dimiſit in altum
Populus aſſuetas ramis habitare uolucres
Flãma uorax imo penitus de gurgite tractos
Abſorbet latices:ſæuoque urgente uapore
Siccus inareſcit ripis cruor horrida late
Scinditur in rimas:& hiatu rupta dehiſcit

Magnas o trebia.uerba Scipionis ad trebiã:cui mi
natur ſe ademptuꝝ alueum:quod ideo poeta fingit:
ut ad ueram hiſtoriam alluderet:quoniã autore Stra
bone Marcus ſcaurus deductis ex Pado uſq; ĩ parmẽ
ſem aggꝝ foſſis nauigationibus cõmodis paludes ĩpas
exſiccauit e campis:per placẽtina ſi quidẽ arua trebia
padum influens:aliiq; item complures ante fluuii ul
tra modũ plenius ſtagnabant:hic eſt ille Scaurus qui
per piſas & limã uſq; ſabbatios uiam ſtrauit æmiliã:
& hinc per derthonem.Alia uero eſt æmilia uia.quæ
flaminiam excipit:eodem enim in cõſulatu Marcus
Lepidus.& Caius flamineus collegæ fuerũt uictores
liguꝝ.Strauere hic flaminiam uſq; Ariminum.Reli
quam Lepidus uſq; Bononiam. Per gallica rura.per
aggꝝ placentinum:qui eſt in gallia ciſalpina. Lacerꝝ:
ſectũ in riuos & foſſas. Amnis Non uocaberis in-
quit fluuius:ſed riuus. Sydonium amnem.fauentẽ
carthaginenſibus. Aggere.cumulo. Stat ductor.
laus Scipionis ab animi robore.non enim uolebat ce
dere:ſed ſeſe contra aduerſa erigebat:quãuis in aqua
non poſſit uera fortitudo oſtẽtari. Ire uadis.ĩgredi
per aquam fluuii. Excitæ.euocatæ. Perdidit ripas
quoniam per campos ſeſe effundebat. Glauca fron
de.harundine ſub uiridi. Pœnaſq; ſuperbas.uerba
Trebiæ ad Scipionem. Tot corpora porro.laus Sci
pionis ab hoſte:quoniam propter cadauera hoſtium
deiecta in uadũ a Scipione fluuius reſtagnabat. Por
ro.certe. Arctatus.conſtrictus. Adde modũ dex
træ.impone finẽ cædibus:aut ſi uis pugnare pugna ĩ
cãpis proximis nõ in meo alueo. Hæc uenere adiũ
cta.fingit poeta Venerem miſeratã ſortem Scipionis
tendentis ad cœlum palmas imiſiſſe incẽdium in tre
biam & omnis arbores abſumpſiſſe. Mulciber.uul
canus faber Iouis & numen ignis & ueneris maritus:
quod nõ ſine rõne fingit poeta quippe ex calore:atq;
humiditate omnia procreantur:& mẽbris calefactis
uenus excitatur. Ingrauat.aggrauat hoc Scipio:& cõ
querit ſe p̃mi ab amne. Dii patrii.uerba Scipionis
ad ſuperos q̃rẽtis de ſua fortuna:quod.ſ.ignaua mor
te periret:ut facit æneas Virgilianus. Quoꝝ auſpi-
ciis:quoꝝ numine & tutela:ſed obſcuꝝ erat:in cuius
numinis tutela eẽt roma.Dii p̃rii erãt penates:quos
magnos deos Troiani dicebãt:Caſſius emina autore
Macrobio dicit Samothraces deos eoſdẽ romanoꝝ
penates proprie dici deos magnos:ſciens inquit hæc
noſter Vir.ait cũ ſociis:Natoq; penatibus & magnis
diis:hos uocabant troiani etiam deos patrios autore
Higino:cui opinioni Vir.aſtipulatur dicẽs.Dii patrii
ſeruate domũ.de his etiam itelligit hic Syllius. Ta-
lin lætho.ignauæ:inhonoræq; morti ne ſeruaſtis in
pugna ad Ticinum. Dextra.manu hoſtili:& in acie.
Bellãti.quoniã tunc apparet fortitudo:liceat ĩquit
pugnando mori:ut fortem uirum decet. Fratriq;.
Gneo Scipioni:qui erat in hiſpania. Quam probẽ:
laudari poſſim:& meum decorum ſeruare. Rapi-
das uires.ignem qui omnia domat. Inuicti coniu-
gis:Vulcani:quoniam ignis cum inualuit iuictus eſt:
Vnde aliqui philoſophantes putauerunt ignem fu-
iſſe principium rerum:quia ignis propter potentiam
conuertit omnia in ſuam naturam:& ignis eſt uali-
diſſimum elementum. In altum.aerem. Ab-
ſorbet.deſiccat aquas.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Tellus:ac ſtagnis altæ ſedere fauillæ.
Miratur pater æternos ceſſare repente
Eridanus curſus:nympharūq; itima mœſtus
Impleuit chorus attonitis ululatibus antra.
Ter caput ambuſtum conanté attollere iacta
Lampade uulcanus merſit fumantibus undis.
Ter correpta dei crines nudauit arundo.
Tum demum amiſſæ uires:& uoce precantis
Orantique datum ripas ſeruare priores.
Ac tandem a trebia reuocauit ſcipio feſſas
Munitum in collē gracco comitante cohortes
At pœnus multo fluuium ueneratus honore
Gramineas undis ſtrauit ſocialibus aras.
Neſcius heu quanto ſuperi maiora mouerēt.
Et quos auſoniæ luctus traſimene parares.
Boioꝝ nuper populos turbauerat armis
Flaminius:faciliſque uiro tum gloria belli
Corde leuē:atque aſtus iopē cōtundere gēté.
Sed labor haud idem tyrio certaſſe tyranno.
Hunc leuis urbi genitum ad fatalia damna
Ominibus parat imperio ſaturnia feſſo.
Ductorem:dignūque uirum ueniēte ruina.
Inde ubi prima dies iuris:clauumq; regendæ
Inuaſit patriæ:& ſub nutu caſtra fuere:
Vt pelagi rudis:& pontum tractare per arté
Neſcius accepit miſeræ:ſi iura carinæ:
Ventorum tenet ipſe uicem:cūctiſq; procellis
Dat iactare ratem:fertur uaga gurgite puppis
Ipſius in ſcopulos dextra impellēte magiſtri.
Ergo agitur raptis præceps exercitus armis
Lydorum populos:ſedemq; ab origine priſci
Sacratam corithi:iūctoſque a ſanguine auoꝝ
Meonios italis permixta ſtirpe colonos.
Nec regē aphrorū naſcenda ad cœpta morat̃
Laude ſuper tanta mōitor deus. omnia ſomni
Condiderant:ægriſq; dabant obliuia curis.
Cū iuno i ſtagni iuuenem cōuerſa propiqui
Et madidæ frontis crines circūdata fronde
Populea ſtimulat ſubitis præcordia curis.
Ac rumpit ducis haud ſpernēda uoce quieté.
O fœlix famæ:& latio lachrymabile nomen
Annibal auſonia:ſi te fortuna creaſſet
Ad magnos uenturæ deos:cum fata tenemus:
Pelle moras:breuis ē magni fortuna fauoris.
Q uantum uouiſti cum dardana bella parēti
Iurares:fluet auſonio tibi corpore tantum

Stagnis.aquis iam obductis fauilla & cinere. At tandē a trebia.poſt hác pugná iſœlicē romanus exercitus nocte ſequēti ratibus Trebiá tráſmiſit:uenitq; Placētiam & Cremoná.Romæ aūt trepidatū eſt accepto cladis núcio: creatiq; ſunt alii cōſules Flaminius & Seruilius.Poeta dicit Scipioné & Gracchū metatos fuiſſe caſtra in edito loco:ut eſſent ab hoſtibus tuta. Vndis ſocialibus.aquis trebiæ.quæ fauerát hoſtibus i ea pugna.Traſimenus eſt lacus peruſinus. Boioꝝ nuper populos.Flaminius paulo ante boios debellauerat gentē gallicá accolentē Padū:q núc creatus eſt cōſul cū Seruilio:cuius flaminii temeritate exercitus romanus ad traſimenū ꝓfligatus eſt:acceptis a graccho prioris anni cōſule duabus legionibus:& duabus a.C.Attilio prætore in hætruriá ꝓperauit. Corde leuē.iſciá ignauá: & nō habenté in ſe aliqd pōderis:ideo facile ſuperabat̃. Aſtus iopē.ſine malitia.Pœni aūt cū qbus núc res erat aſtutiſſimi erát & iſidi. Tyráno.Hánibali. Húc.Flaminiú. Leuis ominibus.malo omine creatū cōſulé. Saturnia.Iuno filia Saturni:quæ romanos odio ꝓſequebat̃ deſtinauit cōſulatū Flaminio:ut romanū exercitū pderet. Feſſo iperio.attritis rebus romanis duplici clade. Fatalia dána.fato uétura. Iuris.poteſtatis cōſularis. Clauū.clauus dicit̃ temo nauis.quē ꝓ regimine iperii ponit & iure cōſulari. Sub nutu.ſub ditione. Vt pelagi rudis.Flaminiū temerariū cōparat nautæ iperito:qui nauim ad naufragiū ipellit. Rudis pelagi.ignarus artis nauigādi. Tenet uicē uentoꝝ.facit id quod ſolēt facere uēti:ideſt nauim ad ſcopulos ipellit: cū ignoret artē nauigandi. Lydoꝝ populos.hætruſcos. Lydi ut dictū ē uenerūt in hætruriá duce tyrrheno. Corithi.Corithus fuit oppidū hætruriæ pĩa dardani filii Iouis & electræ:q patriá deſerēs ſuá in ſamothraciá ꝓfectus eſt:unde penates ſacra:ſacrorumq; ritus aduexit in Phrygiá quæ poſtea æneas in latiū reuexit:& ideo ꝓpter dardanū appellat hætruriá ſedē ſacratá: núc appellat̃ corthona:non lōge ab arretio & lacu peruſino:quo ꝓfectus eſt Flaminius:alibi dicit: Arreti muros corithi nunc diruat arces. Colonos meonios.lydos ná lydi ex meonia quæ & lydia dicit̃ ꝓfecti cū hætruſcis habitarūt:& ideo hætruſci meonii.Lydi & tyrrheni a duce tyrrheno dicūtur. Auoꝝ.antiquoꝝ qui mixti fuerūt:ideo dicit Permixta ſtirpe. Nec regē aphroꝝ.fingit poeta Iunonem cōuerſam in formá Traſimeni monuiſſe Hánibalem nocte:ut ad lacū peruſinū contēderet:ubi romanū exercitū profligaturus eſſet. Monitor deus.Iuno.reſpexit ad numen.ſic Virgi.Venerē appellauit deum. Omnia ſomni.deſcribit tempus:quo Iuno Hannibalem monuit. O fœlix famæ.uerba iunonis ad Hannibalem:quoꝝ principio beniuolentia captatur:inde proponitur utilitas:& gloria:ut magis uir laudis cupidus excitetur. Ad magnos uenture deos.laus hæc eſt romanorum ex ore iunonis inimicæ:ꝙ ſcilicet ſolis italis ſiue romanis dabatur aſcēdere cœlum:& referri in numerum deorum. Auſonia.in italia. Cur fata tenemus.breuis eſt narratio: qua ſuadet ab utili:non eſſe cunctandum cum proſpera fortuna cito diſcedat:itaque inſtandum eſt inquit dum fortuna tibi aſpirat.quæ temeraria eſt & cæca. Quantum uouiſti.locus eſt ab utili:quoniam hæc oratio in genere deliberatiuo uerſatur: Poteris inquit o Hannibal nunc id efficere quod tuo patri iuraſti:& ſatiare manes paternos ſanguine romanorum.



Sanguinis:& patrias ſatiabis cedibus umbras.
Nobis perſolues merito ſecurus honores:
Nāque ego ſū celſis:quē cictū mōtibus ambit
T molo miſſa manus ſtagnis traſimenus opa/
His agitur monitis.& lætā numie pubé (cis.
Protinus aerii præceps rapit aggere montis:
Horrebat glacie ſaxa inter lubrica ſummo
Piniferum cœlo miſcens caput appenninus
Condiderat nix alta trabes.& uertice celſo
Canus apex ſtricta ſurgebat ad aſtra pruina.
Ire iubet:prior extingui labique uidetur
Gloria poſt alpes:ſi ſtetur montibus ullis.
Scandunt prærupti nimboſa cacumina ſaxi
Nec ſuperaſſe iugum finit.mulcetq; laboré.
Plana natant:putrique gelu liquētibus undis
Inuida limoſa reſtagnant arua palude.
Iamque ducis nudus tāta iter ihoſpita uertex
Sæuitia quatitur cœli manante per ora
Perq; genas oculos facilis ſpreuiſſe medētes.
Optatum bene credit emi quocunque periclo
Bellandi tempus.non frontis parcit honori:
Dum ne perdat iter: nō cætera mēbra morat̃
In precium belli dare:ſi uictoria poſcat
Statque putat lucis capitolia cernere uictor
Q ua petat.atq; italū feriat qua cōinus hoſté.
Talia perpeſſi tandem inter ſæua locorum
Optatos uenere lacus:ubi deinde per arma
Sumeret amiſſi numeroſa piacula uiſus.
Ecce autem patres aderant carthagine miſſi.
Cauſa uiæ non parua uiris:nec læta ferebant.
Mos fuit i populis.quos cōdidit aduena dido
Poſcere cede deos ueniā:ac flagrantibus aris
Infandum dictu paruos imponere natos.
Vrna reducebat miſerandos annua caſus.
Sacra thoanteæ:rituſq; imitata dyanæ.
Cui fato ſortique deum de more petebat
Annibalis prolem diſcors antiquitus hānon.
Sed propior metus armati ductoris ab ira:
Et magna ante oculos ſtabat redeūtis imago
Aſpar.ad hæc fœdata genas lacerataq; crines:
Atque urbem complet mœſti clamoris imilce
Edonis ut pangea ſuper trieteridæ motu

Securus.iam uictor ad traſimenum mihi ſacrificabis. Nāq; ego ſum celſis:ne uideretur eē fantaſma quoddā dicit ſe eſſe traſimenum :numē.ſ.lacus peruſini ubi erat futura clades. Tmolo miſſa manus.i.ipſi meonii:& lydi qui uenerunt ex lydia:ubi eſt tmolus mons.qui etiam timolus dicit̃.Oui.Deſeruere ſui nymphæ uineta timoli. Numine.monitu traſimeni. Aerii montis.altiſſimi appēnini. Horrebat.deſcribit appēninum niuibus: & pruinis obductū. Ire iubet.Hānibal iuſſit exercitū procedere ſine mora:quippe prior gloria:quá fuerant adepti in alpibus extigui uidebatur:ſi illic traxiſſent moras: quoniá nulla difficultas debebat eos retinere poſt ſuperatas alpes. Si ſtet̃ mōtibus ullis.ſi in aliquibus mōtibus imorabimur īquit amittemus partá gloriá de alpibus:& ſic hortat̃ eos ad decoꝝ ꝑſtandū. Nec mulcet laborē.i.nō.ceſſabát labores:ꝙuis iugū appēnini tráſcendiſſent: quoniá paludes iter appēninū & aretiū maiorē difficultatem afferebát:ergo ſuperaſſe dorſum appēnini nō finiebat labores. Plana natát.aquis obducta ſunt ꝓpter paludes:in quibus Hānibal maximas habuit difficultates: qui ut ait Liui.æger oculis ex uerna primū intēperie uariáte calores frigoraq;.elephāto uehebat̃ ut altius extaret. tamē & nocturno hūore:paluſtriq; cœlo grauáte caput: & quia medēdi nec locus:nec tēpus erat altero oculo captus eſt multis hoibus iumentiſq; fœde amiſſis:ubi primū in ſicco potuit caſtra locat:certūq; per præmiſſos exploratores habuit:exercitū romanū circa Arretii mœnia eſſe. Putri.reſolubili. Liquētibus undis.aquis deliquatis ex putri gelu:ac niuibus. Nudus uertex.caput Hānibalis detectū. Inter tāta ihoſpita iter has paludes: quæ hoſpitiū nō præbebát. Sæuitia cœli.tempeſtate. Medētes.i.q nolebat remediū:& fomēta medicoꝝ adhibere.ná putabat bene emi tēpus optatū quocūq; periculo:& dūmodo nō perdat cœptū iter ſi uictoria poſceret i præmiū belli alia mēbra daturus erat.Seruat decoꝝ uiri ſpiritus igentis:& gloriæ cupidiſſimi:atq; uictoriæ cōtra romanos:in quos maximo ardore ferebat̃. Talia.icōmoda in ipſis paludibus.& Appēnino uenerunt ad Lacū Traſimenum:ubi Hānibal mactaturus erat tot milia romanoꝝ in ultionē amiſſi oculi:atq; piaculū. Lacus.traſimenū. Viſus.oculi. Numeroſa piacula.multas expiationes.& cædes propter amiſſum oculū. Ecce autē patres.cum Hānibal ad Traſimenū caſtra metatus eſſet uenerunt ad eum legati miſſi a carthaginenſibus portantes triſtem nuncium:qui ex ſententia patrum Hánibali permiſerunt:an uellet filium ſuum mactari diis patriis: ut moris erat.Hānibal uoluit ut filius tali fato ſubtraheretur.promittēs maiores ex nomine romano & ſanguine uictimas & libationes. Mos fuit in populis.apud carthaginenſes dii placabātur humana cæde:& ſorte ducebantur pueri ad aras & imolabantur. Vrna.eſt uas ex quo ſortes educebantur.Virg.Stat ductis ſortibus urna.

Thoanteæ.Dianæ tauricæ.Thoas rex lemni pater hyſiphyles furori lemniadum a filia ereptus in tauricam regionem ſcythiæ tranſlatus eſt:ubi cum Phigenia ſorore Oreſtis templo Dianæ præfuit:cui hoſpites mactabant̃: ideo ſacra Dianæ tauricæ thoantea appellat:quæ carthaginenſes imitabantur. Diſcors antiquitus.quoniam erat princeps alterius factionis:& odio gentili proſequebatur Hannibalem & eius prolem. Cui fato.ut mactaretur proles Hānibalis ad impetrandam a diis ueniam.

Ductoris.Hannibalis:quem timebant:cum haberet exercitum. Aſpar.hic erat filius Hannibalis & imago patris.poetæ appellant filios imaginem parentū. Edonis ut pangea.furentem imilcen cōparat mulieribus bacchantibus.edonii ſunt populi thraciæ:apud quos mulieres ſacris bacchicis operabantur.inde edonis. Baccha

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS

mulier threiſſa. Trieteus eſt tempus trium annoꝝ:& tertio quoq; anno ſacra illa celebrabanť. boetii cæteriq; græci & thraces autore Diodo. in memoriã ĩdicæ expeditionis ſacra trieterica ĩſtituerunt. & bacchæ mulieres tertio quoq; anno cõueniebãt. & uirgines de more thyrſum ferebãt in honorẽ dei bacchãtes. Motu trieteridæ. baccho. & tertio quoq; anno redeũte. Pãgea. montẽ thraciæ. Facibus. ac ſi face admota exagitareť. Io eſt uox bacchãtiũ. Prima domus. filius primogenitus. & ſic arguit patriã ĩgratitudinis. Reſigna pacta. rũpe fœdera:& pugna cum romanis cõtra ſas ꝑ patria: quæ tibi eſt igrata.

Quæ porro hæc pietas: deteſtať imilce ferũ: ac horrẽdũ ritũ ſacroꝝ: dicitq; poeta ſub pſona imilces: primã eẽ cauſam ſceleꝝ ipſis mortalibus ægris. i. affectis omni perturbatione & ignorantia neſcire naturã deoꝝ: qui mites ſunt:& cognationẽ quandã cum hoĩbus habẽt: aitq; petẽda eſſe iuſta & honeſta: quæ facile ĩpetranť ſolo thure: & non humano ſanguine: a quo abhorret deus. Hæc pietas. hæc obſeruãtia: quam præſtamus deo:& hæc religio. Porro. certe pietatẽ debemus deo quẽ dũ colimus pii ſumus. Naturã deũ. deoꝝ: qui ab omni crudelitate abhorrẽt:& ſola puritate gaudẽt: more poetico loquor: nõ eſt quippe niſi unus deus: ĩter bonos uiros: ac deum ĩquit Seneca amicitia eſt cõciliãte uirtute. Feros. crudeles ac deteſtabiles. Et cognatum homini. quoniã hoĩs aĩa facta eſt ad ſimilitudinẽ dei. Cæſos iuuencos. Prometheus primus bouẽ imolauit. & Domitianus autore Trãquil. recordatus Vir. uerſus: Impia q̃ cæſis gẽs eſt epulata iuuẽcis: uetuit bouẽ imolari: qui apud antiquos habebať ſocius humani laboris:& bouẽ uiolare piaculum erat. Licuit in italia ĩmolare hoĩem ĩpune uſq; ad Corneliũ lentulũ:& Liciniũ Craſſũ cõſu. Aut ſi uelle nephas. ſi putatis oĩno ſuperos gaudere hoc ſcelere:& ſãguine humano placari me matrẽ mactetis. Cur ſpoliare iuuar. locus eſt ab utili: a quo ſuadet nõ eẽ mactãdũ pueꝝ tãtæ ĩdolis: qui magno decori & uſui pr̃iæ aliquãdo eẽ poſſit.

An flẽdæ magis egates: ſenſus eſt: Nõ minus deflenda fuiſſet mors Hãnibalis: ſi tali ſorte in pueritia fuiſſet abſũptus: q̃ calamitas accepta ad egates inſulas primo bello punico. & locus eſt ab utili: cõfirmatq; id q̃d optat ſimilitudine. Punica regna merſa ꝓfundo. res libyca attrita bello nauali:& ĩperiũ ꝓpe amiſſum in pugna ad egates.

Sorte cruẽta. tali ſato & urna. Hæc. quæ dicebat imilce. Illexere. traxerũt. Ad cauta. ut caute agerẽt:& malũ quod ĩde poterat oriri cũ ratione declinare. Relictũ. ſ. eſt ipſi Hãnibali. An abnueret ſortẽ: an recuſaret illã ſortẽ de filio ĩmolãdo: an pareret honori ſupeꝝ: an uellet filiũ ſuũ mactari in honorẽ deoꝝ: Relictũ eſt a pr̃ibus ipſi Hãnibali: an uellet parere honori ſupeꝝ. i. ſorti & ſacrificio: quo debebat puer ille mactari. Trepidare. trepidabat. Vix cõpos. uix reſipiſcẽs ꝓpter metũ. Quid tibi ꝑ tãto: uerba Hannibalis: q̃bus patriæ gratias agit: ꝙ ſuo arbitrio rem tantam permiſerit: ut poſſet renuere & annuere ſacrum: quæ poteſtas diuina uidebatur. Hinc. ex armis & præſtantia bellica: qua romanos uincã: quos in templis patriis mactabimus. Generoſa. nobilis. laus romanorum ex ore hoſtili. Faxo. faciam. Quirino. Romano & italo. Quirinus dictus eſt Romulus. At puer. filius meus Aſpar. Heſperia. italia. Aeneadis. Romanis. Vos quoque. pollicetur diis maiores uictimas filio: quem ſorti cruentæ tunc eripiebat.

It iuga:& ĩcluſum ſuſpirat pectore bacchum:
Ergo inter tyrias facibus ceu ſubdita matres
Clamat io coniunx: quocunq; in cardĩe mũdi
Bella moues: huc ſigna refer: uiolentior hic ẽ:
Hic hoſtis propior: tu nunc fortaſſe ſub ipſis
Vrbis dardaniæ muris uibrantia tela
Excipis intrepidus clypeo: ſæuãque coruſcãs
Lampada tarpeis infers incendia tectis.
Interea tibi prima domus: atque unica proles
Neu gremio patriæ ſtygias raptatur ad aras.
I nunc auſonios ferro populare penates:
Et uetitas molire uias: i pacta reſigna
Per cunctos iurata deos: ſic præmia reddit
Carthago:& tales iã nunc tibi uouit honores:
Quæ porro hæc pietas d̃lubra aſpgere tabo
Heu primæ ſcelerũ cauſæ mortalibus ægris
Naturam neſcire deum: iuſta ite precati
Thure pio: cædumque feros auertite ritus:
Mite & cognatũ ẽ homini deus: hactenus oro
Sit ſatis ante aras cæſos uidiſſe iuuencos:
Aut ſi uelle nephas ſuperos: fixumq; : ſedetq;
Me me quæ genui ueſtris aſſumite uotis:
Cur ſpoliare iuuat libycas hac indole terras:
An flendæ magis egates & merſa profundo
Punica regna forent olim. ſi forte cruenta
Eſſet tanta mei uirtus prærepta mariti:
Hæc dubios uario diuũq; hominũq; timore
Ad cauta illexere patres: ipſique relictum
Abnueret ſortẽ: an ſuperum pareret honori.
Tum uero trepidare metu uix compos *imilce*
Magnanimi metuens immitia corda *mariti*.
His auide auditis ductor: ſic deinde profatur
Quid tibi pro tanto nõ impar munere ſoluat
Annibal æquatus ſuperis: quæ præmia digna
Inueniam carthago parens: noctemq; diẽq;
Arma feram: templiſq; tuis hĩc plurima faxo
Hoſtia ab auſonio ueniat generoſa quirino.
At puer armorũ:& belli ſeruabitur hæres
Spes o nate meæ: tyriaꝝque unica rerum
Heſperia minitante ſalus: terraque fretoque
Certare æneadis dum ſtabit uita memento.
Perge: patent alpes noſtroque ĩcumbe labori
Vos quoque dii patrii: quorũ delubra pianť
Cædibus: atque coli gaudẽt formidine matrũ
Huc lætos uultus: totaſque aduertite mentes
Namque paro ſacra & meliores molior aras.



Tu mago. edicit ſuis Hannibal: ut & loca opportuna capiãt:& inſidias hoſtibus molliãtur. Ad clauſtra. nã ĩter montes cortonenſes ad ipſum lacum uia eſt perangusta: deinde paulo latior pateſcit campus: inde colles aſſurgunt. Choaſpe. hic erat ductor lothophagorum. Vago milite. expeditis & leuis armaturæ militibus. Fauces: iter anguſtum: ſiue anguſtias montium. Libamina. libationes:& ſacra: ideſt irritabo hoſtes ad pugnam: ut diis patriis hoſtias mactem: quas uoui. Deus. numen huius lacus. Sycheus erat nepos Hannibalis ex ſorore.

Viri. qui miſſi eſtis ad me poteritis referre carthaginenſibus: qua calamitate Romanos afficiam.

Petri Marſi interpretatio in quintum uolumen Sylli Italici.

Tu mago aduerſi conſide in uertice montis.
Tu læuos propior colles accede choaſpe.
Ad clauſtra:& fauces ducat ꝑ opaca ſicheus.
Aſt ego te traſimene uago cũ milite præceps
Luſtrabo:& ſuperis quæram libamina belli.
Nãque haud parua deus ꝓmiſſis ſpõdet aptis
Quæ ſpectata uiri patriam referatis in urbẽ.

CEpat hætruſcos occulto milite colles
Sidonius ductor ꝑ q̃ alta ſilẽtia noctis
Syluaꝝ ãfractus cæcis inſederat armis.
At ꝑte e læua reſtagnãs gurgite uaſto
Effigiem in pelagi lacus ĩundabat ĩerti
Et late multo fœdabat proxima limo
Quæ uada faunigenæ regnata antiq̃tus ãno
Nunc uoluẽte die thraſimeni nomina ſeruãt.
Lydius huic genitor tmoli decus æquore lõge
Meoniam quondam in latias aduexerat oras
Tyrrhenus pubẽ: dederatq; uocabula terris.
Iſq; inſueta tuba mõſtrauit murmura primus
Gentibus:& bellis ignaua ſilentia rupit.
Nec modicus uoti natum ad maiora fouebat.
Verum ardens puero caſtũq; exuta pudorẽ
Nam forma certare deis thraſimene ualeres.
Littore correptum ſtagnis demiſit agillæ
Flore capi iuuenum primæuo lubrica mentẽ
Nympha: nec ĩdalia lenta incaluiſſe ſagitta.
Sollicite uiridi penitus fouere ſub antro
Naiades amplexus undoſaq; regna tremẽtẽ.
Hinc dotale lacus nomen: lateque hymenæo
Conſcia laſciuo thraſimenus dicitur unda.
Etiam curriculo nigram nox roſcida metam.
Stringebat: nec ſe thalamis titonia coniunx.
Protulerat: ſtabatque nitens in limine primo.
Cum minus annuerit noctem deſiſſe uiator.

CEpat hætruſcos occulto milite colles. Hãnibal autore Liuio quod agri eſt iter cortonã & traſimenũ omni clade belli uaſtauit: ut uires romanoꝝ ad uindicandas ſocioꝝ iniurias excitaret:& cũ ad Traſimenũ caſtra metatus eſſet: baleares cæterãq; leuem armaturã poſt mõtes circũducit: equites ad ipſas ſaltus fauces tumulis apte tegẽtibus locat: ut ubi ĩtraſſẽt romani obiecto equitatu clauſa omnia lacu ac mõtibus eſſent:& ſub ictu hoſtiũ haberenť anguſtiis locoꝝ circũuẽti atq; ĩſidiis. pugnatũ eſt utriq; acriter & tãto ſtudio: ut terremotus qui totã italiã cõcuſſit minime depræhẽderetur: ſed hãnibal memorabili clade romanos affecit: quã hoc uolumine poeta deſcribit. ĩ cuius calce fortẽ animũ generoſamq; mortẽ romanoꝝ celebrat. Occulto. locato ad ĩſidias ad clauſtra & fauces. Sidonius ductor. hãnibal pœnus. Anfractus. circuitus: quoniã hãnibal leuẽ armaturã poſt mõtẽ circũduxit. Cæcis armis. militibus illic ad inſidias locatis. Anno faunigenæ. annus fauni filius regnauit circa traſimenũ:& fuit rex pelaſgoꝝ qui in hætruriã cõmigrarũt. Voluẽte die. poſt multa tẽpora. Traſimenus dictus ẽ a traſimeno filio Tyrrheni rapto in lacũ ab agylla nympha: q̃d nomẽ dotale fuit. Lydius: pater traſimeni fuit tyrrhenus lydius qui uenit ex meonia: ubi eſt tmolus mons. ideo dicit tmoli decus. i. ipſius meoniæ & lydiæ. Terris. quoniã hætruriã a ſe appellauit tyrrheniã. Inſueta tuba. tyrrhenus iuenit tubã æneã: ſed Pli. dicit tyrrhenũ piſeum ad quẽ poeta alludit.

Meoniã pubẽ: ex lydia. ſupradixit meonios colonos.

Nec modicus uoti. i. magna deſiderãs. Agyllæ. nympha:& hoc nomẽ deduxit poeta ab agylla urbe: quæ nũc cere diciť:& nomẽ accepit ab omine quodã: cũ a pelaſgis oppugnareť. Lubricã mẽtẽ. hẽns mẽtẽ lubricã & ꝓnã ad amorẽ: ut facile capereť. lubricus locus eſt in quo non poſſumus cõſiſtere: aut ambulare: ut ſũt herbæ aq̃ pfuſæ marmora lænia:& cætera id genus: ĩde ꝑ trãſlationẽ adoleſcẽtia dr̃ lubrica: ĩ qua q ſũt uelut ĩ glacie facile labunť. unde agylla habebat lubricã mentẽ. i. ꝓcliuẽ ad amores.

Idalia. uenerea. i. amore cuius mr̃ eſt uenus. Idaliũ ẽ nemus cypri ubi uenus colebať. Hic. ex hoc raptu lacus dictus ẽ traſimenus:& fuit dos quã illi dedit agylla nympha. Et iã curriculo. deſcribit crepuſculũ quo flaminius ꝓperauit in hoſtẽ. Curriculo. curru ſuo. poniť etiã ꝓ curſu. Nigrã metã. finẽ noctis. Roſcida. quoniã in aurora cadũt rores. Strigebat. tãgebat. Titonia cõiũx. aurora. In primo limine. in pricipio diei. Cũ minus annuerit uiator. i. cũ minus affirmaret aut finitam eẽ noctẽ: aut cœpiſſe diẽ:& ſic exprimit crepuſculũ tp̃s dubiũ ĩter diẽ & noctẽ. Cõſul carpebat iniq̃s. Liuius ait. flaminius cũ ad lacũ perueniſſet ĩexplorato poſtero die uix dũ ſatis certa luce anguſtiis ſuperatis poſtquam in patẽtiorem campum pandi agmen cœpit id tantum hoſtium quod ex aduerſo erat aſpexit. a tergo & ſuper caput detectæ ĩſidiæ: pœnus ubi id quod petierat clauſum lacu mõtibuſque & circũfuſum ſuis copiis habuit hoſtem: ſignũ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

omnibus dat inuadendi. Iniquas.plenas inſidiis:quas romani non animaduerterunt temeritate conſulis:qui ſine conſilio ruebat in hoſtes. Ipſa ſigna.uexilla. Leuia arma.i.milites leuis armaturæ non erant diuiſi ab aliis: ſed oēs mixti properabant ad pugnam ſine ordine. Globo.turmæ equeſtri. Lyxaꝝ uulgus.lyxæ dicunt qui exercitū ſequūtur queſtus gratia:& ſunt ꝓprie qui aquā miniſtrāt exercitui:ut ſcribit Nonius.nam lyxā antiqui aquā dicebāt. Pæſago tumultu:quia uidebantur præſagire eo tumultu futurā calamitatē. Implere.īplebant.

Exhalans.emittēs:quoniā nebula nil aliud eſt:niſi uapor aquæ aut terræ humidæ.nebulæ quidē ut inquit philoſophus ſunt reliqæ nubiū reſolutaꝝ ex aq̄ fluente. Amictu.obſcuritate. Preſſum.obſcuꝝ ꝓpter nebulas. Picæa.obſcura. Nec pœnū.pœnoꝝ. Liq̄re doli.nō patuerunt fraudes hānibalis:& pœnoꝝ ꝓpter nebulas:qui ꝓperantem flaminiū ab igreſſu fauciū nō arcebāt pmittētes ire:ut eos icluderēt:ut piſces in naſſa. Properantē.flaminiū cū exercitu. Mox.paulopoſt. Irremeabile.quoniam nō poterāt redire ꝓpter hoſtes quos a tergo in īſidiis reliquebāt. Fauces.igreſſus ad lacū iter mōtes. Geminū.quoniā ante habebāt aquā:a tergo clauſtra cuſtodita ab hoſtibus. Vndæ.aquæ traſimeni. Refugos.redeūtes romanos ad fauces per quas intrauerāt. Haud ſecus ac uitreas:clauſtra ad lacū peruſinū & hānibalis aſtus cōparat piſcatori:& naſſæ qui piſcator ſcit piſcē icludere tutoq; capere.Naſſa iſtrumentum eſt uimineū ad capiēdos piſces:habens os patēs: & deſinēs in caudam ex qua nō poſſunt piſces redire.

Patulo.aperto. Faſtigans.acuens. Nectit.ligat.

Excuſſus mentē.i.qui urgēte fato prudentiā amiſerat. Diluerat.expulerat. Tunc ales.romani ductores inituri pugnā aduocabāt pullariū:ut offas gallis obiiceret:quibus ſi ītegris ueſcerētur ratū erat auſpiciū:ſi aliquid excidiſſet ex ore minime:& tunc dicebatur terripudium ſoliſtimum:quādo.ſ.eſca in ſolo cadebat.pauire enim percutere eſt:inde pauimēta Plinius loquens de gallis ait.hi faſces romanos ipellunt:aut retinēt:iubent acies:aut prohibēt.lege Cice.libro.ii.de diuinatione:qui talia confutat.flaminius ſpreta religione iſœliciter pugnauit. Ales:gallus gallinaceus. Luctus.calamitatis futuræ noluit comedere. Planctu.alaꝝ percuſſione. Nec rauco taurus.aliud oſtentum.nam ductus taurus ut imolaretur incuſſa bipenni:in collum aufugit:quod infœlicitatem portendebat. Signa etiam affuſa:aliud portentum:quoniam uexilla terræ affixa non poterant euelli.hoc ſcribit etiam Liuius:& Cice.libro.i.de diuinatione his uerbis:cum terripudio flaminius auſpicaretur pullarius diem prælii committendi differebat:& paulopoſt.Itaque ſigna conuelli & ſequi iuſſit.quo tempore cum ſignifer ſignum nō poſſet mouere loco:nec quicquam proficeretur plures cum accederent: flaminius renunciata ſuo more neglexit. Itaque tribus his horis conciſus exercitus atque ipſe interfectus eſt. Affuſa mole.magna ui & conatu.

Humo lacera.ſciſſa. Teter.niger. Nitentum.eorum qui nitebantur euellere ſigna. Parens.terra.

Atra.nigro ſanguine abundans. Ac ſuper hæc diuum genitor.fingit poeta iouē tunc fulminaſſe.Cice.libro.ii.de diuinatione ait.Itaque in noſtris commentariis ſcriptum habemus ioue tonante:fulminante: comitia populi habere nefas:& poſtea.Quod idem omnibus rebus optimum auſpicium habemus:ſi ſiniſtrum fuit, tamen negat Cicero ex ſententia

Q uam cepiſſe diem:cōſul carpebat iniquas
Prægrediens ſigna ipſa uias:omniſq; ruebat
Mixtus eques:nec diſcretis leuia arma maniplis:
Inſertiſq; globo pedites & inutile marti
Lyxarum uulgus præſago cuncta tumultu
Implere:& pugnā fugientū more petebant.
Tum ſuper ipſe lacus denſam caligine cæca
Exhalans nebulam late corruperat omnem
Proſpectum miſeris:atque atræ noctis amictu
Squalebat preſſum picea inter nubila cœlum.
Nec pœnum liquere doli:ſedet enſe repoſto
Abditus:& nullis properātē occurſibus arcet.
Incuſtoditum mox irremeabile littus.
Nāque ſub anguſtas arctato limite fauces
In fraudem ducebat iter:geminūque receptis
Exitium hic rupes:hic undæ clauſtra premebāt.
At contra umbroſo ſeruabant uertice montis
Hoſtilē ingreſſum refugos habitura ſub ictu:
Haud ſecus:ac uitreas ſolers piſcator ad undas:
Ore leuem patulo texens de uimine naſſam
Cautius interiora ligat:mediamque per aluum
Senſim faſtigās compreſſa cacumina nectit.
Ac fraude arctati remeare foraminis arcet
Introitu facilem quem traxit ab æquore piſcem:
Ocius interea propelli ſigna iubebat
Excuſſus conſul fatorum turbine mentem.
Donec flammiferum tollentes æquore currum
Solis æqui ſparſere diem:iamque orbe renato
Diluerat nebulas titan:ſenſimq; fluebat
Caligo in terras nitido reſoluta ſereno.
Tunc ales priſcum populis de more latinis
Auſpicium cum bella parant:menteſque deorū
Explorant ſuper euentu:ceu præſcia luctus
Damnauit ueſci:planctuq; alimenta refugit.
Nec rauco taurus ceſſauit flebile ad aras
Immugire ſono:preſſamque ad colla bipennem
Incerta ceruice ferens altaria liquit.
Signa etiam affuſa certant dum uellere mole
Teter humo lacera nitentum erupit in ora
Exultans cruor:& cædis documenta futuræ
Ipſa parens miſeris gremio dedit atra cruento
Ac ſuper hæc diuum genitor terraſque fretumq;



ſtoicoꝝ iouem fulminare ut aliquid prædicat:ſed naturale eē.placet quippe ſtoicis anhelitus terræ frigidos cum fluere cœperint eſſe uentos:cum autem ſe in nubem induerint:eiuſq; tenuiſſimam quāq; partem cœperint diuidere:ac diſrumpere:idq; crebrius facere:& uehementius:tum & fulgores:& tonitrua exiſtere.ſi autē nubium cōflictu ardor expreſſus ſe emiſerit:id eſſe fulmen. Heu uani monitus.exclamat poeta in amentiam conſulis qui tales monitus ac ꝓdigia ſpernebat magna cū clade populi romani. Parcas.fatū illud:& calamitatē futurā. Morātia.i.quæ fruſtra prædicebant:& remorantur cædes futuras:quas parcæ parabant. Minores certare fatis.i.qui non poteſtis repugnare diſpoſitioni fatoꝝ. Coruinus.L.furio & Appio claudio conſu.M.Valerius tribunus militum adoleſcēs:ut autor eſt Liuius:pugnauit in agro pomptino ſingulari certamine cum duce gallorum: & auxiliante coruo qui roſtro:unguibus:plāctu alaꝝ os galli īpetebat.uictor fuit:& coruinus cognominatus eſt:& coruinoꝝ familia:quæ romæ nobiliſſima fuit:multo nomine ac ſtemmate clara.ex hac familia erat hic coruinus de quo nunc agitur. Egregius linguæ.eloquēs. Phœbea ales.coruus phœbo dicatus propter diuinationem:quoniā futura ſignificare putabatur cantu:& uolatu.Plinius ait:corui in auſpiciis ſoli uidentur intellectum habere ſignificationū ſuaꝝ.

Proauitæ pugnæ.illius qui pugnauit cum gallo:& coruinus cognominatus eſt. Plenus deum.diuinationis. nam uidebatur præſagire futuram calamitatem. Socium.ſociorum:qui iam timebant. Illiacas te per flāmas.oratio coruini ad flaminiū quē obteſtatur per ſacra romana:& templū capitolini iouis: ne uetantibus auſpiciis pugnam ineat. Flāmas iliacas.ignem ueſtalem aduectum ex ilio ab ænea. Saxa tarpeia:templum iouis capitolini. Cædas ſuperis.oramus te ut uelis parere diis monētibus. Dextrum:propitium:fœlix:aptum. Ales.gallus. Ante præſtātem.captat beniuolentiam a flaminio:ante cuius oculos pericula proponit:ſuadetq; ab utili pugna eſſe abſtinēdum. Ante fugit.an ignoras tu qui habes rei militaris præſtantiam:& pugnandi artem calles. Tramite tenui.uia anguſta. Si certare dolis.quaſi dicat.pugnandū eſt animo:conſilio:atq; dolis cum hannibale:qui aſtu exuberat. Seruilius.erat collega flaminii:qui totidem legiones habebat.hic romæ remanſerat:ut omnibus rite peractis ad hoſtem contenderet.flaminius autem ſtatim iniuſſu patꝝ in prouīciā abiit:& collegā expectare noluit. Bellādū eſt aſtu:gerendū eſt bellum magis conſilio q̄ uiribus corporis.nam uirtus animi maiorē laudem meret q̄ dextræ. Indice dextræ.uiribus quæ idicant manu: ideſt maior laus eſt pugnare conſilio q̄ manu cum hoſte confligere:quoniā res magnæ conſilio non corporis uiribus agunt.& locus eſt ab honeſto:ut oſtendat Flaminiū non ſeruare decoꝝ prudentis imperatoris qui non relinquit locum pœnitētiæ ſi uellet pugnare ſolū uiribus corporis:& non uti conſilio:& prudētia.

Ne perſtet.ne perſeueret repugnare uoluntati numinum. Acrius.uehementius accēdebatur ꝓpter uerba coruini & alioꝝ:qui pugnā diſſuadebāt. Siccine nos inquit.uerba flaminii ſuos increpātis qui ſe hominē bellandi peritum pugna hortabantur abſtinere:& a præterita fœlicitate arguit eſſe pugnādum: oſtenditq; facilem fore uictoriā:cum prius boios gentem īmanem & efferatam ut quondam fuerunt gigātes nati ex terra irata diis magno prælio ſuperarit:eoſque uictos in triumphum duxerit. Siccine.ſic ne:ideſt an cognouiſtis me degenerem:& imprudētem in bello contra boios. Lues.peſtis:& magnum malum.ideſt ipſi boi qui erant tanquam lues. Ingrueret.imineret nobis. Paueret.timeret ne iterum caperetur.

Cōcutiens tonitru cyclopū rapta caminis
Fulmina tyrrenas thraſimeni torſit in undas:
Littus & ætheria per ſtagna patentia flamma
Fumauit lacus:atq; arſerunt fluctibus ignes.
Heu uani monitus fruſtraq; morantia parcas
Prodigia:heu fatis ſuperi certaſſe minores.
Atq; hic egregius linguæ: nomenq; ſuperbū
Coruinus phœbea ſedet cui caſſide fulua
Oſtentans ales proauitæ inſignia pugnæ
Plenus & ipſe deum:ſocium terrente pauore
Immiſcet precibus monita:atq; his uocibus infit.
Illiacas te per flammas tarpeiaq; ſaxa
Per patrios cōſul muros ſuſpenſaq; noſtræ
Euentu pugnæ natorū pignora:cedas
Oramus ſuperis:tempuſq; ad prælia dextrum
Opperiare dabunt iidē tempuſq; diemq;
Pugnandi tantū ne dedignare ſecundos
Expectare deos:cum fulſerit ore cruentam
Q uæ ſtragē lybiæ poſcet:tū ſigna ſequentur
Nulla uulſa manu ueſciq; interitus ales
Gaudebit:nulloſq; uomet pia terra cruores.
Ante præſtantē bellis fugit īproba quantum
Hoc poſſit fortuna loco? ſedet obuius hoſtis
Aduerſa fronte:ac circa nemoroſa minantur
Inſidias iuga:nec leua ſtagnantibus undis
Effugiū patet:& tenui ſtant tramite fauces
Si certare dolis & bellum ducere cordi eſt.
Interea rapidis aderit ſeruilius armis
Cui par impiū:& uires legionibus æquæ.
Bellandū eſt aſtu:leuior laus:indice dextræ
Talia coruinus:primoreſq; addere paſſim
Orantum uerba:& diuiſus quiſq; timori
Nunc ſuperos de flaminio:nunc deinde precari
Flaminium ne cœlicolis contendere perſtet.
Acrius hoc accenſa ducis ſurrexerat ira.
Auditoq; furens ſocias non defore uires
Siccine nos inquit boiorum in bella ruentis
Spectaſtis:cum tanta lues uulguſq; tremendum
Ingrueret:rupeſq; iteꝝ tarpeia paueret?

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Irata tellure.i.quæ irata uideť ꝑduxiſſe boios ĩmanes & horrẽdos:ut quondã ꝑduxit gigãtes: Scilicet has ſe
ra ad laudes:ironice loquiť:& ex ſtomacho.q.d.debeo ne ego q tot laudes adeptus ſum cõtra boios expectare Ser
uiliũ q partẽ gloriæ meæ accipiat. Decoris.honoris & laudis. Quippe monẽt ſuperi.cõſutat ſnias coruini q di
xerat expectãdos eẽ deos ꝑpitios:& ait.nolite arbitrari deos eẽ ſimiles uobis:q nõ mõ prælia & hoſtes timetis:ſed
claſſica etiã.i.ſigna belli & tubaꝝ clãgores.& ſic arguit eos timiditatis.enſis iquit ẽ augur optimus cõtra hoſtẽ.nõ
debemus timere ſi gallus gallinaceus ueſci recuſat.nã dignũ auſpiciũ romano milite qđ dextra armata præſtat.ſer
uat poeta decoꝝ uiri fortis:& ſpernẽtis religionẽ. Latio milite.romano:cuius ars militia eſt:locus ab honeſto.

An coruine ſedet.locus eſt primo ab honeſto:cũ
dicit nõ decere romanũ militẽ cõtineri caſtris tãq̃ pa
uidũ & ignauũ cũ hoſtis uageť:& iſultet.Inde ab uti
li ne.ſ.hannibal diruat muros & arces ſocioꝝ:apud
Liuiũ ſic ait.qnimo arretii ante mœnia ſedeamus.
hic.n.pr̃ia & penates ſunt.hãnibal emiſſus e mani/
bus depopuleť italiã:uaſtãdo & urẽdo oĩa ad roma/
na mœnia pueniat:nec ante nos hic mouerimus:q̃
ſicut oli camillũ a uehis.C.flaminiũ p̃res acciuerint.
An ſedet.placet. Arces corithi.coronã appellat
corithũ:quæ eſt ꝑpe lacũ ut dictũ eſt:& adhuc reti/
net nomẽ.cluſiũ etiã retinet nomẽ ubi regnauit por
ſena. Vana ſupſtitio.ſeruat decoꝝ hoĩs ipii:& ĩar
ma furẽtis.ſic capaneus apud Papiniũ ſpretis augu/
riis dicit:Primus ĩ orbe deos fecit timor.turpe inqt
flaminius eſt hoĩ armato:ꝑpter aliq̃ religionẽ nolle
pugnare.Supſtitio dr̃ uana religio.nõ ſolũ ĩquit Ci.
ĩ libris de natura deoꝝ phĩ:ueꝝ etiã maiores nr̃i ſu/
pſtitionẽ a religione ſeparauerũt.nã q totos dies p̃ca
banť & ĩmolabãt ut ſibi ſui liberi ſupſtites eẽnt ſup/
ſtitioſi ſũt appellati:qđ nomẽ patuit.poſtea latius.i.
ad alia pmulta trãſlatũ ẽ:q aũt oĩa quæ ad cultũ deo
rũ ptinerẽt diligẽter retractarẽt:& tanq̃ relegerẽt ſũt
dicti religioſi ex relegẽdo:alias definitiões religionis
lege apud Gelliũ:& Macro.nõ decet ĩquit flaminius
armatos eẽ ſupſtitioſos:& timere uanã religionẽ.nã
ĩ pectore militũ nulla dea ẽ p̃ter uirtutẽ.i.ipſã forti/
tudinẽ magnitudinẽq; aĩ.Capaneus apud Papi.ait:
Virtus mihi numẽ:& enſis quẽ teneo. Aqs erida/
ni.quoniã trebia emittit ĩ padũ. Aere atq; æquo.
deſcribit arma flaminii. Aequorei iu.uituli mari
ni:cuius pellis nõ tãgiť fulmine. Crine ſue.rubicũ
do & horrido:q̃lẽ hẽnt ſueui populi germaniæ qui
nũc mõtes ĩcolunt:& qa flaminius boios:ligures:&
ſueuos uicerat.ideo dicit poeta ipſum habuiſſe cri/
nes ſueuos in caſſidis iuba. Sylla.monſtrum erat
in freto ſiculo habens inguine tenus canes latrantes:
ſcyllam portabat pro inſigni flaminius in cono ga
leæ. Pondera remi.alludit ad naufragia quæ fie/
bãt ad ſcyllã:quæ eſt ſcopulus in freto ſiculo habens
ſub ſe antra & cauernas:ad q̃s aquæ ĩpulſu uẽtoꝝ il
liduť:& imitanť latratus canũ.iõ locus datus ẽ fa/
bulæ.Home.ĩ odyſſea ſic ait.Duo ſũt ſcopuli cacu/
mẽ nubes exupat.ĩ qđ nemo mortaliũ aſcẽdit unq̃.
In medio ſcopulo ſpelũca herebi iſtar hĩtat illic ſcyl/
la mõſtꝝ imane:cui p̃ter deũ occurreret nemo.aſpe
ctu triſtis.xii.hẽt pedes:colla plõga ſex:totidẽ capita:
dẽtes triplici ſerie pectinatos:capita exerẽs:beluas i/
gẽtes piſcať. Spoliũ gargeni.gargenus fuit dux bo
ioꝝ:cui ademerat galeã flaminius iſignitam ſcylla.

Q uas ego nũc animas dextraque corpora fudi
Irata tellure ſata:& uix uulnere uitam
Reddentis imo:iacuere ingentia membra
Per cãpos:magniſque premũt nũc oſſibus arua.
Fcilicet has ſera ad laudes ſeruilius arma
Adiungat:niſi diuiſo uiciſſe triumpho
Vt nequeam.& decoris contentus parte quieſcã
Q uippe monent ſuperi ſimiles ne fingite uobis
Claſſica qui tremitis diuos:ſat magnus in hoſtẽ
Augur adeſt enſis pulchrũque & milite dignum
Auſpicium latio:quod ĩ armis dextera præſtat
An coruine ſedet clauſum ſe conſul inerti
Vt teneat uallo pœnus nunc occupet altos
Arreti muros:corithi nunc diruat arcem.
Hinc cluſina petat poſtremo ad mœnia romæ
Illeſus contendat iter deforme ſub armis.
Vana ſuperſtitio:dea ſola in pectore uirtus
Bellantum uiget.umbrarum me noctibus atris
Agmina circunſtant:trebiæ qui gurgite quique
Eridani uoluuntur aquis inhumata iuuentus.
Nec mora iam medio cetu ſigniſque ſub ipſis
Poſtrema aptabat nulli exorabilis arma
Aere:atque æquorei tergo flauente iuuenci
Caſſis erat munita uiro:cui uertice ſurgens
Triplex criſta iubas effundit crine ſueuo
Scylla ſuper fracti contorquens pondera remi
Inſtabat:ſæuoſque canum pandebat hiatus
Nobile gargeni ſpolium:quod rege ſuperbus
Boiorum cæſo capiti illacerabile uictor
Aptarat:pugnas decus portabat in omnis
Loricam induitur:tortos huic nexilis hamos
Ferro ſquama rudi: permixtoque aſpera tauro
Tum clypeũ quatit:aſperſũ quem cædibus olim
Celticus ornarat cruor:humẽtique ſub antro
Ceu fœtum lupa permulcens puerilia membra
Ingentem aſſaraci cœlo nutribat alumnum

Squama nexilis hamos tortos.i.habẽs hamos & annulos ĩnexos:ex quibus lorica ĩtexta eſt.erat ĩquit illi lori/
cæ ſquama:ut eſt illa eminentia parua in piſce:habens hamos tortos: nexiles:nam alter alterum connectit. Ru/
di.duro:& impolito. Permixto tauro.quoniam in interiore parte lorice erat corium bubulum. Lupa.erat
cælata in clypeo flaminii:quæ ſub rupe capitolina præbuit lac Romulo & remo illic expoſitis iuſſu amulii.
Alumnum aſſaraci.Romulum oriundum ab aſſaraco per æneam.



Hinc enſem lateri:dextræque accõmodat haſtã.
Stat ſonipes uexatque ferox humentia frena.
Caucaſeam inſtratus uirgato corpore tigrim:
Inde exceptus equo qua dant anguſta uiarum
Nunc hos:nũc illos adit atque hortatibus ĩplet.
Veſtrũ opus eſt:ueſtrũque decus ſuffixa p urbẽ
Pœni ferre ducis ſpectanda parentibus ora.
Vnũ hoc pro cunctis ſat erit caput:aſpera qſque
Hortamenta ſibi referat:meus heu meus acris
Ticini frater ripis iacet:ac meus alta
Metitur ſtagna eridani ſine funere natus:
Hæc ſibi quiſque:ſed eſt ueſtrũ cui nulla doloris
Priuati rabies:is uero ingentia ſumat
E medio fodiant quæ magnas pectus in iras
Perfractas alpes: paſſamque ĩfanda ſagunthum
Q uoſque nephas ucititi tranſcẽdere nomẽ iberi
Tangere iam tybrin.nã dum uos augur & extis
Q uæſitæ fibræ uanuſq; moratur aruſpex
Solum iam ſupereſt tarpeio imponere caſtra.
Turbidus hæc uiſoque arctis in milibus atras
Bellatore iubas aptãte:eſt orphite munus
Eſt ait hoc certare tuum:quis opima uolenti
Dona ioui portet feretro ſuſpenſa cruento
Nam cur hæc alia pariatur gloria dextra.
Hinc prouectus æquo poſtquã iter prœlia notã
Accepit uocem:procul hinc te martius inquit
Murranæ oſtendit clamor:uideoque furẽtem
Iam tyria te cede:uenit laus quanta:ſed oro
Hæc anguſta loci ferro patefacta relaxa.
Tum ſoracte ſatum præſtantẽ corpore & armis
Equanũ noſcens patrio cui ritus in aruo
Cum pius arcitenens accenſis gaudet aceruis.
Exta ter innocuo latum portare per ignes
Sic in apolinea ſemper ueſtigia pruna
Inuiolata teras:uictorque uaporis ad aras
Dona ſerenato referas ſolennia phœbo
Concipe ait indignũ factis æquane furorẽ
Vulneribuſque tuis:ſocio te cœdis & iræ
Non ego marmaridũ mediã penetrare phalãgẽ
Cinyphiæq; globos dubitarim irrũpere turmæ
Nec iam ultra monitus et uerba morãtia martẽ
Ferre ualet longo æneadis quod flebitur æuo
Increpuere ſimul feralia claſſica ſignũ
At tuba terrificis fregit ſtridoribus auras:
Heu dolor:heu lachriæ:nec tot poſt ſæcula ſeræ
Horreſco ut pendẽte malo.ceu ductor ad arma

Cœlo.quoniã romulus poſt mortẽ fuit relatus i
numeꝝ deoꝝ:& ſacra illi iſtituta:& flamẽ qrinalis.
Sub antro.Diony.alicarnaſſeus ait libro primo.an
trũ cũ ſcaturiẽte fõte cõiunctũ palatio oſtẽdiť:i quo
eſt imago lupæ p̃bẽtis ubera pueris. Ingẽtẽ alũnũ.
alludit ad magnitudinẽ urbis & famã:cuius ille fun
damẽta iecit & nomẽ dedit. Inſtratus.habẽs ſup
dorſũ ſtratã pellẽ tygridis:quæ capiť in caucaſo mõ
te ſcythiæ. Virgato.maculoſo.ẽ eni diſticta macu
lis tygris. Anguſta uiaꝝ.fauces qbus erat eũdũ ĩ ho
ſtẽ. Veſtrũ opus ẽ.uerba flaminii hortãtis ſuos ad
pugnã:& locus eſt ab honeſto & utili. Ora ducis.ca
put hãnibalis affixũ haſtæ. Aſpa hortamẽta.qſq;
iqt ꝑ cõi ſalute reuocet i mẽtẽ ea quæ nos icitare de/
bẽt ad pugnã:ne ignaui & obliti dignitatis auitæ:ac
fortitudinis uideamur. Meus heu meus.duplica
tio ẽ ad maiorẽ dolorẽ exprimẽdũ de morte fr̃is:&
locus ẽ ab hõeſto.& pio.dicit.n.ſe ipelli ad arma.pie
tate quã erga fratrẽ hẽbat:& amore quo filiũ ꝑſeq̃/
bať:quos ulciſci decet. Sine funere.ſine honore ſe/
pulturæ:& ſic mouet affectus. Hæc ſibi qſq;.ſ.refe
rat:cuius aliqs affinis & ꝑpiquus occiſus ẽ ab hoſti/
bus:ſed ſi ẽ aliqs ueſtꝝ cui nulla ſit rabies priuati do
loris ſumat irã in hoſtes a cã publica.ſ.pfractas eẽ al/
pes munimẽta italiæ:euerſã eẽ ſagũthũ:& pœnos iã
tãgere tybri:qbus erat uetitũ trãſcẽdere ibeꝝ. In/
gẽtia.ſ.hortamẽta. E medio.ex cã publica:& dãno:
quoniã pr̃iæ oĩa debemus:ꝑ q̃ uitæ nõ eſt parcẽdũ.
ergo locus ab honeſto:decet.n.ꝑpulſare iiuriã. Trã
ſcẽdere nephas.quoniã terminus iperii ut dictũ eſt
erat ãnis iberus. Turbidus.iratus flaminius hæc di
xit. Eſt or.mu.uerba flaminii ad orphitũ ſeſe pu
gnæ aptãtẽ:quẽ hortatus ẽ ad cædẽ hãnibalis ut re/
ferret opima ſpolia ioui feretrio. Feretro.ramo aut
trũca haſta.nam feretꝝ ſignificat qcqd ſuſtinet.Inde
m ius põt appellari feretꝝ. Detracta ſpolia duci:fere
tro ſuſpẽdebant & portabãt ad q̃rcũ capitolinã.fere/
trũ ẽt ſignificat lectulũ:ſiue ſãdapilã.q̃ mortuoꝝ ca/
dauera efferũť.Romulus autore Liuio fabricato ad
id apte feretro ſpolia opima ioui rettulit:quẽ feretꝝ
appellauit:& ad q̃rcũ paſtoribꝰ ſacrã depoſuit. Cru
ento.pfuſo hoſtili ſãguine. Quis por.qs inqt hẽbit
hanc gloriã:ut referat ſpolia opima. Alia dextra.q̃
tua o orphite. Martius cla.bellicoſus.nã muranus
hortabať milites ad pugnã:quẽ hortatus ẽ flamini/
us:ut clauſtra illa & fauces apiret. Satũ ſo.ſoracte
mõs ẽ apud ſabinos dicatus quõdã apollini cuius ſa
cerdotes nudis pedibus & illæſis ibãt p prunas:ſed
Stra.dicit:ſacra illic ſolita celebrari ſub noĩe feroniæ
deæ:nõ apollinis.feroniã iqt finitimi magno dignãť
honore quo i loco ipius tẽplũ ẽ mirificũ hẽns ſacrũ.
nã q eius numie afflanť:nudis pedibꝰ prunas inãbu
lãt ſub hac demone:& copioſũ nulla læſione cinerẽ.
Pius ar.phœbꝰ:q fuit pius i matrẽ Latoniã:& utiť
arcu. Aceruis.accẽſa ſtrue lignorũ i ſacrificio. Vi
ctor ua.caloris:q nõ lædit pedes ſacerdotũ. Serena
to.placato:& læto. Ad aras.quoniã aris ũdiq; obſeſ
ſis icẽdio p medios ignes exta ad arã portabãť. Tur
bæ cy.libyſſæ. Fera.allatura mortẽ. Claſ.ipæ tubæ
dederũt ſignũ pugnæ:qđ erat ferale:ac peſtiferũ ro/
manis legionibꝰ. Fregit au.pcuſſit aerẽ ſuo clãgore.
Heu do.exclamat poeta:& mouet affcũs Nec ſer.q.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicat adhuc plorare debemus calamitatem
illam:& ego nunc horreſco referens:ac ſi illa
clades romanis impenderet. Aſtur.hiſpa/
nus miles locatus ad inſidias. Torta habe
na:funda qua utebantur balearci.eruperunt
etiam macæ garamantes & nomades. Tũ
quo non alius.eruperunt etiam ipſi cantabri
qui habent dextram uenalem:& gaudent cõ
duci ad militiam. Vaſco.uaſcones populi
hiſpaniæ galeam ſpernebant.ſupra dixit:ua/
ſco inſuetus galeæ. Sola appennini.fingit
poeta numina auertiſſe oculos a tanta crude
litate:& ſolam iunonem ſpectaſſe cædes reſi/
dentem in uertice appennini:& eſt imitatio
Virgilii qui fingit iunonem ſpectaſſe pugnã
æneæ ac turni. Primæ picentum.picentes
ſunt in calabria:quorum metropolis uoca/
batur picentia:de quo ſuo loco dicef. Tur
bato uictore.laceſſitis hoſtibus qui uideban
tur uictores. Libera metuẽdi.ac ſi nullum
haberet timorem.ipſa iuuentus tanq̃ erepta
ſpe uitæ ruebat in hoſtes:& ſuis umbris pia/
cula præſumebant.eos quippe in piaculum
futuræ mortis mactabant. Erepto cœlo.
erepta uita & luce. Manibꝰ.umbris. Vna/
nimo niſu.concordi conatu. Submittunt.
ad terram declinant:& ſternunt clypeos ho/
ſtiles confixos terræ pondere teli:quod cur/
uato ferro repellebatur. Fixos.perforatos.
Curuato pondere teli:ideſt curua ponde/
re teli:quod a ſe repellebant.nam pondus &
ictus teli incuruabant clypeos. Bellona.eſt
dea belli quæ uagabatur per utraſqꝫ acies por
tans facem.nam cum ad manus & arma uen
tum eſt:ſanguis circa præcordia feruet:& fu
ror accendit animos ad pugnam. Diuæ tar
tareæ.bellonæ infernæ. Ferali cantu.mor
tali. Lymphatas.furentes ardore belli.
His.romanis res aduerſæ dabant iras:&
pœni accendebantur uictoria. Crudus ſti
mulus ruente fortuna:quoniam extrema ne
ceſſitas animos impellit ad fortia. Spem
proieciſſe ſalutis.Sic Virgili.Vna ſalus uictis
nullam ſperare ſalutem:& qui nullam ſpem
habet ſalutis magis ac magis accẽditur:cum
ſciat ſe moriturum ut honeſte cadat. Hos.
ideſt hoſtes acuit uictoria:& romanos ulti/
ma neceſſitas:& deſperatio. Lateranus.erat
italus:cui ſe præbuit ſocium lentulus. Dũ
ſequitur dextram.manum ſuam cædentem
hoſtes. Nimium pugnæ.ualde appetẽtem
pugnam:& cruorem. Non æquo marte.
quia erat ſolus. Bagam.hic erat pœnus.
Pugnantis.laterani.

Excitet tyrius latebroſis collibus aſtur:
Et libys:& torta balearis ſæuus habena
Errũpũt multuſqꝫ maces garamaſqꝫ nomaſque:
Tum quo non alius uenalem in prœlia dextram
Ocior attulerit:conductaque bella probarit:
Cantaber:& galeæ contempto tegmine uaſco.
Hic pariter rupes lacus hic.hinc arma ſimulque
Conſona uox urget:ſignum clamore uiciſſim
Per collis tyria circunfundente corona.
Auertere dei uultus fatoque dederunt
Maiori non ſponte locum.timet ipſe tyrani
Fortunam libyci mauors:diſiectaque crinem
Illachrymat uenus:& delum peruectus apollo
Triſtem meréti ſolatur pectine luctum.
Sola appennini reſidens in uertice duras
Expectat cædes inimico pectore iuno:
Et uelut erecto metuendi libera cœlo
Ipſa ſuis manibus præſumpta piacula mittit.
Primæ picentum e rupto ceu turbine fuſa
Agmina:& hannibalẽ ruere ut uidere cohortes:
Inuadunt ultro:& pœnas pro morte futuras
Turbato uictore petunt:accenſa iuuentus
Funditur unanimo niſu & concordibus auſis.
Pilorum in pœnos nimbus fixoſque repulſi
Submittũt clypeos curuato pondere teli.
Acrius hoc rurſum libys & præſentia ſæui
Extimulat ducis:hortantes ſe quiſque uiciſſim
Incumbũt:preſſoque impellunt pectore pectus
Ipſa facem quatiens ac flauam ſanguine multo
Sparſa comam medias acies bellona pererrat:
Stridit tartareæ nigro ſub pectore diuæ
Lætiferũ murmur:feralique horrida cantu
Buccina lymphatas agit in certamina mentes.
His iras aduerſa fouent cruduſque ruente
Fortuna ſtimulus ſpem proieciſſe ſalutis:
Hos dexter deus & læto uictoria uultu
Arridens acuit:martiſque fauore fruuntur.
Abrectus pulchro cædum lateranus amore
Dũ ſequitur dextrã i medios penetrauerat hoſtis
Quem poſtquã florens æquali lentulus æuo
Conſpexit nimium pugnæ nimiumque cruoris
Infeſtas inter non æquo marte cateruas
Fata irritantem niſu ſe concitat acri
Immitemque bagam qui iam uicina ferebat
Vulnera pugnãtis tergo uelocior haſta
Occupat:& ſociũ duris ſe canibus addit



Tunc alacres arma agglomerant.geminaqꝫ coruſci
Fronte micant:paribus fulgent capita ardua criſtis
Actus in aduerſos.caſu nanque obuia ferre
Arma quis auderet:niſi quem deus ima colentum
Damnaſſet ſtygiæ nocti.perfracta gerebat
Syrticus excelſo decurrens robora monte.
Et quatiens acer nodoſi pondera rami.
Flagrabat geminæ nequicquam cædis amore.
Non hic egates inſidaque littora nautis
O iuuenes motumque nouis ſine marte procellis
Fortunam bello pelagus dabit:æquoris olim
Victores media ſit qualis diſcite terra
Bellator libys & meliori cedite regno.
Ac ſimul infeſto lateranum uulnere truncæ
Arboris urgebat iungens conuitia pugnæ
Lentulus hic frendens ira traſimenus in altos
Aſcendet citius collis q̃ ſanguine roret
Iſte pio ramus ſubſidens ilia niſu
Conantis ſuſpenſa fodit:tum feruidus atro
Pulmone exundat per hiantia uiſcera ſanguis.
Nec minus accenſis in mutua funera dextris
Parte alia campi ſeuit furor altus hiertes
Obtruncat nerium tullo:ditiſſimus agri
Occumbis generoſæ uolunx:nec clauſa repoſtis
Pondera theſauris:patrio nec regio quondam
Præfulgens ebore & poſſeſſa mapalia ſoli
Profuerint:quid rapta iuuant:quid gentibus auri
Nunquam extincta ſitis:modo quem ſortuna fouendo
Congeſtis opibus doniſque referſit opimis
Nondum tartarea portauit nauita cymba
Iuxta bellator iuuenibus appius auſis
Pandebat campum cede:atque ubi plurima uirtus
Nullique aſpirare uigor:decus inde petebat
Obuius huic atlas:atlas a ſanguine ibero
Nequiquam extremæ longinquus cultor harenæ
Impetit os haſta:leuiterque e corpore ſummo
Deguſtat cuſpis generoſum extrema cruorem.
Intonuere minæ:uiolentaque lumina flammis
Exarſere nouis furit & diffulminat omnem
Obſtantum turmam:& clauſum ſub caſſide uulnus
Martia commendat manante ſanguine membra.
Tum uero aſpiciens pauitantem:& concedere ſemet
Nitentem ſociis iuuenem ceu tigride cerua
Hircana cum preſſa tremit:uel territa pennas
Colligit accipitrem cernens in nube columba:
Aut dumis ſubit albenti ſi ſenſit in æthra

Aduerſos.lateranum & lentulum.
Deus.pluto. Ima.loca inferna. No
cti.morti:quæ eſt nox perpetua. Syrti/
cus.erat afer:nomenque a ſyrtibus dedu/
ctum. Præfracta robora.dura.nam præ/
fractum dicitur durum & inflexibile:ideo
dicit Cicero i officiis catonem nimis præ/
fracte defendiſſe ærarium. Geminæ cæ
dis.laterani:ac lentuli. Non hic egates.
uerba ſyrtici:quibus inſultat romanis iu/
uenibus dicens:Non ſumus nunc in ma/
ri:& pelagus non dabit uobis uictoriam:
ut habuiſtis primo bello punico ad egates:
ſed diſcite qualis ſit bellator libys in terra.
Regno.ſcilicet noſtro libyco. Cõuicia
probra:& contumelias.Traſymenus in al
tos:uerba Lentuli ad Syrticum. Roret.
aſperſus ſit romano ſanguine. Subſidẽs.
inclinans ſeſe ad ictum inferendum. Suſ
penſa.erecta:quoniam ille erexerat ſe in pe
des ut romanos robore impeteret. Hi/
ertes.erat pœnus. Nereus.erat italus:
quem interemit hiertes. Generoſæ.no
bilis & habens claros natales. Patrio ebo
re.quoniam in aphrica ſunt elephanti:ex
quorum dentibus fit ebur:quo regiæ or/
nabantur & poſtes.Vnde dicit Properti/
us:Et ualuæ libyci nobile dentis opus.
Quid rapta iuuant.uerba poetæ in aua
ritiam. Rapta.ablata aliis. Nudum.
ſine opibus quas reliqt tanto ſtudio quæ/
ſitas. Nauita.charon portitor ad ſtygi/
am paludem. Appius.erat romanus.
Appiorum familia cognominata eſt a co/
rona Appii:quam.L.Appius in achaia me
ruit:quoniam in certaminibus nemeis in
honorẽ archemori uictores appio corona/
bãtur.Vnde Iuuenalis:Graiæque appium
meruiſſe coronæ. Vbi plurima uirtus.
ideſt irruebat in confertiſſimas acies:&
inde petebat famam:quo cæteri penetra/
re non poterant:ut fortitudinem oſten/
taret ſuam quæ circa difficilia uerſatur.
Extremæ harenæ.maris athlantici ac/
cola. Impetit.uulneratos ipſius apii:ſed
leuiter. Generoſum.nobilem.cruorem
appii generoſi:& alti ſtemmatis. Diffūl/
minat.diſſipat inſtar fulminis.deſcribit
iratum appium. Commendat.ornat:
& maioris pulchritudinis facit. Martia.
bellicoſa. Iuuenem.athlantem qui iam
timebat appium in ſe ruentem. Ceu ty/
gride cerua.athlantem iras appii timentẽ
& latebras quærentem comparat ceruæ
fugiẽti tygridem:& columbæ accipitrem:
ac lepori aquilam. In æthra.ipſo aere.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Librantem uiſus:deſpicientem hinc inde ut deſiliat in leporem. Colla uiri.athlantis.
Succeſſu.bona fortuna:quoniam ſtrauerat hoſtem:& iam properabat in alium. Iſalces cyniphius.apher:& accola cyniphis fluuii hic erat gener magonis:quē appius interemit Sydonia ſponſa.filia magonis fratris Hannibalis. Vano fœdere.quoniam mortuus eſt:& uxore potiri nō potuit.ideo fœdus promiſſæ tædæ fuit uanum. Tædæ.matrimonii ac nuptiarum in quibus præferebantur tædæ accenſæ. Aere in cyniphio.i.galea ipſius iſalcis cyniphii. Nec diſpar ſortis.ideſt habuit iſalces eandem ſortem.futilis dicit ignauus:& nullius momenti.futilis dicitur ab effundēdo.nam quemadmodum illud uas oīa effundit:ſic etiam homo uanus & debilis & q ſilenda tacere nequit.nunc iſalces erat futilis: ideſt ſine uiribus contra Appium. Detorſit umbonem.perſtrinxit umbonem appii uano ictu:atque incerto: & quia nō penetrauit umbonem:ideo dixit detorſit.ergo utriq; fuit eadem ſors.Appius enim fregit enſem in umbone iſalcis & iſalces debili ictu detorſit umbonem appii & ſic neuter alteri nocuit. Saxū. imitatur Virgilium qui canit turnum iecisse in æneam ſaxū ingentis magnitudinis. Socer.mago. Fœdera.pactum.matrimonium
Coruſcæ.fulgentis:& hæſit parūper mago cum eſſet prope appium ut facit leo. Haud ſecus.magonem comparat leoni qui ruens in taurum quāuis fame ſtimuletur: tamen conſpecta ferocitate tauri paulum immoratur & taurum ſeſe ad pugnam expedientem ſpectat:ſic mago ſpectabat appiū qui contra tantum hoſtem animos præparabat. Toros. tori ſunt plicæ & eminentiæ in collo taurorum & muſculi lacertorum dicuntur tori.Inde toroſus dicitur lacertoſus:& Valerius flaccus canit Herculem fuiſſe conſpicuum toris.& tori oſtendunt robur. Molli iuuenes funduntur ī alga īgt cōſpicuuſq; toris Tirynthius.Sparſa. quā ſpargit pedibus uolens inire pugnā. Si qua tibi pietas.uerba appii ad magonem quē uulnerauit in ſiniſtro brachio.poſtea mago appium interemit. Ictum fœdus.matrimonium cum iſalce. Moras aeris.ideſt per impedimenta ferri propter loricam & galeam.
Stetit.infixa eſt. Perlibrat.torquet in appium. Fratris.Hannibalis. libys mago.
Durio cæſo.quem interemit apud ſaguntum:& eſt nomen deductum a durio fluuio hiſpaniæ. Spectatæ.inſignis & claræ. Adiutum niſu doloris.quia dolor amiſſi generi ſui dabat uires magoni. Læthalem.mortalem. Aequore meonio: campo hætruſco quoniam meonii tenuerunt hætruriam duce tyrrheno,ut dictum eſt.

Librantem uiſus aquilam lepus ore citato
Enſe ferit tum colla uiri dextramque micantem
Demetit:ac mutat ſucceſſu ſeuior hoſtem.
Stabat fulgentem portans in bella bipennem
Cinyphius:ſocerique miſer magonis inire
Optabat pugnam ante oculos ſpe laudis iſalces:
Sidonia tumidus ſponſa:uanoque ſuperbus
Fœdere promiſſæ poſt dardana prœlia tedæ.
Huic immittit ouans uiolentas appius iras.
Conantique grauem fronti librare ſecurim
Altior inſurgens galeam ſuper exigit ictum:
Et fragilis ualido conamine ſoluitur enſis
Ere in cinyphio:nec diſpar ſortis iſalces
Vmbonem incerto detorſit futilis ictu:
Tum quod humo haud unquam ualuiſſet uellere ſaxū
Ni uires trux ira daret:torquebat anhelans
Appius:& lapſu reſupina in terga cadentem
Mole premit ſcopulis.pfractiſq; oſſibus urget:
Vidit coniuncto miſcens certamina campo
Labentem ſocer:& lachrymæ ſub caſſide fuſæ
Cum gemitu rapiduſq; ruit data fœdera nuper
Accendunt animos:expectatique nepotes.
Iamque aderat clypeūque uiri atque imania membra
Luſtrabat uiſu propiorque a fonte coruſcæ
Lux galeæ ſæuas paulum tardauerat iras
Haud ſecus e ſpecula præceps delatus opaca
Subſidēs campo ſummiſſos contrahit artus:
Cum uicina trucis conſpexit cornua tauri:
Q uamuis longa fames ſtimulet leo:nunc ferus alta
Surgentes ceruice toros: nunc torua ſub hirta
Lumina miratur fronte:ac iam ſigna mouentem
Et ſparſa pugnas meditantem ſpectat harena.
Hic prior intorquens telum ſic appius infit.
Siqua tibi pietas ictum ne deſere fœdus.
Et generum comitare ſocer:per tegmina uelox
Tunc eriſque moras leuo ſtetit haſta lacerto.
At contra non dicta libys ſed feruidus haſtam:
Perlibrat magni donum memorabile fratris.
Cæſo quam uictor ſub mœnibus ille ſagunthi
Abſtulerat durio:ac ſpectatæ nobile pugnæ
Germano dederat portare in prælia pignus
Telum ingens:perque arma uiri perque ora doloris
Adiutum niſu lœtalem protulit ictum:
Exangueſque uiri conantis uellere ferrum
In uulnus cecidere manus.iacet æquore nomen
Clarum meonio:atque italæ pars magna ruinæ:



Appius.intremuere lacus corpuſq; refugit
Contractis thraſimenus aquis.telū ore cruēto
Expirās premit:atq; admorſæ immurmurat
Nec fati melior mamercus corpe toto (aſtæ.
Exoluit pœnas nulli non ſaucius hoſti.
Nanque per aduerſos qua luſitana ciebat
Pugnas dira manus raptum cum ſanguīe teli
Signiferi magna uexillum mole ferebat:
Et trepida infœlix reuocabat ſigna ſuorum.
Sed furiata cohors auſiſq; accenſa ſuperbis
Q đcunq; ipſa manu geſtabat miſſile quicqd
Præbebat tellus ſparſis uix peruia telis
Iniecit pariter:pluresque in corpore nullo.
Aduolat interea fraterni uulneris ira
Turbatus libyæ ductor uiſoque cruore.
Num lateri cuſpis num toto pondere telum
Sediſſet:fremitque amens ſocioſq; rogabat:
Vtq; metum læthi procul & leuiora pauore
Cognouit proprio tectū geſtamine præceps:
Ex acie rapit:& tutis a turbine pugnæ
Conſtituit caſtris:medicas hinc ocius artes
Et ſenioris opem ſynali uocat ungere uulnus
Herbarum hic ſuccis ferrūque e corpore cātu
Exigere:& ſomnum toto miſiſſe chelydro
Anteibat cunctos nomenque erat ide p urbes
Perque parethoniæ celebratum littora ſyrtis.
Ipſe olī antiquo primū garamāticus hāmon
Scire pater dederat ſinalo morſuſq; ferarum
Telorumque graues ictus ſedare medendo.
Atque is deinde ſuo moriens cæleſtia dona
Monſtrarat nato:natuſq; hæredis honori
Trāſmiſit patrias artes quem deide ſequutus
Haud leuior fama ſinarus garamātica ſollers
Monſtrata augebat ſtudio multaque uetuſtū
Ammonis comitem numerabat imagīe patrē
Tum proauita ferēs leni medicamina dextra
Ocius intortos de more aſtrictus amictus.
Mulcebat lympha purgatū ſanguine uulnus.
At mago exuuias ſecum ceſique uolutans
Hoſtis mente necem: fraternas pectore curas
Pellebat dictis:& caſum laude leuabat:
Parce metu germane.meis medicamina nulla
Aduerſis maiora feres:iacet appius haſta
Ad manes pulſus noſtra ſi uita relinquat
Sat nobis actū ē ſequar hoſtē lætus ad ūbras
Q uæ dum turbatos auertunt æquore campi

Admorſæ haſtæ.quam mordebat murmurando.
Mamercus.interfectus fuit a luſitanis. Nec melior fati.ideſt par fatum:quoniam cecidit ut appius. Nulli non ſaucius.ideſt a multis uulneratus de luſitanis dictū eſt ſupra. Signiferi.ferentis ſignum.ideſt aquilā uexillum romanorum. Cohors.luſitanorum. Pluresq; in corpore nulli.ideſt nulli fuerunt plures haſtæ in corpore. Vix peruia telis.ideſt uix capax teloꝝ propter multitudinem. Aduolat interea.Hannibal accurrit cum audiuiſſet uulneratum eſſe magonem fratrem:illumq; referri ad caſtra iuſſit ac curari. Geſtamine.propria ueſte. Synali.ſynalus erat chyrurgus in caſtris.primi medici fuerunt chyrurgi qui uulnera in bello curabant ſuccis herbarum inde alii medici extiterunt.Archagatus lyſaniæ filius ex peloponneſo.ut autor eſt Plinius primus romam uenit.L.æmilio.M.Liuio conſul.eique ius quiritium datum & taberna in compito accilio empta:gratus fuit primo: mox a ſæuitia urendi & ſecandi carnifex appellatus eſt. Cantu.incantationibus. Exigere.extrahere. Torto.in ſe replicato.Paretonium eſt prope ſyrtes.ut dictum eſt uerſus ægyptum. Ipſe olim antiquo.repetit originem huius artis quam & ſynalus callebat. Hammon garamanticus.ideſt iuppiter qui colebatur apud garamantes. Atque is ſynalus docuit hāc artem filium ſuum & ſic per ſucceſſionis gradum propagata eſt. Haud leuior fama.quaſi dicat.hic ſynalus nō erat leuioris famæ q̄ fuiſſent maiores ſui in hac arte.hoc nomen deductum eſt a ſynalo oppido. Solers.diligēs.
Augebat monſtrata garamantica.ideſt ipſam artem monſtratam ab Hammone garamantico. Cæleſtia dona.medicas artes datas a ioue hammone. Vetuſtum patrem.illum primum ſynalum quem iuppiter docuit.
Multa imagine.quoniam apud antiquos ut dictum eſt maiorum uultus cæra expreſſi diſponebantur in armariis & atriis & is gaudebat & cenſebatur multa imagine qui habebat claros natales & altum ſtemma maiorum. Leni dextra.miti.chyrurgus:ut ſcribit Cornelius celſus:debet eſſe iuuenis:& habere manum leuem ne ſcilicet tremendo aut nimium premendo uulnus ultra q̄ oporteat reſcindatur aut uexetur. Mulceat lympha. imitatur Virgilium canentem mezentium lauiſſe uulnera aquis tyberinis. Cæſi hoſtis.appii. Leuabat caſum:magnitudine laudis adeptæ quia ſtrauerat appiū uulnus acceptum compenſabat. Leuabat.leuiorem faciebat:& tolerabiliorē propter laudē quā erat aſſequutus morte appii. Parce metu.uerba magonis ad fratrem.quibus lætatur ſe interfeciſſe appium multi nominis:ut iam non ſit dolendum ſi moriatur uulneratus a tali hoſte:quem iam præmiſerat ad ſtygios lacus:& eſt magna laus appii ex ore hoſtis. Metu.dandi caſus eſt & inclinatur metus.metus.metu.ut dandi caſus non ſuperet caſum gignendi.ſic Virgi.curruque uolans dat lora ſecundo.aliter ſic inclinabatur nomen huius formæ autore Gellio:metus:metuis:metui:& ideo poetæ antiquitatis ſtudioſi:metu in caſu dandi utuntur.nunc dicimus metui. Maiora.q̄ ſit laus parta:quoniam ſtraui appium uirum fortiſſimum. Quæ.ſupradicta uulnus ſcilicet magonis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Poſtq̃ ꝓperata.ſ.fuerũt.i.celeriter peracta. Gratum teporẽ.calorẽ.calefaciebat.n.quæ uulneribus iponebat: ut moris eſt. Si culmina nondũ:uerba Serani:q̄bus iouẽ p̄caẽ:ut Hannibalẽ furentẽ ſiſtat:reprimatq;:& tueat̃ romanũ iperiũ:quod ruere uidebat̃.o iuppiter inquit ſi nõdum penitus dãnaſti romanũ iperiũ & capitoliũ ſedẽ tuã reſpice ꝓpitiis oculis romã labantẽ. Sceptra q̄rini.romanũ iperiũ. Aequos oculos.benignos:& ꝓpitios.

Tandẽ.poſt tot labores:& clades. Iliacis.romanis.

Amiſimus alpes.quæ erãt munimẽta italiæ. Nec eſt modus.nõ eſt finis:& enumerat clades ad Ticinum:trebiã:traſimenũ:ac mortẽ Flaminii. Eridanus.padus in quẽ emittit Trebia. Tropheis ſidoniis.uictoria punica. Tellus hãni:hetruria in qua regnauit Hannus dux pelaſgoꝝ. Viꝝ.uiroꝝ qui demerſi ſunt in lacũ. Teſtor mea numina manes.ſ.pr̃nos qui mihi ſunt tanq̃ numina.Iurat Seranus p manes pr̃nos ſe non effugiſſe mortẽ:ſed fata noluerũt ut caderet:ut facit æneas apud Virg.in.ii.Iliaci cineres & flãma extrema maioꝝ Teſtor in occaſu ur̃o nec tela nec ullas Vitauiſſe uices danaũ. Quæſiſſe necẽ ſtrage hoſtis.necãdo hoſtes inq̄t quæſiui illoꝝ manu mortẽ. Dignã nobilitatẽ pr̃næ pœnæ.i.mortẽ talẽ:qualis fuit pr̃is mei Reguli:qui clarus fuit pœna:q̃ eſt a pœnis affectus:& illic fortitudinẽ oſtẽdit ſuam.ideo Seranus ne uideret̃ degeneraſſe:dicit ſe quæſiſſe mortẽ dignã nobilitate paterni ſupplicii.Nõ.n.decebat Seranũ mortẽ ſubterfugere ꝓ patria:cũ haberet ante oculos exẽplũ pr̃is. Triſtia.iſœlicia nobis. Patri.Regulo:qui nõ cecidit in prælio:ſed uiuus peruenit in manus hoſtiles.

Patrio fortiſſime ritu.uerba Mari ad Seranũ:cuius fortitudinẽ laudat:eũq; hortat̃ ad dura:& aduerſa tolerãda:cũ lege quadã diuina & fatali oĩa eueniãt.& fortem uiꝝ frãgi calamitatibus nõ deceat. Patrio ritu.ut erat tuus pater. Duri.i.aduerſam fortunã:& iclinatã toleremus.

Reꝝ iclinata.res ipſas nobis aduerſas:& nõ euntes recto curſu:nec fluẽtes nobis ad libidinẽ ſiue uotũ. Rota æui.curriculus uitæ noſtræ uoluit̃ præceps p uarios caſus:& per accliuia. Sat tibi.exẽplo paterno hortat̃ illũ ad tolerãdos labores:& reꝝ iclinata. Nullo numine.q̄ſi di.oĩa numina æq̄bat ſua uirtute heroica.i.quæ trãſcendebat naturã humanã:& uidebat̃ eẽ diuina. Decora alta:magnã gloriã cũ forti aĩo pateret̃ aduerſa.& quouſq; uixit nullã depoſuit uirtutẽ. Reluctãtes.repugnãtes oĩbus aduerſis ꝓ decoro ſeruãdo. Vix pue.mihi.nactus opportunitatẽ poeta iducit maꝝ recẽſẽtẽ Reguli captiuitatẽ & ſuppliciũ in primo bello punico.uix inq̄t egreſſus erã e pueris:cũ Regulus hẽbat primã lanuginẽ & erat in adoleſcẽtia:& ſic erãt iſti æq̄les feræ. Primo æuo.prima lanugine faciei.& fuimus ſimul inq̄t uſq; ad Reguli mortẽ. Cuius ſub pectore fides.quoniã pectus Reguli erat q̄ſi ſacellũ fidei. Mẽtẽ.ipius Reguli. Virtutis ergo.i.cã uirtutis.i.i p̃miũ uirtutis. Sordẽtia.denigrata ꝓpter fumũ. Ollis.illis frenis. Nec cuiq̃ eſt nõ p̃latus.i.multis ẽ p̃latus & antepoſitus ꝓpter hæc dona:cẽſebar inquit his donis quæ uirtutis ergo accepi a Regulo:quoniã i necãdo ſerpẽte operã nauaui. Eques.ego marus eques donatus talibus frenis. Haſta q̃ uulneraui ſerpẽtẽ ſcd̃us poſt Regulum. Cui.haſtæ marus ſacrificabat.Nam ni marus uulneraſſet ſerpentem actum de Regulo fuiſſet:ut paulopoſt dicet:& nactus occaſionem narrat ubinam fuerit ille ſerpens.

Quæ poſtq̃ ꝓperata ſopor ſua munera tãdẽ
Applicat:& mitẽ fũdit per mẽbra q̄etẽ(æſtus
Nec dum exorta dies:marus inſtat uulneris
Expertis medicare modis:gratũq; teporem
Exutus:ſenium trepida pietate miniſtrat.
Hic iuuenis mœſtos tollens ad ſydera uultus
Cũ gemitu:lachrymiſq; ſimul ſi culmia nõdũ
Tarpeia exoſus danaſti ſceptra quirini:
Extremas italum res:auſoniamq; ruentem
Aſpice ait genitor:tandẽque aduerte procellis
Aequos iliacis oculos:amiſimus alpes:
Nec deinde aduerſis modus eſt ticinus:& ater
Stragibus eridanus:tuque inſignite tropheis
Sidoniis trebia:& tellus lachrymabilis hanni.
Sed q̄d ego hæc:ꝰ grauior q̄nto uis ecce maloꝝ:
Vidi creſcentis traſimeni cædibus undas:
Proſtrataque uirum mole:inter tela cadentẽ
Vidi flaminium:teſtor mea numina manes
Dignam me pœnæ tum nobilitate paternæ
Strage hoſtis quæſiſſe necem:ni triſtia lœtum
Vt quondam patri nobis quoq; fata negaſſẽt.
Cætera acerbantem quæſtu lenire laborans
Effatur ſænior.patrio fortiſſime ritu
Quicq̄d adeſt duri.& reꝝ iclinata feramus.
Talis lege deum cliuoſo tramite uitæ
Per uarios præceps caſus rota uoluitur æui:
Sat tibi ſat magna:& totum uulgata per orbẽ
Stãt documẽta dõus:ſacer ille & numĩe nullo
Inferior tuus ille parens decora alta parauit:
Reſtando aduerſis:nec uirtutem exuit ullam
Ante reluctantes liquit quã ſpiritus artus:
Vix puerile mihi tempus confecerat ætas:
Cum primo malas ſignabat regulus æuo.
Acceſſi comes.atq; omnis ſociauimus annos:
Donec diis italæ uiſum eſt extinguere lumen
Gentis:in egregio cuius ſibi pectore ſedem
Cœperat alma fides:mentẽq; ãplexa tenebat.
Ille enſem nobis magnorũ en inſtar honorũ
Virtutiſque ergo dedit:& ſordentia fumo
Quæ cernis nunc frena:ſed eſt argẽteus ollis
Fulgor:nec quiquã marus eſt poſt talia dona
Non prælatus eques:uerũ ſuperauit honores
Omnis haſta meos.cui me libare lyei
Q̄d cernis latices:dignũ ẽ cognoſcere cãm.
Turbidus arentis lento pede ſulcat harenas:
Bragada:non ullo libycis in finibus amne



Primæ uos iuuenes mortiſque in lumine crudæ.
Facta uirum:& fixis rabiem ſub pectore telis.
Sternitur alternus uaſtis concurſibus hoſtis
Nec ſpoliare uacat:prædæq; aduertere mentem.
Vrget amor cædum clauſis dum detinet hoſtem
Fraternum caſtris uulnus funditque ruitque
Nunc iaculis:nunc enſe modo inter milia conſul
Bellantum conſpectus equo:modo marte feroci.
Ante aquilas & ſigna pedes fluit impia riuis
Sanguineis:uallis tumulique & concaua ſaxa
Armorum ſonitus flatuſq; imitatur equorum.
Miſcebat campũ membrorum in prælia portans
Celſius humano robur:uiſaque pauentes:
Mole gigantei uertebat corporis alas
Othrys marmarides lati ſuper agmen utrunque
Ingens tollebat humeri caput:hirtaque toruæ
Frontis cæſaries & crinibus æmula barba
Vmbrabat rictus:ſqualore huic hiſpida diro
Et uilloſa feris horrebant pectora ſetis
Aſpirare uiro propioremque addere martem:
Haud uiſum cuiquam laxo ceu belua campo.
Inceſſebatur cunctis ex agmine telis:
Tandem ueſanos palantum in terga ferenti.
Cum fremitu uultus tacita per nubila penna
Intrauit toruum gortynia lumen arundo:
Auertitque uirum.fugientis ad agmina conſul
Intorquet tergo iaculum: quod tegmine nudas
Irrumpit coſtas hirtoque a pectore primum
Mucronem oſtentat rapidus conuellere tentat
Qua naſci ferrum fulgenti cuſpide cernit
Donec abundanter defuſo ſanguine late
Procubuit moriens:& telum uulnere preſſit
Spiritus exũdans uicinum puluere moto
Perflauit campum:& nubem diſperſit in auras.
Nec minor interea tumulis ſyluiſque fremebat
Diuerſus mauros:uariaque per ardua pugna:
Et ſaxa dumi rorantes cæde nitebant
Exitium trepidis lætique & ſtragis acerbæ:
Cauſa ſicheus erat:murranum ille eminus haſta
Perculerat:quo non alius cum bella ſilerent
Dulcius œagrios pulſabat pectine neruos
Occubuit ſylua in magna patrioſq; ſub ipſo
Quæſiuit montes lœto:ac fœlicia baccho.
Equana & zephyro ſurrentum molle ſalubri
Addiderat miſero comitem:pugnæque ferocis:
Gaudebat triſti uictor nouitate ſicheus

Crudæ.aſperæ. Alternus hoſtis.nunc romanus:nunc pœnus. Miſcebat campum.deſcribit uaſtitatem corporis quam habebat otrys marmarides. Robur membroꝝ celſius humano:ideſt maius q̃ ſit iuſtum robur hominis.ideſt qui tranſcendebat humanã ſtaturam & gigas uidebat̃. Viſa mole.magnitudine corporis. Marmarides.libycus marmaridæ.ut dictũ ẽ:ſũt populi aphricæ. Alas.romanas acies uertebat in fugã. Lati humeri.deſcribit ſtaturam corporis huius hoſtis.

Hirta.horrẽda & piloſa coma & barba quæ erat lõga ut crines. Aſpirare uiro.i.nec cõtra uiꝝ talem nemo audebat. Propiorẽ martẽ.cominus cum illo pugnare. Cuiq̃.alicui.i.ab aliquo. Inceſſebat̃.ipetebatur ab oĩbus.

Veſanos uultus.horrẽdos & furẽtes. Palantum.romanoꝝ effuſe fugientiũ quos otris inſequebat̃. Lumen toruũ:horrendũ oculum. Gortinia harũdo.cretenſis ſagitta.nã gortina ſiue cortina eſt urbs cretæ. Fugientis.otrys qui fugiebat ad agmina ſuoꝝ. Nudas tegmine.ſine lorica & clypeo. Primum mucronẽ:primam partẽ haſtæ. Naſci.extare:quoniã apparebat in pectore. Spiritus.idẽ anima ipſius otrys egrediẽs ꝓpter ſuã magnitudinẽ perflauit campũ tanq̃ uentus mouitq; puluerẽ atq; i auras diſperſit nubẽ puluereã:& ſic deſcribit ingentẽ ſpiritũ illius. Nec minor.interea dum flaminius in plano ſic fulminaret ſycheus nepos Hãnibalis iſeq̄batur romanos per ſaxa & dumos. Rorãtes.reſperſos cruore cæſoꝝ. Perculerat.ſtrauerat uulnere muranũ qui muſicen adeo callebat ut orphei æmulus uideret̃. Oeagrios neruos.lyrã qualis uſus eſt orpheus filius œagri regis thraciæ & calliopes muſæ. Pectine.plectro. Primos mõtes.ſurrentinos. Sub ipſo letho.in morte Vir.mouẽs reminiſcit̃ argos. Aeq̃na fœlicia baccho.æq̃na ſũt mõtes ſurrẽtini ubi naſcit̃ uinũ quod a ſurrẽto ſurrẽtinũ appellarũt:de quo Pli.Itẽ ſurrẽtina in uineis tantũ naſcẽtia cõualeſcẽtibus maxime ꝓbata ꝓpter tenuitatẽ ſalubritatẽq;.Mar.in diſtichis.Surrentina bibis nec myrrhina picta:nec auꝝ Sumes dabũt calices hæc tibi uina ſuos.Surrentũ eſt oppidũ autore Strabone e regione ad ſyrenas iſulas in cãpania hic fœlix illa cãpania inq̄t Pli.Inde cõſurgũt maſſici ſurrẽtiniq; mõtes.Vinũ ſurrẽtinũ autore Strabone cũ oibus certabat. Molle ſurrentum.amœnum & delectabile alludit ad uinum quod uetuſtatem accipiebat.zephyrus ſaluber eſt.Inde dictus fauonius:quoniam ſatis faueat.& aquilo ſaluberrimus omnium eſt. Auſter uero noxius & peſtilens:& quoniam ſurrentum a ſyrenibus nomen accepit quæ ſuauiſſime cantabant ut fabulæ canunt.ideo dicit muranum cantilenis & lyra ualuiſſe ut ad ſyrenaꝝ ſuaues modos alludat. Miſero.murano. Comitem.tauranum quem poſt muranum interfecit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pallantes.romanos fugientes. Iuuenem.tauranum.
Cuſpis ſydonia.haſta ſychei ſydonii affixa eſt ligno cui
adhærebat tauranus. Quid uobis quæ nā ira deū.uer
ba poetæ accuſantis ignauiā fugiētiū & q̄rentiū ſalutē nō
dextra ut fortes uiros decet ſed ope arboꝝ. Siniſtra mē
te.pauida & aliena ab omni prudētia & fortitudine. Re
licto marte.pugna in qua ſi nō uicitis poteſtis tamē ho/
neſte cadere. Non æquus ſuaſor.i.nō bene ſuadet me/
tus in reꝝ difficultate & in aduerſa fortuna quoniā ſua/
dēte metu præter decoꝝ fuga arripiſ:amittiturq; uera
fortitudinis laus.Rex aſſyrioꝝ:ut eſt apud xenophontē:
li.iii.adhortās ſuos ad pugnā dixit.ſtultus eſt ſiqs uitæ ap
petēs ſe fugæ cōmiſerit:cū nō ſit ignarus uictoria parari ſa
lutē ac mortē fugiētes potius oppetere q̄ manētes. Nō
æquus.nō bonus:quoniā ipellit hoies ad turpia:& id qđ
eſt præter decoꝝ. Arctis rebus.anguſtis & difficilibus
in qbus debet oſtēdi fortitudo.ideo dixit ſupra.explorāt
aduerſa uiros. Arguit.i.repræhēdit ipſe malus finis ea
quæ fiūt cū timore:quoniā ea ſuadet timor quæ ſunt p̄/
ter honeſtatē quæ eſt finis cuiuſcunq; uirtutis. Aſper
exitus.durus finis:& ihoneſtus. Cōſulta.cōſilia timo
ris. Praui.deducētis hoies ad praua:quoniā ſuadet fu/
gere quod eſt cōtra fortitudinē quæ ē quædā mediocri/
tas circa difficilia iter metū & audaciā. Annoſa excel/
ſos.deſcribit eſculū cuius opē petierāt romani fugiētes ſy
cheū. Inſtar nemoris.i.ſimilis nemori. Si ſtaret cā/
po.i.ſi fuiſſet in plano ꝑpter amplitudinē ramoꝝ ipſa ſo
la uidereſ nemus. Late.diffuſe & ample. Tenebat.oc
cupabat.i.quæ multū telluris occupabat nigra umbra
ſui roboris. Nigra.opaca. Canēti.albicāti. Laxabat.
diffundebat. Huc ethnea cohors.i.ſicula ab ethna mō
te ſiciliæ.hos ſiculos miſerat hyerō rex ſyracuſius ſocius
& amicus populi romani.ſicilia dicta ē trinacria:a forma
triāgulari quā habet.Lucre.triquetrā appellauit.loquens
.n.de empedocle ſic ait.Inſula quē triq̄tris terraꝝ geſſit in
oris.Quā fluitat circū magnis anfractibus æquor Ioniis
glaucis aſꝑgit littus ab undis. Triq̄tris.ſiculis.arethuſa ē
fons ortygiæ paruæ iſulæ ante ſyracuſas:ex quo emergit
alpheus labēs ex elide pelopōneſi ꝑ ſubterraneos meatus
nec miſceſ undis marinis. Defēdere dedecus.i.repellere
īfamiā & potius mori q̄ turpiter fugere.defēdere i hac ſi/
gnificatōe ſignificat auertere & depellere.Vir.ſolſtitiū pe
cori defēdite:Hora.i ſermonibus & toga quæ defendere
frigus q̄uis craſſa q̄at.&.Qu.Claudius autore Gellio a pi/
nis hoſtes defēdebāt facillime:defēdere igr̄ dedecus mor
ti ē honeſte mori.hi ſiculi morituri erāt ſed neſciebāt ho
neſte ac fortiter mori:i acie.ſ.& pugna ſed ignaua morte
abſūpti ſūt cū i arborē ſe recepiſſēt.Nimio pauore.q mo
uet mētē e loco ſuo & efficit ut hō decori ſeruādi obliui/
ſcaſ:unde dixit ennius.pauor ſapiam oēm ex aīo meo ex
pectorat. Tulit ſeſe huc.i hāc arborē. Ima peſte.i.reſci
dere q̄rcū ab imo.nā q̄rcū ſecuri deiecit qđ poeta oſtēdit
dicēs.corripit bipēnē mutatus tela.i.cū tela mutaſſet:de/
poſuit clypeū & haſtā ſūpſitq; ſecuri. Cōſumere.ſiculos
ima ruina & calamitate deiiciēdo q̄rcū. Fluctuat.agitaſ.
Ceu ze.nutātes & fluctuātes ſiculos i cacumine arboris
cōpat aui q̄ reſidēs i ſūmitate arboꝝ a uētis una cū nido
agitaſ. Flamie.flatu. Inhoſpita.q̄ malū p̄buit hoſpitiū
ſiculis. Eliſit.compſſit & attriuit mēbra uiroꝝ ſua ruia.
Inde aliæ cla.fa.nūc dicit de eſculo icēſa. Cōtermina.ui
cina q̄rcui ubi fuit cædes & ruia ſiculoꝝ. Gliſcēs.creſcēs.
Verticibꝰ ſæuis.flāmaꝝ ſūmitate. Vulcanus.icendiū.

Pallantis.nam dum ſequitur:peruaſerat altā
In ſyluam:& priſcæ recliuis ab ictibus ulmi
Terga tuebatur trunco fruſtraque relictos
Tauranus comites ſuprema uoce ciebat.
Tranſegit iuuenem:ac perfoſſis incita mēbris
Hæſit in oppoſito cuſpis ſidonia ligno.
Quid uobis quæ nā ira deū uel mēte ſiniſtra
Quæ ſedit formido uiri? qui marte relicto
Ramorū quæſiſtis opem? nō æquus in actis
Nimirum rebus ſuaſor metus arguit aſper
Exitus euentu praui conſulta timoris.
Annoſa excelſos tēdebat ad ethera ramos
Eſculus:umbroſū magnas ſuper ardua ſyluas
Nubibus inſertans altis caput inſtar aperto
Si ſtaret campo nemoris lateque tenebat
Frondoſi nigram tellurem roboris umbra.
Par iuxta quercus longum monita per æuum
Vertice canenti proferre ſub aſtra cacumen
Diffuſas patulo laxabat ſtipite frondes.
Vmbrabatque coma ſummi faſtigia montis.
Huc ætnea cohors triquetris quā miſerat oris
Rex arethuſa tuus:defendere neſcia morti
Dedecus:& mentem nimio mutata pauore
Certatim ſeſe tulit:aſcendenſq; uiciſſim
Preſſit nutantes incerto pondere ramos.
Moxque alius ſuper atque alius cōſiſtere tuo
Dū certant:pars excuſſi:nam fragmie putri
Ramorum & ſenio malefida fefellerat arbor.
Pars trepidi celſo inter tela cacumine pendēt.
Turbatos ima properans conſumere peſte
Corripit æratam iamdudum ī colla bipēnem
Depoſito clypeo mutatus tela ſicheus.
Incumbunt ſociæ dextræ:magnoq; fragore:
Pulſa gemit crebris ſuccumbēs ictibus arbos.
Fluctuat infœlix concuſſo ſtipite turba:
Ceu zephyrus q̄tit antiquos ubi flamie lucos
Frōde ſup tremuli uix tota cacuminis hærens
Luctatur nido pariter luctante uolucris.
Procubuit tandem multa deuicta ſecuri
Suffugiū infœlix miſeris & ihoſpita quercus:
Eliſitque uiros ſpatioſa magna ruina.
Inde aliæ cladum facies contermina cedis
Collucet rapidoque inuoluitur eſculus igni
Iamque inter frondes arenti robore gliſcens
Verticibus ſeuis torquet uulcanus anhelos
Cū feruore globos flāmarū & lumia torret.



Nec tela interea ceſſant ſemiuſta gementum:
Atque amplexa cadunt ardentes corpora ramos.
Hæc inter miſeranda uirum certamina conſul
Ecce aderat uoluens iram exitumque ſycheo.
At iuuenis ſubito tantæ diſcrimine pugnæ
Occupat euentu telo temptare priorem.
Cui medio leuiter clypeo ſtetit æris in ora
Cuſpis:& oppoſitas uetita eſt tranſmittere crates.
Sed non & conſul miſſo concredere telo
Fortunam optare cedis parat:ac latus enſe
Haurit:nec crudæ tardarunt tegmina parmæ.
Labitur infœlix:atque oppetit ore cruento
Tellurem expirans:tum diffundente per artus
Frigore ſe ſtygio manantem in uiſcera mortem
Accipit:& longo componit lumina ſomno.
Atque ea dum uariis permixtus triſtia mauors
Caſibus alternat:iam caſtris mago relictis:
Iam libyæ ductor properantia ſigna citato
Raptabat curſu:& ceſſata reponere auebant
Tempora cæde uirum:ac multo penſare cruore.
It globus intorquens nigranti turbine nubem
Pulueris:& ſurgit ſublatis campus harenis:
Quaque ferens greſſum flectit ueſtigia ductor
Vndanti circum tempeſtas acta procella:
Voluitur:atque altos operit caligine montis.
Occubuere femur fontanus:buca canorum
Tranſfixi guttur:preſſoque e uulnere cuſpis
Proſpexit terga:hunc triſtes miſere fregellæ
Multiplicem proauis.hunc mater anagnia fleuit.
Haud diſpar fortuna tibi leuine.ſed auſo
Non eadem:neque enim tyrio concurrere regi.
Temptas:ſed lectus par ad certamen hiremon
Autololum moderator erat:quem poplite cæſo
Dum ſpoliat:grauis immiti cum turbine coſtas
Fraxinus irrumpit:collapſaque membra ſub ictu
Hoſte ſuper fuſo ſubita cecidere ruina.
Nec ſidicina cohors deſit.uiridaſius armat
Mille uiros:nulli melius uel ponere caſtra
Vel iunxiſſe ratem:duroque reſoluere muros.
Ariete:& in turrim ſubitos immittere pontes:
Quem poſtquam libyæ ductor uirtute feroci:
Exultare uidet:nanque illi uulnere præceps
Terga dabat leuibus diffiſus auraricus armis:
Acrius hoc pulchro mauorte accenſus in iram:
Et dignum ſeſe ratus in certamine ſæuo
Cominus ire uiro referenti e corpore telum

Conſul.flaminius ruebat ut ignomi
niam ſuorum ulciſcereſ morte ſychei
qui primus torſit telum in conſulem:
& cum nihil proficeret interfectus eſt.
Iuuenis.ſycheus. Euentu.aliquo
ſucceſſu pugnæ & uictoriæ quā ſpabat
Cui.flaminio. In ora æris.ideſt ex/
tremitate clypei ærati. Oppoſitas cra
tes.arma & cætera corporis munimen
ta tanq̄ crates.cōſul noluit haſtam ia/
cere in ſycheum ne fruſtraretur ſed co
minus enſe interemit. Concredere.
cōmittere fortunam:& euētum ictus
haſtæ. Haurit.pforat. Crudæ par
mæ:aſperi ſcuti ac duri. Frigore ſty/
gio.ideſt morte. Longo ſomno.mor
te. Atque ea dum uariis.dum talia
agerentur a flaminio & hoſtibus:Han
nibal & mago redierunt ad pugnam.
Alternat.uiciſſim facit.nam cecide/
rāt ſiculi:ceciderat etiā ſycheus. Aue/
bant.optabant. Reponere.reſtituere
& reſarcire id quod ꝑpter uulnus ma
gonis ceſſando a pugna intermiſerant.
Virum.uirorum.ideſt cæde hoſtili.
Penſare.repēdere tempus ceſſatum
multa cæde romanorum. It globus.
deſcribit Hannibalis aciem properan/
tem ad pugnam:& ornat ipſum ducē
poeta ne ab ignauo imperatore roma/
ni uiderentur uicti. Buca.eſt oppidū
campaniæ a quo nomē hoc finxit poe
ta q̄uis dicat ipſum fuiſſe fregellanum
quoniam fregellæ non multum diſtāt
a buca. Multiplicem proauis.haben
tem claros natales:& auos multi & alti
nominis. Anagnia eſt urbs prope ferē
tinum caput quondam hernicorum.
Non eadem.quæ buca & fontanus
qui appetebant Hannibalem a quo cæ
ſi ſunt. Regi.Hannibali nolebas in/
quit o leuine pugnare cum Hannibale
ſed elegiſti hiremonem tibi parem.hi/
remon autem erat ductor autololum.
Fraxinus.haſta fraxinea ipſius Han
nibalis. Sidicina cohors.ſidicini po/
puli campaniæ ubi nunc eſt theanum
quod quondam theanum ſidicinum
uocabatur.uiriaſius erat ductor ſidici/
norum. Auraricus.erat pœnus qui
fugiebat uiriaſium. Referenti.uiria/
ſio qui educebat telum a corpore rau/
raci a ſe cæſi.



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Laudande laborum.uerba Hannibalis in laudem uiriaſi quem iteremit. Haud alia dextra.q̄ mea quoniã eras uir fortis & ſtrenuus. Decus læthi.glorioſam mortem quoniã cadis manu Hannibalis. Ad manes.ad inferos. Labicum.erat oppidum prope romam uia præneſtina:unde hoc nomen finxit.hic labicus primo bello punico ſingulari certamine pugnauerat cum amilcare:in cuius ultionem Hãnibal cum nunc mactauit. Oblitus ſenium.quoniam erat ſenio confectus animo tantum uiridis:ſed uiribus corporis frigebat in martem. Cruda.forti & audaci. Vani.minime nocentes hoſti. Prodebant.decipiebant:quoniam non nocebant cum eſſent ſine uiribus. Inani ſtipula.tranſlatio eſt ab igne debili qui deficiente nutrimento ſtatim extinguitur.hic labicus uerbis tantum iam ualebat corpore affecto:& exhauſto tot laboribus ac ſenio. Patrio.qui fuerat armiger amilcaris patris & cognoſcebat labicum oſtenditq; Hannibali. Certamina primæ.uerba Hãnibalis ad labicum:ſenſus eſt patere nunc pœnam certaminis tui cum patre amilcare in primo bello punico.

Lue.ſolue certamina.ideſt da pœnã.quia auſus fuiſti cum patre congredi.

Præſago luctu.quia ex luctu eorum qui portabant ſycheum Hãnibal præſagiuit aliquod malum. Qui nam inquit dolor.uerba Hannibalis ad ſocios referentes ſycheum mortuum.

Properato funere.celeri morte. Autor.ipſe flaminius. Mœrentibus.ab his qui rettulerãt ſycheũ cum lachrymis. Cerno ait.laudat mortẽ ſychei Hannibal:qui uulnus in pectore exceperat a flaminio illatum.ſic facit æneas de pallãte cæſo a turno. Cuſpidis iliacæ.haſtæ romãæ. Seroque emptũ.ideſt roma uolet ſed fruſtra poſſe magno precio emere nõ fuiſſe uiolatum corpus ſychei:quippe multos in illius ultionem mactabo. Vt multo accẽſis:Hannibalem ira æſtuãtem comparat aquæ frigidæ & ĩcluſæ ĩ uaſe æneo ſubdita flamma. Exuberat.æſtuat ebullit:& abũbat. Aheno.uaſe æneo calefacto ſubdita flamma.

Aduolat:& fodiens pectus laudande laborum
Quiſquis es haud alia decuit te occumbere dextra.
Ad manes lœti perfer decus.italæ gentis
Ni tibi origo foret uita donatus abires.
Hinc fadum petit:& ueterem bellare labicum:
Cui ſiculis quondam terris congreſſus amilcar
Clarum ſpectato dederat certamine nomen:
Immemor annorum ſeniumque oblitus in arma.
Ille quidem cruda mente & uiridiſſimus iræ
Ibat:ſed uani frigẽtem ĩ marte ſenectam
Prodebant ictus.ſtipula crepitabat inani
Ignis iners:craſſamque dabat ſine robore flammam.
Quem poſtquam accepit patrio monſtrante ſuperbus
Armigero pœnum ductor: certamina primæ
Hic lue nunc inquit pugnæ:te notus amilcar
Hac trahit ad manes dextra:tum librat ab aure
Intorquens iaculum:& uerſantem in uulnere ſeſe
Tranſigit:extracta fœdauit cuſpide ſanguis
Caniciem:& longos finiuit morte labores:
Nec minus herminium primis obtruncat in armis
Aſſuetum thraſimene tuos prædantibus hamis
Exhaurire lacus:patriæque alimenta ſenectæ
Ducere ſuſpenſo per ſtagna latentia lino.
Interea exanimem mœſti ſuper arma ſicheum
Portabant pœni:corpuſque in caſtra ferebant.
Quos ubi conſpexit triſti clamore ruentis
Ductor præſago percuſſus pectora luctu:
Qui nam inquit dolor o ſocii:quæue cura deorum
Eripuit nobis:nũ te dulcedine laudis
Flagrantem:& nimio primi mauortis amore:
Atra ſicheæ dies properato funere carpſit?
Atque dato gemitu lachrymæ aſſenſere ferentum.
Et dictus pariter cædis merentibus autor
Cerno ait aduerſo pulchrum ſub pectore uulnus
Cuſpidis iliacæ:dignus carthagine:dignus
Haſdrubale ad manes ibis: nec te optima mater
Diſſimilem lugebit auis:ſtygia ue ſub umbra
Degenerem cernens noſter uitabit amilcar.
At mihi flaminius tam mœſti cauſa doloris
Morte ſua minuet luctus:hæc pompa ſequetur
Exequias:ſeroque emptum uolet impia roma
Non uiolaſſe mei corpus mucrone ſichei.
Sic memorans torquet fumantem ex ore uaporem.
Iraque anhelatum perturbat pectore murmur:
Vt multo accenſis feruore exuberat undis
Clauſus ubi exuſto liquor indignatur aheno.



Tum præceps ruit ĩ mediũ celumque fatigat
Flaminium inceſſens:nec dicto ſegnius ille
Bella capeſſebat.ꝓpiorque inſurgere mauors
Cœperat:& campo iũctus iam ſtabat uterq;:
Cum ſubitus per ſaxa fragor:motique repẽte
Horrendum colles & ſumma cacumina totis
Intremuere iugis:nutant in uertice ſiluæ.
Pinifero fracta quæq; ruũt ſup agmia rupes.
Immugit penitus conuulſis una cauernis
Diſſiliens tellus:nec paruos rumpit hiatus
Atque umbras late ſtygias immenſa uorago
Faucibus oſtẽdit patulis:maneſque profũdi
Antiquum expauere diem:lacus ater in altos
Sublatus montis & ſede excuſſus auita
Lauit tyrrhenas ignota aſpergine ſiluas.
Iamq; eadẽ populos magnorũq; oppida regũ
Tempeſtas:& dira lues ſtrauitq;:tulitque:
Ac ſup hæc reflui pugnarũt mõtibus amnes:
Et retro fluctus torſit mare monte relicto.
Appennini colæ fugere ad littora fauni.
Pugnabat tamen heu belli uecordia miles
Iactatus titubante ſolo:tremebundaque tela
Subducta tellure ruens torquebat ĩ hoſtem:
Donec pulſa uagos curſus ad littora uertit
Mentis inops.ſtagniſq; latebat daunia pubes.
Quis conſul terga ĩcrepitãs:nã turbĩe motæ
Ablatis terræ inciderat:quid deinde quid oro
Reſtat io profugis:uos en ad mœnia romæ
Ducitis annibalem:uos in tarpeia tonantis
Tecta faces ferrumque datis:ſta miles & acris
Diſce ex me pugnas:uel ſi pugnare negatum
Diſce mori:dabit exemplum non uile futuris
Flaminius ne terga libys:ne cantaber unquã
Conſulis aſpiciat:ſolus ſi tanta libido
Eſt uobis rabieſque fugæ tela omnia ſolus
Pectore conſumo:& moriens fugiẽte ꝑ auras
Hac ãia ueſtras reuocabo ad prælia dextras.
Dũq; ea cõmẽorat:dẽſoſq; obit obuius hoſtis:
Aduolat ora fretus mentemq; ducarius acri
Nomen erat gentile uiro:fuſiſque cateruis
Boiorum quondam patriis antiqua gerebat
Vulnera:barbaricæ mẽtis noſcẽſque ſuperbi
Victoris uultus:tu ne inquit maximus ille
Boiorum terror?libet hoc cognoſcere telo
Corporis an tanti manet de uulnere ſanguis:
Nec uos peniteat populares fortibus umbris

Cum ſubitus per ſaxa fragor.deſcribit motũ terræ qui fuit tũc cũ ad traſimenũ pugnatũ eſt:quẽ romani nõ ſenſere:aut nõ curauerũt ꝓpter ardorẽ animorũ:quo in hoſtes ferebanť.meminere huius rei Liui.& Pli.& ante hos Fabius annaliũ ſcriptor quẽ Liuius ſequutus ẽ.Cã terremotus uenti ſunt ĩcluſi in uiſceribus terræ.Tantus fuit ardor aĩorũ ĩquit Liuius:adeo intẽtus pugnæ animus:ut cũ terremotus q multarũ urbiũ Italiæ magnas partes ꝓſtrauit auertitq; curſu rapido amnes fluminibus mare ĩuexit.mõtes lapſu ĩgẽti ꝓruit.nemo pugnantiũ ſenſerit.tres ferme horas pugnatũ eſt & ubiq; atrociter. Diſſiliẽs:diuidẽs ſeſe. Faucibus patulis.magno aptoq; hiatu. Antiquũ diẽ.lucẽ quã quõdã hũerũt. Lacus ater.ĩfectus tabo. Sede auita.ꝓprio ſtagno. Tyrrhenas.hetruſcas ſpargẽdo ſuas aq̃s. Reflui.retrofluẽtes ad ſuos fontes. Fluctus.ipſorũ fluminũ:quæ in mare emittũt. Tamen.q̃uis oĩa motu terræ q̃tereнť. Vecordia belli.ĩſania & furor bellãdi. Titubãte:mouẽte ſeſe & agitata terra. Subducta.ſubtracta ipſis pedibus:ut eſt in motu terræ. Daunia pubes.romana a dauno rege ardeatiũ. Illata ſtagnis.nã ut ait Liuius pars magna: ubi locus fugæ deerat ꝑ prima uada paludis in aquã ꝓgreſſi:quoad capitibus:humeriſq; extare poſſent ſeſe ĩmergũt.fuere quos incõſultus pauor nãdi etiã capeſſere fugã ĩpulerit. Quis.qbus. Inciderat.i.ipſe Flaminius caſu quodã inciderat in ĩpos fugiẽtes & cõſternatos aĩo ꝓpter motũ terræ. Ablatis.quos terruerat:ſibiq; ipſis abſtulerat motus terræ.ordo eſt:qs ablatis turbine motus terræ ĩciderat cõſul ĩcrepitãs terga quæ hoſti iã uerterant milites fugiẽtes ad lacũ. Quid deĩde.qd oro:uerba Flaminii ĩcrepãtis ſuos fugiẽtes. Quid reſtat?q̃ſi di.nil reſtat nobis uictis.& arguit ſuos timiditatis:eoſq; hortať ad pugnã ſuo exẽplo:& ad mortẽ honeſtã:ſi uicere negatũ eſt.

Futuris.poſteritati & nepotibus. Aduolat ducarius ferus ora.circa cõſulẽ inqͭ Liuius acrior:ĩfeſtiorq; pugna erat:cũ & robora uirorũ ſeq̃banť:& ipſe quacũq; in parte ꝑmi ad laborẽ ſẽſerat ſuos ĩpigre ferebat opẽ.ĩſigniſq; armis & hoſtẽ ſũma ui petebat & tuebať ſuos ciues:donec ĩſuper eques:cui ducario nomẽ erat:faciẽq; noſcitãs.conſul ĩquit hic eſt popularibus ſuis qui legiones noſtras cecidit:agroſq; & urbẽ depopulatus eſt.iã ego hãc uictimã manibus perẽptorũ a ſe ciuiũ dabo:ſubditiſq; calcaribus equo per confertiſſimã hoſtiũ turbã ĩpetũ facit:obtrũcatoq; prius armigero:qui ſe ĩfeſto ueniẽti obiecerat cõſulem lãcea trãſfixit.ſpoliare cupiẽtem triarii obiectis ſcutis arcuere.Syllius aũt propẽſius in laudẽ ſuorũ canit Flaminiũ obrutũ multitudine telorũ.quippe ĩdecorũ uidebať tantũ uirũ cecidiſſe manu unius equitis. Ferus ora mentemq;.i.præſeferẽs crudelitatẽ:& mẽte etiam ferus.

Nomẽ gentile:quoniam eius maiores ducarii appellati ſunt. Vulnera barbaricæ mentis:dolorem quẽ conceperat tempore quo Flaminius boios attriuit. Tu ne ĩquit.uerba ducarii ad Flaminium:quibus ironia quadã conſulẽ deridet:placet inquit experiri hoc telo an ex uulnere tui corporis ſãguis fluat:ut fluxit ex uulneribus boiorum:quos uiciſti. Nec uos peniteat.uertit ſermonẽ ad ſuos populares ducarius quos ad cædem conſulis hortatur:cum ipſe ſolus non auderet:hoc canit poeta in laudem conſulis. Nec pœniteat.non parum uideatur mactare Flaminium in ultionem noſtrorum:& inferias.

Fortibus umbris.animabus illorum qui ceciderunt in bello contra Flaminium.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nimbo:multitudine telorũ. Cecidiſſe dextra ſua: imitatio eſt Virgilii:qui idẽ de ænea uulnerato canit:cũ ſagittã crure excepiſſet. cæſo aũt Flaminio oẽs ſugere:& primores iuuenũ iam infenſi ſuperis & dextris: quia nõ poterant amplius pugnare:cũ Annibalẽ uictorẽ cernere peius eſſe arbitrarẽtur:& grauius ipſa morte:oẽs ſe ſtrauerũt ſup Flaminiũ quẽ ſuis cadaueribus tanq̃ tumulo quodã ꝓtegẽtes tumulauerũt. In hac pugna.xv.milia romanorũ cæſa ſũt.corpus Flaminii inuentum nõ fuit ab Annibale cũ magna cura ſũeris cã iquiri iuſſiſſet. Hæc ẽ nobilis ad traſimenũ pugna:atq; intra paucas memorata po.ro.clades Annibal poſt uictoriã comitãte fratr̃ magone cæſos cõtẽplatus eſt:& mortes romanoꝝ laudauit ut canit poeta. Primores:primi ad ſubeũda ꝑicula belli ac pugnæ. Pœnus:ãnibal. Quas mortes inq̃t: uerba annibalis laudãtis decorã mortẽ romanoꝝ. Quas q̃ fortes.& decoras. Quæ uulnera:excepta ĩ pectoribus ſcilicet ut decebat romanos milites:& a marte oriũdos.

Premit.ſtringit & retinet. Hos obitus.tam claras mortes:nam circa hoc genus mortis fortitudo laudat̃.

Et uereor.uaticinatur:ſiue ominatur Hannibal romanis imperium totius orbis cum roma tam claros:fortes:& magnanimos uiros procrearet. & his dictis nox infuſa finem cædibus impoſuit.

PETRI Marſi interꝑtatio ĩ.vi.uolumen Silii Italici.

Iam tarteſſiaco quos ſoluerat æquore titan.Poſt ĩfœlicẽ pugnã ad traſimenum romani quibus belli fortuna pepcerat: fuga hinc inde ſalutẽ ꝑ uarios ſiluaꝝ anfractus ſibi compãtes Romã ꝑuenerũt Luctũq; matronis renouauere.Seranus filius.M.Attilii Reguli ſaucius: ſoluſq; caſu diuertit ad Marũ comitẽ quondã pr̃is ſui habitantẽ ĩ agro puſino:a quo ſũma caritate ſuſceptus & curatus ẽ.Romãq; reductus.Poeta nactus opportunitatẽ ĩtroducit Maꝝ narrãtẽ ꝑtẽ primi belli punici:& Reguli ſuppliciũ.Hãnibal interea mouit a Traſimeno:& agrũ picenũ depopulatus ĩ cãpaniam ꝑuenit:& apud Linternũ picturã primi belli punici magna aĩ moleſtia conſpexit. iuſſitq; porticũ illã ſolo æquari:qđ fingit poeta. Tarteſſiaco:deſcribit pricipiũ diei q primus illuxit poſt ſtragẽ. Tarteſſiaco: hiſpano.& betico:ubi eſt tarteſſus: ubi phœbus emenſus cœlum diurno curſu uidetur ſoluere equos ſuos:& refouere:ideo ait.Diffuſus in noctẽ.inde rediens ſub terra emergit in oriẽtem:ubi uidetur iterum iungere equos ad currũ ut iteretur curſus. Eois: oriẽtalibus.i.iã dies erat.Nouo phaetonte: primo ſoli ſplendore.phaetontẽ pro ſole ponit.& ſtella iouis phaeton dicitur.Retecti: illuſtrati. Seres populi orientis qui ab occaſu habent ſcythiam: ab ortu & ſeptẽtrione terram incognitam. a meridie indos:iuxta gãgem habent arbores ferentes languinem quã perfuſa aqua depectunt: ea fila quondam Romam allata rurſus a matronis diſponebantur:& texebantur: fiebantq; inde ueſtes tenuiſſimæ: quibus matronæ in foro pellucebant:ut auctor eſt Plinius.Seres mites quidem ſunt:ſed & ipſis feris perſimiles:cœtum reliquorum mortalium fugiunt.Virgi.Velleraque ut foliis depectant tenuia ſeres.ideo ait lanigeris lucis. Soluerat:in fine iam diei. Diffuſus in noctem.in occaſũ. Iũgebat.admouebat orienti & ad currum. Inſani mauor.furentis pugnæ. Orbata tumulis.inſepulta.

Hoc mactare caput:noſtros hic curribus egit
Inſiſtens uictos alta ad capitolia patres.
Vltrix hora uocat:pariter tunc undique ſuſis
Obruitur telis:nimboque ruente per auras
Contectus nulli dextra iactare reliquit
Flaminiũ cecidiſſe ſua:nec pugna perempto
Vlterior ductore fuit:nanque agmine denſo
Primores iuuenum ſæua ad diſcrimia martis
Infenſi ſuperis:dextriſq; & cernere pœnum
Victorem plus morte rati:ſuper otius omnes
Mẽbra ducis:ſtratoſq; artus certam ĩe magno
Telaq; corporaq;:& nõ fauſto marte cruẽtas
Iniecere manus:ſic denſi cædis aceruo
Ceu tumulo texere uirũ.tũ ſtrage per undas
Per ſiluas ſparſa:perque altã ſanguine uallem
In medias fratre inuectus comitante cateruas
Cæſorum iuuenũ pœnus:quæ uulnera cernis
Quas mortes ĩquit:premit oĩs dextera ferrũ.
Armatuſque iacet ſeruans certamina miles.
Hos en hos obitus noſtræ ſpectare cohortes
Fronte minæ durant:& ſtant in uultibus iræ.
Et uereor ne quæ tanta creat indole tellus
Magnanimos fœcũda uiros: huic fata dicarit
Imperium:atque ipſis deuĩcat cladibus orbẽ.
Sic fatus ceſſit nocti: locumque dedere
Cædibus infuſæ ſubducto ſole tenebræ.

Iam tarteſſiaco quos
ſoluerat æquor̃ titã
In noctem diffuſus
equos iũgebat eois
Littoribus: primiq;
nouo phaetonte re
tecti.
Seres lanigeris repe
tebãt uellera ſuccis
Et fæda ante oculos ſtrages propiuſque patebat:
Inſani mauortis opus:ſimul arma uirique
Ac mixtus ſonipes dextræque in uulnere cæſi
Hærentes haſtis paſſim clypeique tubæque:
Atque artus trunci capitũ:fractuſque iacebat
Oſſibus in duris enſis:nec cernere deerat
Fruſtra ſeminecum quærentia lumina cœlũ.
Tum ſpumãs ſanie lacus & fluitãtia ſummo
Aeternum tumnlis orbata cadauera ponto.



Nec tamen aduerſis fuerat fracta itala uirtus.
Bruttius ingenti miſerandæ cædis aceruo
Non æquum oſtentans cõfoſſo corpore martem
Extulerat uix triſte caput:truncoſq; trahebat
Per ſtragem neruis interlabentibus artus:
Tenuis opum:non patre nitens:linguaue:ſed aſꝑ
Enſe.nec euolſca quiſquam uir gente redemit
Plus æui:nec magnanima puer abdere ſeſe
Pubeſcente gena caſtris optarat:& acer
Flaminio ſpectatus erat:cum celtica uictor
Obrueret bello diuis melioribus arma.
Inde honor ac ſacræ cuſtodia marte ſub omni
Alitis:hinc cauſam nutriuit gloria lœti.
Nanque necis certus captæ prohibere nequiret
Cum pœnos aquilæ: poſtquam ſubſidere fata
Viderat:& magna pugnam inclinare ruina:
Occulere interdũ:& terræ mandare parabat.
Sed ſubitis uictus telis labentia membra
Proſtrauit ſuper.atque illecta morte tegebat.
Verum ubi lux nocte e ſtygia miſeroque ſopore
Reddita uicini de ſtrage cadaueris haſta
Erigitur ſoloque ingens conamine late
Stagnantem cæde:& facilem diſcedere terram
Enſe fodit:clauſamque aquilæ infœlicis adorans
Effigiem palmis languentibus æquat harenas
Supremus feſſi tenuis tum ceſſit in auras
Halitus:& magnam miſit ſub tartara mentem.
Iuxta cernere erat merito ſibi poſcere carmen
Virtutis ſacram rabiem leuinus ab alto
Priuerno uitis latiæ perſignis honore
Exanimum naſamona tyren ſuper ipſe iacebat
Exanimis:non haſta uiro:non enſis in arctis
Abſtulerat fors arma:tamen certamine nudo
Inuenit marti telum dolor ore cruento
Pugnatum.ferrique uicem denspræbuit iræ.
Iam laceræ nares:fœdataque lumina morſu:
Iam truncum raptis caput auribus ipſaque diris
Frons depaſta modis:& ſanguine abũdat hiatus:
Nec ſaties donec mandentia linqueret ora
Spiritus:& plenos rictus mors atra teneret:
Talia dum præbet triſtis miracula uirtus:
Diuerſo interea fugientes ſaucia turba
Iactantur caſu ſiluiſque per auia cæcis
Ablati furtim multo cum uulnere ſolos
Per noctem metant̃ agros: ſonus omnis & aura
Exterrent pennaque leui commota uolucris:

Nec tamẽ aduerſis.quaſi dicat.q̃uis romani ea clade affecti eſſent:tamẽ habebant priſtinã uirtutẽ:quæ ĩ aduerſis cognoſcit̃:& hoc dicit maxime ꝓpter hunc Bruttiũ:qui occuluerat uexillũ:ne in manus ueniret hoſtiles:& illico expirauit:Bruttius hic erat Volſcus: Volſci ſunt populi latini:quoꝝ caput eſt priuernũ de bruttiis populis dicetur loco ſuo. Non æquũ martem.iniquã pugnã & aduerſam romanis. Neruis inter labẽtibus:ſoli nerui retinebant artus:cum caro eſſet abſciſſa:& oſſa fracta:colliſaq;. Tenuis opum. pauper nec habebat claros natales:nec erat eloquens: ſed clarus in re militari:& in bello contra boios ſpectatus a flaminio donatus fuit cura uexilli. Redemit plus æui.ideſt nemo plus laudis comparauit ſibi & nominis uirtute bellica:qua erat adeptus gloriam immortalem:ille redimit multum æui:qui rebus geſtis memoriam ſui in longum æuum extendit:cum diu uiuere hoibus non concedatur. Nec magnanima gena puer.i.ipſe magnanimus:cũ pubeſceret noluit abdere ſeſe caſtris:ſed prodire in aciem:& puluerem bellicum. Acri.forti. Spectatus.cognitus ꝑ uiro fortiſſimo. Arma celtica.cum uicit boios gẽtem gallicam:quæ & celtica appellatur. Diuis melioribus.quia tunc fauebant Flaminio.Nunc autem aduerſi fuerant. Sacræ alitis.aquilæ.ideſt uexilli in quo erat effigies aquilæ:& id ĩſigne præcedebat legiones.ſequebantur autem lupi:equi:apri:minotauri.& hæc ſigna pilis affixa erant. Subſidere.inclinari fata romanoꝝ militum:& uinci & iam nõ poſſet pœnos ab aquila prohibere uiribus affectis abſcondere tentauit:& ſubito uulneratus ſtrauit ſe ſuper aquilam.

Illecta morte.ſimulata:& ficta:nam uidebat̃ mortuus.inde cum illuxiſſet aquilam terræ mandauit ab illiciendo illectus.illicere eſt in fraudem deducere ac decipere:inde mors illecta:ſimulata & ficta. Facilẽ diſcedere.ideſt quæ facile fodiebatur propter teporẽ ſanguinis & ipſas harenas:quæ facile diſcedunt:ideſt aperiuntur:ideo dixit æquas harenas. Iuxta cernere erat:nunc deſcribit Leuinum priuernatem centurionẽ:q hoſtis ora corroſerat:ut fecit Tydeus Menalippo a quo fuerat uulneratus in bello thebano. Honore latiæ uitis:ideſt qui erat cẽturio:qui habebat uitem pro inſigni apud romanos.Vnde Plinius.Centurionum ĩ manu uitis.Et Lucanus. Lõgo latiam gerit ordine uitem.Martialis.Vare parethonias latia modo uite per urbes.Et Iuuenalis cum uellet oſtendere Marium fabrum caſtrenſem ſub Centurione dicit: Nodoſam poſt hæc frangebat uertice uitem:Si lentus pigra muniret caſtra dolabra. Priuerno.oppido uolſcorum. Ipſe.leuinus. In arctis.rerum difficultatibus. Hiatus.os Lauini. Saucia turba.quoniam decẽ milia diuerſis itineribus euarſeunt. Ablati.erepti hoſtibus clam. Metantur.luſtrant & perambulant.metari eſt metas:ideſt terminos cõſtituere:ſiue aliquid locare ad metam:inde dicimus metari caſtra:aſſignare cuique locum caſtrorum:& ponere metam:& metari agros idem eſt qđ menſurare:& peragrare. Solos.deſertos & ſine colonis:nam fugiebant per ſyluas.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Agit Hãnibal.i.uidebatur iſtis fugientibus:ꝙ Hãnibal aut mago eos inſequeretur:haſtaq; urgeret:ac ꝓmeret.
Seranus clarꝫ nomen.Seranus hic filius erat.M.Attilii Reguli clari ꝓpter fidẽ hoſtibus ſeruatã in primo bello
punico. Regule.appoſitiue clarꝫ nomẽ.uulneratus ad traſimenũ ſeranus fugiens per arua peruſina:caſu quodã
uenit noctu domũ mari qui fuerat Reguli comes in primo bello punico:q uicẽ ſerani idoluit:& uulneribus me/
deri nõ ceſſauit:cuius rei peritus erat:cũ diu uerſatus eẽt in bello ubi chyrurgia exercebat̃: ut dictũ eſt. Qui.tu
o Regule. Gliſcẽte.creſcẽte. Primo flore.adoleſcẽtia & prima iuuẽta. Pr̃iis auſpiciis.i.iſœlicitate pr̃na:quo/
niã militia utriq; male ceſſerat:ea igit̃ iſœlicitate ſeranus igreſſus erat ſecũdũ bellũ punicũ:qua pater igreſſus fue/
rat primũ. Miſerã parentẽ.matrẽ noie Martiã. Tri/
ſti ſorte.quoniã erat uulneratus:nec habebat aliquẽ qui
ferret opẽ uulneribus:ſed haſta ſuſtinens greſſus ibat in
arua peruſina.Peruſia uero diſtat a Traſimeno duodeci
milibus paſſuũ. Hic.in aruis peruſinis. Quæcũq; fa
ta.ſiue ide expectaret auxiliũ:ſiue mortẽ.q̃ſi dicat.pulſa/
uit fores nõ curãs:etiã ſi ide hoſtis erũperet:& ſe uulne/
ratũ penitus conficeret.Quippe iã deſpauerat aggrauãte
uulnere. Nõ tarda.quoniã erat iduſtrius ſenex:& ha/
bebat corpus robuſtũ q̃uis eẽt ſenex.in iuuẽta.n.tẽpera/
te uixerat:& nõ effœminauerat corpus:nã intẽperãtia tra
dit corpus effœtũ ſenectuti.ideo Pli.li.iii.epiſtolarꝫ loq̃ns
de frugalitate ac tẽperãtia Spurinæ ait.ide illi poſt.vii.&
lxx.annũ auriũ oculorꝫq; uigor iteger:ide agile ac uiuidũ
corpus:ſolaq; ex ſenectute prudẽtia. Haud ſurda fama.
.i.celebri & memorãda. Paupere ueſte.quoniã marus
erat frugi & parcus.ut decebat bonũ uirꝫ:& ueteranũ mi
litẽ.& ſic ueſtis erat paup:qua prætẽdebat lumina:Nã ue
ſte lumina tegebat:ne extiguerent̃:ut fit. Aegrꝫ.uulne
ratũ ſeranũ. Fultũ lapſantis greſſus.labẽtes ꝓpter do/
lorẽ trũca haſta.fulcire ſuſtinere eſt:ide fulcra dicunt̃ pe/
des lecti:q̃ ſuſtinent.& q̃cq̃d ſuſtinet aliq̃d põt appellari
fulcrꝫ. Iã ſaucius aures rumore:qui iã audierat roma/
nos eẽ ſuperatos ad traſimenũ. Quod ſcelus.uerba ma
ri ad ſeranũ q̃bus de ſua iſœlicitate q̃ diu uiuẽdo has iſœ
licitates uidebat.Vnde dicit Iuue.hãc pœnã eſſe datã diu
uiuẽtibus:ut nigra in ueſte ſeneſcãt:& domus aliq̃ noua
clade afficiat̃ ego iquit genitus ſum ad nimiũ atq; nimiũ
ꝑferẽda icõmoda uitæ. Te maxime ductorꝫ.regule q
omnis ductores tua uirtute ſuperabas. Captiuo uul/
tu.magna laus Reguli:qui etiam captiuus pœnos terre/
bat. Occidere.mori. Crimen culpamque tonantis:
ait poeta mortem Reguli magnam fuiſſe culpam:& cri/
men iouis:qui nunquam debuit pati:ut tãtus uir a per/
fidia pœnorum necaretur.ordo eſt:Vidi occidere te ap/
poſitiue crimen tonantis. Hauſi.accepi. Sidonia te/
cta euerſa.ideſt ipſa carthago funditus euerſa:non leni/
ret dolores meos:quos tunc hauſi:cum Regulus ſuppli/
cio afficeretur. Eſtis ubi.uertit ſermonem ad deos.ſen
ſus eſt:iterum o dii gaudetis inſectari:& urgere roma/
nos:& ſtirpem Reguli. Stirpem.Seranum Reguli fi/
lium. Tantæ domus.quanta fuit:& erat domus Re/
guli clara non opibus:ſed uirtute:ac fide. Nec rudis.
non ignarus chyrurgiæ. Quippe callebat bellis.quo/
niam nouerat curare uulnera:& fouere medicaminibus
cum ab ineunte ætate in bellis uerſatus eſſet:in quibus
uulnera curabantur. Vellera.lanam ſuccidam : quæ
eſt optima uulneribus curandis.Plinius ait.Succidæ la/
næ plurima præſtant remedia ex oleo:uinoque:aut ace/
to luxatis membris dolentibuſque neruis impoſitæ:&
crebro ſuffuſæ:laudatiſſima eſt ex collo.ſuccidam impo
nunt:percuſſis.liuidis:contuſis:colliſis:contritis:deiectis. Molli.miti:quoniam manus chyrurgi:ut dictum eſt
debet eſſe lenis.Marus quãuis annis eſſet ſenex:tamen peritia medendi habebat mollem tactum. Torpentes.
frigidos contractos dolore. Parca menſa.frugi cibo.

Non ſopor aut menti requies: agit aſp acerba
Nũc mago attõitos:nũc arduus ãnibal haſta.
Seranus clarum nomen tua regule proles:
Qui longũ ſemper fama gliſcẽte per æuum
Infidis ſeruaſſe fidem memorabere pœnis
Flore nitens primo:patriis heu punica bella
Auſpiciis ingreſſus erat.miſeramque parentẽ
Et dulcis triſti repetebat ſorte penates
Saucius:haud illi comitũ ſuper ullus:& atris
Vulneribus qui ferret opem:ꝑ deuia fractæ
Innitens haſtæ:furtoque ereptus opacæ
Noctis iter tacitum peruſina ferebat in arua
Hic feſſus parui quæcunque hic fata darẽtur:
Limina pulſabat tecti:tum membra cubili
Euoluens non tarda marus uetus ille parẽtis
Miles:& haud ſurda tractarat prælia fama
Procedit renouata focis:& paupere ueſte
Lumina prætendẽs:utq; ora agnouit & ægrũ
Vulneribus duris ac lementabile uiſu
Lapſantis fultum truncata cuſpide greſſus
Funeſti rumore mali iam ſaucius aures:
Quod ſcelus o nimiũ uitæ.nimiũq; ferẽdis
Aduerſis genitus cerno:te maxime uidi
Ductorum:cum captiuo carthaginis arcem
Terreres uultu crimen culpamque tonantis
Occidere atq; hauſi quem non ſidonia tecta
Expulerint euerſa meo de corde dolorem.
Eſtis ubi en iterum ſuperi dat pectora ferro
Regulus:at ſtirpem tantæ periura recidit
Surgentẽ carthago domus:inde ægra reponit
Mẽbra toro:nec ferre rudis medicamĩa q̃ppe
Callebat bellis:nũc purgat uulnera lympha
Nũc mulcet ſuccis:ligat inde ac uellera molli
Circundat tactu:& torpentes mitigat artus.
Exin cura ſeni triſtem depellere feſſo
Ore ſitim:& parca uires arceſſere menſa



Ductores:ualloque tenent ex agmine pœnum.
Cedentem conſul tumulo ſpeculatus ab alto:
Atque atram belli caſtris ſe condere nubem:
Turbidus extemplo trepidantis milite mœſto
Inuadit cuneos:ſubitoque pauore relaxat
Iam rareſcentis acies:tum uoce feroci:
Poſcit equum:ac mediæ ruit in certamina uallis:
Sic ubi torrentem crepitanti grandine nimbum
Illidit terris molitus iupiter altas
Fulmine nunc alpes:nunc mixta ceraunia cœlo
Intremuere ſimul tellus & pontus & ether.
Ipſaque commoto quatiuntur tartara mundo.
Incidit attonitis inopino turbine pœnis
Haud ſecus improuiſa lues:geliduſq; ſub oſſa
Peruaſit miſeris conſpecti conſulis horror.
It medius ferroque ruens denſiſſima latum.
Pandit iter:clamor uario diſcrimine uocum
Fert belli rabiem ad ſuperos:& ſydera pulſat:
Ceu pater oceanus cum ſæuior ethere calpen
Herculeam ferit:& exeſa in uiſcera montis
Contortum pelagus latrantibus ingerit undis.
Dant gemitum ſcopuli:fractaſq; i rupibus undas
Audit tarteſſos latis diſcrimina terris.
Audit non paruo diuiſus gurgite lixus.
Ante omnis iaculo tacitas fallente per auras
Occumbit bogus infauſtum qui primus ad amnem:
Ticini rapidam in rutulos contorſerat haſtam.
Ille ſibi longam cloto turbamque nepotum
Crediderat uanis deceptus in alite ſignis.
Sed non augurio parcarum impellere metas
Conceſſum cuiquam:ruit inter tela cruentis
Suſpiciens oculis cœlum:ſuperoſq; repoſcit
Tempora promiſſæ media iam morte ſenectæ.
Nec baſago exultare datur:ne impune relictum:
Conſulis ante oculos uictum ſpoliaſſe libonem.
Laurigeris decus illud auis uanaque iuuenta
Florebat:ſed maſylus ſucciderat enſis
Pubeſcente caput mala:properoque uirentes
Delerat lœto bellator barbarus annos.
Flamminium imploraſſe tamẽ iam morte ſuprema.
Haud fruſtra fuit.auulſa eſt nam protinus hoſti
Ore ſimul ceruix:iuuit punire feroci
Victorem extemplo monſtratũ reddere læthum.
Quis deus o muſæ paribus tot funera uerbis
Euoluens: tantiſq; umbris in carmine digna
Quis lamenta ferat? certantis laude cadendi.

Pœnum.Hannibalem linquentem pu
gnam. Atram nubem belli.ipſum Han
nibalem qui magnam caliginem hoſtibus
effundebat inſtar nubis. Mœſto milite.
propter uulnus magonis. Cuneos.acies
pœnorum. Sic ubi torrentem.flaminiũ
inopinato irruentem in hoſtes comparat
ioui demittenti ſubitos nimbos:& fulmi
ne decutienti cacumina montium. Mo
litus.ideſt concutiens & feriens.ceraunia
ſunt montes epyri. Tartara.loca infero/
rum. Pœnis.ipſis hoſtibus. Lues in
prouiſa:magnum malum.ideſt ipſe flami
nius qui erat pœnis magna lues:atq; perni
cies. Ruens denſiſſima.diſſipans confer
tiſſimas acies:& globos hoſtiles. Ceu pa
ter oceanus:clamorem pugnantum com
parat mugitui maris commoti a uẽtis:aut
impulſi tridẽte ipſius neptuni:calpe:ut di
xi mons eſt ad fretum gaditanũ:ubi erant
Herculis columnæ:ideo herculeam calpẽ
dicit. Tarteſſus.eſt urbs prope fretũ de
qua ſupra. Diſtermina.ideſt quæ diſter
minat & diuidit aphricã ab europa:quo/
niam fretum gaditanum medium eſt in/
ter europam & libyam. Gurgite.freto ga
ditano. Lyxus.urbs patria anthei ad fre
tum uerſus mauritaniam tarteſſus eſt in
europa.Lyxus in aphrica.ſupra dixit.rapi
do mittebat ab æquore lyxus.Bogus.erat
augur Hannibalis qui ad ticinum iterpre
tatus eſt augurium & ueluti ſuadente deo
primus in romanos iecit haſtam. Lon/
gam cloto.longã uitam quã diſpẽſant par/
cæquarum una ẽ cloto. In alite.augurio
Parcarum.metas:ideſt extendere & di/
latare terminos fixos a parcis:ideo una di/
citur atropos quia uerti non poteſt:& di/
cuntur parcæ filiæ neceſſitatis & appellan
tur fata.Martialis.Lanificas nulli tres exo
rare ſorores Cõtigit.obſeruant quẽ ſtatue
re diem. Laurigeris auis.ideſt triumpha
libus.nam triumphantes lauro coronabã
tur:quæ eſt Apollini ſacra.celebrat claros
natales libonis:& proauorum ſtemmata.
hunc interemit bagaſus:ſed ne impune q/
dem fuit hoc illi relictum.flaminius quip
pe mortem libonis ultus eſt. Hoſti.ba/
gaſo. Monſtratum læthum:ideſt mor/
tem quam ipſe bagaſus monſtrauerat.qui
caput liboni abſciderat:ideo conſul bagaſo
ceruicem ademit:ut ſuo crudeli exemplo
puniretur. Quis deus o muſæ.repetit
uotum poeta narraturus tãtam ſtragem:
& caſum flaminii conſulis:mouetque affe
ctus ipſa addubitatione.Vir.quis cladem
illius noctis quis funera fãdo Explicet aut
poſſit lachrymis æquare dolorem?

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Latices lyei.uinum dicatum baccho qui lyeus di/
citur. Turbidus arentes.narratio eſt. bragada flu/
uius aphricæ prope uticam magnitudine exuperans
omnis libyæ fluuios:& lento curſu fluit.ideo ait:len
to pede. Turbidus.harenoſus. Arentes.quia ma
ior pars libyæ ſicca eſt:& laborat penuria aquarum.
Extẽdere.per campos ſcilicet in quos reſtagnat ali
quãdo. Vado.aqua ſtagnãte per arua. Hic.apud
bragadam. Laticum.aquarum. Tellus.aphricæ
pars:quæ uergit ad meridiem. Lucus iners.inuti/
lis erat iuxta bragadam quod ſeruabat nemus ſtygiũ
ideſt obſcurum:ut ſunt loca inferna:quoniam ligna
illic non cedebãtur.& ideo habebat opacam umbrã:
iccirco dicit. Pallentibus umbris.ideſt diris:& affe
rentibus pallorem atque timorem ĩgrediẽtibus. Vir
gilius.pallentes umbras herebi. Halitus.fœtor.
Craſſus.impurus:& peſtilẽs. Intus.in luco. Di
ra.infernalis:feraliſque. Specus.cauerna. Triſtes.
obſcuræ:& afferentes mœrorem. Horror mente
redit:auget rem & facit auditorem attentum.Virgi.
ait:horreſco referens. Monſtrum.ſerpens horren
dæ magnitudinis. Centum ulnas.brachia.Liuius
huius ſerpentis meminit.Gellius ait libro ſexto.Tu
bero in hiſtoriis ſcriptũ reliquit bello punico primo
Attilium Regulum cõſulem in aphrica caſtris apud
Bragadam flumen poſitis prælium grande atq; acre
feciſſe aduerſus ſerpentem in illis locis ſtabulantem
inuſitatæ immanitatis:eumque magna totius exer/
citus conflictione baliſtis atque catapultis oppugna
tum:eiuſque interfecti longum corium pedes centũ
&.xx.romam miſiſſe:hoc idem dicit Plinius lib.viii.
additque pellem & maxillas uſque ad bellum numã
tinum duraſſe Romæ in templo. Lucos auernos.
peſtilentes & auibus contrarios.auerna enim dicun
tur loca pernicioſa ipſis auibus.Vnde Lucretius i.vi.
ſic ſcribit principio q̃ auerna uocantur loca:nomen
id ab re impoſitũ eſt:quia ſunt auibus contraria cun
ctis e regione:eo q̃ loca cum uenere uolantes remi/
gio oblitæ pennarum uelare mittunt:continuoque
cadũt molli ceruice profuſæ. Ingluuiem.eſuriem:
& uoracitatem. Fœda grauitate.graui fœtore.&
ideo locus dicebatur auernus. Ac tabe afflatus.gra
ui fœtore afflatus ipſius ſerpentis:& etiam loci auer/
ni. Cœpta incendia:ſitim quæ oritur ex cibo:qui
feruet in ſtomacho:cum perficitur. Appenninico
la.qui appenninum incoluerat. Vmbro.ex umbria
hauens & aquinus erant comites mari. Turbo.im
petus inferno ſimilis. Inſano.magno. Manes.ſpi
ritus & demones inde uidebantur exire. Quantis
armati:hunc ſerpentem comparat gigantibus habẽ/
tibus pedes ſerpentinos:& hydræ atque draconi:qui
poma aurea heſperidum cuſtodiuit:pugnauitque cũ
Hercule in gratiam Iunonis:quæ parabat Herculem
lædere:obiiciens ipſum monſtris.ideo illum draco/
nem appellat anguem iunonium. Serpens lernæ.
hydra:quæ Herculem defatigauit ad lernam palu/
dem. Vndis.aquis lerneis.

Victus limoſas extendere latius undas.
Et ſtagnante uado patulos inuoluere campos
Hic ſtudio laticum:quorũ ẽ haud prodiga tellus
Per ripas lœti ſæuis conſedimus aruis.
Lucus iners iuxta ſtygium pallentibus umbris
Seruabat ſine ſole nemus:craſſuſq; per auras
Halitus erumpens tetrum expirabat odorem.
Intus dira domus curuoque immanis in antro
Sub terras ſpecus & triſtes ſine lucẽ tenebræ
Horror mente redit monſtrum exitiabile & ira
Telluris genitum:cui par uix uiderat ætas
Vlla uirum:ſerpens centum porrectus in ulnas
Lœtalem ripam:& lucos habitabat auernos.
Ingluuiem immenſi uẽtris:grauidamq; uenenis
Aluum deprenſi ſatiabant fonte leones.
Aut acta ad fluuium torrenti lampade ſolis
Armenta:& tractæ fœda grauitate per auras
Ac tabe afflatus uolucres:ſemeſa iacebãt
Oſſa ſolo informi.lateque repletus & aſper
Vaſtatis gregibus nigro ructabat in antro.
Iſque ubi feruenti concepta incendia paſtu
Gurgite mulcebat rapido.& ſpumãtibus undis.
Nondum etiam toto demerſus corpore in amnẽ
Iam caput aduerſæ ponebat margine ripæ.
Imprudens tantæ peſtis gradiebar aquino
Appennini cola:atque umbro comitatus hauẽte
Scire nemus:pacemque loci explorare libebat.
Iamque propinquantũ tacitus penetrauit ĩ artus
Horror:& occulto riguerunt frigore membra.
Intramus tamẽ:& nymphas:numẽq; precamur
Gurgitis ignoti:trepidoſq; & multa pauentis
Arcano greſſus audemus credere luco.
Ecce e ueſtibulo primuſq; e faucibus antri
Tartareus turbo:atque inſano ſæuior euro
Spiritus erumpit:uaſtoque e gurgite fuſa
Tempeſtas oritur:mixtam ſtridore procellam
Cerbereo intorquens:pauefacti clade uiciſſim
Aſpicimus reſonare ſolum.tælluſq; moueri
Atque antrum ruere:& uiſi procedere manes
Quantis armati cœlum petiere gigantes
Anguibus:aut quantus lernæ laſſauit in undis.
Amphitrioniadem ſerpens:qualiſque comãtes
Auro ſeruauit ramos iunonius anguis
Tantus diſiecta telluere ſub aſtra coruſcum
Extulit aſſurgens caput:atque in nubila primã
Diſperſit ſaniem:& cœlum fœdauit hiatu.



Diffugimus tamen:atque metu conamur anheli
Tollere clamorem fruſtra. nam ſibila totum
Implebant nemus:ac ſubita formidine cæcus
Et facti damnandus auens:ſed fata trahebant.
Antiquæ quercus ingenti robore ſeſe
Occulit:infandum ſi poſſet fallere monſtrum:
Vix egomet credo.ſpiris ingentibus arctæ
Arboris abſtraxit molem penituſq; reuulſam
Euertit fundo:& radicibus eruit imis.
Tum trepidum ac ſocios extrema uoce cientem
Corripit:atque hauſtu ſorbens:& faucibus atr
Vidi reſpiciens obſcœna condidit aluo
In fœlix fluuio ſeſe:& torrentibus undis
Crediderat:celerique fuga iam nabat.aquinus
Hunc medio inuaſit fluctu:ripæque relatus
Heu genus infandum:lœti depaſcitur arctus.
Sic dirum nobis & lamentabile monſtrum
Effugiſſe datur:quantum mens ægra ſinebat:
Appropero greſſum:& ductori ſingula pando.
Ingemuit caſus iuuenum miſeratus acerbos.
Vtq; erat in pugnam:& martem:& prælia:& hoſtem
Igneus:& magno audendi flagrabat amore
Otius arma rapi:& ſpectatum marte ſub omni
Ire iubet campis equitem ruit ipſe citatum
Quadrupedem planta fodiens ſcutataque raptim
Conſequitur iuſſo manus:& muralia portat
Baliſtas tormenta grauis:ſuetamque mouere
Excelſas turres immenſæ cuſpidis haſtam.
Iamque ubi feralem ſtrepitu circũtonat aulam
Cornea gramineum perſultans ungula campum:
Percitus immani ſerpens euoluitur antro:
Et ſtygios æſtus fumanti exibilat ore.
Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis.
At nemus arrectæ:& procera cacumina ſaltus
Exuperant criſtæ:trifido uibrata per auras
Lingua micat motu:atque aſſultans æthera lambit.
Vt uero ſtrepuere tubæ conterritus altæ
Immenſum attollit corpus:tergoque reſidens
Cætera ſinuatis glomerat ſub pectore gyris.
Dira dehinc in bella ruit:rapideque reſoluens
Contortos orbes directo corpore totam
Extendit molem:ſubitoque propinquus in ora
Lato diſtantum ſpatio uenit omnis anhelans.
Attonitus ſerpentis equus:frenoque teneri
Impatiens crebros expirat naribus ignes.
Arduus ille ſuper tumidis ceruicibus altum

Coruſcũ.uibrãs. Pri
mã ſaniem.putredinem
alui ſui & halitus. Cæ/
cus.neſcius qd faceret ſu/
bito pauore correptus.
Damnandus facti.uitu
perãdus q̃ uoluerit ſe ab/
ſcõdere in trũco arboris.
Ingẽtibus ſpiris.magnis
reuolutionibus.ſpiræ di/
cuntur etiã reuolutiones
ſerpentũ. Vidi reſpiciẽs.
rei uiſæ atteſtatõe mouet
affectũ.Sic Vir.Vidi ego/
met duo de numero:cũ
corpora modo frangeret
ad ſaxum. Ductori.regu
lo. Igneus.cõcitatus &
acer. Planta.calcaribus.
Scutata manus:multi/
tudo eorum:qui gerebãt
ſcuta. Iuſſo.præcepto
reguli:nũc dicimus iuſſu
iuſſo ſignificabat iubeo.
Vir.Cætera q̃ iuſſo mecũ
manus ĩferat arma. Mu
ralia tormẽta.apta ad de/
iiciẽdos muros. Baliſtas.
quæ ſaxa & haſtas emitte
bant. Haſtam ſuetã mo
uere turres.phalaricã de
qua dictũ eſt. Immẽſæ
cuſpidis.longitudine triũ
pedum. Feralẽ.peſtiſe/
ram. Aulam.antrum in
quo erat ſerpens. Cor/
nea equina.ideſt ipſi equi.
Percitus.commotus.
Stygios æſtus.nam ui/
debatur emittere quoſdã
ardores ſtygios & iferna/
les.& oculi uidebãtur ful
gurare:& criſtæ ſerpentis
arbores proceras ſupera/
bãt. Trifido motu:quo/
niam lingua ſerpentis tri
fida ẽ:lacerti bifida:& du
plex uituli marini:aucto
ribus Ariſtotele ac Plinio
Tergo reſidens.firmãs
ſe in tergum ſuum. Cæ
tera.reliquã partẽ corpo/
ris uerſus caudam inuol
uebat reuolutionibus:ut
melius ſeſe erigere poſſet.
Sinuatis.curuatis. Re
ſoluens.explicãs ſeipſum
reuolutis gyris.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vtroque.in utranque partem. Victor. ſerpens. Serpẽti ne. uerba reguli increpantis milites ſuos fugientes ſerpentem. Effluxit mẽs.cecidit uobis animus uiſo ore ſerpentis. Inertes. uos ignauos. Primam frontem.in primam partem frontis.

Non uano turbine. non fruſtra:quoniam uulnerauit ſerpẽtem: qui ſuo impetu haſtã adiuuit:quoniam altius inſedit. Terrigena.ſerpens terræ filius. Chalibem. ferrum: quoniam nunquam fuerat uulneratus. Ablato equo. fugiente. Cornipedis gyros: reuolutiões equi currentis.ut ſpina ipſius ſerpentis frãgeretur. Curuamine tergi. equo in gyros acto:ut diſtineretur ſerpens illis reuolutionibus. Extrema terga.poſtremam partem clunium.

Diducit.diuidit & efficit:ut mõ ad hunc:modo ad illum ſe uoluat. Ferum.ſerpentem:ſic Virgilius in latus feri dixit:ideſt eq. ictu murali.percuſſione quæ murum deiicere potuiſſet. Ad niſus.ad conatus.

Specus ultima:poſtrema cõcauitas alui ipſius ſerpẽtis. Conti.ligni.

Mutat utroque caput:trepidos inde incitus ira
Nunc ſublime rapit:nunc uaſto pondere gaudet
Eliſiſſe premens:nunc fractis oſſibus atram
Abſorbet ſaniem:& tabo manante per ora
Mutat hians hoſtem:ſemeſaque membra relinquit.
Cedebant iam ſigna retro:uictaſque cateruas
Longius auectas afflatus peſte premebat:
Cum ductor propere reuocatam in prælia turmam
Vocibus impellens: ſerpenti ne itala pubes
Terga damus:libycisque parem non eſſe fatemur
Anguibus auſoniam:ſi debellauit inertes
Halitus:ac uiſo mens ægra effluxit hiatu
Ibo alacer.ſoluſq; manus componere monſtro
Sufficiam:clamans hæc:atque interritus haſtam
Fulmineo uolucrem torquet:primamque lacerto:
Venit in aduerſam non uano turbine frontem
Cuſpis:& haud paulum uires adiuta ruentis
Contra ardorem feræ capiti tremebunda reſedit.
Clamor ad aſtra datus:uoceſque repente profuſæ
Etherias adiere domos. furit ilicet ira
Terrigena impatiens dare terga:nouuſque dolori
Et chalybem longo:tum primum paſſus in æuo.
Nec fruſtra rapidi ſtimulante dolore fuiſſet
Impetus alato:ni regulus arte regendi
Inſtantem eluſiſſet equo.curſuque ſequutum
Cornipedis gyros flexi curuamine tergi
Detortis leua celer effudiſſet habenis.
At non ſpectator marus inter talia ſegni
Torpebat dextra:mea tanto in corpore monſtri
Haſta ſecunda fuit iam:iamque extrema triſulca
Lambebat lingua:feſſi certamine terga
Quadrupedis torſi telum:atque ingentia uelox
In memet ſæui ſerpentis prælia uerto:
Hinc imitata cohors certatim ſpicula dextris
Congerit:alternaſq; ferum diducit in iras.
Donec murali baliſta coercuit ictu
Tum fractus demum uires:nec amplius ægra
Conſuetum ad niſus ſpina præſtante uigorem
Et ſolitum in nubes tolli caput acrius inſtat.
Iamque aluo penitus demerſa phalarica ſedit.
Et geminum uolucres lumen rapuere ſagittæ
Iam patulis uaſto ſub uulnere faucibus aer
Tabificam expirat ſaniem ſpecus ultima:iamque
Ingenti cauda:& iaculis:& pondere conti
Hæret humi:laxoq; tamen minatur hiatu.
Donec tormentis ſtridens:magnoq; fragore



Diſcuſſit trabs acta caput:longoque reſoluens
Agggere ſe ripæ tandem exalauit in auras
Liuentem nebulam fugientis ab ore ueneni.
Erupit triſti fluuio mugitus:& imis
Murmura fuſa uadis ſubito & lucus & antrum
Et reſonæ ſiluis ulularunt flebile ripæ.
Heu quantis luimus mox triſtia prœlia damnis
Quantaque ſupplicia:& qualis exhauſimus iras.
Nec tacuere pii uates:famulumque ſororum
Naiadum tepida quas bagrada nutrit in unda.
Nos uiolaſſe manu ſeris monuere periclis.
Hæc tunc haſta decus nobis:preciumque fœcundi
Vulneris a ueſtro ſerrane tributa parente:
Princeps quæ ſacro bibit e ſerpente cruorem.
Iam dudum uultus lachrymis.atque ora rigabat
Serranus: medioque uiri ſermone profatur.
Huic ſi uita duci noſtrum duraſſet in æuum
Non trebia infauſtas ſuperaſſet ſanguine ripas:
Nec traſimene tuus premeret tot nomina gurges.
Tunc ſenior magnas inquit de ſanguine pœnas
Præcepit tyrio:& præſumpta piacula mortis.
Nam defecta uiris:& opes attrita ſupinas
Aphrica tenebat palmas:cum ſydere diro
Miſit agenoreis ductorem animoſa teramne:
Nulla uiro ſpecies:decoriſq; & frontis:egenum
Corpus:at exiguis uigor admirabile membris.
Viuidus:& niſu magnos qui uinceret artus
Iam martem ciere:atque aſtus adiungere ferro
Et duris facilem per inhoſpita ducere uitam.
Haud iſti:quem nunc penes eſt ſolertia belli
Cederet annibali:uellem hunc o triſtia nobis
Taigeta hunc unum nõ duraſſetis opacis
Eurotæ ripis uidiſſem mœnia flammis
Phœniſſæ ruere:aut certe non horrida fata
Fleuiſſem ducis:& nulla quos morte:nec igni
Exutos ſeruans portabo in tartara luctus:
Conſertæ campis acies:multuſq; per arua
Feruebat mauors:nec mens erat ulla ſine ira
Hic inter medios memorandis regulus auſis
Laxabat ferro:campoque pericla ruebat
Nec repetenda dabat lætali uulnera dextra.
Sic ubi nigrantem torquens ſtridentibus auſtris
Portabat turbo globum.piceaque e nube ruinam
Pendentem terris pariter:pontoq; minatur
Omnis & agricola:& nemoroſo uertice paſtor
Et pelago trepidat ſubductis nauita uelis

Trabs.emiſſa.ſ.e tormentis:& maxime baliſta. Tandem.poſt multos ictus. Luimus prælia. expendimus ſupplicia propter mortem ſerpẽtis. nam uicti fuimus:& regulus captus:& tandẽ necatus. Pii.caſti.& pii erga deum:pleniq; religione. Naiadum:nympharum. Princeps.prima.

Sacro.dicato naiadibus. Huic ſi uita duci.uerba ſerani in laudem patris. Duci.regulo nõ habuiſſemus has clades:quas romano nomini Hãnibal intulit. Tot nomina.claros ciues:& multi nois. Tunc ſenior.Marus ſic locutus eſt. Præcepit.preſumpſit ante.ſ.q̃ caperetur. Tyrio.punico. Mortis.ſuæ futuræ.i.mactauerat aphros: qui fuerant quaſi piaculum & inferiæ mortis futuræ. Terãpnæ.urbs eſt laconiæ patria Xantippi:quam appellat animoſam propter bellicam pſtantiam lacedæmoniorum:& animi uigorem inſuperabilem. Defecta deſtituta & uacua uiris qui ceciderant in bello. Sydere diro.malo omine.

Agenoreis.carthaginenſibus. Ductorẽ.Xantippum qui erat horridus i aſpectu:nec aliquam ſpeciem:aut decorem habebat: eratq; breuis ſtaturæ:ſed adeo robuſtus:ut proceros homines uinceret. Niſu.conatu.i.qui robore corporis exigui procera corpora aliorum facile ſuperaret. Ciere martem.parare pugnam.iſtruere acies:& aſtu pugnare:quoniam imperator exercitus:ut eſt apud Xenophontem li.i.debet eſſe inſidiator:diſſimulator:doloſus:deceptor:fur & raptor:& omni in re hoſtibus præualere. Per inhoſpita.loca aſpera & difficilia facilem uitam agere. Haud iſti.i.nõ cederet Hannibali:qui eſt in bello ſollertiſſimus.& omnium incommoditatum patiẽtiſſimus.& laudat Xantippum propter regulum:qui ab eo captus fuit:ut oſtendat fuiſſe ſuperatum a ſollertiſſimo:fortiſſimo:atque fraudulentiſſimo ductore:ordo eſt:Haud iſti Hãnibali cederet ciere Martem:adiungere aſtus ferro & ducere facilem uitã per inhoſpita.hæc enim erat laus Hannibalis:qui nulla difficultate opprimebatur. Taigeta triſtia. infœlicia nobis de taigeto monte laconiæ dictum eſt:& etiam eurota:cuius aqua durabantur infantes:ut eẽnt robuſtiores. Phœniſſæ.carthaginis: quam phœniſſa Dido condidit. Fata.horrendum ſuppliciũ Reguli. Confertæ campis acies. narrat prælium:quo captus fuit Regulus a Xantippo. Laxabat.patefaciebat diſſipabatque acies hoſtiles enſe:& quoſcunque uulnerabat interficiebat. Sic ubi nigrantem.Regulum ruentem in hoſtes:& omnia ferro ſternẽtem comparat tẽpeſtati:qua terrentur agricolæ:paſtores ac nautæ in medio mari. Turbo.tempeſtas. Subductis.amotis.& ligatis ad malum. Nectens.parans ipſe Xantippus:uertit terga:& hoſtes iſequẽtes traxit ad loca:in quibus milites in inſidiis occultauerat.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

At fraudem nectens ſocios ubi concaua ſaxa
Vertice claudebāt ſubito certamine gyros
Et dat terga celer ficta formidīe ductor.
Haud ſecus ut ſtabulis procurans ocia paſtor
In foueam parco tectam uelamine frondis
Ducit nocte lupos poſitæ balatibus agnæ:
Abripuit:traxitque uirum fax mētis honeſtæ
Gloria:& incerti fallax fiducia martis.
Nō ſocios:comitūue manus nō arma ſequētē
Reſpicere:inſano pugnæ tendebat amore.
Iam ſolus:nubes ſubito cum denſa laconum
Saxoſis latebris intendens prœlia circum
Fūditur:& pœnæ inſurgit uis ſæua uirorum.
O diram latio lucem:faſtiſq; notandam.
Dedecus o gradiue tuum:tibi dextera:& urbi
Nata tuæ triſti damnatur ſorte cathenæ.
Haud unquam abſiſtā gemitu.te regule uidit
Sydōius carcer:tuq; huic ſat magna triūpho
Viſa eſt carthago ſuperis:quæ pœna ſequeť
Digna ſatis tali pollutos marte laconas.
At noua eliſei iurato fœdera patres
Conſultant mandare duci:paciſque ſequeſtrē
Mittere:poſcentes uictam inter prœlia pubē.
Captiuamq; manū ductore repēdere noſtro
Nec mora:iam ſtabat primus i littoris undis
Nauali propulſa ratis:iam nautica pubes.
Aut ſyluis ſtringunt remos:aut abiete ſecta
Trāſtra nouant:his intortos aptare rudentes:
His ſtudium erecto cōponere carbaſa malo.
Vna locant lora curuati pondera ferri
Ante omnis doctus pelagi:rectorque carinæ
Puppi aptat:clauūq; cothō:micat æreus alta
Fulgor:aq; trifidi ſplēdētis ī æquore roſtri.
Tela ſimul:uariamque ferūt cōtra aſpera pōti
Rerꝝ ad tēpus opē:mediæ ſtat margie puppis
Qui uoce alternos nautarum tēperet ictus:
Et remis dictet ſonitum: pariterque relatis
Ad numerum plaudat reſonātia cærula tōſis:
Poſtquā confectū nautis opus:horaq; curſus
Atque armata ratis:uentique dedere ꝓfundū:
Omnis turba ruit:matres:puerique: ſeneſque
Per medios cœtus trahit:atque inimica p ora
Spectandum fortuna ducem:fert lumia cōtra
Pacatus frontem:qualis cum littora primum

Haud ſecus. Xātippū aſtu trahentē romanos in cladē cōparat paſtori:q agnæ balatu lupū i foueā illicit. Ocia. ſecuritatē ipſis gregibus:quos lupus īfeſtat. Velamine. frōdibus. Poſitæ agnæ.ligatæ ad foueā. Balatus ꝓprie ouiū eſt.rugitus leonu.mugitus boū.barritus elephātorū.ruditus aſinoꝝ.grūnitus porcoꝝ.gānitus uulpium.

Fax.ſtimulus:& qddā icitamentū ad gloriā cōſequēdā. Mētis honeſtæ.generoſæ & quærētis laudē cū uirtute:& gloriā ad quā nati ſumus:& qſqs a natura bene iſtitutus ad illā omni conatu:ſtudioq; cōtēdit. Gloria.igť eſt fax mētis honeſtæ.unde Oui.Laudataq; uirtus creſcit in imenſū gloria calcar hēt.& Ci.dicit:Trahimur oēs laudis ſtudio:& optimus qſq; maxime gloria duciť:& ideo gloria cōſequēda traxit Regulū ad iſidiaꝝ loca. Nō reſpicere.nō reſpiciebat ſuos:ſed ardore in hoſtes de induſtria fugiētes ferebať. Dēſa nubes.multitudo lacedæmonioꝝ:q erāt in iſidiis.Xātippus rei bellicæ pitiſſimus iſtructo egregie exercitu elephātos in hoſtes imiſit:inde ſimulata fuga pduxit romanos ad iſidias:quos circūuētos attriuit:cœpitq; Regulū cū qngētis eqtibus. Inſurgit pœnæ.ad pœnā & ſuppliciū Reguli. Vis.uiolētia lacedæmonioꝝ. O dirā latio lucē.exclamat marus præ dolore. O dirā.iſœlicē diē ipſi italiæ. Notādā faſtis.referēdā iter dies atros:ac mali ominis.Faſti erāt libri in qbꝫ ſacra ſcribebanť.Dies feſti & etiā nefaſti:in quibus ꝓpter malū omen nihil auſpicabanť romani:& oēs poſtridiani dies.i.poſt nonas idus & kalēdas atri hēbanť:hic igť dies in quo Regulus captus fuit erat numerādus iter atros & iſœlices. Gradiue.mars q tuo Regulo fauere debuiſti.

Nata tibi.ad tuā gloriā:quoniā erat bellicoſa. Tuæ urbi.Romæ cōditæ a Romulo filio tuo. Sydonius.punicus. Hinc.ex captiuitate Reguli. Sat magna triūpho.i.numina putauerūt carthaginē eē nimis magnā:de qua romani triūpharēt:cū tantā gloriā hūiſſet de Regulo captiuo. Tali marte.iſidioſo. Laconas.Xātippū & eius milites. At noua eliſei.Carthaginēſes cupiētes pmutare ſuos captiuos cū Regulo ipm ſacramēto aſtrictum romā miſerūt:ut de pmutatōe ageret:& re iſecta rediret ad ſuppliciū:ille cū Romā ueniſſet pmutationē i ſenatu tā q̄ pniciosā reipu.diſſuaſit:aīoq; forti ad ſuppliciū reuerſus eſt. Eliſei.carthaginenſes ab eliſa Didone. Noua fœdera.pacta. Iurato duci.Regulo:quē iureiurādo aſtrixerūt:ut rediret. Seqſtrē.mediū. ſeqſter:ut habeť in libris digeſtoꝝ dř is apud quē plures eadē rē:de q̄ cōtrouerſia eſt.depoſuerūt. Victā.a Regulo ante captiuitatē & etiā i Sicilia. Repēdere.pmutare. Nauali.portu.hoc nauale cōdidit dido autore Stra. Ratis.q̄ uectus eſt Regulus. Strigūt.dolāt.& pparāt ad remigādū.ſic Vir.Et ſtrigere remos. Trāſtra.ſūt ſedilia nauiū in trāſuerſo locata. Curuati ferri.i.anchorā ipſam i ꝓra locabāt. Cothō.eſt parua iſula ante portū carthaginis:iō poeta hunc nauis gubernatorē cothonē appellauit alludēs ad iſulā:& nauale qđ ē circa iſulā. Clauū:temonē:quo regiť nauis.

Aereus fulgor.nā roſtra fiebāt ex ære.remū iuenit copas.latitudine eius plātæ.Vela icarus.Malum & antēnā dædalus:roſtra addidit piſeus.Tyrrheni anchorā:adminicula gubernādi typhis:claſſe priceps depugnauit Minos. Cōtra aſpa pōti.fortunā & tēpeſtatē. Ad nume rū.ad cōſonantiā & ordinē. Tōſis.remis. Vēti dedere ꝓfundū.i.poſtq̄ cœperūt flare uēti utiles ad nauigādū.

Ducē.Regulū. Pacatus frontē.deſcribit fortē aīum Reguli:cuius uultus nō mutabať in aduerſis: Littora ſydonia.i.eo uultu erat captiuus:quo fuerat cū in aphricā traiiceret:& claſſē appulit littoribus libycis.& laus eſt



Attigit appulſa rector ſydonia claſſe.
Acceſſi comes haud ipſo renuente.ratique
Impoſitus mœſtis ſocium me caſibus addo.
Illuuiem:atque inopes menſas: durūq; cubile
Et certare malis urgentibus hoſte putabam
Deuicto maius.nec tam fugiſſe cauendo
Aduerſa egregium:q̄ perdomuiſſe ferēdo.
Spes tamē una mihi:quāq; bene cognita & olī
Atrox illa fides urbem:muroſque:domumq;
Tangere ſi miſeris licuiſſet corda moueri
Poſſe uiro:& ueſtro certe miteſcere fletu.
Claudebā ſub corde metus:lachriaſq; putabā
Eſſe uiro:& noſtræ ſimilem inter triſtia mētē.
Cum tandē patriæ tyberino allabimur amni
Seruabam uultus ducis & prodentia ſenſum
Lumina:& obtutu perſtabam intentus eodē:
Si qua fides unum puer inter mille labores:
Vnū etiam i patria.ſæuaque ī agenoris urbe:
Atque unum uidi pene :quoque tēpore uultū
Obuia captiuo cunctis ſimul urbibus ibat
Auſonia:& campum turba uincente propinq
Implentur colles:ſtrepit altis albula ripis
Ipſi pœnorum proceres immitia corda
Ad patrios certant cultus reuocare:togæque
Abdebatur honos:ſtetit illachrymante ſenatu
Et matrum turba:iuuenūque dolore profuſo
Inter tot gemitus immobilis aggere conſul
Tendebat dextram:& patria ueſtigia primus
Ponentem terra occurſu celebrabat amico.
Collegit greſſum:monituſq; recedere conſul
Nec ſummum uiolare decus:cingēte ſuperba
Pœnorum turba:captiuoque agmine ſeptus
Ibat: & iuidiam cœlo:diuiſque ferebat.
Ecce trahens gemium natorū martia pignus
Infœlix nimia magni uirtute mariti
Squalētem crinē:& triſtis lacerabat amictus
Agnoſcis ne diē:an teneris nō hæſit in annis?
Atq; ea poſtq̄ habitu iuxta & uelamia pœno
Deformem aſpexit fuſis ululatibus ægra
Labiť: & gelidos mortis color occupat artus.
Si qua deis pietas tales carthago uidere
Dent tibi ſydonias matres me uoce quieta
Affatus iubet:& ueſtros:& coniugis una
Arcere amplexus:patet impenetrabilis ille
Luctibus:& nunquam ſubmiſſus colla dolori
Hic alto iuuēis gemitu:lachrymiſq; cohortis

Reguli a cōſtātia & oium affectuū:atq; pturbationū uacuitate:ſic Socra.eodē uultu ſemp fuiſſe dř. Illuuiē atq; iopes mēſas:ſenſus eſt:Putabā plus eē ac maiori laude dignū pati oēm calamitatē cū ipo Regulo q̄ uicere hoſtes. & ſic laus eſt mari a fortitudine:q̄ circa dolores uerſať & res arduas:laboriſq; plenas. Illuuiē.ſordes & ſq̄lorē q in naui cōtrahiť. Certare malis.repugnare aduerſis:ut decet uiꝝ fortē. Maius.maioris laboris:& laudis fortiter tolerare aduerſa q̄ uincere hoſtes:nec eē tā egregiū mala prudēter cauere:q̄ ipa forti aio tolerare. Spes tamē una mihi:q̄uis īqt uiderē Regulū eo uultu:ut nō uidereť poſſe flecti:& atrox fides & cōſtās mihi eēt cognita:tamē putaui lachrymas uřas:& martiæ uxoris ac ipam domū ab eo cōſpectā poſſe mouere corda ipius Reguli:ut uellet potius i pťia remanere:q̄ ad hoſtiū ſupplicia redire. Atrox. cōſtās & iflexa.unde dicit Ho.i car.pter atrocē aīum Catonis.i.ſtoica grauitate ſubnixū. Vrbē.romā. Mētē ſi. iter tri.in aduerſis hře mētē q cito moueť:ut ē mēs nřa: q aduerſis frāgimur:& lachrymis nřoꝝ mouemur: Lumina ꝓdē.ſē.i.aium q idicat a uultu & oculis.unde dicit Pli:ꝓfcō i oculis aius hitat:& neq; ulla ex pte maiora idicia ai cūctis aialibus ſed maxime hoi.i.moderatōis & clæmētiæ miſericordiæ odii:amoris:triſtitiæ lætitiæ.Regulus nō emittebat lachrymas & ſignū erat aium nō moueri. Eodē obtu.defixo aſpectu & itētis oculis.Vir.Obtutuq; hæret defixus i uno. Si q̄ ſi.habeť.ſ.mihi.inqt marus:eiuſdē uultus fuit cū erat puer:& i pťia & iter labores & iter pœnos:& tpe ſupplicii:& ſic laudať fortitudo & cōſtātia Reguli:q in aduerſis nō frāgebať:nec ꝓſpera fortuna efferebať:ſed ſemp eūdē tenorē ſeruabat:ut grauē:cōſtantēq; decet uiꝝ. Vrbe agenoris:carthagine cōdita ab agenoreis. Tēpore pœnæ.cū ſupplicio afficiebať. Auſonia.i.oēs romani & itali ꝓdiere obuiā Regulo nauigāti romā uadis tyberinis. Vicēte.iplēte:quoniā cāpus nō capiebat turbā. Albula.tybris:q a colore aquæ cenoſæ albula prius dicebať. Ad pťios cultus.punicos iduerūt regulū ueſte punica. Abdebať honos togæ.quoniā ſup togā idumētū romanoꝝ iduerūt ueſtē punicā:tanq̄ pœnoꝝ captiuo. Cōſul.L.Malius collega ipius reguli:quē ſenatus ex aphrica reuocauerat:ambo.n. illuc trāſmiſerāt. Celebrabat.ornabat occurrēdo illi:cōſul primus regulū e naui egrediētē amplecti uoluit. Collegit greſſum.regulus retroceſſit:monuitq; conſulē:ut recederet: ne uiolareť. Decus ſūmū.dignitatē cōſularē:q̄ uidebať uiolari & iminui ſi captiuo iūgereť:& nō eſſe e dignitate uidebať romana cōſulē ornare:āplectiq; captiuū. Ferebat iuidiā cœlo.quoniā oēs oderāt ſupos ac deteſtabanť: q i tāto:tāq; fido iperatore talia pmittebāt. Martia.erat uxor reguli. Geminū pignus.duos filios:Serranū & Regulū.Poetæ filios pignora parētū appellāt. Magni mariti.reguli q magna rigiditate:atq; cōſtātia in ſua uirtute pſtabat:& mētis ꝓpoſito. Agnoſcis ne diē.uertit Marus uerba ad Seranū: Nō hæſit.nō ē ifixus ille dies:quo pťi obuiā cū mře ꝓdiiſti. Si q̄ deis pietas.ſenſus eſt.ſi deus moueť aliq̄ pietate p̄cor ut carthago:q̄ tūc in regulū ſæuiebat:& Martiā tāto luctu afficiebat:det mihi ſpectādas ſuas matronas. Tales.i.eo habitu oris & mœrore:quo erat Martia:cū uidit regulū punica ueſte idutum.Seruit poeta affectui mari loquētis:q Martiā ſic affectā uiderat.

Impenetrabilis.q nō moueba ť luctu uxoris & filioꝝ. Nūq̄ ſubmiſſus colla dolori.q nūq̄ dolori ſuccūbebat: ut uiꝝ fortiſſimū decebat:& qđdā fidei ſacꝝ. Hic.tūc.



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Magne parẽs.uerba Serrani:ad patrem:quem adorat:
æq̄tq; Ioui capitolio.iã motus erat ad lachrymas uerbis
mari:& q̄rit modeſtiſſime tamẽ ſi q̄ri fas eſt filio de p̄re:
q̄ filio amplexus negauerit. Querelis piis.meis q de te
q̄ror:ſi iure poſſum de te q̄ri:aut fas eſt. Decus hoc.tu-
os amplexus:& tãgere uultus tuos ſacratos:quod maxĩo
decori & ſolatio nobis fuiſſet. Dure.q nõ mouebaris ad
affectũ o p̄r. Mẽte.mea.i.ſi recolerẽ te p̄buiſſe mihi tũc
amplexus tuos. Ad manes.ad ĩferos. Sed uana recor
dor:quoniã inq̄t erã puer:nec plane recordor. Vana.nõ
certa:& rẽ q̄ſi uanã. Humana maior.uidebat̃ inq̄t Ser
ranus:ſi uera recordor eẽ deus & multum ſupra hoĩem
eius aſpectus:& ſic erat in regulo heroica illa uirtus:quæ
trãſcẽdit naturã humanã. Terribilis decor.dignitas.q̄
ſua maieſtate alios terrebat:& ſic deſcribit̃ in regulo ima
go ip̄ius uirtutis. Põdus aĩ.grauitas:prudẽtia:fortitu-
do:magnitudo aĩ:quæ hoĩem ornãt & aĩum celſiorẽ cæ
teris rebus faciũt.Virtus nõ hẽt aliã formã:q̄ hæc quæ a
poeta regulo tribuit̃.de uirtute ac uoluptate alibi dicet̃.

Excipit.ĩcipit loq. Inhibẽs.ꝓhibẽs eũ flere ne læde-
ret uulnera. Cõuellere.uexare. Queſtu querelis.&
lachrymis. Quid cũ p̄teritis.uerba mari dicẽtis:qd di-
ceres ſi uidiſſes eũ p̄tereũtẽ domũ ſuã:unde cõſul ꝓceſſe-
rat:& ubi erãt ſigna triumphi:quẽ geſſit primo cõſulatu
domitis nõnullis populis italiæ & audiẽtẽ uerba uxoris
ĩmobilẽ. Præteritis.cũ p̄teriiſſet ſuos penates:& ingre
deret̃ hoſpitiũ punicũ. Acerbas.crudeles propter ipſos
pœnos acerbos. Magni triũphi.his cõſul fuit.M.Regu
lus ĩ primo cõſulatu domuit ſalẽtinos:& quoſdã alios la
tinos populos:de q̄bus triũphauit.& hæc ſpolia penati-
bus affixa rettulerat:ſed reuera apud antiquos talia ſpo-
lia nõ ſuſpẽdebant̃:niſi ĩ tẽplis:nec reſtituebant̃ uetuſta-
te labẽtia:ut poſteri cernẽtes interire priſtinã ſuoꝝ glo-
riã nouã ip̄i cõpararẽt:& ut oſtẽderet̃ diſcordias tãdẽ ceſ
ſare oportere. Paruis ædibus.domo parua:ut laudet tẽ
perãtiã:& modeſtiã reguli:hoc dicit:q non q̄ſierat domũ
laxã:& magnificã:ſed paup domi.diues aũt ĩ repu.eẽ uo-
luit. Quo fers greſſus.uerba martiæ ad regulũ ſpernẽ-
tẽ ꝓprios lares. Patriũ larẽ.geniũ huius domus.i.hæc
eſt domus tua ĩuiolata. Pollutũ.erratũ:& uiolatũ. In-
gẽs.cõſpicuus & cõſul purpura ĩdutus. Oſtro.purpu-
ra:q̄ cõſules utebant̃. Latios faſces.hic ꝓdiiſti cõſul:q
hẽbat duodecĩ faſces.& totidẽ ſecures. Fœdera tædæ
ſanctæ.ĩuiolati m̄rimonii.q̄ſi dicat.nõ q̄ro:ut uenias tãq̄
maritus:ut uelĩ cõcubitũ ut uxor:ſed oro ne damnes do
mũ tuã. Abſiſte.deſine aſpnari ꝓprios lares:q tibi fue-
rũt honeſtiſſimi. Fas duc.puta eẽ fas. Seduxit.remo
uit ſuos pedes e limine tyrio.i.ĩgreſſus eſt domũ punicã
relictis q̄relis martiæ. Pœnis.carthaginẽſibus.q regu-
lũ circũſtabãt. Vix dũ clara dies.cũ illuxiſſet legatis pœ
noꝝ ſenatus datus eſt ĩ tẽplo ut moris erat. Oetha.eſt
mõs iter theſſaliã:& macedoniam:ĩ quo Hercules cõbu
ſtus eſt:iõ dicit illic eẽ monumẽta rogi Herculei cuius nu
mini mõs hic poſtea dicatus fuit:iccirco canit Luca.Si to
ta eſt Herculis œtha:deſcribit igit̃ poeta p̄ricipium diei:
quo ſol luſtrat mõtium cacumina. Conſul.L.Mãlius.

Quæ cõſultata ſenatus.ſenſus eſt:regulus ipſe retinet
mihi oĩa quæ cõſultata fuerũt:& qd ip̄e dixerit:& ſic nar
rarat:quæ a regulo marus acceperat. Curia mœrens.
ipſi ſenatores mœſti:q erãt in curia:quã ædificauit Tul-
lus hoſtilius.Li.ait li.i.Tẽplũq; a ſe auctũ curiã fecit:quæ
hoſtilia uſq; ad patꝝ nr̃oꝝ ætatẽ appellata ẽ. Extremũ.

Magne parens inquit:quo maius numĩe nobis
Tarpeia nec in arce ſedet:ſi iura querelis
Sunt conceſſa piis.cur hoc matrique mihique
Solamen?uel cur decus hoc o dure negaſti
Tangere ſacratos uultus.atque oſcula ab ore
Libauiſſe tuo?dextram mihi prẽdere dextra
Non licitum?leuiora forẽt hæc uulnera q̄ntũ
Si ferre ad manes infixos mente daretur
Amplexus uenerande tuos:ſed uana recordor
Ni mare:nam primo tunc hærebamus ĩ æuo:
Humana maior ſpecies erat:horrida cano
Vertice deſcendens ingentia colla tegebat
Cæſaries:frontique coma ſquallente ſedebat
Terribilis decor:atq; animi uenerabile põdus.
Nil poſthac oculis ſimile incidit: excipit inde
Iã marus:atq; ĩhibẽs conuellere uulnera q̄ſtu.
Quid cum præteritis inuiſa penatibus inq̄t
Hoſpitia:& ſedes pœnorum intrauit acerbas?
Affixi clipei:curruſq; & ſpicula nota
Aedibus in paruis magni monumẽta triũphi
Pulſabant oculos:coniunxque ĩ limine primo
Clamabat:quo fers greſſus?nõ punicus hicẽ
Regule quem fugias cancer: ueſtigia noſtri
Caſta tori domus & patriũ ſine crimĩe ſeruat
Inuiolata larem ſemel hic:iterũque quid oro
Pollutum eſt nobis:prolem gratante ſenatu
Et patria ſum enixa tibi tua reſpice ſedes
Hæc eſt:unde ĩgẽs humeris fulgẽtibus oſtro
Vidiſti latios conſul procedere faſces
Vnde ire in martem:quo capta referre ſolebas
Et uictor mecum ſuſpendere poſtibus arma
Non ego complexus:& ſanctæ fœdera tædæ
Cõiugiumue peto patrios damnare penates
Abſiſte:ac natis fas duc concedere noctem.
Hos inter fletus iunctus ueſtigia pœnis
Limine ſe duxit tyrio:queſtuſq; reliquit.
Vix dum clara dies ſumma luſtrabat in œtha
Herculei monumenta rogi:cum conſul adire
Accirique iubet libycos:tum limina templi
Vidimus intrantem:quæ conſultata ſenatus:
Quas ue uiri uoces extremum curia mœrẽs
Audierit placido nobis ipſe ædidit ore.
Intulit ut greſſus:certatim uoce: manuque
Ad ſolitam ſedem & ueſtigia nota uocabat
Abnuit antiquũque loci aſpernatus honorẽ ẽ
At circunfuſi non ſecius undique dextram



Prenſare ac patriæ ductòrem nomine tanto
Redderet:orabant:captiua poſſe redemptum
Penſari turba:ac tyrias tum iuſtius arces
Arſura dextra:fueritque uincta cathenis.
Tum palmas ſimul attollens:ac lumina cœlo
Iuſtitiæ:rectique dator:qui cuncta gubernas:
Nec leuior mihi diua fides:ſerranaque iuno
Quos reditus teſtes iurata mente uocaui:
Sit mihi fas me digna loqui:latioſque tueri
Voce focos.ibo ad tyrios non ſegnior inquit
Stante fide reditus.& ſaluo fœdere pœnæ
Sic nobis rerum exitio deſiſtite honorem
Tendere tot bellis:totque annis fregimus æuum:
Nunc etiam uinclis: & longo carcere torpent
Captiuo in ſenio uires:fuit ille:nec unquam
Dum fuit a duro ceſſauit munere martis
Regulus exangui ſpectatis corpore nomen
At non carthago fraudum domus inſcia:quantum
E nobis reſtet iuuenes parat aſpera ferro
Pectora captiuos noſtra penſare ſenecta.
Ite dolos contra:genſque aſtu fallere læta
Diſcat me capto quantutm tibi roma ſuperſit.
Nec uero placeat:niſi quæ de more parentum
Pax erit:expoſcunt libyci:nobiſque dedere
Hæc referenda pari libeat ſi pendere bellum
Fœdere:& ex æquo geminas conſcribere leges.
Sed mihi ſit ſtygios ante intrauiſſe penates
Talia q̄ uideam ferientis pacta latinos.
Hæc fatus tyriæ ſeſe iam reddidit iræ:
Nec monitus ſpernente graues:fidoſq; ſenatu
Pœnorum dimiſſa cohors:quæ mœſta repulſa
Ac minitans capto patrias properabat ad oras.
Proſequitur uulgus patres:ac planctibus ingens
Perſonat:& luctu campis reuocare libebat
Interdum:& iuſto raptũ retinere dolore.
At trepida:& ſubito ceu ſtans in funere coniunx
Vt uidit puppim properantem intrare:tremendum
Vociferans celerem greſſum referebat ad undas.
Tollite me libyci comitem:pœnæque neciſque
Hoc unum coniũx uteri per pignora noſtri
Vnum oro:liceat tecum quoſcunque ferentem
Terrarum :pelagiq; pati:cœlique labores.
Non ego amycleum ductorem in prœlia miſi.
Nec noſtris tua ſunt circundata colla cathenis
Cur uſque ad pœnos miſeram fugis?accipe mecum
Hanc prolem forſan duras carthaginis iras

in fine orationis. Solitam ſedem.conſularẽ:
ĩ qua prius ſederat:quem locũ recuſauit:quaſi
eſſet nefas hoĩem captiuum illic ſedere. Nõ
ſecius.non minus. Prenſare.prenſabant.

Ductorem.Regulum tanti nominis:ac fa-
mæ. Penſari.permutari cum captiuis. Iu
ſtitiæ rectiq; dator.oratio Reguli in ſenatu ꝓ
utilitate communi:qua diſſuadit fieri permu-
tationẽ arguens ab utili. Dator iuſtitiæ.iup
piter. Nec leuior diua.non minoris numi-
nis:ac uenerationis:q̄ ſit iuppiter. Serrana iu
no.quæ ſupſtitioſe coleris a ſerranis.ideſt car-
thaginenſibus:& illis faues peroſa nomẽ æne-
adum. Saluo fœdere pœnæ.hac conditio-
ne:ac pacto uenerat:ut ſi re infecta rediret ſup
plicio afficeretur. Non ſegnior.non pigrior
q̄ huc uenerim. Stante.non uiolata fide re-
ditus mei ut iuraui. Rerum exitio.cum de-
trimẽto patriæ:& calamitate reipu. Tot bel
lis.confirmatio eſt. Fuit ille regulus.q.d.nõ
ſum amplius Regulus:ſed confectus ſenio.&
captiuus:cuius membra torpent. Exangui.
iam affecto. At non carthago.ab utili ſuadet
non debere fieri permutationem. E nobis
reſtet.i.quam parum ſim uicturus confectus
iam ſenio.Regulus in ſenatu dixit:datum ſibi
a pœnis eſſe uenenum nõ præſentaneum:ſed
ad tempus ut paulatim corpus tabeſceret:ut
facta permutatione interiret. Aſpera ferro.
apta bellis. Nec uero placeat.locus eſt ab ho
neſto.Non debetis ĩquit inire pacem cum pœ
nis:ut ſeruetur decorum ueſtrum:niſi ſitis ſu
periores in conditionibus:ut maiores noſtri
ſemper conſueuerunt. De more parentum.
quoniam romani ſemper percutiebant fœde
ra honeſtis conditionibus.ut maieſtas roma-
ni nominis ſeruaret̃. Expoſcunt libyci.hæc
fuerant mãdata pœnorum data Regulo. Pa
ri fœdere.æquis cõditionibus:ut ſint pares uo
bis:non inferiores quod nullo modo agendũ
eſt:ne degeneraſſe a maioribꝰ uideamur. Ex
æquo.ut pari lege ſitis coniuncti.Sed mihi ſit
ſtigyos.quaſi dicat.potius uolo mori q̄ uidere
romanos percutiẽtes talia fœdera:& cum hoc
dixiſſet reddidit ſeſe pœnis iratis:quos dimi-
ſit ſenatus:cum non ſperneret monitus Regu
li graues & fidos. Repulſa.propter repulſam
quippe neque permutationem:neque pacem
æquam uolebant romani. Capto.Regulo:
quem uulgus interdum rapere cogitabat præ
dolore:qui iuſtus & pius erat. Tollite me.
uerba Martiæ orantis pœnos:ut ſe una cum
Regulo in naui acciperent. Per pignora.fili
os noſtros. Liceat tecum.hoc dicebat Regu
lo marito. Amycleum.Xantippum lacedæ
monium. Vſq; ad pœnos.gentem imma-
nem & infidam.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Eadem hora.idem exitus & mors. Si ſtat.fixum eſt in animo.mori omnino:moriamur hic in patria. En qui ſe iactat.uerba Martiæ furentis dolore accuſantiſq; Regulum perfidiæ cum uiolaret fidem connubii.fœdera genialia.& ſacras tædas. Perfide.qui mihi fidem iugalem uiolas. Duras.non admittentes preces & lachrymas. Ludibrium necis.timens inquit Marus ignominioſam mortem quæ Regulum manebat: optabam ut tempeſtas nos obrueret:ſed uenti ſecũdo flatu nos ad carthaginis portum impulerunt. Horreſcens.timens ego inquit marus. Reuerti.ſcilicet Regulum carthaginem.

Dura mercede.acerbiſſimo ſupplicio. Narrator pœnæ.ut narrarem romanis Reguli ſupplicium remiſſus fui a pœnis romam. Nec tibi nunc ritus.ſenſus eſt:nõ narrarem tibi o Serrane gẽtem punicam crudeliſſimam ritu ferarum:ſi aliqua uirtus dediſſet maius exemplum fidei & conſtantiæ:ut fecit uirtus Reguli.q.d.Nunquam fuit audita talis fides & conſtantia:ideo eſt hoc exemplũ ſingulare.& laus eſt Reguli a fide conſtantia & fortitudine. Pygmalioneam.carthaginenſem.pygmalion fuit frater Didonis:quæ condidit carthaginem. Pudet addere quæſtus.q.d.pudor eſt deflere ſupplicium Reguli qđ ille placito uultu tolerauit.& ob id magnam laudem cõſecutus eſt. Tu quoq; care puer:hortatur Serranum marus:ut ſeſe ad imaginem tanti patris effingat.& eam fortitudinem animiq; magnitudinem in aduerſis aſſumat. Præfixo paribus ligno.deſcribit armarium mucronibus circũfixum:in quo Regulus cruciatus eſt.confectum erat ex tabulis ligneis.intus infixi erant acuti ſtimuli:ut neque iacere neque ſtare:neq; adherere ſine moleſtia & cruciatu poſſet.& cum defeſſus labore cecidiſſet a tortoribus trahebatur:ut acutis clauis motum corpus figeretur.Tubero ait Regulum a pœnis excruciatum fuiſſe nouis exemplorum modis.In atras inquit & profundiſſimas tenebras eum claudebant:& aduerſus ictus ſolis appoſitum continebant:palpebras quoque eius ne cõniuere poſſet ſurſum ac deorſũ diductas inſuebant.Tuditanus ait ſomno diu prohibitum:atque ita uita priuatum:idque ubi Romæ cognitum eſt nobiliſſimos pœnorum captiuos liberis Reguli a ſenatu deditos & ab his in armario muricibus prefixo deſtitutos:eademque inſomnia cruciatos interiiſſe.Sene.de ſupplicio Reguli loquens ait:figunt cutem claui.& ad uigiliam ſuſpenſa lumina. Mucronibus.clauis acutis. Crates laterum.tabulæ ipſius armarii. Denſus ſtimulus.denſi mucrones & claui ferrei. Ex ordine.per ordinem. Stantis ferri.extantis & fixi claui. Hac fraude.armarii ſcilicet & clauorum: Perducto tempore.ad poſtremum cum non poſſet amplius ſtare. Tortor iners.ille cui datum erat hoc negocium:ut Regulum torqueret. Iners.inutilis & turpe miniſterium exercens. Ad uiſcera.præcordia.uiſcus dicitur quicquid latet ſub cute. Abſiſte lachrymis.ĩquit marus ſerrano dolenti uicem patris.

Dux inclyte.o regule. Calcata.ſuperata forti animo: quoniam nihil eſt tolerantius malorum uiro forti. Minores.poſteri. Interea rapidas.dum talia agerentur circa traſimenum.& arua peruſina tãtæ cladis fama peruenerat ad urbem.& imitatur Virgiliũ in quarto famam deſcribentem.

Flectemus lachrymis:aut ſi præcluſerit aures
Vrbs inimica ſuas:eadem tũc hora manebit.
Teque tuoſq; ſimul:uel ſi ſtat rumpere uitã
In patria moriamur:adeſt comes ultima fati.
Has inter uoces uinclis reſoluta moueri
Paulatim:& ripa cœpit decedere puppis.
Tum uero infœlix mentem furiata dolore
Exclamat feſſãs tendens ad ſydera palmas.
En qui ſe iactat libyæ:populiſque nephãdis
Atque hoſti ſeruare fidẽ. data fœdera nobis
Ac promiſſa fides thalamis ubi pfide nũc ẽ:
Vltia uox duras hæc tũc penetrauit ad aures.
Cætera percuſſi uetuerunt noſcere remi.
Tũ fluuio raptũ ad pelagi deuoluimur oras.
Ac legimus pontũ: pinuque iuuante cauata
Aequor & imẽſas curua trabe findimus ũdas
Ludibrium necis horreſcens uis aſpera ponti
Obrueret:ſcopuliſque ratẽ furor ĩprobus euri
Frangeret optabam:moderato flamine lenes
Vexerunt zephiri: tygrioque dedere furori
Infe lix uidi:patriamque remiſſus in urbem
Narrator pœnæ dura mercede reuerti.
Nec tibi nunc ritus imitantem:iraſq; ferarum
Pygmaleoneam temptarẽ expromere gẽtem
Si maius quicquã toto uidiſſet in orbe.
Gens hominũ q̃ quod ueſtri uenerãda parẽtis
Edidit exemplũ uirtus:pudet addere quæſtus
Suppliciis quæ ſpectaui placido ore ferenté.
Tu quoque care puer dignũ te ſanguine tãto
Fingere ne ceſſa:atque humẽtis cõprie fletus.
Præfixo paribus ligno mucronibus omnes.
Armantur laterum crates:denſuſque per artẽ
Texitur erecti:ſtantiſque ex ordine ferri
Infœlix ſtimulus:ſomniſq; hac fraude negatis
Q uoſcũq; in flexus producto tẽpore tortor
Inclinauit iners fodiunt ad uiſcera corpus:
Abſiſte o iuuenis lachrymis .patientia cũctos
Hos ſuperat caſus.longo reuireſcet in æuo
Gloria dum cœli ſedem:terraſq; tenebit
Caſta fides:dum uirtutis uenerabile nomen
Viuet:eritq; dies tua quo dux ĩclyte fata
Audire horrebunt a te calcata minores.
Hæc marus:et mœſta r̃fouebat unlnera cura:
Interea rapidas perfuſa cruoribus alas
Sicut ſanguinea thraſimeni tĩxerat unda
Vera ac ficta ſimul ſpargebat fama per urbẽ



Allia:& infandi ſenones:captæque recurſat.
Attonitis arcis facies excuſſit habenas:
Luctificus pauor:& tempeſtas aucta timẽdo.
Hic raptum ruit in muros uox horrida fertur
Hoſtis adeſt:iaciunt ſudes & inania tela
Aſt aliæ laceris canentes crinibus alta
Vertunt tecta deum:& ſeris poſt fata ſuorum
Sollicitãt precibus requiẽ tenebræque dieſq;
Amiſere. iacent portis ululante dolore
Diſperſum uulgus.remeantũq; ordine longo
Seruat turba gradus:pendent ex ore loquẽtũ.
Nec lætis ſat certa fides:iterũque morantur
Orando:& uultu interdum ſine uoce precati
Q đrogitãt.audire panẽt.hic fletus ubi aures
Percuſſæ grauiore malo:metus inde negatũ
Si ſcire & dubius reſponſi nuncius hæſit.
Iamque ubi cõſpectu redeũtis uiſa ꝓpinquo
Corpora ſollicite læti funduntur:& ipſis
Oſcula uulneribus figunt:ſuperoſque fatigãt.
Hic inter trepidos curæ uenerandus agebat
Serranũ marus:atque olim poſt fata mariti
Non egreſſa domum uitato martia cœtu.
Et lucem cauſa natorum paſſa ruebat.
In luctum ſimilẽ antiquo turbata repente.
Agnoſcenſq; marũ fidei comes ĩclyte magnæ
Nũc certe mihi reddis ait.leue uulnus an alte
Vſq; ad noſtra ferus penetrauit uiſcera mucro
Q uiqd adeſt:dũ nõ uinctũ carthago catenis
Abripiat:pœnæque inſtauret mõſtra paternæ
Gratum eſt o ſuperi:quotiẽs heu nate petebã
Ne patrias iras animoſque in prælia ferres.
Nec te belligeri ſtimularet in arma parentis
Triſte decus nimium uiuacis dura ſenectæ
Supplicia expendi.quæſo iam parcite:ſiqua
Numina pugnaſtis nobis.hac cladis acerbæ
Diſcuſſa ceu nube patres conquirere feſſis
Iã rebus meditant opem atq; ad mũera belli
Certatur pulſuſque dolor grauiore periclo.
Maxima curarum rectorem ponere caſtris
Cui latium & moles rerum quaſſata recũbat
Spectante occaſum patria.iouis illa ruenti
Auſoniæ atque italis tẽpus protẽdere regnis
Cura fuit.nam tyrrhenos pœnũque ſecũdis
Albana ſurgens reſpexerat arce tumentem.
Q ui ferre in muros uictricia ſigna parabat.
Tũc q̃ſſãs caput haud unquã tibi iupiter inqt

Allia & ĩfandi ſenones:ideſt calamitas accepta ad alliam flu.& urbis romæ captiuitas.M.Pompo.pretor paulo ante ſolis occaſum e roſtris:ut ait Polibyus:elata uoce proclamauit:Quirites magna pugna uicti ſumus. Captæ:obſeſſi a gallis capitolii & pene capti. Excuſſit habenas:paſſim uagatur. Luctificus:nam poſt pauorem ſequit luctus. Tempeſtas:hæc calamitas quæ timore augebatur. Hic aliquis:deſcribit trepidationem que ĩ urbe fuit ad primum nũcium cladis .Inania.irrita. Canentes:canæ ideſt matronæ ibant ad templum ut pro imperio labanti precarentur. Vertunt:adeũt templa deorum. Seruant turba gradus remeantium:poſtridie q̃ clades nunciata eſt ac deinceps aliquot diebus ad portas maior mulierũ prope q̃ uirorũ fuit copia:ut ait liuius:q̃ aut ſuorũ aliquẽ aut nunciũ de his expectabãt: circũfũdebantur obuiis ſciſcitantes:neque auelli undiq; a notis priuſq̃ oĩa ordine ingſiſſent poterant.inde uarios uultus digrediẽtiũ ab nũciis cerneres ut cuique:aut læta aut triſtia nũciabãtur.fœminaꝝ præcipue & gaudia inſignia erant & luctus.unã in ipſa porta ſoſpite filio repente oblato in conſpectu eius expiraſſe ferunt.alterã cui mors filii falſo nũciata erat mœſtam ſedẽtem domi ad primũ cõſpectũ redeuntis filii gaudio nimio exanimatã. Sine uoce: nã nutu quærebãt & expaueſcebant audire id quod quærebãt timẽtes malũ nunciũ. Grauiore malo:audita nece ſuoꝝ plorabãt. Metus inde.ſ.erat ſi nuncius ĩterrogatus hæſitabat:dicebatq; neſcire. Sollicite læti:q̃ fuerãt prius anxiæ timentes mortem eorum q nunc redibant.

Fatigant.laſſant uotis & precationibus ꝙ pepercíſſent illis in bello. Venerandus curæ : laudandus quoniam ſerrãus fuit illi curæ. Agebat:reducebat romã. Cauſa natorum:ideſt quæ ſolũ propter filios uiuebat:nã niſi filios habuiſſet poſt fatum reguli uitã damnaſſet. Lucem:uitam. Antiquo:tempore reguli. Fidei comes inclyte:uerba martiæ ad marum. Fidei comes:reguli qui fuit clarus fide pœnis ſeruata. Hunc:ſerranũ filiũ.

Noſtra uiſcera:quaſi dicat:nõ penetrauit ĩ uiſcera filii ſed mea. Quicquid adeſt:ſenſus:gratum eſt mihi hoc q̃uis magnũ malũ ſit dũmodo carthago nequeat uĩcire cathenis filiũ ut fecit de regulo patre. Monſtra pœnæ paternæ:horrendũ ſuppliciũ & monſtro ſimile. Quotiens heu natæ:uertit ſermonem ad filium. Animos: audientiam ſiue magnanimitatem. Triſte decus:gloria illius & fortitudo atque laus quæ nobis triſtitiæ fuit: ſed animus reguli nunquã ẽ deiectus. Expendi ſupplicia:ideſt diu uiuendo hæc ſupplicia paſſa ſum.at ſenatores inquit poeta hanc cladem animo pollentes pro ſalute patriæ conſultabant. Feſſis rebus:reipu. labanti & attritis uiribus romanorum. Grauiore periclo: quoniã maiora iam timebãt patria minitãte ruinã. Protẽdere tempus:extẽdere & prorogare romanũ ĩperiũ qđ tunc ruere uidebatur. Albana arce.quoniam iuppiter latialis albæ colebatur cuius templum autore & ſuaſore tarquino latini erexerunt & celebritatem in illius honorem quam quot annis recolebant ferias latinas appellarunt: quoniam conueniebant latini quibus illic carnes dabantur.unde Cicero in oratiõe ꝓ planco uolens oſtendere paucitatem latinorum dicit:Quibus.ſ. municipiis uix iam qui carnem latinis petant inueniuntur.Iouis latialis meminit Luca. Tumentem:ſuperbientem clade illata romanis. In muros.ſ.romanos. Haud unquã uerba iouis de annibale quem abſentem alloquitur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Fas fuerit.eſto inquit ꝙ tibi licuerit romano ſanguine hetruſcas ualles repleuiſſe. Exire.abundare. Muriſq; aſpirare ueto.ideſt tangere muros romanos. Meonidum tellus.hetruſcorum qui uenerunt ex meonia. Mētem.prudentiam. Tandē.poſt clades acceptas. Habenas.regimen & dictaturam quæ reipu.labāti ſaluti fuit. unde dixit Ennius: Vnus homo nobis cunctādo reſtituit rem.Fabius maximus in illa trepidatione romanorum creatus eſt dictator a populo:quod nunq̄ ante illum diem acciderat. Non hūc inquit.uerba iouis in laudem Fabii. Inuidia.alludit ad id quod poſtea fuit.nam propter inuidiam populus æquauit imperium minutio magiſtro equitum cum Fabio dictatore:quam inuidiam Fabius ciuili æquoq; animo tulit.immo cum opus fuit minutium e manibus hānibalis eripuit.nec etiam gloria popularis blādo fuco eum corrupit quippe nulla inani gloria mouebatur.totus erat intentus ſaluti patriæ quā ꝑpe collapſam cunctando reſtituit.paulopoſt dicet.Nec non patrum ſaturnia mites Inuidiæ ſtimulo fodit & popularibus auris. Blando fuco.coloratis blanditiis.Fucus accipitur pro colore:& fucare colorem addere. Nō aſtus fallax.quoniam contra fabium non ualuerunt aſtus hānibalis. Alius cupido.alia cupiditas genere maſculino protulit ut ſupra. Vetus bellandi.diu in militia uerſatus. Quieta mente.ideſt qui fortiſſime ac prudentiſſime aduerſam proſperamque fortunam ferebat:magnanimus enim nec aduerſa fortuna deprimiť:nec proſpera extollitur ſed medium ſemper tenet æquo animo ad utranque fortunam paratus. Quieta.tranquilla ſecura conſtanti.& ut decet magnum uiꝝ & prudentia ſubnixum. Caſtris & togæ.domi foriſque. Circunſpectus.prouidus & cum ratione mala declinās:qualem deſcribit Hora.in ſermonibus his uerbis.hic fugit omnis inſidias:nullique malo latus obdit apertum:cum genus hoc inter uitæ uerſetur ubi acris inuidia atque uigēt ubi crimina. Reuerſus domum.ſcilicet ab ipſa militia.

Stirpe clarum genus.repetit celebratque originem fabiorum. Affinis cælo.propter Herculem relatum in naturam deorum. Longis oris.hiſpanis ubi gerionem occiderat cuius armentum in italiā abegit. Triplicis monſtri.gerionis tricorporis. Egit.ductis. Ductor arcadius.euander filius mercurii & nicoſtrates quam poſtea carmentē appellauerunt romani propter uaticinia.euander ex arcadia profugus cum matre in italiam nauigauit.

Regia uirgo.uinduna filia euandri:quam aliqui appellant launam.ex qua Hercules ſuſcepit Fabium a quo fabiorum familia propagata eſt:q̄uis aliqui teneant pallantem natum fuiſſe ex uinduna & Hercule. Hoſpite ſacro.Hercule qui erat deificandus. Læto crimine.concubitu. Seminis.Herculei. Arcas.puella arcadici euādri filia. Ventura mater.quæ erat futura mater. In nepotes herculeos:fabiorum familiam qui erant nepotes & poſteritas herculis & ipſius uindunæ. Domus hæc.fabioꝝ.ſenſus eſt Fabius dictator cūctādo & æquādo hānibalem ſuperauit omnia geſta maiorum ſuorum tātæ molis erat æquare ne dum uincere hannibalē quē laudat poeta:ut maior laus accedat Fabio qui eum tanto ſucceſſu tumentem cunctando fregit. Tercentum.qui perierunt apud cremeram in pugna contra uehientes ut dictum eſt. Pœne.Hannibal tanti momenti eras:ut te æquare eſſet ſuperare præclara aliorum facta. Dum ſe perculſi.Fabio dictatori datum eſt negocium:ut muros urbis turreſq; firmaret:& præſidia diſponeret Hannibal interim recto itinere per umbriam ſpoletum uſq; uenit: inde cum populato agro urbem adortus eſſet oppugnare cū magna cæde ſuoꝝ repulſus eſt coniectans ex unius coloniæ haud nimis proſpere tentatæ uiribus quāta moles romanæ urbis eſſet:in agrum picænū:uertit iter auiditate prædæ:demum in campaniā peruenit ubi picturā

O iuuenis dederit portas tranſcendere romæ:
Atque inferre pedē.tyrrhenas ſternere ualles
Cædibus:& ripas fluuiorum exire latino
Sanguine fas fuerit: tarpeium aſcēdere collē:
Muriſque aſpirare ueto.quater inde coruſcū
Contorſit dextra fulmen:quo tota reluxit
Meonidum tellus:atrāque per æthera uoluēs
Abrupto fregit cælo ſuper agmina nubem.
Nec pœnū auertiſſe ſatis.dat numine magno
Aeneadis mētem gremio deponere tuto
Romuleam tandem.fabioq; ſalutis habenas
Credere ductori:cui poſtq̄ tradita belli
Iura uidet.non hunc īquit ſuperauerit unquā
Inuidia aut lybico popularis gloria fuco.
Non aſtus fallax.non præda aliuſue cupido
Bellandi uetus ac laudum cladumq; quieta
Mente capax.par ingenium caſtriſq; togæq;.
Sic gēitor diuum.recipitque ad ſydera greſſū.
Hic circunſpectis nulli deprenſus in armis:
Laudatuſq; ioui fabius mirabile tantum
Gaudebat reducē patriæ adnūerare reuerſus
Duxerat egrediēs quam ſecū ī prælia pubem.
Nec membris q̄ſquā natoue pepercit amato
Acrius:aut uidit ſocium per bella cruorem
Triſtior:atque idem perfuſus ſanguie uictor
Hoſtili:plenis repetebat mœnia caſtris.
Stirpe genus clarum cœloque affinis origo.
Nam remeans longis olim tirynthius oris:
Et triplicis mōſtri famā:& ſpectacula captas
Mira boues hac q̄ fulgēt nūc mœnia romæ
Egit ouans.tunc arcadius ſic fama locabat
Inter deſertos fundata palatia dumos
Paupere ſub populo ductor.cū regia uirgo
Hoſpite uicta ſacro fabiū de crimine læta
Procreat:& magni cōmiſcet ſeminis ortus
Arcas in herculeos mater uentura nepotes.
Tercētum domus hæc fabios armauit ī hoſtē
Limine progreſſos uno: pulcherrima quorū
Cunctando fabius ſuperauit facta.ducēque
Annibalem æquādo tantus nunc pœne fuiſti



primi belli punici apud linternū uidit:ut a poeta ingenioſe fingiť. Perculſi.conſternati accepta clade. Tuder.adhuc retinet nomen oppidum umbriæ porrectum in dorſo montis:ſupra meuaniam prope quam eſt clitūnus in plano eſt meuania prope fulginiam & in ualle umbriæ quæ nunc ſpoletina dicitur cuius lōgitudo eſt a peruſia ſpoletum uſq;:dextra læuaq; ſunt montes. Inertes.inutiles obſcuras. Ingentem tauꝝ.qui mactabatur a triūphantibus ioui capitolino. Agros palladios.picænos oliuiferos:inde oliuæ picenæ celebrantur a poetis:& cum traieciſſet Hannibal truentum:marrucinos & marſos:atq; pelignos depopulatus in campaniā ſe effudit. Errantibus.diſcurrentibus ad prædam. Signa populantia.ſuos milites qui omnia depopulabantur. Mitis.pacifica & fertilis:magiſq; apta paci q̄ bellis. Indefenſa.quoniā romani non poterant ferre opem tribus cladibus iam attriti. Stagnoſi linterni.linternum eſt oppidum campaniæ clarum exilio aphricani maioris:& ideo poeta finxit illic fuiſſe picturam primi belli punici:fuit ibi Scipionis ſepulchrum auctore Strabone:cuius ruinas ſe uidiſſe Liuius teſtatur:in quo tale fuit epigrāma. Deuicto Hannibale capta carthagine:& aucto Imperio:hos cineres marmore tectus habes.Cui non europe non obſtitit aphrica quondam.Aſpice res hominum q̄ breuis urna premit: linternū eſt prope mare poſt ſinueſſam. Stagnoſi.quoniā prope erant paludes:unde dicet poſtea undoſis ſqualida riuis hinc linterna palus:adde ꝙ linternum alluitur fluuio eiuſdem nominis. Templum.hoc fingit poeta quoniam in templis talia pingebantur:ut de hiſtoria troiana fingit Virgilius in templo carthaginis. Exhauſti.finiti:quod durauerat per.xxiiii.annos. Primus bella truci.Mamertini:de quibus dictum eſt natio campana: & tunc meſſanam freto ſiculo incumbentem habitantes implorauerunt opem romanorum contra hyeronē regem.a quo obſidebantur:& poſt uarias ſentētias in ſenatu populus cenſuit & plebs ſciuit ſuadente.M.Attilio Regulo illis implorantibus opem eſſe ferendam. Neganda uiro.quæ Regulus debuiſſet negare ac diſſuadere ſi ſciuiſſet fatorum uoluntates:quippe in eo bello periturus erat. Indictæ more parentum.quoniam bellum indicebatur a romanis perfeciales priſco ritu:ut abunde dixi in commentariis officiorum: Appius claudius contra hyeronem & pœnos in auxilium mamertinorum primus in ſiciliam exercitum romanum traiecit:& pœnos ſicilia expulit:& appellatus eſt claudius caudex:huius apii meminit Suetonius in tyberio. Reuinctus.coronatus laurea corona ut moris erat triumphantium.

Sarrana.punica:quoniam pœnos Sicila expulit.

Tropheum.colūna in qua erant inſignia uictoriæ naualis:& roſtra nauium ſuſpenſa.C.Cornelius:&.C.Duilius collegæ in cōſulatu militauere in ſiciliam:in primo bello punico.terreſtribus copiis præerat Duilius & Hannibal claſſi punicæ.romanæ autem Cornelius qui fraude punica captus eſt:& ad hannibalem perductus duilius relicto exercitu tribunis claſſem adiit:& ad mylas nauali prælio pœnos uicit:&.l.naues cœpit:conceſſumque illi a ſenatu fuit ut reuertenti a cœna tybicines canerent & funale præferretur. Alto.mari ſiculo. Sacer.quoniam in ſacris utebantur tybicinibus romani. Cantus.ipſorum tybicinum. Læti.iucundi Scipio.L.Cornelius Scipio conſul In ſardinia & corſica contra ſardos corſos:& hannonem pœnorum ducem proſpere pugnauit: & hannoni exequias celebrauit. Ciuis.hannonis ciuis carthaginenſis. Extremos honores:exequias:& funeris pompa:qua eum Scipio honeſtauit. Videt inde ruentem.uidebat Attilium Regulum appellētem claſſem littoribus libycis & pubem romanam diſcurrētem per agmina pœnorum fuſa.Autololes & Nomades ſunt populi aphricæ quos in primo bello punico Regulus uexauit:priuſquam caperetur:hammones etiam & garamātes. Bragada.nunc de ſerpente interfecto ad bragadam.

Dū ſe perculſi renouant in bella latini:
Turbatus ioue:& exuta ſpe mœnia romæ
Pulſandi:colles umbros atque arua petebat
Annibal:excelſo ſummum qua uertice mōtis
Deuexum lateri pendet tuder:atque ubi latis
Proiecta in campis nebulas exhalat inertes.
Et ſedet ingentem paſcens meuania taurum
Dona ioui:tum palladios ſe fūdit in agros
Picænum diues prædæ atque errātibus aruis.
Quo ſpolia ut mutet trāſfert populātia ſigna
Donec peſtiferos mitis campania curſus
Tardauit:bellūq; ſinu indefenſa recepit.
Hic dum ſtagnoſi ſpectat templūq; domoſq;
Linterni ductor:uaria ſplendentia cernit
Pictura belli patribus monumenta prioris
Exhauſti:nam porticibus ſignata manebāt.
Quis inerat lōgus rerum & ſpectabilis ordo.
Primus bella truci ſuadebat regulus ore.
Bella neganda uiro:ſi noſcere fata daretur.
Ac princeps pœnis indictæ more parentū
Appius aſtabat pugnæ: lauroque reuinctus:
Iuſtum ſarrana ducebat cæde triumphum.
Equoreum iuxta decus & nauale tropheum.
Roſtra gerens niuea ſurgebat mole columna
Exuuias marti donum quæ duilius alto
Ante omnes merſa pœnorum claſſe dicabat.
Cui nocturnus honos funalia clara ſacerque
Poſt æpulas tibicen adeſt:caſtoſque penates
Inſignis læti repetebat murmure cantus.
Cernit & extremos defuncti ciuis honores.
Scipio ductoris celebrabat funera pœni
Sardoa uictor terra:uidet inde ruentem
Littoribus libycis diſperſa per agmina pubē.
Inſtabat criſta fulgens & terga premebat
Regulus autololes nō adeſq; & maurus & āmō
Et garamas poſitis dedebant oppida telis.
Lentus arenoſo ſpumabat bragada campo.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Proiectum puppi.carthaginenſes cupientem redire in patriam Xantippum pelago merſerunt fruſtra inuocan tem numina:quippe nō pepercerunt pœni.atq; poeta illū dediſſe pœnas mortis Reguli ſed ſeras:nā debuit mori priuſq̄ regulus caperet.merſerūt Xantippū pœni redeuntē in patriā in medio mari ne gloriā de regulo capto toti ſibi aſſumeret. Rectorē amycleū.Xātippū lacedæmoniū. Perfida manus.ipſi pœni q eū in patriā reducere ſi mulauerāt. Pēdebat.pſoluebat. Digni læthi.nā merebat̄ talē mortē ꝓpter uiolatū regulum. Egates.iſulæ duæ ſunt in mari ſiculo apud quas luctatius uicit claſſem punicā.centū &.xx.naues amiſere pœni ad egates.quaꝝ duæ de.l.ſubmerſæ ſūt.luctatius nauibus captis quæ ſuperāt rediit ad lilybeū cū quo amilcar pœnoꝝ legatus fœ dus pcuſſit. Prona aura.pſpero uēto:& ferenti. Ad littora.ipſius ſiciliæ ꝓpe lilybeū. Legatus amilcar.poſt uictoriā luctatii ad egates carthaginēſes:ut ſcribit polybi us:miſſo ad amilcarē ꝗcelerrime nūcio poteſtatē illi de dere qcqd e repu.uidereť faciēdi:& ſic fœdus cū luctatio percuſſit. Ductoris.Hānibalis. Verterat ora in ſeſe. oīum oculi relictis aliis imaginibus intuebanť amilcarē. Pacis faciē.conditiones pacis de qbus dictū eſt. Pollu tas.uiolatas ꝓpter rupta fœdera. Iouē.iuocatū.ſ.in fœ dere. Dictātes iura.cōditiōes pacis. Strictas.expedi tas & paratas ad ſupplicia nocētiū. Horrebat.timebat. Irrita.quæ nō ſeruauerūt pœni:excitātes poſtea bellū hoc punicū ſecūdū. Hæc eryce e ſūmo.fingit poeta illic fuiſſe depictā uenerē quæ uidebatur oīa ſpectare ex eryce monte ſiciliæ ubi colebat̄:unde erycina dr̄ uenus:dictus aūt eſt eryx mōs ab eryce filio ueneris & butæ illic ſepul to quē cæſtibus Hercules īteremit. Dione.uenus po ſuit nomē mr̄is ꝓ filia. Læta.quoniā romani erant ui ctores in mari ſiculo. Percēſuit cōtēplatus eſt & oculis perlegit. Lēta ira.quæ paulatī cūcta oculis luſtrādo au cta erat. Nō leuiora dabis.uerba hānibalis ad carthagi nē.i.nō minora q̄ ſint hæc a romanis depicta in dedecus nr̄m. Captā ſagūthū.enumerat ſuas uictorias Hānibal quas uult depigi in tectis carthaginis tēpliſq; in dedecus romanoꝝ. Da ſpectare.pinge ut ſit ſpectaculū oibus. Patres.nā ut habuimus ſagūthini ſe inuicē trucidarūt: & neq; pater filiis:neq; filii patribus pepercerūt. Alpes. inacceſſas & ſuperatas a nobis. Exiguus locus:occupa bant inquit alpes depictæ magnū locum in tēplo:cū ipſæ ſint maximæ. Ardua.iuga alpiū ſupata a nobis. Ad de etiā ticini.i.uictoriā partā a nobis ad Ticinū & trebiā. Noſtrū.i.nobis fauentē.fauit qppe trebia pœnis:ut ha buimus. Fugiat cōſul.Scipio quē filius ad ticinum hu meris in caſtra uulneratū rettulit:& ſic ſub uno aſpectu Syllius oīa poſuit:quæ hactenus Hānibal in Italia geſſe rat:& prius in hiſpāia. Hæc.has meas uictorias ſparge per orbem.uulgata pictura. Effinges.poteris depinge re. Facibus libyſſis.incendio a nobis iniecto. Tonan tem.iouē capitolinū.& ſeruat poeta decoꝝ uiri ab omni pietate alieni. Quorum dextris: captat animos ſuo rum quos tantarum cladum autores dicit:& iuſſit por ticum incendio abſumi:redigique in cineres:picturæ ini tia autore plinio incerta ſunt.& ea inquirere ſupfluum eſt.ægyptii ſex milibus annorum apud ipſos inuentam affirmabant priuſquā in græciam tranſirent: grecorum aliqui dicūt apud ſicyonem urbem achaiæ:aliqui apud corynthum repertam omnes ab umbra hominis lineis circūdata:hæc fuit pria:ſecūda ex ſingulis coloribꝫ:& eo tēpe quo Demarathus corithius ī italiā uēit abſolutiſſia apd̄ romanos pictura erat.& pictor tēpli qđ erat ardeæ dōatus ē ciuitate:& ī pictura tale fuit carmē. Dignus: digna loco picturis cōdecorauit reginæ iunonis ſupmæ cōiugis tēplū.Mar.ludius ætolas ætolia oriūdus. Quē nūc & poſt ſep ob artē hāc ardea laudat:& hæc erāt ſcri pta ātiqs lr̄is latinis:honor huic arti matuř apud rōanos

Viperea ſanie:turmiſque minantibus ultro
Pugnabat ſerpens.& cū duce bella gerebat.
Nec nō proiectum puppi fruſtraque uocātē
Numina amyclæū mergebat perfida ponto
Xantippum māus:& ſæras tibi regule pœnas
Xantippus digni pendebat in æquore læthi.
Addiderant geminas medio cōſurgere fluctu
Egates laceræ.circū fragmenta uideres
Claſſis:& effuſos fluitare ī gurgite pœnos.
Poſſeſſor pelagi pronaque luctatius aura
Captiuas puppes ad littora uictor agebat.
Hæc inter iuncto legatus in ordine amilcar
Ductoris genitor cunctarum ab imagie rerū
Totius in ſeſe uulgi conuerterat ora.
Sed pacis facies & pollutas fœderis aras
Deceptumque iouem:ac dictātes iura latinos
Cernere erat:ſtrictas trepida ceruice ſecures
Horrebat libys:ac ſubmiſſis ordine palmis
Orantes ueniam iurabant irrita pacta.
Hæc eryce e ſummo ſpectabat læta dione:
Quæ poſtq̄ infeſto percenſuit omnia uultu:
Arridens pœnus lenta proclamat ab ira:
Non leuiora dabis noſtris in ſcribere tectis
Acta meæ dextræ: captā carthago ſagūthum
Da ſpectare ſimul flamma ferroque ruētem.
Perfodiant patres natorum mēbra:nec alpes
Exiguus domitas capiat locus.ardua celſis
Perſultet iuga uictor eqs garamaſq; nomaſq;
Adde etiam ticini ſpumantes ſanguine ripas:
Et noſtrū trebiam:& traſimeni littora thuſcis
Clauſa cadaueribus:ruat ingēs corpore & ar
Flaminius:fugiat cōſul manāte cruore (mis
Scipio:& ad ſocios nati ceruice uehatur.
Hæc mitte ī populos:et adhuc maiora dabūť
Flagrātem effingēs facibus carthago libyſſis
Romam:& deiectum tarpeia rupe tonātem.
Interea uos ut dignum eſt iſta ocius ite
O iuuenes:quorum dextris mihi tanta gerūť:
In cineres mōumēta date:atq; iuoluite flāmis



cōtigit.Siqdē ex ea cognomina pictoꝝ traxerūt Fabii gētis clariſſimæ & prīceps eiuſdē cognōminis ædē ſalutis pi xit āno urbis cōditæ.cccc.l.q̄ pictura durauit ad memoriā Plinii.Troianis tpibꝫ pictura nō erat:nō tamē mirari de bemus Vir.ceciniſſe picturā apud carthaginē:poetæ qppe ad tpa ſua pleruq; reſpiciūt. Monumē ta hoc tēplum cū tali pictura:monumēta dicunť oīa quæ nos alicuius rei præteritæ monēt.

PETRI Marſi interpretatio in.vii.uolumen Syllii italici.

Nterea trepidis fabius ſpes unica rebus.Fabius dictator a populo creatus:habita in primis cura ſa croꝝ uotis etiā ædibus ut fatales libri monebāt:ut ille.ſ.uoueret:cuius maximū iperiū in ciuitate eēt de bello atq; repu.rettulit ut qbus quotue legionibus uictori hoſti obuiā eundū eēt pres cēſeret.Inde uia flami nia pfectus otriculos uenit:& cū accepiſſet hānibalē uer tiſſe iter in apuliā accepto exercitu cōſulis a flacco p agrū ſabinū tibur quo die ad cōueniendū nouis militibus edi xerat uenit.Inde præneſte ac trāuerſis itineribus ī uiā la tinā trāſgreſſus eſt.Inde itineribus ſūma cura exploratis ad hoſtē contēdit:nullo loco niſi q̄tum neceſſitas cogeret fortunæ ſe cōmiſſurus:& eo aīo ut cū hoſte tā fauſti mar tis niſi neceſſario manus nō cōſereret:aſſequutus eſt igiť hānibalē in apulia:& non pcul ab arpis cōſedit.Hānibal cū Fabiū ad pugnā allicere nō poſſet in cāpaniā mouit:& deceptus errore nois clauſus eſt a Fabio in ſalernis:euaſit tamē uir ſolers nouo cōmēto:Inde fabius romā rediit ſa croꝝ cauſa relicto exercitu Minutio magro æqtū:cum quo poſtea æq̄tum habuit iperiū temeritate plebis.Sed Minutius tādē e manibus hoſtis a Fabio ereptus ius ſuū fabio reſtituit:& Fabio ſacrificās eū patrē appellauit. In terea.dū talia agerenť ab hoſtibus. Rebus trepidis.tre pidanti reipu.romanæ. Vnica.ſola. magna laus Fabii. Aegrā uulnere.affectā & debilitatā calamitate accepta Præceps.feſtinus ſine aliq cūctatiōe qppe res & tps nō patiebanť morā. Viridi ſenio.adhuc apto laboribus ca ſtrēſibus. Mēs fabii heroica.q trāſcēdebat humanā mē tē.Fabius qppe ſolus prudētia q̄ erat ſubnixus reprime re hānibalē in armis furētē & iuueniliter exultātē uide baſ. Sacra uis.hoc ai robur:& ſnīa. Siſtere.firmare. Fouentē aduerſa.i.ipſos hoſtes qbus tūc fortuna belli arridebat.ni Fabius iquit cūctādo hānibalē fregiſſet:actū penitus fuiſſet de romano noie. Dardanii.romani.fu iſſet deletū a pœnis nomē romanū. Modū.finē:quo niā iuno fauebat pœnis. In punica caſtra.ꝓ carthaginē ſibus. Statuit.finiuit:ſiue firmauit. Lēto moderami ne.cūctādo hānibalē tot cladibus ſupbientem repreſſit. Heſperiis.italis. Pœnum.Hānibalē. Sūme ducū: uerba poetæ in laudē fabii:q rē romanā cūctādo reſtitu it. Iteꝝ labentia.hoc dicit ꝓpter excidiū Troianū.iteꝝ uidebať Troia ruere ſi Roma quæ ide hūit originē a pœ nis capta fuiſſet. Fluxas res.ipſam rēpu.labātē & ſpectā tē occaſū. Maioꝝ labores.oīa quæ maiores nr̄i magnis laboribus cōpararūt. Carmētis opes.romanas.a carmē te mr̄e euandri. Emerito cœlo.qđ tuis rebus geſtis ac uirtute mereris. At libyæ ductor.Hānibal audito noīe dictatoris:optabat ſcire qdnā eēt dictatura:& q̄ fortuna prius uſus eēt is q nūc in tāto reꝝ turbine tanq̄ unicum ſubſidiū creatus erat:& a cilino quē captiuū habebat oia accepit. Vigēt.celebranť & ſūt in ore oium. Quod decus.quā fāmā gloriāq; haberet:& quæ maioꝝ ſtēma ta:& an eēt pſtās in re militari:& an fœlici euētu pugnaue rit:ut ipſum in tāto reꝝ diſcrimine hānibali uictori op ponerent. Vltima anchora.ultimū ſubſidiū & pfugiū: Procellas.calamitates.perſtat in trāſlatiōe:quoniā di xerat anchorā. Inaperta.quæ nō poterat decipi ꝓpter lōgā reꝝ experientiā. Ritus ducis.mores Fabii:& na tales. Labores dextræ.res a Fabio geſtas ī bello. Tyrrhenis.hetruſcis:quoniā arretiū ē in hetruria claꝝ adhuc. Leua hora.mala fortuna:nam fuit captus ad ticinum excuſſus ab equo cuius dorſo inſidebat.

Nterea trepidis fa bius ſpes unica re bus
Ille quidē ſocios:at que ægrā uulne re præceps
Auſoniā armabat uiridiq; ad dura la borum
Bellator ſenio iam caſtra mouebat in hoſtem.
Sed mens humana maior nec tela nec enſem
Nec fortes ſpectabat equos:tot milia contra
Pœnorum:inuictūque ducē tot ī agmia ſolus
Ibat:& in ſeſe cuncta arma uiroſque gerebat.
Ac ni ſacra ſeni uis impreſſūque fuiſſet
Siſtere cuntando fortunam aduerſa fouētem
Vltima dardanii tranſiſſet nominis ætas.
Ille modum ſuperis in punica caſtra fauoris
Addidit:& libyæ finem inter proſpera bella
Vincendi ſtatuit:tumefactum cladibus ille
Heſperiis lento pœnum moderamine luſit.
Summe ducum:qui regna iterū labētia troiæ
Et fluxas latii res maiorumque labores:
Qui carmentis opes:& regna euādria ſeruas:
Surge age:& emerito ſacrū caput iſere cœlo.
At libyæ ductor poſtquam noua nomia læto
Dictatore uigent: raptim mutata latinis (bat
Imperia haud fruſtra reputās cognoſcere aue
Quæ fortuna uiro:quod nā decus ultia feſſis
Anchora cur fabius:quē poſt tot rōa pcellas
Annibali putat eſſe parem:ſeruore calentes
Angebāt anni:fraudique inaperta ſenectus
Ocius accitum captiuo ex agmine poſcit
Progeniem rituſque ducis:dextræq; labores
Cilinus arreti tyrrhenis ortus in oris
Clarum nomē erat:ſed læua adduxerat hora

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hic.cilinus arretinus. Ardens extrema malis.cupiens mortem propter mala quæ in uiculis patiebatur. Nõ cum flaminio.uer ba cilini ad Hãnibalẽ in laudẽ Fabii:quibus Hãnibalẽ ad ſuá necẽ ꝓuocabat peroſus uitá in tãtis malis. Feruida cõſulta.temeraria cõſilia:& ĩpetus ſempronii gracchi. Tirynthia.nata ab Hercule:unde Iuue. Natus in herculeo Fabius lare. Per ſingula.oĩa geſta fabioꝝ:ſed uno certamine illoꝝ aĩos:& uires cognoſces. Vehientiũ populi.Narrat pugná ſabioꝝ cum uehiẽtibus. Cõſul.conſules erãt Cneus Fabius cæſo:& titus uerginius. Delectus uetiti.quoniá nõ poterat haberi delectus militũ ꝑpter inopiá ærarii & alia bella quæ inſtabãt: Fabius cõſul in ſenatu ꝓ gẽte ſua loquutus eſt:cũ qua paludatus exiuit ad bellũ cõtra uehiẽtes iſœlici ſydere:quoniá ad unum oẽs cæſi ſunt ad cremerã fluuiũ. Penates hercule.domus fabioꝝ. Rexiſſes bella.i.fuiſſet optimus iperator exercitus quilibet illoꝝ:unde Oui.i faſtis: Egrediť caſtris miles generoſus ab iſdem Equis dux fieri qlibet aptus erat. Diꝝ omen.malum & infœlix.ſ.fuit. Scelerata limina portæ.quoniá iſœlici uia dextro iano portæ carmẽtalis ꝑfecti ad cremerã fluuiũ peruenerunt. ex eo tẽpore porta illa ſcelerata & mali ominis habita eſt. Oui.in faſtis:Carmẽtis portæ dextra eſt uia ꝓxima iano Ire per hãc noli quiſqs es omen habet.Illa fama refert fabios exiſſe treceẽtos Porta uacat culpa ſed tamẽ omen habet.dicta eſt porta carmẽtalis a carmẽte mr̃e euádri:cui matronæ ſacrificabãt ſub capitolio ad portá carmentalẽ: ꝙ in ea ſors generationis eſſe exiſtimabať.euandro latini ſacrificabãt ad portá Trigeminá. Maxima ara.ará extẽporalẽ inqt Dionyſius erexit euãder herculi:& ipſe Hercules ioui inuentori mactauit iuuẽcum:& populo epulũ dedit.hæc ara fuit ĩ capite circi maximi:ubi ſuperioribus ãnis effoſſa fuit ſtatua herculis aurea:& alia illius aræ monumenta:quæ nũc in capitolio uiſuntur.Mortales huic aræ decimas ſoluebãt:& primus qui hanc conſuetudinẽ introduxit:Hercules fuit:q ex omni præda decimas ioui dedit.perſuaſum quippe erat ditiſſimos eos fieri:qui herculi decimas ſoluiſſent.hinc opes luculli factæ arbitranť & ipſe hercules putať theſauroꝝ deus.a quibuſdã ĩcubo appellatus:quia incubat theſauris:& cura ſacroꝝ herculis demandata fuit potitiis & pinariis:quæ familiæ in latio nobiliſſimæ erãt.unde appius claudius oculis captus eſt:cum huic ſacro ſeruos publicos præpoſuiſſet. Aſpera uirtus.fabioꝝ non permittebat ipſos poſſe numerari nam tanta erat in illis uirtus:ut uiderentur hi pauci exercitus & ĩnumerabilis:& plures ĩterficiebant q̃ ipſi eſſent: & nullus inter eos uidebatur ſecundus:ſed omnes erant uirtute pares. Vices.uiciſſitudines pugnæ. Nulli ſecũdus ducere triũphos.i.quilibet uidebatur eſſe primus qui mereretur triumphum. Ad tarpeia templa.iouem capitolinum.illuc enim curru uidebãtur triumphantes.

Spes heu fallaces.exclamat poeta.Caducum.ſ.eſſe:& momẽtaneũ quicquid eſt in rebus humanis:qbus nullo modo ſidendũ eſt:cum ſint caducæ:& ſpes fallaces:quoniá nihil certi habemus. Publica.a toto populo. Vnus. Fabius dictator certabit pro oĩbus.cõſilio.ſ.& prudẽtia.

Sollertia.diligentia Fabii.erat tecta cauta quiete.i.erat ſollertiſſimus cum opus fuiſſet:& cuntator ut tẽpus poſcebat. Nec uero.ſenſus eſt.q̃uis Fabius ſit ſenex o Hannibal:tu tamẽ nõ es ita expeditus ad pugná:& concitatus ſuper equum:ut ille eſt:q̃q̃ es iuuenis:& ſanguis in te feruet. Momorderis ora frenis.i.agitaueris & laceraueris ora equi:uoluẽdo illũ frenis huc & illuc.quod dexteritatem quandam & agilitatem requirit.i.tu non agilius tractas habenas: quæ equum mordẽt propter frenum cũ contrahuntur. Quem.cilinum Hannibal uidens cupidum mortis dixit. Nequicq̃.fruſtra elicis mihi iram:ut te perdam.uolo enim te uinculis detineri:ut magis cruicieri:cum mors ſit tibi ſolatium.

Ticini iuuenem ripis:fuſuſque ruentis
Vulnere equi libycis præbebat colla cathenis
Hic ardens extrema malis & rumpere uitam
Non cũ flaminio tibi res:nec feruida gracchi
In manibus conſulta inquit:tirynthia gens eſt
Quam ſi fata tuis genuiſſent annibal oris
Terrarum imperiũ carthaginis arce uideres,
Non ego te longa ſerie per ſingula ducam:
Hoc ſat erit.noſces fabios certamine ab uno
Veientum populi uiolata pace negabant
Acceptare iugum:ac uicino marte furebant.
Ad portas bellum:conſulque ciebat ad arma.
Delectus uetiti:priuataque caſtra penates
Herculei impleuere domo mirabile ab una
Patricius iunctis exercitus ibat in armis
Tercentum exilire duces:quocunq; liberet
Vno non pauidus rexiſſes bella magiſtro.
Sed dirum egreſſis omen ſcelerata minaci
Stridentis ſonitu tremuerunt limina portæ
Maximaque herculei mugiuit numinis ara:
Inuaſere hoſtem numerarique aſpera uirtus
Haud eſt paſſa uiros:& plures milite cædes.
Sæpe globo denſi ſæpe:& per deuia paſſim
Diſperſi ſubiere uices:meritique labore
Equato nulli quiſquam uirtute ſecũdus
Ducere tercẽtum tarpeia ad templa triũphos
Spes heu fallaces:oblitaque corda caducum
Mortali quodcũq; datur grex ille uirorum
Qui fabia gente incolumi deforme putabat
Publica bella geri:pariter cecidere deorum
Inuidia:ſubitis circunuenientibus armis
Nec tamen occiſos eſt cur lætere ſuperſunt
Quod tibi ſit libyæque ſatis certauerit unus:
Tercẽtum dextris:tam uiuida mẽbra laborq;
Prouidus:& cauta ſollertia tecta quiete.
Nec uero calidi nunc tu cui ſanguiuis ætas
Foderis in pugna uelocius ilia planta
Bellatoris equi freniſq; momorderis ora.
Quem cernens auidũ læti poſt talia pœnus.
Nequicquam noſtras demẽs ait elicis iras.



Hæc iuuenis.Hannibal dixit proſpera fortuna elatus. At patres latiaſq; nurus.Qu.Fabius dictus a populo dictator:ad ſenatũ rettulit peccatũ eẽ a.C.flaminio in auſpiciis iuſſi id ĩſpicere decẽuiri:rettulerunt ex fatalibus libris de itegro ſoluẽdũ marti uotũ:& Megaleſia ioui:& ueneri ericinæ ac mẽti uouẽdas ædes & uer ſacꝝ uouẽdũ. Res delegata eſt.M.æmilio p̃tori:quoniá belli cura Fabiũ tenebat.habita triduo lectiſternia ſunt:& puluinaria ſcã ioui:& iunoni:neptuno:mineruæ:& marti:& ueneri ericinæ:apollini:& dianæ:uulcano:& ueſtæ:Fabius ueneri ericinæ ædẽ uouit.Attilius p̃tor marti:matronæ iunoni:ueiẽtani in auẽtino uotũ fecere. Latias nurus.matronas romanas:& latinas. Huc ades.p̃ces matronaꝝ ad iunonẽ:& imitatio eſt Virgilii. Quæcũq; ẽ.i.oẽs matronæ latinæ ferimus tibi hoc donũ:& hãc pallã:quæ eſt honeſtæ mulieris ueſtimẽtũ. Subtegmine fuluo.i.auro. Virgi.Pallá ſignis auroq; rigentẽ. Acu.quoniá acu erat ĩtextũ auꝝ in palla ut nunc fit:qđ phryges iuenere.& ad id poeta alludit ꝑpter romanos a phrygia oriũdos.ſubtegmẽ ĩ tela dr̃ id qđ ſubit ſtamini.dr̃ ẽt trama id.ſ.qđ ꝑ trãſuerſũ nauicula illa textoria imittiť.ſtamẽ aũt dr̃ longitudo ipſius telæ:& filũ liciis ĩnexum.poetæ iterdũ iſta cõfundũt:& ſubtegmẽ ꝓ filo.aliaue re quæ pãno ſiue telæ intexitur accipiũt. Marmaricam nubem.ipſos pœnos qui omnia confundunt:& italiam lacerãt:dabimus tibi coronam ex auro & gemmis. Preſſa.ornata:& habens gemmas inſertas & ĩpreſſas. Proprio dono.peplo. eſt enim palladis uelum.Vir.Peplumq; ferebant ſuppliciter triſtes. Dionem.uenerem ericinam. Tanta adeo cum res:ſenſus eſt.ĩ aduerſis religioſi ſumus & pii.& deũ ĩuocamus.in fœlicitate aũt pietatis obliuiſcimur:quoniá pauci utrãq; fortunam nouerunt ferre moderate:& aduerſa contemptum ſolent generare:proſpera uero inſolentiam. Fœlicibus.ſ.rebus:quoniá tunc non curamus numen flatu proſperæ fortunæ euecti. Præcluſerat uias.nam fortuna iam contra romanos nihil poterat & hoſtis.tanta erat Fabii prudentia.Vnde Iuue.Nullum numẽ habes ſi ſit prudẽtia:ſed te Nos facimus fortuna deá.

Summum decus:quoniam militaris diſciplina erat ars romana:& romanorum gloria inde orta eſt:qui imperium propagarunt ſeruata diſciplina & parendo ducibus.Ioſephus li.iii.de bello iudaico romanorũ militiam deſcribens ait.Siquis romanorum militarem diſciplinã reſpexerit:profecto cognoſcet tantum eos imperium nõ fortunæ munere:ſed ꝓpria uirtute comparaſſe.Maior inquit romanis militibus diligentia ex timore eſt.Nãq; leges apud eos etiam minimæ negligentiæ capitales ſunt duceſque magis q̃ ipſæ leges terribiles.tanto autem obſequio rectoribus parent:ut in pace ornamento ſint:& in acie corpus unũ totius cõſpiciať exercitus.ſic eoꝝ copulati ſũt ordies:ita circũdici ſũt mobiles:& acutis auribus ad p̃cepta oculiſq; ad ſigna:& ad opa manibus.qd mirꝝ ſi euphrates ab oriente:& oceanus ab occidente.itẽq; a meridiano tractu libyæ fertiliſſima regio:& ſeptẽtrione rhenus atque iſter ſunt imperii limites:cum minorem eſſe poſſidentibus poſſeſſionem recte quis dixerit.Torquatus certe in bello latino adueſcerim filium ſuum q̃q̃ uictorem ſecuri percuti iuſſit cum iiuſſu ſuo pugnaſſet ne militaris diſciplina ſolueretur:quam nunc Fabius prudentiſſime ſimul & ſeueriſſime regebat. In montibus altis:quos ſemper occupabat Fabius:ut tutior eſſet eius exercitus. Signa.uexilla romana & Fabii exercitus.

Et captiua paras moriendo euadere uincla.
Viuendum eſt:arcta ſeruentur colla cathena.
Hæc iuuenis.diuiſque tumẽs:auſiſq; ſecũdis.
At patres:latiaſque nurus raptabat ad aras
Cura deum:mœſto ſuffuſæ lumina uultu.
Fœmineus matres gradiť chorus:ordine lõgo
Iunoni pallam conceptaq; uota dicabant.
Huc ades o regia deum gẽs caſta precamur
Et ferimus digno quæcunque ẽ nomie turba
Auſonidũ pulchrũq;:& acu ſubtegmie fuluo
Qđ noſtræ neuere manus uenerabile donũ.
At dum decreſcit matrũ metus:hoc tibi diua
Interea uelamen erit:ſi pellere noſtris
Marmaricã terris nubem dabis:omnis ĩ auro
Preſſa tibi uaria fulgebit gemma corona.
Nec non & proprio uenerãtur pallada dono.
Phœbũque armigerũq; deũ:primãq; dionẽ.
Tanta adeo cũ res trepidæ reuerentia diuum
Naſcitur:& raræ fumant fœlicibus aræ:
Dum roma antiquos templis ĩdicit honores.
Iam fabius cauto præcedens agmine:& arte:
Bellandi lento ſimilis præcluſerat omnis
Fortunæq; hoſtique uias:diſcedere ſignis
Haud licitũ:ſũmũq; decus quo tollis ad aſtra
Imperii romane caput parere docebat.
Verũ ubi prima ſatis cõſpecta ĩ mõtibus altis
Signa procul:fulſitque nouis exercitus armis:
Arrectæ ſpes ſidoniæ:feruetque ſecundis
Fortunæ iuuenis:uincendi ſola uidetur
Quod nõdũ ſteterit acies mora:ꝑgite clamat
Ite citi ruite ad portas propellite uallum
Pectoribus:quantum cãpi diſtãus ad umbras
Tantum hoſti ſuperẽ:reſides ad bella uocanť
Quis pudeat certare ſenes:quodcũq; uidetis

Arrectæ ſpes ſydoniæ:ipſe Hannibal cõcepit magnam ſpem uictoriæ uiſis caſtris Fabii:qui prope arpos caſtra poſuerat non procul ab Hannibale. Iuuenis.Hannibal ardebat pugnam proſpera fortuna ſuperbiens. Clamat Hannibal:& ſeruat decorum feruidi ducis:& moræ impatientis. Ad umbras.ad mortem:ideſt tãtum diſtant milites romani a morte:quantum nos diſtamus ab ĩpis:cum primum poterimus conſerere manus actum erit de illis:& ſic oſtendit facilem uictoriam. Reſides ad bella uocantur.detrahit Fabio ut oſtendat romanos milites ſub tali duce iam ſenio confecto:& pigro in martem facile ſuperatum iri:& trahit Fabium in contemptũ propter ætatem iam ingraueſcentem. Quis.quibus.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Hoc reliquũ ẽ:primo damnatũ & ĩutile bello.
Heu ubi nũc grachi:aut ubi ſũt nũc fulmia gẽ
Scipiadæ:ᷣ pulſi auſonia nõ ante pauẽtes: (tis
Dimiſere fugam quã terror ad ultima mundi
Oceanũque tulit profugus: nũc errat uterq;
Nomina noſtra tremens:& ripas ſeruat iberi:
Eſt etiam cur flaminio mihi gloria cæſo
Creuerit:& titulis libeat cur figere noſtris
Crudũ marte uiri nomẽ: quot demere noſter
Hĩc annos fabio gladius ualet:et tamẽ audet:
Audeat:haud ultra faxo ſpectetur in armis.
Talia uociferans uolucri rapit agmina curſu.
Ac præuectus equo nũc dextra ꝓuocat hoſtẽ
Nunc uoce increpitat:miſſa nũc emius haſta
Fertᷣ: ouãs pugnæq; agitat ſimulacra futuræ:
Vt thetidis proles phrygiis uulcania campis
Arma tulit:clypeo amplexus terrãq; polũq;
Maternumq; fretum totũq; ĩ imagine mũdũ
Caſſarum ſedet irarum ſpectator:& alti
Celſus colle iugi domat exultantia corda.
Infractaſque minas dilato marte fatigat.
Sollers cunctandi fabius:ceu nocte ſub atra
Munitis paſtor ſtabulis per ouilia clauſum
Impauidus ſomni ſeruat pecus:effera ſæuit
Atque ĩpaſta trucis ululatus turba luporum
Exercet. muroſque quatit reſtãtia clauſtra.
Irritus incepti mouet inde atque apula tardo
Arua libys paſſu legit:ac nunc ualle reſedit
Conditus occulta:ſi præcipitare ſequentem
Atque inopinata detur circundare fraude
Nunc nocturna parat cæcæ celãtibus umbris
Furta uiæ:retroque aditum.fictoſq; timores
Aſſimulat: nunc caſtra citus deſerta relicta
Oſtentat præda:atque ĩuitat prodigus hoſtẽ.
Qualis meonia paſſim meandrus in ora:
Cum ſibi gurgitibus flexis reuolutus oberrat.
Nulla uacant ĩcepta dolis ſimul oĩa uerſat
Miſcetque exacuens uaria ad conamia mẽtẽ:
Sicut aquæ ſplendor radiatus lampade ſolis.
Diſultat per tecta uaga ſub imagine uibrans
Luminis:& tremula laquearia uerberat ũbra
Iãque dolore furẽs ita ſecum ĩmurmurat ire:
Obuia ſi primus nobis hic tela tuliſſet:
Nulla eẽnt trebiæ & traſimẽi nomina:nulli

Hoc reliquum eſt.hi tantum inq̄t milites iam romanis ſuperſunt:qui tanq̄ inutiles prius domi remanſerãt.
Heu ubi nũc gracchi.ut magis detraheret Fabio:& ſuos accẽderet:ait.utinã dareᷣ nobis uincẽdus gracchus:& Scipio atq; flaminius:qui uictori gloriã afferrẽt:nã Fabius ĩquit:qui eſt ꝓpe mortẽ:q̄d decoris mihi afferre põt.
Scipiadæ.Cneus & publius Scipiones:qui tuncᷣ erãt in hiſpania. Ad ultima mũdi.hiſpaniã quæ eſt ultima ad occaſũ. Oceanũ.beticũ.ſ.& hiſpanũ. Noſtris titulis.laudibus & uictoriis:quoniam erat bellicoſus unde illius mors mihi gloria fuit:nulla uero ſuperare ignauũ ſenẽ:ſeruat decoꝝ magnanimi ducis:& ardua quæq; appetẽtis ꝓ decoro ſeruãdo. Crudũ nomẽ.terribile in bello.
Quot demere annos.q̄ſi dicat.paucos:cũ ſit iã in limine mortis. Faxo.efficiã ut Fabius poſthac nõ poſſit arma capere. Rapit.rapti ducit in hoſtes quos ad pugnã elicere nõ potuit. Vt thetidis ꝓles.Hãnibalẽ irritantẽ romanos uoce manuq; ad pugnã accuſantẽq; illoꝝ ignauiã q̄ ſe uallo cõtinerẽt cõparat Achilli qui in bello Troiano cõſpicuus armis a uulcano elaboratis p̄cibus thetidis magna uoce troianos terruit ĩ cuius clypeo erat depictus mũdus.in clypeo ĩquit Home.in.xix.iliados inferebat uulcanus terrã cœlũ mare:& ſolẽ ĩdefeſſum & plenũ orbẽ lunæ. Mr̄nũ fretũ.quoniã thetis achillis mr̄ erat maris nympha. In imagine.illa cælatura clypei. Caſſaꝝ iraꝝ.quoniã in caſſum iraſcebaᷣ Hãnibal.Liuius ait.Vbi q̄eta oĩa apud hoſtes nec caſtra ullo tumultu mota uidet:q̄d tandẽ ĩcrepans quos martios aĩos romanis debellatũ & cõceſſum ꝓpalã de uirtute & gloria eẽ in caſtra rediit cæteꝝ tacita cura angebaᷣ. Corda exultãtia.ip̄m Hãnibalẽ iuueniliter exultantẽ & milites pœnos. Infractas.ĩſanas minas Hannibalis. Dilato marte.mora pugnãdi & cũctatiõe. Sollers.peritus.ſollers dr̄ in oĩ re prudẽs. Ceu nocte ſub atra.Fabiũ eludentẽ uanas iras Hãnibalis cõparat paſtori q ſic claudit ouilia ut lupis noctu aſpirare nõ deᷣ. Munitis.bene clauſis & ſeptis. Impauidus ſomni.nõ timẽs etiã ſi dormiret:quoniã ouilia munita ſunt. Effera.crudelis & rapida. Impaſta eſuriẽs. Truces.ululatus terrẽtes ipſa ouilia. Reſtantia.repugnãtia lupis uolẽtibus irrũpere ad oues. Legit arua appula.uagatus eſt per apuliã lẽto tamẽ paſſu.Dictatoris inq̄t Liuius prudẽtiã & cõſtantiã timuit Hãnibal:& ſæpe caſtra mouẽdo agros socioꝝ populabaᷣ mõ cito agmine e cõſpectu abibat mõ repẽte in aliquo flexu uiæ ſi excipere digreſſum hoſtẽ poſſet obſidebat.Fabius ꝑ loca alta agmen ducebat modico ab hoſte interuallo ut neque omitteret eũ:neq; cõgredereᷣ caſtris niſi q̄tũ uſus cogeret tenebaᷣ miles pabula & ligna nec pauci petebant:nec paſſim. Legit.perrat circuit. Præcipitare.trahere in ĩſidias. Qualis mœnia.flexuõſa & uaria Hãnibalis itinera cõparat flexuoſis curſibꝰ meãdri fluminis meoniæ a quo oẽs flexiones dicunᷣ meãdri:unde Virgi.in q̄nto. Quã plurima circũ purpura meãdro duplici melibea cucurrit. Sicut aquæ ſplẽdor.Hãnibalis mentẽ uibrantẽ & uaria cogitantẽ cõparat fulgori qui excitaᷣ radiis ſolaribus agẽtibus in aquã & diſſultat ꝑ tecta. Tremula.uibrãti. Et laq̄aria.trabes ipſius tecti. Obuia ſi primus.uerba Hãnibalis q̄bus q̄ritur ſibi eſſe rẽ gerendã cũ Fabio quẽ ĩuitus laudat ĩquiẽs ſi nobis deſcẽdẽtibus ex alpibus romani oppoſuiſſent Fabium nullum locum inſignem clade hoſtili feciſſemus .Liuius ait.Cæteꝝ tacita cura animum ĩcenſis q̄ cum duce non flaminio ſempronioque ſimili futura ſibi res eſſet ac tum demum edocti malis romani parem Hannibali ducem queſiſſent.



Phaetontius amnis.padus in quem cecidit phaeton.hoc dicit propter cædem ad trebiam qui in padũ emittit.
Decolor.infectus romanoꝝ ſanguine. Inuentũ.ſ.eſt genus uincendi cũctando:& mora pugnæ. Diſtinxit.diſſoluit noſtras fraudes. Ratione.prudentia quæ in homine dicitur recta ratio. Hæc ſecum.ſ.dixit & media nocte mouit caſtra in campaniam relicta poſt tergum apulia:ubi regnauit daunus. Excubias.uigilias. Iniquas.quoniam tunc eſt tempus dormiendi.& ſic tertia uigilia mouit inde pœnus. Tertius uigil.ille qui debebat uigilare & facere excubias abrupto ſomno. Notus populator.quoniam illic iterum fuerat cum apud linternum uidit picturam. Vberis.fertilis.falernus eſt ager campanus uini ferax & tritici.hinc Pli.ĩquit.fœlix illa campania.

Ingererẽt tituli:nunquã phaetontius amnis
Sãguinea pontum turbaſſet decolor unda:
Inuẽtum dum ſe cohibet:terrimurque ſedẽdo
Vincendi genus:quotiens uelut obuius iret
Diſcinxit ratione dolos:fraudeſque reſoluit.
Hæc ſecum mediam ſomni cũ buccina noctẽ
Diuideret:iamque excubias ſortitus iniquas
Tertius abrupta uigil iret ad arma quiete.
Vertit iter daunique retro tellure relicta
Campanas remeat notus populator in oras:
Hi uero ĩtrauit poſtquã uberis arua phalerni
Diues ea & nunquã tellus mentita colono:
Addũt frugiferis inimica incẽdia ramis. (res
Haud fas bacche tuos tacitũ trãſmittere hono
Quãq̄ magna ĩcepta uocãt mẽorabere ſacri
Largitor laticis.grauidæ cui nectare uites
Nulli dant prælis nomen præferre falernis.
Maſſica ſulcabat meliore falernus in æuo
Enſibus ignotis ſenior iuga pampius umbras
Nondum uua uirides nudo texebat in aruo
Pocula nec norant ſuccis mulcere lyei:
Fonte ſitim & pura ſoliti defẽdere lympha
Attulit hoſpitio pergentem ad littora calpes:
Extremumque diem pes dexter & hora lyeũ
Nec pigitũ paruoſque lares humiliſq; ſubire
Limina cælicolam tecti cepere uolentem
Fumoſi poſtes:& ritu pauperis æui
Ante focos menſæ:lætus nec ſenſerat hoſpes
Aduoniſſe deum:ſed enim de more parentum
Grato curſabat ſtudio.inſtabatque ſenectæ
Donec opes feſtas puris nunc corna caniſtris
Compoſuit nunc irriguis citus extulit hortis
Rorantes humore dapes:tum lacte fauiſq;
Diſtinxit dulcis epulas:nulloque cruore
Polluta caſtus menſa cerealia dona
Attulit:ac primum ueſtæ deterſit honorem
Vndique:& in mediã iecit labamina flammã
Deeſſe tuos latices hac ſedulitate ſenili
Captus bacche uetas:ſubito mirabile dictu
Fagina pampineo ſpumarunt pocula ſucco.
Pauperis hoſpitii præcium uiliſq; rubenti

ab hoc ſinu incipiunt uitiferi colles:& temulentia nobilis ſucco per omnis terras inclyto:atque ut ueteres dixere ſummum liberi patris cum uenere certamen. Colono.qui inde habuit triticum & uinum. Ramis frugiferis.arbuſtis.Hãnibal incendit omnis agros præter agꝝ Fabii cui pepercit ut eum traheret in inuidiam romanorum:& ut eum eliceret ad pugnam uolentem hanc maculam delere:quod minime aſſequutus eſt. Haud fas bacche.fingit poeta bacchum euntem in hiſpaniam ꝑduxiſſe falernum uinum & nomẽ accepiſſe a falerno ſene qui bacchum magna ſedulitate hoſpitio exceperat.
Sacri laticis.uini falerni. Nectare.optimo uino.prælum eſt torcular quo uinum premitur. Maſſica.maſſici campi ſunt in campania. In æuo meliore.ætate argẽtea.Pli.ait falernus ager a ponte campano incipit.fauſtianus autem circiter quatuor miliaria a uico prope ſinueſſam:nec ulli uino maior autoritas.tria eius genera:auſterum:dulce:tenue:quidam ita diſtinguunt.ſummis collibus gauranum gigni:mediis fauſtianum.imis falernũ.
Enſibus ignotis.quoniam tunc non erat uſus armorum. Nondum uua.cum nondum eſſet uua & cum nõdum uiridis pampinus texebat umbras in aruo.ideſt cum nondum eſſent uites. Succis lyei.uino.Vir.poculaque inuentis acheloia miſcuit uuis. Pura.non admixto uino. Defendere.repellere. Ad littora calpes.ad fretum herculeum & mare gaditanum. Extremũ diẽ.ultimum quo illud nectar produci debebat. Dexter.fœlix. Nec pigitum.non piguit bacchum ſubire domũ falerni. Ritu pauperis æui.ut eo tempore conſueuerãt.
De more parentum:ſecundum conſuetudinem antiquorum & hoſpitalitatem qua plurimum illa antiquitas gaudebat. Inſtabat ſenectæ.pugnabat cum ætate:& adeo ſedulus erat circa hoſpitem ut iuuenis pene uideretur. Rorantes dapes.hortenſes herbas rore perfuſas. Nullo cruore.quia non apponebãt carnes:primus qui interemit animal fuit hyperbius martis filius.bouẽ prometheus. Cerealia dona.triticea:& pultem:qua romani diu uixerunt:ut ſcribit pli. Honorem ueſtæ.ignẽ ueſtæ dicatum. Deterſit.amouit diſſipauit ut poſſet iacere ĩ medium liba:& maſſam triticeam ſiue hordeaceã admixtis.melle:lacte:& herbis.populus romanus farre tantum & frumento.ccc.annis uſus eſt:& pulte:nõ pane:longo tempore uixiſſe romanos manifeſtum eſt:quoniã inde pulmentaria tempore Plinii dicebanᷣ:& ennius antiquiſſimus uates obſidionis famẽ deſcribens offam ereptam fuiſſe plorantibus infantibus commemorat. Libamina.offam ex rebus ſupradictis compoſitam ſiue placentam. Captus.delectatus diligentia ſenis & hoſpitalitate. Fagina.ex fago arbore facta non enim habebant tunc æra corinthia:immo luxurioſorum furores nõ uaſa anaglipta & cætera id genus quæ mores perdiderunt.
Tuos latices.uinum a baccho repertum. Vilis mulctra.uile uas ex ligno mulctra dicitur uas quo lac mulgetur.Vir.bis uenit ad mulctram binos alit ubere fœtus.
Vuis.quas expreſſit in craterẽ factum ex quercu cauata.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Mœro rubenti.falerno uino:quoniam falernum dictum eſt quaſi flauernum autore Varrone: En cape.uerba bacchi ad falernũ ſenẽ hoſpitẽq; ſuũ. Falerni uiticolæ:tui q es agricola & iã poteris excolere uites. Haud ultra latuit deus:ſuũ numẽ oſtẽdit:& deus apparuit. Nitẽtẽ.quoniã bacchus erat formoſus & hẽbat comas demiſſas.Mar.ſic deniq; nõ ſint Tã lõge bromio q̃ tibi phœbe comæ.corymbus eſt fructus hederæ q̃ bacchi frons redimiſ.cãtarus erat poculũ bacchi.Scyphus Herculis autore Macrobio:Thyrſus eſt haſta bacchi pãpinis obuoluta.habẽs etiã alligatã iſtitã.unde Papi.in thebaide dicit pallẽtes hederæ nyſeaq; ſerta coronãt.Cãdida pãpineo ſubnectiſ iſtita pilo. Nyſeo palmite.uitigineo & bacchico a nyſa urbe baccho ſacra:a q̃ ipſe Dionyſius dictus. Nec facilis certaſſe.i.nõ ualẽs certare cum ſapore uini. Læto.quoniã uinũ generat lætitiã. Quaſſatus tpa.quoniam aſcẽdẽs uapor uini ad caput iducit ebrietatẽ. Vix ĩtellectis.quoniã factus iã ebrius nõ poterat uerba exprimere.

Sõnus.eſt comes bacchi qa nimio potu generaſ ſõnus ꝑpter uaporẽ uini ebetãtẽ cerebꝝ:& iõ ebrii ꝑfũde dormiũt. Luctãtia.repugnãtia ſõno. Vngula phaetõtia.i.currus ſolaris & æqui phœbei.i.illuceſcẽte die. Primo phœbo.matutino ſole. Maſſicus.mons. It.ſerpit ipa uitis quæ mõtẽ illũ ornabat. Diues timolus.mons lydiæ uini ferax de quo ſupra dictũ eſt.Methymna ẽ urbs leſbi abũdãs uini copia.Vir.q̃ methymneo carpit de palmite leſbos:& Oui.Gargara quot ſegetes quot hẽt methymna racemos.Pli.ait leſbiũ ſpõte ſua mare ſapit.Nec tmolio p ſe gr̃a ut uino ſed cuius dulci admixto reliquorũ duritia ſuauitatẽ accipiat ſimul & ætatẽ:quoniã uetuſtiora ꝑtinus uidenſ. Diues.ꝑpter uinũ & crocũ unde Vir.croceos ut tmolus odores:Aruiſiũ eſt uinũ chiũ.

Ambroſiis.dulcibus & p̃cioſis. Hæc tũ uaſta dabat. Hãnibal ex arpis in ſãniũ trãſiit beneuẽtanũq; depopulatus eſt agꝝ.Theleſia expugnata Fabiũ ad pugnã trahere nõ potuit.Inde cãpanoꝝ uaſtatis agris ad uulturnum caſtra ponit dimiſſo ad p̃dãdũ falernũ agꝝ.Maharbale:ſed dictator p iuga maſſici mõtis ducebat exercitũ. Dabat uaſta.deuaſtabat & populabaſ. Improba uota caſtris auſoniis.Fabius nõ Hãnibalẽ magis ĩfeſtũ rã ſanis cõſiliis hẽbat q̃ minutiũ magr̃m eqtũ q nil aliud q̃ ꝙ nõ iperabat more ad rẽ.pu.p̃cipitandã hẽbat:ferox rapiduſq; ĩ cõſiliis ac ligua ĩmodicus.primo ĩter paucos deĩde ꝑpalã in uulgus ꝑ cũctatore ſegnẽ ꝑ cauto timidũ affingens uicina uirtutibus uitia cõpellabat. Proni.deorſũ currẽtes.

Mõte.maſſico in cuius iugis Fabius caſtra poſuerat.

Da famæ da muſa uiꝝ.repetit uotũ poeta Fabii prudẽtiã magnitudinẽ aĩ & conſtantiã narraturus quẽ laudat: quoniã bina caſtra uicerat ſua.ſ.& hoſtilia:da inqt o muſa fãmã & nomẽ Fabio p totũ orbẽ. Geminos furores. Hãnibalis & romanoꝝ militũ:q pugnã ardebãt. Feruida ſi nobis.uerba Fabii ad milites pugnã affectãtes:qbus eos hortaſ ut pugna abſtineãt arguẽs ab utili & cõfutans militũ libidinẽ ait.Si p̃res & ſenatores putaſſent me feruidũ & ruentẽ in prælia ꝑfecto nõ dixiſſent me dictatorẽ:neq; mandaſſent mihi bellũ iã deploratũ & de quo iã deſperauerãt ut oſtẽdat illos iniuſſu ſenatoꝝ & contra cõe cõmodũ pugnã affectare :& ſe nõ differre pugnã:qa timeat:ſed quoniã tp̃s ita poſcebat:& ĩ rẽ erat cũctari. Abruptũ.p̃ceps ad pugnã. Martis deplorati.deſpate iã pugnæ & uictoriæ.Inde dicimus corpora deplorata.i.mortua. Habenas.regimẽ periculoſiſſimi belli. Pẽſata.diligẽter cõſiderata. Inuitos.uos q optãdo pugnã ruitis ad mortẽ:& urgetis ultima fata:& ſic arguit ſuos temeritatis. Nulli e uobis.captat beniuolẽtiã a militibus dicẽs ſe nunq̃ paſſuꝝ ut aliqs cadat in pugna ſe autore. Si lucis. ſi tedet uos uitæ reuocetis ab ĩferis flaminiũ q ſe & ſuos detrahit in cladẽ & taxat ĩprudẽtiã militum q optabãt id a quo uel maxime cauere debuiſſent calamitate præterita edocti. Supremis.ultimis ex romanis.i.ſi uultis penitus delere nomen romanũ.Sic Horatius in ſermoni

Fluxit mulctra mœro & q̃rcuĩ cratera cauata
Dulcis odoratis humor ſudauit ab uuis:
En cape baccus ait nondũ tibi nota:ſed oli
Viticolæ nomen peruulgatura falerni
Munera:& haud ultra latuit deus:ĩde nitentẽ
Lumine purpureo frõtem cinxere corymbi.
Et fuſæ p colla comæ:dextraque pependit.
Cantharus:ac uitis thyrſo delapſa uirenti
Feſtas niſeo redimiuit palmite menſas.
Nec facilis lœto certaſſe falerne ſapori
Poſtquam iterata tibi ſũt pocula:iã pede riſũ,
Iam lingua titubante moues patrioque lyeo
Tempora quaſſatus grates & præmia digna
Vix intellectis conaris reddere uerbis
Donec cõpoſuit luctantia lumina ſõnus (mo
Sõnus bacche tibi comes additus:hic ubi pri
Vngula diſperſit rores phaetontia phœbo.
Viniferis late florebat maſſicus aruis
Miratus nemora & rorantis ſole racemos
It montis decus atque ex illo tempore diues
Tmolus: & ambroſiis aruiſia pocula ſuccis.
Ac metymna ferax latiis ceſſere phalernis.
Hæc tum uaſta dabat:terriſq; infeſtus agebat
Annibal:& ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes:
Ludificãte ducem fabio:iamq; ĩproba caſtris
Auſoniis uota & pugnandi praua libido
Gliſcebat.proni decurrere monte parabant.
Da famæ da muſa uirum cui uincere bina
Conceſſũ caſtra:& gemĩos domitare furores.
Feruida ſi nobis corda abruptũque putaſſent
Ingenium patres:& ſi clamoribus inquit
Turbari facilem mentem non ultima rerum:
Et deplorati mandaſſent martis habenas:
Stat penſata diu belli ſententia:uincam
Seruare inuitos:urgentiſq; ultima fata.
Nulli per fabium e uobis cecidiſſe licebit:
Si lucis piget:& ſupremis eſſe cupido eſt
Nominis auſonii:tedetque in tempore tali



Nullum clade noua claræque fragore ruinæ
Inſignem feciſſe locum:reuocandus ab atris
Flaminius uobis eſt ſedibus:ille ruendi
Iã dudũ properãs ſignũ auſpiciũq; dediſſet:
An nondum præceps uicinaque fata uidetis:
Vna ut debellet: ſatis eſt uictoria pœno.
State uiri:& ſentite ducem:cũ optabile tẽpus
Depoſcet dextras:tunc iſta ferocia dicta
Frequentur factis:non eſt mihi credite: nõ eſt
Arduus in pugnas ferri labor:una recluſis
Omnes iam portis in cãpum effuderit hora.
Magnũ illud ſoliſque datũ quos mitis eũtes
Iuppiter aſpexit:magnũ eſt ex hoſte reuerti.
Fortunæ libys incumbit:flatuque ſecundo
Figit agẽs puppim dũ deſinat aura: ſinuſque
Deſtituat tumidos ſubducto flamine uentus:
In rem cunctari fuerit:non ulla perenni
Amplexu fortuna fouet:iam copia quanto
Arctior eſt nullo tyriis certamine:quantum
Detritum eſt famæ:quin inter cætera noſtra
Haud laude abfuerit:mõ q ſed parcere dictis.
Sic melius.iam uos acies & prœlia & hoſtem
Poſcitis:o maneat ſuperi fiducia talis.
Interea excluſa maioris ſorte pericli
Me ſolum quæſo toti me opponite bello:
His dictis fractus furor:& rabida arma qerũt
Vt cũ turbatis placidum caput extulit undis
Neptũnus:totumque uidet: totoque uidetur
Regnator ponto:ſeui fera murmura uenti
Dimittunt: nullaſque mouẽt in frõtibus alas:
Tum ſenſi infuſa tranquilla per æquora pace
Languentes tacito lucent in littore fluctus.
Senſit cura ſagax pœni.fraudiſq; ueneno
Aggrediſ mẽtes.pauca atque hæc ruris auiti
Iugera:nec multis fabius uertebat aratris.
Maſſicus uuiferis addebat noĩa glebis
Hinc peſtẽ placidã moliri.& ſpargere cauſas
In caſtra ambiguas:ferro flãmiſq; pepercit
Suſpectãque loco pacẽ dedit arte maligna:
Ceu clandeſtino traheretur fœdere bellum.
Intellectus erat fabio: tyrioſque uidebat
Dictator ſeuire dolos. at non uacat ægre
Inuidiã gladios inter lituoſque timere:
Et dubia morſus famæ depellere pugna.
Donec reptantem & nequicq̃ ſæpe trahendo
Huc illuc caſtra & ſcrutantẽ prœlia pœnum

bus.atq licet eẽ beatis:& mihi licet eẽ deſerto dicimus. Quibus non liceat eẽ ingratis inqt Ci.in officiis.Fragore ruinæ:ſtrepitu & calamitate magna fragor a frãgẽdo dicitur:& ꝑprie i aliq̃ ruia diciſ. Inſignẽ.notabilẽ & mẽorabilẽ aliq̃ calamitate.Ruẽdi:cadẽdi i prælio magna ruia.

Properãs:feſtinãs ad præliũ ſine cõſultatiõe:& electione ut bonũ imperatorẽ decet qui debet eſſe prudentiſſimus.Auſpiciũ:pricipiũ. Præceps.i.præcipitiũ & ruinã quæ nobis ĩminet. Vicina fata: ꝑximũ exitiũ noſtrũ.

Vt debellet:ut expugnet pẽitus una uictoria ĩquit ſatis ẽ annibali ut ſit domĩus urbis & italiæ & locus ẽ ab utili.

Optabile:aptũ pugnæ. Nõ ẽ mihi credite:ad illud miutii reſpõdet q fabium ſegnẽ & cũctatorẽ ꝑ dictatore appellabat. Arduus: difficilis.ĩmo libẽter arma ĩduo ſed nũc e repu.ẽ cũctari.Magnũ illud:cõſutatio ẽ.potuiſſet dici dedecus eſt ſedere ac numerare milites ne aliquis ĩterficiatur.ĩmo ait fabius hoc magnũ ẽ & paucis a ioue conceſſũ poſſe.ſ.ab hoſte reuerti. Fortunæ libys incũbit:ab utili ſuadet:ꝑponẽs difficultatẽ ĩ prælio cũ faueat hannibali fortuna & illius humeris uehatur.Libys:hãnibal incumbit humeris fortunæ. Agẽs puppi.metaphorice loquitur. Figit:firmat nauim ipſius hannibalis & agit ut uult.Dũ deſinat aura.Expectemus ĩquit mutationem fortunæ & tũc pugnabimus quoniam fortuna nil fouet perpetuo amplexu ſed mutabilis eſt. Sinus tumidos: uela inflata uento ferenti.loquitur per tranſlationẽ naturaꝝ qui proſpera nauigatione utuntur. Deſtituat:derelinquat. Subducto:amoto uento. In rẽ fuerit:proderit differre pugnam. Arctior copia:quam fuerit prius. Detritũ:ablatũ. Inter cætera.i.alia quæ geſſimus non deerit hoc a laude noſtra:& hoc inquit noſtris titulis aſcribetur. Modo qui:laudi mihi dabitur fregiſſe hannibalem nullo certamine qui paulo ante omia uexabat.obuios quoſq; fũdebat.& cui nẽo poterat obſiſteř.ſed utiſ fabius reticẽtia ut deuitet arrogãtiã.Sic Vir.ĩ qnto.Quãq̃.o.ſed ſupent qbus hoc neptũe d̃diſti. Sed par.dictis.i.uitare arrogãtiã & taceř melius ẽ.Interea.dũ fortũa fauet pœno. Excluſa:r̃mota fortũa & piculo tali cũctatiõe. Me ſolũ:q̃ſi dicat ſinite me ſolũ regeř & cũctãdo frãgeř ãnibalẽ iuuẽiliter exultãtẽ. Vt cũ turbatis fabiũ cõponẽtẽ furořs militũ grauiſſia ořone cõpat neptũo mitigãti uẽtoꝝ iras.In frõtibꝫ:quoniã alæ uẽtoꝝ ſũt circa tẽpora & frõtẽ. Lãguẽtes:remiſſi. Sẽſit cura ſagax pœni:cũ a pfugis ãnibali mõſtratus ager dictatoris eẽt oĩbꝫ uillis circa ſolo æq̃tis fabii agello pepcit ut occulti alicuius pacti ea merces uid̃ri poſſet. Sagax :aſtuta cura ãnibalis. Mẽtes.ſ.romãorũ.in quorũ odiũ atq; ĩuidiã adduceř fabiũ uolebat. Auiti:maioꝝ ipius fabii. Maſſicus addebat nomia:nã dicebaſ ager maſſicus a maſſico mõte. Glebis uuiferis:uio fertilibꝫ. Moliri moliebaſ pabat. Placidã peſtẽ:fraudẽ q̃ fabio ĩuidiã faceret. Loco:agris fabii intactis ab hoſte. Clãdeſtio:occulto pacto ĩter fabiũ & ãnibalẽ.qđ fabius cũ eẽt prudẽtiſſius optie ĩtellexit. At nõ uacat:nõ placet fabio. Egr̃:grauit et moleſte timeř ĩuidiã ĩter arma:q̃ſi di.nõ egr̃ ferebat id qđ ãnibal moliebaſ fretus uirtute ſua & cõſciẽtia. Morſus famæ:ĩfamiã quã illi apđ romãos ãnibal faciebat parcẽdo agris.Dubia ĩcerto euẽtu pugnæ:& iõ cõi utilitati ĩtẽtus malos p ſe rumores nõ curabat.Vnde d̃ ipo ſcripſit ennius.Nõ ponebaſ.n.rũores ante ſalutẽ.Dõec reptãtẽ clauſo ĩ falernis hãnibal dictator modicis p̃ſidis occupat gallicanũ & caſilinũ occupãdi fauces uerſus tarracinã miucio



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

dat curam.ipſe in uia poſuit caſtra qua pœnus egreſſurus erat. Vbi cum ui exitum tētaret hoſtis:reſtitit romana acies:quare eum non fefellit ſuis ſe artibus peti:ita ꝑ coactus eſt:terribile quoddam comminiſci. conſilia maturare propinqua hyems cogebat deficiēte commeatu:quem romanis abunde capua & ſamnium ſuppeditabant. Scrutantem.inquirentem pugnam Fabius incluſit. Sparſa turma.equitibus poſitis ad cuſtodiam locoꝝ & uias ne hoſtis exire poſſet. Ad diuortia.uias. Hinc leſtrigoniæ.formianæ.leſtrigones tenuerunt formias oppidum campaniæ:unde dicit Plinius deſcribēs oppida quæ ſunt in ſinu campano.oppidum formiæ antiqua leſtrigonū ſedes. Linterna palus.de linterno dictum eſt ſupra: clauſus erat Hannibal cum obſtarent a tergo montes formiani & caietani & ab alia parte linterna palus:& cum omnium rerum inopia laboraret in terra hoſtili:tenebatur etiā hyeme quæ iam appetebat. Squalida.inculta propter aquas illic ſtagnantes. Exactura pœnas.acceptura ſupplicium ex hoſte ob euerſam ſagunthū quā obſidione preſſam deleuerunt. At nō ſidonium.nox erat inquit & omnia quieſcebant:ſed Hannibal præ dolore quietem capere non poterat.

Dona noctis.ſomnum quem nox affert. Fratris.magonis. Belligeri ritus.militiæ.nam ipſe quoque delitias aſpernabatur:& iacebat ſuper corium bibulum. Triſtia.dolorem quem habebat:quoniā erat clauſus exercitus. Dira.horrenda. Telum baleare.funda cuius fuerat maximus uſus apud baleares inſulas. Pepulere.expulerunt ſomnum magonis ueſtigia hannibalis. Heus inquit.uerba magonis ad hannibalem. Conſtiterat.e ſtrato ſurrexerat. Ad munera caſtrorum:ad officia & exercitationes caſtrēſes. Incuſſa planta.admoto pede:quo dormientes excitabat. Fabius me noctibus.Verba hannibalis ad fratrem quibus dolet uicem ſuam.oppoſitum ſcilicet eſſe fortunæ ſuæ Fabium cunctatorem & in re militari prudentiſſimum:& eſt magna laus Fabii ex ore hoſtis. Fabius.fabius ex ſtomacho loquitur excandeſcens ꝙ Fabius iam ſenio confectus eum opprimat:& obſtet ſuis uictoriis:fatiſque currentibus.

Meis fatis.quæ impedit curſum meæ fortunæ.

In orbe.in circuitu. Verum age.aperit mentem ſuam Hannibal. Res arctæ.ideſt quoniam in tanta rerum difficultate conſtituti ſumus. Porro.certe.

Innectere ramos.ludibrium oculorum inquit Liuius ſpecie terribile ad fruſtrandum hoſtes commentus eſt:principio noctis furtim ſuccedere ad montes ſtatuit:fallacis conſilii talis apparatus fuit faces undique ex agris collectæ faſceſq; uirgarum atq; arida ſarmenta præligantur cornibus boum quos domitos indomitoſque multos inter cæteram agreſtem prædam agebat: aſdrubalique negocium datum ut primis tenebris noctis:id armentum accenſis cornibus ad montes ageret. Edicam.mandabo. Maniplos.faſciculos ſarmentorum. Laxabit.aperiet uiam anguſtam qua nobis eundum eſt ſi uolumus euadere.

Iniquas excubias:uigilias nobis aduerſas. Maiora.grauiora pericula propter noctem.

Q ua nemoroſa iuga & ſcopuloſi uertice colles
Exurgunt:clauſit ſparſa ad diuortia turma.
Hinc leſtrigoniæ ſaxoſo monte premebant
A tergo rupes:undoſis ſqualida terris
Hinc linterna palus.nec ferri aut militis uſum
Poſcebat regio:ſeptos ſed fraude locorum
Arcta fames pœnas miſeræ exactura ſagunthi
Vrgebat:finiſque aderat carthaginis armis.
Cuncta per & terras & lati ſtagna profundi
Condiderat ſomnus:poſitoque labore dierum
Pacem nocte datā mortalibus orbis agebat.
At non ſidonium curis flagrantia corda
Ductorem uigileſque metus haurire ſinebant
Dona ſoporiferæ noctis:iā membra cubili
Erigit.& fului circūdat pelle leonis.
Q ua ſuper inſtratos proiectus gramine campi
Preſſerat ante toros tūc ad tentoria fratris.
Fert greſſus uicina citos:nec degener ille
Belligeri ritus taurino membra iacebat
Effulctus tergo:& mulcebat triſtia ſomno.
Haud procul haſta uiri terræ defixa propiquæ.
Et dira e ſumma pēdebat cuſpide caſſis.
Et clypeus circa loricaque & enſis & arcus:
Et telum baleare ſimul tellure quieſcunt.
Iuxta lecta manus iuuenes in marte probati.
Et ſonipes ſtrato carpebat gramina dorſo.
Vt pepulere leuē intrantis ueſtigia ſomnum
Heus inquit:pariterque manus ad tela ferebat:
Q uæ te cura uigil feſſum germane fatigat.
Ac iam conſtiterat:ſocioſque in ceſpite fuſos.
Incuſſa reuocat caſtrorum ad munera planta.
Tum libyæ ductor.fabius me noctibus ægris
In curas fabius nos excitat:illa ſenectus
Heu fatiſque ſola meis currentibus obſtat.
Cernis ut armata circunfundare corona.
Et uallet clauſos collectus miles in orbe.
Verū age nūc quoniā res arctæ nūc ꝑcipe porro
Q uæ meditata mihi.latos correpta ꝑ agros
Armenta aſſueto belli de more ſequuntur.
Cornibus arentes edicam innectere ramos.
Sarmētique leues fronti religare maniplos.
Admotus cum ferue rem diſperſerit ignis:
Vt paſſim exultent ſtimulante dolore iuuenci:
Et uaga per collis ceruice incendia iactent.
Tum terrore nouo trepidus laxabit iniquas.
Cuſtos excubias:maioraque nocte timebit.



Si cordi conſulta moras extrema recurſant:
Accingamur ait.gemino tētoria greſſu
Inde petūt:ingens clypeo ceruice repoſta
Inter equos interque uiros interque iacebat
Capta manu ſpolia & rorantia cede maraxes:
Ac dirum in ſomno ceu bello capeſſeret amens
Clamorem tum forte dabat:dextraque tremente
Arma toro:& notum quærebat feruidus enſem.
Huic mago inuerſa quatiens ut diſpulit haſta
Bellantē ſomnum:tenebris fortiſſime ductor
Iras compeſce.atque in lucē prœlia differ.
Ad fraudē occultāque fugam tutoſque receptus
Nunc nocte utendum ē arentis nectere frondes
Cornibus & latis accēſa imittere ſiluis
Armenta:oppoſiti referent quo clauſtra manipli
Germāus parat:atque obſeſſa euellere caſtra.
Emergamus:& hic fabio perſuadeat aſtus
Non certare dolis nihil hic cunctāte: ſed acris
Incepti læto iuuene.ad tentoria acherræ
Feſtinant qui parca qes:minimū ſoporis.
Nec notū ſomno noctes æquare:feroci
Peruigil inſeruibat equo:feſſūque leuabat
Tractando:& frenis ora exagitata fouebat:
At ſocii renouant tela:arentemque cruorem
Ferro detergunt:& dant mucronibus iras.
Q uid fortuna loci poſcat:quod tempus:& ipſi
Q uæ nam agitent:pandunt:& ceptis ire miniſtrum
Haud ſegnem hortantur diſcurrit teſſera caſtris.
Intentique docent. quæ ſint properanda monentque
Q uiſque ſuos:inſtant trepidi: ſtimulantq; ruentes.
Nauus abire timor dum cæca ſilentia.dumque
Maiores umbræ.rapida iā ſubdita peſte
Virgulta atque altis ſurgunt e cornibus ignes.
Hic uero ut gliſcēte malo & quaſſantibus ægra
Armentis capita adiutæ pingueſcere flammæ
Cepere:& uincens fumos erumpere uertex
Per colles dumoſque lues agit atra per altos
Saxoſi ſcopulos mōtis lymphata feruntur:
Corpora anhela boū atque obſeſſis naribus igni
Luctantur fruſtra rabidi mugire iuuēci.
Per iuga per ualles errat uulcania peſtis
Nuſquam ſtante malo:uicinaque littora fulgēt:
Q uam multa affixus cœlo ſub nocte ſerena
Fluctibus e mediis ſulcator nauita ponti
Aſtra uidet.q̄ multa uidet feruoribus atris
Cum calabros urunt ad pinguia pabula ſaltus.

Si cordi.ſcilicet eſt ideſt ſi placet conſilium.

Extrema conſulta.ultima conſilia & poſtrema neceſſitas non patitur moram. Ad tentoria.ipſius maraxis:qui erat dux in exercitu hannibalis. Vt diſpulit.poſtq̄ dimouit ſomnum in quo ille agitabat ſimulachra pugnæ.

Tenebris fortiſſime ductor.uerba magonis ad maraxem. Tenebris.in nocte. Manipli.milites diſpoſiti a Fabio ad cuſtodiam uiaꝝ.

Euellere.liberare cum ſint obſeſſa. Hic aſtus.quo nunc utētur perſuadeat Fabium ſe nō poſſe certare nobiſcum dolis. Acris.aſtuti cōſilii hānibalis. Iuuene.maraxe. Achere.qui erat alter dux hannibalis. Minimum ſoporis.parum quippe dormiebat:ut decebat ſolertem ducem.ideo dixit ſupra.Vigili ſtant bella magiſtro. Equare noctes.ideſt nō erat ei notum dormire per totam noctem. Inſeruibat.inſeruiebat & demulcebat ipſum equum manu:& ipſius ora exagitata refouebat.ideſt fracta propter frenum. Leuabat.fouebat mulcebat, Fouebat.curabat aquis aut uino:ut moris eſt:aut aqua mellita. Dāt iras.exacuunt ut magis ledant hoſtes. Teſſera.eſt ſignum:& imperium ducis quo militibus præcipitur ut arma capiant:aut ut mutēt caſtra.Quod ducis imperium qui nūciabant militibus theſſerarii dicebantur. Plinius ait. Signi dationem. Teſſeras.Vigilias inuenit palamedes in bello troiano. Timor nauus.ideſt qui facit homines īduſtrios ſollertes.Nauus dicitur ſtrenuus:& diligens inde nauare operam.ideſt ſtrenue facere.nauo autem ignauus opponitur & timor abire cogit.Virgi.pedibus timor addidit alas. Rapida peſte.igni omnia raptim conſumenti. Egra capita.primis tenebris ſilentio mota ſunt hoſtium caſtra boues aliquanto ante ſigna acti:ubi ad radices montium.uiaſque anguſtas uentum eſt ſignum extemplo datur ut accenſis cornibus armenta in aduerſos concitentur montes:& metus ipſe relucentis flammæ ex capite calorque:iam ad uiuum:ad imaque cornuum aduenıēs uelut ſtimulatos furore agebat boues. id ait Syllius lymphata corpora. Lues atra.incendium. Adiutæ flammæ.nam concitatio bouum:capitumque quaſſatio flammam excitabat:& hominum paſſim diſcurrētium ſpeciem præbebat. Anhela.curſu defatigata. Luctantur.conantur mugire:& non poterant propter ignem. Quam multa affixus.hos ignes paſſim lucentes comparat ſtellis & incendiis agrorum quibus terræ pingueſcunt garganus eſt mons apuliæ. Ad pinguia.quoniam incendio fit ſolum pinguius:quod Vir.in georgicis cecinit.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Hac facie.tali apparētia ignium. Sorti.per ſortē.i.illi qui cuſtodiebāt & excubabāt uiſo incendio timuerunt. Credere.credebāt. Accēſo ſulphure.nā cū mōtes ſunt cōcaui.& habēt ſulphur illic accēdit ignis naturaliter: ut eſt in ethna ſicula uētis.ſ.itus iclūſis flātibus:& flāte auſtro ꝓpter humiditates egredit fumus:flāte aūt aqlone pura flāma:cum ſit frigidus & ſiccus:huius rei diligētiſſimus obſeruator fuit eolus:& iō deus uētoꝝ fingit a poetis.iperāte Tito Veſbius mons cāpaniæ hoc mō arſit:qd īcendiū Pli.q id tp̄is claſſi apud miſenū præerat ſpectatū profectus eſt:& ad uillā pōponiani æſtu ſuffocatus.& aq̄ balneaꝝ calida eſt:quoniā trāſit per uenas ſulphureas.Iō dicit poeta illos dubitaſſe:unde hūerit originē illi ignes.

Egeſtas.emiſſas.egerere eſt euacuare & extra gerere.

Infœlix.dānata incēdiis. Iāq; abeūt.q ad trāſitus cuſtodiēdos locati erāt:ubi in ſummis mōtibus ac ſupra ſe quoſdā ignes cōſpexerūt circūuētos ſe eſſe rati ꝑſidio exceſſere:q̄ ingēs emicabat flāma uelut tutiſſimū iter petētes ſūma mōtiū iuga fugerūt. Abeūt.diſcedūt ipſi cuſtodes locoꝝ romani diſpoſiti a Fabio. Fauceſq; uiæ. Hānibal traducto ꝑ ſaltū agmine:& qbuſdā in ipſo ſaltu hoſtiū opp̄ſſis in agro aliſano caſtra poſuit:hūc tumultū ſenſit Fabius cæteꝝ & iſidias eſſe ratus a nocturno utiq; abhorrēs certamine ſuos munimēto tenuit:luce prima ſub iugo mōtis p̄liū fuit:Fabius mouit caſtra trāſgreſſuſq; ſaltum ſup aliſas loco alto ac munito cōſedit:Hānibal Romā petere ſe ſimulās uſq; i pelignos populabūdus rediit:Fabius mediis ītra hoſtiū agmē urbēq; Romā iugis ducebat exercitū:nec abſiſtēs nec cōgrediēs ſacroꝝ cauſa Romā reuocatus:ſed īperio mō:ſed cōſilio etiā ac ꝓpe p̄cibus egit cū minutio magr̄o eqtum ut bello abſtineret.

Agros.aliſanos.ſ.ab oppido. Huc uſq;.ad hoc īquit ꝑuenerat Fabius ſua prudētia ut hānibali tot uictoriis elato ſatis eēt iā fugere romanos quos prius temeritate ducū tā facile ꝓfligabat & iſectabat. Pulſi.Hānibalis. Iuuenē.minutiū magr̄m eqtū q abſente dictatore reꝝ habebat habenas. Mos.cōſuetudo & p̄rius ritus. Si factis nōdū minuti.uerba Fabii ad minutiū qbus eū monet ſuadēs ab utili ut bello abſiſtat:dicēs nō paꝝ eſſe romanos iā uici deſiiſſe ab hoſte totiens uictore & ab aſſiduis cladibus reſpirare.ſenſus eſt.Si nōdū es edoctus laudare cūctationē meā:nec mea uerba ualuerunt ducere te ad uerā laudē & a prauitate abducere:& ſi mihi nō credis opibus crede meis & me abſente pugna abſtineas. Alæ.acies nr̄æ.nā ego ſolus clauſi. Teſtor te.uoco te huius rei teſtē. Libare dapes.ſacrificare. Solēnia.i.ſacra.ſolēnia aūt ſacra dicunt quæ certis tp̄ibus annuiſq; fieri ſolēt. Interea.dū ego abero. Aegris rebus.afflicto romano iperio. Eſt ſalus nil mouiſſe.i.nō cōſerere manus cū hoſte tali:& locus ē ab utili habēs in ſe cōfutationē. Creditur.cōmittitur tuo iperio. Gloria.reddere mihi milites ītactos.& hæc pars etiā hēt cōfutationē. Iā cernes libycū.tanq̄ uates Fabius ꝑdicit futura minutio cū eēt prudētiſſimus ut ille magis cauere poſſet quod minime fecit.

Leonē.ip̄m hānibalē. Adeo.certe. Reſpectātē.reſpiciētē ut in īſequētes īpetū facere poſſit. Coquētem.miſcētē & meditātē. Orāti.mihi.ueto te tanq̄ dictator cape arma. Pio.ſacroſancto:quoniā nō erat ꝓuocatio a dicto dictatoris & oēs magr̄atus ceſſabāt tp̄e dictaturæ ꝑter tribunitiā poteſtatē:& nō licebat ultra ſex mēſes ꝓferre dictaturā:ſed hāc diſciplinā Sylla & Cæſar frāgētes ꝑpetui dictatores eē uoluerūt. Vallarat.munierat uerbis & prudētia. Ecce aūt flatu.claſſis punica uenit ad littus caietæ i ſubſidiū hānibalis.Vnde poeta fabulat nymphas tyrrhēi maris illa claſſe territas adiuiſſe ꝓtheū q tūc

Vertice gargani reſidēs incendia paſtor.
Hac facie ſubita uolitantū in mōtibus altis
Flāmarum:qs tūc cecidit cuſtodia ſorti
Horrere:atque ipſos nullo ſpargēte uagari
Credere:& īdomitos paſci ſub collibus ignes.
Cœlo ne exciderint:& magna fulmina dextra
Torſerit omnipotens:an cæcis rupta cauernis
Fuderit egeſtas accēſo ſulfure flammas
Infœlix tellus media in formidine quærunt.
Iāque abeūt:fauceſq; uiæ citus occupat armis
Pœnus:& in patulos exultās emicat agros.
Huc tamē uſque uigil proceſſerat arte regēdi
Dictator trebiā & thuſci poſt ſtagna ꝓfundi
Eſſet ut hannibali fabium romanaque tela
Euaſiſſe ſatis:quin & ueſtigia pulſi:
Et greſſus premeret caſtris:ni ſacra uocarēt
Ad patrios ueneranda deos:tū uerſus ad urbē
Alloquitur iuuenē:cui mos tranſmittere ſigna
Et belli ſūmā primaſque iubebat habenas
Atq; his præformat dictis:fingitq; monēdo.
Si factis nōdum minuti te cauta probare
Erudiit fortuna meis:nec ducere uerba
Ad uerum decus:ac prauis arcere uelabant:
Vidiſti clauſum hannibalem. nil miles & alæ
Iuuere:aut denſis legio cōnferta maniplis.
Teſtor te ſolus clauſi:nec deinde morabor
Diis ſine me libare dapem & ſolēnia ferre.
Nūc iterū atque iterū uictū uel mōtibus altis
Amnibꝰ aut rapidis mō pugna abſiſtite tradā
Interea crede experto non fallimur:ægris
Nil mouiſſe ſalus rebus ſit gloria multis
Et placeat:quippe egregiū proſternere ferro
Hoſtē:ſed fabio ſit uos ſeruare triūphus.
Plena tibi caſtra atque ītactus uulnere miles
Creditur.hos nobis erit hæc tibi gloria redde.
Iam cernes lybicū huic uallo aſſultare leonē:
Iam prædas offerre tibi:iam uertere terga.
Reſpectātē adeo:atq; iras cū fraude coquētē.
Claude oro caſtra:& cūctas ſpes eripe pugnæ
Hæc monuiſſe ſatis:ſed ſi cōpeſcere corda
Non datur orāti:magno te iure pioque
Dictator capere arma ueto.ſic caſtra reliquēs
Vallarat monitis ac ſe referebat ad urbem.



Ecce autē flatu claſſis phœniſſa ſecundo
Littora caietæ leſtrigonioſque receſſus
Sulcabat roſtris:portuſque intrabat apertos:
Ac totus multo ſpumabat remige pontus:
Cum trepidæ fremitu uitreis e ſedibus antri
Equoreæ pelago ſimul emerſere ſorores:
Ac poſſeſſa uident infeſtis littora portis.
Tum magno percuſſa metu nereia turba
Attonitæ properæ refluunt ad littora nota.
Teleboi medio ſurgunt qua regna profundo.
Pumiceæque procul ſedes immanis in antro
Conditur abrupto protheus:ac ſpumea late
Cautibus obiectis reiectat cærula uates.
Is poſtquā ſat gnarus enī rerumq; metuſq;
Per uarias luſit formas & terruit acri
Serpentis ſquamis horrendaque ſibila torſit:
Aut fremuit toruo mutatus membra leone:
Dicite ait quæ cauſa uiæ:quis ue ora repente
Peruaſit pallor: cur ſcire futura libido:
Ad quæ cymodoce nympharū maxima natu
Italidum.noſti noſtros præſage timores.
Quid tyriæ claſſes ereptaque littora nobis
Portendunt: num migrātur rheteia regna
In libyam ſuperis:aut hos ſarranus habebit
Nauita iam portus: patria num ſede fugatæ
Atlantē & calpen extrēa habitabimus antra:
Tum ſic inuoluens repetita exordia retro
Incipit ambiguus uates:reſeratque futura:
Laomedonteus phrygia cum ſedit in ida
Paſtor:& errantis dumoſa per auia tauros
Arguta reuocans ad roſcida paſcua canna
Audiuit ſacræ lentus certamina formæ.
Tum matris currus niueos agitabat olores
Tempora ſollicitus litis ſeruaſſe cupido
Paruulus ex humero coritus & aureus arcus
Fulgebat:nutuque uetans trepidare parentē
Monſtrabat grauidam telis ſe ferre pharetrā.
Aſt alius niuea comebat fronte capillos
Purpureos:alius ueſtis religabat amictus:
Cum ſic ſuſpirās roſeo uenus ore decoros
Alloquitur natos teſtis certiſſima ueſtræ
Ecce dies pietatis adeſt.quis credere ſaluis
Hoc auſit uobis: de forma atque ore:qd ultra
Iam ſupereſt:rerū certat uenus:omnia paruis
Si mea tela dedi blando medicata ueneno
Si ueſter cælo ac terris qui fœdera ſācit:

apud capreas erat ut cauſam huius nauigationis ſciſcitarentur qui etiam huius belli cauſam euentumq; aperuit.

Phœniſſa.pūica. Caieta ciuitas cāpaniæ ad mare adhuc retinet nomē. Leſtrigonios receſſus.ſinus formianos. quoniam leſtrigones tenuerunt formias oppidum. Infeſtis.inimicis libycis. Ad limina nota.ideſt ad capreas: ubi protheus habitabat ut fingit poeta ad imitationem Virgilii canentis Ariſteum ductum a matre ad protheū qui tunc patriam pallenem in theſſalia reuiſerat. Teleboi regna.caprearum inſula non procul a neapoli ubi regnauit thelebous.Virgi.ait Theleboum capreas cum regna teneret.iſula caprearum tyberii ſeceſſu celebrata eſt. Taphius:& thelebous fratres fuerūt & reges apud theleboas inſulas & taphias:quæ ſunt inter ætoliam & Achaiam:qui non contenti paterno regno inter ſe pugnarunt ea lege:ut uictor regnaret.Taphius uicit:thelebous capreas nauigauit illicque ſedem poſuit:ideo capreas regna theleboi appellat. Pumiceæ ſedes.antra ex pumice. Abrupto.magno & præcipiti. Sat gnarus.ſciens:cui opponitur ignarus. Formas.protheus tranſmutabat ſe in uarias formas.In hoc figmento imitatur poeta Vir.in georgicis & Homerum in odyſſea. Mutatus membra.ideſt cum mutaſſet ſe in leonē:hæc eſt loquutio frequēs apud Syllium ſupra.mutatus tela ſycheus. Dicite ait.uerba prothei ad nymphas. Cymothos.nympha.nam cyma dicitur unda.inde cymothos quoniam maris nymphæ nil aliud ſunt niſi undæ. Noſti noſtros.uerba cymodoces ad protheum.Menelaus apud Homerum li.iiii.odyſſeæ ſic protheum alloquit.Noſti ſenex cur hæc diſſimulas. Migrantur.transferuntur regna ad carthaginenſes Rheteia.romana. Sarranus.punicus.athlas ē in finibus mauritaniæ.calpe aūt in finibus hiſpaniæ de quibus dictum eſt. Extrema.in ultima parte terrarum ad occaſum poſita. Ambiguus.perplexus & ambagibus uera inuoluens. Laomedonteus.narrat protheus iudicium paridis in ida ſylua troiana quod cauſa fuit ruinæ ilii:& bellorum quibus romani ab ænea originem habētes.uexati ſunt urgente iunone. Paſtor.paris qui fuit paſtor in ida troiana.eſt enim alia ida in creta inſula. Errantes.paſcentes. Arguta canna.ſonora fiſtula harundinea & paſtorali. Sacræ.diuinæ. Lentus.ocioſus. Niueos olores.quoniam olores trahebant currum ueneris. Coritus.pharetra & ſagittæ. Eſt alius.ſcilicet cupido:quoniam plures erant. Comebat.ornabat. Roſeo.pulchro. Teſtis certiſſima.uerba ueneris ad cupidines filios quos hortatur ut ſuam pietatem erga matrem oſtēdāt.Inde commemorat omnia quæ illis tribuit ut ſi hoc neglexerint ingrati atque impii eſſe uideantur:& poſſibilitatem oſtēdit dicens illos etiam iouem cogere poſſe.petere quippe debemus poſſibilia:& quæ is præſtare poſſit a quo aliquid contendimus. Quis credere ſaluis.mouet illos ad affectum cum hoc dicit.ne matrem reliquiſſe præter decorum & pietatem uideātur certantem de forma:cum ipſa ſit dea pulchritudinis & gratiæ. Saluis.uiuentibus. Forma.pulchritudine totius corporis. Ore.uultu. Quid ultra iam ſupereſt rerum.ex rei indignitate mouet filios.Indignum quippe erat uenerem formoſiſſimam de forma certare.quaſi dicat.quid mihi ſupereſt ſi uincor in forma. Omnia paruis.beneficia in filios collata uenus affert. Tela.amoris ſcilicet. Blando ueneno.amore. Auus.Iuppiter pater Veneris.

Qui ſancit.firmat.

Stat ſupplex cũ multis auus uictoria noſtra
Cypron idumeas referat de pallade palmas
Et iunone paphos centum mihi fumet ĩ aris.
Dũque hæc alligeris inſtat cytherea: ſonabãt
Omne nemus gradiẽte dea:iã belllica uirgo
Egide depoſita:atque aſſuetum caſſide crinẽ
Inuoluit tum compta tamen :pacẽque ſerenis
Conniſcens oculis ibat:lucoque ferebat
Prædicto ſacræ ueſtigia concita plãtæ
Parte alia intrabat iuſſis ſaturnia ſyluis
Iudicium phrygis:& faſtus paſtoris & idam
Poſt fratris latura toros:poſtrema nitenti
Affulſit uultu ridens uenus:omnia circa:
Et nemora & penitus frõdoſis rupibus antra
Spirantem ſacro traxerunt uertice odorem
Nec iudex ſediſſe ualet:feſſique nitore
Luce cadunt oculi: metuit dubitaſſe uideri:
Sed uictæ feras bella deæ uexere per æquor
Atque exciſa ſuo pariter cum iudice troia eſt:
Tum pius æneas terris iactatus & undis:
Dardanios itala poſuit tellure penates.
Dum cete innabunt ponto:dum ſydera cælo
Lucebunt:dum ſol indo ſe littore tollet:
Hic regna & nullæ regnis per ſæcula metæ.
At uos o natæ currit dum immobile filum:
Tdriaci fugite infauſtas ſaſſonis arenas
Sanguineis tumidus ponto miſcebitur undis
Aufidus:& rubros impellet i æquore fluctus:
Damnatoque deum quõdã per carmĩa cãpo
Etolæ rurſus teucris pugnabitis umbræ.
Punica romuleos quatiẽt mox ſpicula muros
Multa quoq; aſdrubalis fulgebit ſtrage meta
Hinc ille e furto gẽitus patruiq; piabit: (urus
Idem ultor patriſque necem:tũ littus eliſæ
Implebit flammis.auelletque itala pœnũ

Cũ uultis.quoniã oĩa ſubiiciunt amori.Vnde Oui.oĩa uicit amor. Cypron.quoniã cyprus erat ſacra ueneri.
ubi illa primũ iſtituit lupanar. Palmas idumeas.uictoriã quæ p palmas ſignificat:cuius eſt magna copia in idu
mea regione iudeæ.Vir.Primus idumeas referã tibi mãtua palmas. Paphos.eſt urbs cypri ueneri ſacra.iõ canit.
Vir.Ipſa paphũ ſublimis abit. Aligeris.cupidinibus alatis. Inſtat.iſtãdo dicit. Bellica uirgo.pallas quæ de/
poſuerat egida.i.ſcutũ in quo erat caput meduſæ ut pulchrior & uenuſtior uideret. Pacẽ.trãquillitatẽ cum ipſa
ſit dea belli:nũc ut mitis uideret pacẽ oculis nõ toruis ſed trãquillis atq; uenuſtis oſtẽdebat. Cõniſcẽs.i.ſignifi/
cans pacẽ iucũdo motu oculoꝝ:cũ prius toruo obtutu bella minaret.cõniuere eſt oculos mouere:& itẽ cõniſcere.
Luco pdicto.nã cõuenerat iter eas de loco.i.in ida phry
gia. Iuſſis ſyluis.in ſyluas ut iuſſerat paris iudex. Iuno
putabat ſe oĩno iudiciũ habiturã cũ eẽt ſoror & cõiũx io
uis:& tãto magis a pallade ſpreta excanduit. Phrygis.
troiani paridis. Faſtus.omnẽ paridis ſupbiã animi ela
tionẽ & ſniam quã ferret p iunone ſine aliquo timore cũ
maxima ambitiõe ut illã ſibi deuinciret. Et idã.illud iu
diciũ quod debebat eẽ in ida.putabat ĩquit ſe oĩa cõmo/
uere poſſe ſua maieſtate. Poſt fratris toros.cũ eẽt ſoror
& cõiunx iouis. Traxerũt odorẽ.acceperũt odorẽ q ſpi
rabat e ſacro uertice ipſius ueneris.Vir.Diuinum uertice
odorẽ Spirauere pedes ueſtis defluxit ad imos. Nec iu/
dex ſediſſe ualet:nõ poterat reſiſtere tãto ſplẽdori & ocu
li caligabãt tãto ſplẽdore uicti.lumẽ qppe maius offuſcat
minus. Metuit dubitaſſe uideri.i.ſtati iudiciũ tulit pa
ris uictus pulchritudine ueneris:nec uolebat uideri de p/
ſtãtia formæ dubitaſſe:cũ nulla eẽt iter illas cõparatio:q/
ppter uictæ deæ cõmouerũt græcos ad excidiũ troianũ.
Tũ.poſt euerſionẽ ilii. Itala tellure.in latio.Vir.iſer/
retq; deos latio. Dũ cete inabũt põto.uaticinat ptheus
ĩperiũ romanũ fore ppetuũ:ſic Vir.His ego nec metas re
rũ nec tpa pono.Imperiũ ſine fine dedi. Cete piſces.po
nit cete p oĩbus piſcibus. Indo littore.oriẽtali.i.dũ oriet
& occidet ſol. Nullæ metæ.nulli termini. At uos o
natæ.uertit ſermonem ad nymphas ptheus illiſq; pdicit
cladẽ cãnẽſem:& huius belli euẽtũ. Immobile filũ.fa/
tũ imutabile. Infauſtas.iſœlices & dãnatas cruore fu/
turo:quo unda ificiet:ſaſſon eſt iſula iter epyꝝ & brũdu
ſiũ in mari adriaco in quod emittit aufidus in cuius ripis
futura erat memorabilis clades. Tumidus.repletus ſan
guine ac cadaueribus. Per carmina deũ.i.carmina ſibyl
lia quæ monebãt cauẽ dũ eẽ ab apulia & cãpis ætolis.Pol
libius deſcribẽs pugnã cãnẽſem ait.Affectus.n.grauibus
ac recẽtibus cladibus populus romanus nimiũ in futura
uerebat.unuſq̄q; itra ſe quæ futura ciuiũ romanoꝝ for
tuna eſſet deleto pfligatoq; exercitu cogitabat:quæ libri
ſibyllini minabant in ore oĩum erãt. Cãpo.appulo:&
diomedeo quẽ ſybilla dãnauerat pſpiciẽs cladẽ illã cãnẽ/
ſem. Etolæ umbræ.diomedeæ.illic.n.cõſedit diome/
des. Teucris.romãis oriundis a Troia p æneã inimicũ
quõdã diomedis cũ quo ſingulari certamine pugnauit.
Mox poſt pugnã ad cãnas Hãnibal cõtẽdet ad urbẽ:cu
ius portã alla pcuſſit:& iaculũ itra mœnia cõtorſit. Ro
muleos.romanos. Metaurus fluuius ſecat appẽninũ &
labit nõ pcul ab urbino apud quẽ iterfcũs fuit aſdrubal
frater hãnibalis a claudio Nerone:& Liuio ſalinatore cõ
ſulib9. Ille.Scipio. Genitus fur.occulto cõcubitu iouis
cũ põponia mre Scipionis:q poſtea cognominatus ẽ afri
canus maior.Scipio natus ẽ ex põponia & ioue mutato i
anguẽ & i ptu põponia piit:q ſic filiũ apud iferos alloqt.
Sola die caperẽ medio cũ forte petitos Ad rquiẽ ſõnos:ſubitus mihi mẽbra ligauit.Amplexus.deide ſubiũgit.Vi/
di crede iouẽ:nec me mutata fefellit Forma dei q; ſqualẽtẽ cõuerſus in anguẽ Ingẽti traxit curuata uolumĩa gyro.
Sic etiã cõceptus ẽ Alexãder magnus. Pris & patrui.P.Cornelii Scipionis & Cnei patrui q i hiſpania occubuerũt.
Implebit littus eliſæ.quoniã Scipio i africã traiiciẽs ſyphacẽ aſdrubalẽq; uicit icẽſis caſtris quæ erãt ex harũdini/
bus.ideo ait implebit flammis. Auellet pœnum.abſtrahet Hannibalem ex italia & reuocabit in africam.



Viſcera torrentem:& propriis ſuperabit in oris:
Hinc carthago armis hic africa nomine cedet.
Hic dabit ex ſeſe qui tertia bella fatiget:
Et cynerem libiæ ferat in capitolia uictor.
Quæ dum arcana deũ uates euoluit ĩ antro:
Iam monita & fabium belliq; equitũq; magiſter
Exuerat mentem ac præceps tendebat ĩ hoſtẽ
Paſcere nec pœnus prauum ac nutrire fauorem
Deerat :& ut paruo maiora ad prœlia damno
Elicere:dabat interdum ſimulãtia terga:
Non aliter q̄ qui ſparſa p ſtagna profundi
Euocat eliquidis piſcem penetralibus eſca:
Cumque leuem ſumma uidit iã nare ſub unda:
Ducit ſinuato captiuũ ad littora lino.
Fama furit uerſos hoſtis pœnũque ſalutem
Inueniſſe fuga:liceat ſi uincere finem.
Promitti cladum .ſed enim ditione carere
Virtutẽ.& pœnas uincentibus eſſe repoſtas.
Clauſurum iam caſtra ducem rurſuſque referri
Vagina iuſſurum enſes:reddatur in armis
Vt ratio purget miles cur uincerit hoſtem
Hæc uulgus:nec non patrum ſaturnia mentes
Inuidiæ ſtimulo fodit:& popularibus auris
Tunc indigna fide cenſent optandaque pœno
Quæ mox haud paruo luerent damnata pido
Diuiditur miles:fabioque equitũq; magiſtro:
Imperia æquantur.pœnitus cernebat & expers
Irarum ſenior magnas ne penderet alti
Erroris pœnas patria inconſulta timebat.
Ac tum multa putãs ſecum ut remeauit ab urbe
Partitus ſocias uires:uicina propinquis
Signa iugis locat:& ſpecula ſublimis ab alta
Non romana minus ſeruat q̄ punica caſtra.
Nec mora diſiecto minuti uecordia uallo
Perdendi ſimul & pereundi ardebat amore:
Quem poſtquã rapidũ uidit procedere caſtris
Hinc libys hinc fabius ſimul accendere ſagacis
In ſubitum curas propere capere arma maniplis
Edicit:nulloq; tenet munimine turmas.
Auſonius torquet totas in prælia uires:
Pœnorum ductor:propellitque agmina uoces
Dum dictator abeſt rape miles tempora pugnæ
Non ſperata diu plano certamina campo
Offert ecce deus:quoniam data copia longũ
Detergete ſitum ferro:multoque cruore
Exacite uiri plenos rubiginis enſes

Torrentem.adurentem uiſcera romanorum & to
tius italiæ. Propriis oris.libycis.nam uicit illum ad
zamam magno prælio. Hinc.poſtea ob hanc uicto
riam. Armis.nam uictis pœnis ex conditionibus a
Scipione acceptis naues icenſæ ſunt & arma depoſita
ut ſuo loco habebimus. Africa cedet nomine.quo/
niam africanus cognominabitur a deuicta aphrica.
Hic dabit ex ſeſe:de Scipione æmiliano intelligit q
fuit adoptatus in familiam corneliorum filius quip
pe ſuperioris africani ualitudinarius & imbecillis Sci
pionem filium Pauli æmilii adoptauit.unde Scipio
æmilianus dictus eſt.hic tertio bello punico carthagi
nem deleuit:& africanus minor cognominatus eſt.
Tertia bella.tertium bellum punicum. Vates.
protheus. Magiſter.minutius oblitus erat manda
torum Fabii. Paſcere nec pœnus.ideſt non deerat
Hannibal ad paſcendum nutriendumque furorem
prauum ipſius minutii qui habebat militum fauorẽ
& plebis:qui prauus erat:uolebat enim pugnare in/
iuſſu dictatoris. Non aliter.Hannibalem ſimulata
fuga & parua iactura ſuorum militum & impedimẽ
torum alliciẽtem Minutium ad pugnam comparat
piſcatori qui eſca piſces allicit & rete iacto iuoluit tra/
hitque ad littus. Liquidis penetralibus.aquis. Si
nuato.rete in ſinum ducto. Fama furit.diuulgaba/
tur fama rei bene geſtæ a Minutio qui cum hoſte ab
ſente Fabi.manus conſeruit.Sex milia hoſtium ceſa
ſunt:quinque romanorum:nunciatum eſt tamẽ:ut
inquit Li.in tam pari prope clade fama egregiæ uicto
riæ cum uanioribus litteris magiſtri equitum romã
perlata de his rebus perſæpe & in ſenatu & in contio
ne actum eſt.Tum.M.Metellus tribunus plebis in fa
bium inuectus rogationem de imperio æquando tu
lit. Furit.uulgatur. Virtutem.ipſius Minutii.
Ditione.imperio ac poteſtate. Repoſtas.paratas
& irrogandas a Fabio cuius iniuſſu minutius pugna/
uerat. Ducem.Fabium cum ad exercitum redierit
& iuſſurum gladios recondi in uagina. Referri.re
condi. Saturnia.iuno quæ romanos dare peſſum
uolebat. Popularibus auris.fauoribus populi in mi
nutium. Pœno.hãnibali. Ne penderet.daret pœ
nas. Patria inconſulta.roma quæ temeritate qua/
dam minutium Fabio æquauerat. Partitus ſocias
uires.prima & quarta legio minutio ſecũda:& tertia
Fabio euenerũt.Item equites pari numero ſociorum
& latini nominis diuiſerunt caſtris ſe quoque ſepara
re magiſter equitum uoluit quod hannibali gaudio
fuit.Nam & liberam minutii temeritatẽ ſe ſuo mo/
do capturum & ſolertiæ Fabii dimidium uirium di
ſceſſiſſe uidebat. Propinquis iugis.nam loca ædita
Fabius ſemper eligebat & tumulus quidam erat in/
ter caſtra minutii & pœnorum. Vecordia minuti.
ideſt ipſe inſanus minutius ſuos emiſit in hoſtem.
Diſiecto.ſine aliqua conſultatione aperto. Per/
dendi.ut ſuos perderet. Pereundi.ut ipſe periret.
In ſubitum.rem repentinam. Auſonius.minu/
tius Romanus emiſit in hoſtem omnis copias & idẽ
fecit Hannibal. Dum dictator abeſt.uerba Hanni
balis hortantis ſuos ad pugnam cum magna laude
Fabii:quo præſente nil ſe poſſe Hannibal plane fate/
tur. Situm.rubiginem.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Dabit ĩprobus inq̄t:loq̄tur filius dictatoris:qui gaudebat Minutiū dare pœnas ſui erroris. Suffragia cæca.icōſulta & temeraria populi ſuffragia:a qbꝫ æq̄tū erat illis ĩperiū. Nr̄os faſces.dignitatē & ĩperiū. Inſanæ tribus.q̄ Minutiū Fabio æq̄ſtis ſpectate hanc pugnā.& ex ſtomacho loq̄tur. Proh lubrica roſtra.o leuis & ĩcōſtās multitudo quæ ĩ foro uerſaris. Viris uanis.leuiſſimis:& ſine aliq̄ grauitate aut prudētia. Munera martis.officia belli regēdi & ius æquū ĩ caſtris regēdis. Imbelles.nullā in armis pitiā hn̄tes:& eſt cōceſſio p̱ q̄dā ſtomachationē. Sciſcāt.iudicent & ſtatuāt.ſcire ē iudicare & decernere unde legimus apud Liuiū populus ſciuit.& plebiſcita.plebiſcito Minutius hūerat ĩperiū Fabio æq̄tū:Vnde dicit apud Liuiū reſtituēs Fabio dignitatē.plebiſcitū quo magis oneratus q̄ honoratus ſū tibi reſtituo & d̄pono. Solē cōcedere nocti.i.iudicēt Fabiū pr̄em meū tāq̄ ſolē cedere Minutio q eſt tāq̄ nox:qppe nullā hēt prudētiā. Piabūt pſoluēt.& purgabūt hūc errorē magna calamitate. Sāguine pœnoꝝ.reſpōdet Fabius q ẽ naturæ atq̄ boni uiri pſcripto uiuēs nunq̄ pr̄iæ ſuccēſendū putauit.Li.ait.Tūc Fabius primo clamore pauētiū audito:deĩde cōſpecta ꝓcul turbata acie ita eſt inq̄t:nō celerius q̄ timui depħēdit fortuna temeritatē.Fabio æq̄tus ĩperio hānibalē & uirtute & fortuna ſupiorē uidet:ſed aliud iurgādi ſuccēſendiq̄ tp̄s erit.nūc ſigna extra uallum ꝓferte.uictoriā hoſti extorq̄amus cōfeſſionē erroris ciuibꝫ relinq̄mus. Iuuenis.o fili cæde hoſtis d̄leř d̄bes id q̄d cōtra pr̄iam dixiſti. Triſtia di.pr̄iæ triſtitiā afferētia. Patiar ne.locus ē ab honeſto.nō.n.decebat Fabiū pati ante eius oculos deleri acies romanas. Nos æq̄uiſſe minori.ſēſus ē.ſi pmiſerimus nr̄os pire hoc q̄d romani ĩprudēter egerūt purgabiť nr̄a culpa.ergo melius ē ſuccurrere nr̄is ꝓpe opp̄ſſis:ut iure de populi romani ĩconſtātia & temeritate q̄ri poſſimus. Talia corda.eadē ſn̄ia q̄ tibi ē:nolle.ſ.opē ferre. Succēſere nefas pr̄iæ.uerba digna Fabio ſalutis pr̄iæ ſtudioſo:quā ēt rumoribꝫ de ſe malis ſemp̱ p̄poſuit.pr̄ia.n.oīum caritates cōplectiť cui etiā uitā debemus:& nullo mō ſuccēſendū ēē pr̄iæ oſtēdit exēplo Camilli:q poſt captos ueÿos a.L.Apuleio accuſatus fuit tribūo.pl.qꝫ apd̄ eū eēnt portæ æneæ:q̄s tacuiſſet:cū p̄dæ bellicæ rōnē redderet pr̄ibus:& qꝫ decimā partē mittēdā Apollini delphico cēſuiſſet:unde dānatus ardeā ĩ exiliū miſſus eſt.Inde poſtea romanis ĩ capitolio obſeſſis reuocatus pr̄iam aſſeruit:fugatis:trucidatiſq̄ gallis ſenonibus. Fœdior.turpior:& magis uituperāda:quoniā pr̄iæ oīa debemus ꝓ q̄ uir bonus nnnq̄ dubitauit occūbere:ſi illi ſit ꝓfuturus. Lare.domo. Extorris.extra terrā ꝓpriā.i.Romā ſitus. Curru.triūpho.quē egit de gallis. Dānata.i exiliū acta. Viro.Camillo. Pacata.ſine ira.i.ſi fuiſſet iratus pr̄iæ ob dedecus acceptū Roma penitus corruiſſet. Iras meas.q̄s ego hr̄e deberē q ſum læſus. Claſſica tubæ.iā inq̄t cōſertæ erāt acies:& manus. Poſtes.ianuas caſtroꝝ. Nō grauiore mouēt:Fabiū magno ĩpetu ĩ plana decurrentē:ut Minutiū e faucibꝫ hoſtiū eripet:cōparat uētis q ſæuo flatu ĩ diuerſos fluctus mare diſtrahūt. Odryſius.threicius:nā odryſæ ſunt populi Thraciæ. Pollens.potens. Aequor.undas. Haud ꝓrſus.ſenſus eſt:Fabius nō eēt aſſecutus maiorē laudē deuicta carthagine:q̄ adeptus ē prælio quo minutianos milites liberauit:nā Hānibalē metū:irā:iuidiā:& fortunā uno prælio uicit:& eſt magna laus Fabii. Iniuria:q̄ romani affecerāt Fabiū ob iuidiā. igiť hæc iniuria cā fuit ut Fabius animi ſui magnitudinē

Atque ea cuntator penſabat ab aggere ualli:
Reluſtrans campos oculis tantoque periclo
Diſcere quis nā eſſet fabius te roma dolebat.
Cui natus.iūcta arma ferēs dabit ĩprobus iq̄t:
Quas dignum pœnas:q per ſuffragia cæca
Inuaſit noſtros hæc ad diſcrimina faſces.
Inſanæ ſpectatæ tribus proh lubrica roſtra
Et uanis fora læta uiris:nunc munera martis
Equent imperio:& ſolem concedere nocti
Sciſcant.imbelles magnas mercede piabunt
Erroris rabiem:& noſtrum uiolaſſe parētem.
Tū ſenior quatiēs haſtā lachrymiſq̄ coortis
Sanguine pœnorum iuuenis tam triſtia dicta
Sunt abolēda tibi:patiar ne ante ora manuſq̄
Ciuem deleri noſtras:aut uincere pœnum
Me ſpectante ſinam: nos æquauiſſe minori
Soluetur culpa ſi ſint mihi talia corda.
Iamque hoc ne dubites longæui nate parentis
Accipe:& æterno fixum ſub pectore ſerua.
Succenſere nefas patriæ:nec fœdior ulla
Culpa ſub extremas ferť mortalibus umbras.
Sic docuere ſenes:quantus:qualiſque fuiſti
Cum pulſus lare:& extorris capitolia curru
Intrares exul tibi corpora cæſa camille
Damnata quot ſunt dextra pacata fuiſſent:
Ni cōſulta uiro menſque impenetrabilis iræ.
Mutaſſentque ſolum ſceptris æneia regna.
Nullaque nunc ſtares terrarum uertice roma.
Pone iras o nate meas:ſocia arma feramus.
Acceleremus opem:iamq̄ ĩtermixta ſonabant
Claſſica:procurſuſque uiros colliſerat acer
Primus clauſtra manu portæ dictator &altos
Diſiecit poſtes:rupitque in prælia curſum.
Non grauiore mouēt uenti certamina mole.
Odryſius boreas:& ſyrtim tollere pollens
Africus obnixi cum bella furentia torquent:
Diſtraxere fretū:ac diuerſa ad littora uoluunt
Aequor quiſqueſuum ſequitur ſtridēte ꝓcella
Nūc huc.nūc illuc rapti mare & ĩtonat undis.
Haud ꝓrſus daret ullus honos:tellusq̄ ſubacta
Phœnicū:& carthago ruēs iniuria quātū ( cta
Orta ex inuidia decoris tulit:omnia nanque
Dura ſimul deuicta uiro.metus.annibal.iræ.
Inuidia atque una fama:& fortuna ſubactæ.
Pœnus ab excelſo rapidos decurrere uallo
Vt uidit tremuere iræ:ceciditque repente



Cum gemitu ſpes haud dubiæ præſumpta ruinæ.
Quippe aciem denſo circunuallauerat orbe:
Hauſturus clauſos coniectis undique telis.
Atque hic dardanius prauo certamine ductor
Iam ſtyga & æternas intrarat mente tenebras.
Nam fabium:auxiliumque uiri ſperare pudebat:
Cum ſenior gemino complexus prælia cornu
Vlteriore ligat pœnorum terga corona.
Et modo claudentes aciem:nunc extima cingens:
Clauſos ipſe tenet:maiorem ſurgere in arma:
Maioremque dedit cerni tirynthius.altæ
Scintillant criſtæ:& mirum uelocibus ingens
Perſubitum membris uenit uigor:ingerit haſtas:
Aduerſumque premit telorum nubibus hoſtem.
Qualis poſt iuuenem nondum ſubeunte ſenecta
Rector erat pylius bellis ætate ſecunda.
Inde ruens turin:& buten:& marin:& arſen
Dat lœto:fiſumque manus conferre maleon:
Cui decus inſigne:& quæſitum cuſpide nomen.
Tum garadum largumq̄ comæ conſternit adherbē
Et geminas acies ſuperantem uertice tylin
Qui ſummas alto prenſabat in aggere pinnas.
Eminus hos:gladio ſapharum:gladioque moneſū.
Et morinum pugnas æris ſtridore cientem:
Dexteriore gena ſedit cui lœtifer ictus.
Perque tubam fixæ decurrens uulnere malæ.
Extremo fluxit propulſus mermure ſanguis.
Proximus huic iaculo naſomonius occidit idmon.
Nanque ſuper tepido lapſantem ſanguine:& ægra
Lubrica nitentem .nequicquam euadere planta
Impacto proſternit equo:trepideque leuantem
Membra afflicta ſolo:preſſa uiolentius haſta
Implicuit terræ:telumque in cæde reliquit.
Hæret humi cornus motu tremefacta iacentis
Et campis ſeruat mandatum affixa cadauer.
Nec non exemplo laudis furiata iuuentus
Sylla ruunt:craſſuſque ſimul iunctuſque metello
Fannius ac melior dextræ torquatus inibant
Spectati fabio:miſer hic ueſtigia retro
Dum rapit:& molem ſubducto corpore uitat
Intorti bibulus ſaxi:atque in terga refertur:
Strage ſuper lapſus ſotium qua fibula morſus.
Loricæ crebro laxata reſoluerat ictu
Accepit lateri:penituſque in uiſcera adegit.
Extabat fixo quod forte cadauere ferrum.
Heu ſortem necis euaſit garamantica tela

oſtēderet:quæ iniuriæ illatæ non meminit:proniorque eſt ad ignoſcendum:q̄ ulciſcendum. Si magnanimus fueris:iquit Sene. nunq̄ iudicabis tibi contumeliam fieri ab inimico:dices:non nocuit mihi:ſed animum nocendi habuit:& cum illum in poteſtate tua uideris:uindictā putabis uindicare potuiſſe.Scito enim honeſtum & magnū genus uindictæ eſſe ignoſcere. Decoris.honoris:& gloriæ. Metus.quoniam non timuit irruere in hoſtes. Iræ.quoniam depoſita ira:in Minutium hoſtes repreſſit:& ſic uicit inuidiam aliorum in ſe:famam etiam & rumores de ſe in alios.dicebant enim inuidi Fabium ſentire cum Hannibale:uicit etiam fortunam:quoniam Fabio ruenti ad pugnam:aut cunctanti nihil nocere potutuit. Pœnus ab excelſo.Hannibal uiſo Fabio ruente ad pugnam timuit:cecinitque receptui profeſſus Minutium quidem ſe uiciſſe:ſed a Fabio ſe eſſe ſuperatum. Orbe.corona militum.clauſerat minutium & ſuos. Hauſturus.conſumpturus. Dardanius du.Minutius. Iam ſtyga.inferos apud quos eſt ſtyx palus:iam inquit Minutius mēte mortuus erat:& eum pudebat opē Fabii implorare:quem læſerat. Mente:animo ſuo:iam enim deſperauerat de uita. Gemino cornu.alis utrinque locatis. Vlteriore corona.ideſt circūuallauit acies hoſtiles.quæ minutianos milites clauſerant. Claudentis.hoſtis. Extima.ultimas acies:ideſt ipſos extremos clauſit:ab extra fit exterior:inde extimus:ideſt ultimus qui eſt extra clauſit igitur hoſtes ab extra qui iam erant medii inter Minutianos milites:& Fabianos. Tirynthius.Hercules Fabio iam ſeni uires & animum augebat. Ingerit.iacit in hoſtem:tanquam in flore ætatis. Nubibus.multitudine. Qualis poſt iuuenem.Fabium iuuenili uigore hoſtes laceſſentem comparat Neſtori in ſecunda ætate.Neſtor filius Nelei fuit ex Clori filia Amphionis thebani. In prima ætate agrum eleum inuaſit:ut ipſe narrat Patroclo apud Homerum.In media ætate bellum geſſit cum cētauris.In tertia profectus eſt ad bellum troianum:trecentos annos uixit Neſtor:ſi Ouidio credimus. Poſt iuuenem:poſt primā ætatē. Inde ruens thuryn.deſcribit poeta quos Fabius interfecit. Conferre manus.auſum pugnare cum Fabio. Decus inſigne:quoniam appetiit Fabium cuſpide quod erat illi magnum decus. Aeris ſtridore.ſono tubæ. Cornus.haſta ex corno arbore. Hic.tunc bibulus cupiens uitare ſaxum reſupinus cecidit:& ferrum quod ex uulnere occiſi extabat:eius lateri infixum eſt:& ſic periit. Socium.ſociorum. Laxata.aperta. Morſus.coniunctionem:& nexus ubi ligatur lorica cum ipſis fibulis. Adegit.immiſit:impulit. Heu ſortem necis.exclamat poeta in tali ſorte necis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Niger ſomnus.mors. Venerat ad bellum.canit poeta ueniſſe ex Sidone urbe phœniciæ Cleadam in auxiliũ hannibalis:quem Brutus interemit. Nepotum.carthaginenſiũ oriũdus ex phœnicia. Ala eoa.militibus quos duxerat ex phœnicia.quæ eſt ad orientem. Tumidus.ſuperbiens. Gens cadmi.Cadmus fuit filius Agenoris regis phœniciæ:ad quem hic Cleadas ſuos natales & ſtẽma referebat. Fulua.aurea. Qualis.ubi oceani:cleadã auro:purpura:& gemmis conſpicuum comparat lucifero:qui eſt ſtella ueneris:hanc comparationem ab Homero accepit qui in iliade in hanc ſententiam de Lucifero ſic ait:Qualis phoſphorus nouo ortu fulgẽs olympũ aſcendit:& Veneri placet. Renouatus.nam uidentur reſumere uires & ſplendorem ſtellæ:cum tẽdunt ad oceanum:fictio tamen eſt poetica.tantũdem enim diſtant ab aquis cum occidunt:& cum oriunt̃:& cum ſunt in medio cœlo.Maioribus aſtris.ideſt certat ſuo ſplẽdore cum ſole & luna. Agenoreis ahenis.uaſis tyriis:& colore:nam in tyro purpura tingebatur.Tyria purpura inquit Strabo optima omnium perhibetur:ac piſcatio ip̃a proxima eſt:& cætera omnia quæ ad inficiendas ueſtes pertinent:abunde habet.& quæque maxima huiuſmodi officinaꝝ multitudo urbem reddunt paulo grauiorem:tamen ob hãc uirtutem locupletior efficitur.& tyrii a regibns & romanis libertate donati ſunt. Micabat.fulgebat. Tam clarum nomen:quoniam cleadas ſignificat glorioſum.

Ludificatus.cum eluſiſſet. Per terga.ideſt emiſit ſagittam Cleadas poſt terga ſua quæ Caſtam Bruti armigeꝝ interemit. Achemenio ritu.parthico.parthi enim fugientes poſt terga emittunt ſagittas:quoniam ut Trogus ſcribit diu in pugna ſtare nequeũt:alibi canit Syllius Pennaque citatior ibat:Quæ redit in pugnas fugiẽtis harũdine parthi.Achemenii dicuntur parthi ab Achemene rege & Achemenide:atq; magi qui honeſtum quoddam uiuendi genus ſectabantur nationes parthorũ erãt auctore Strabone. Detrectans:uitans:fugiens. Nec dãnata:non fuit irrita:ſed ictum intulit. Hæſit:fixa eſt.

Subrecta.ſurſum erecta ad palatum. Vuẽti.humido. Auſum multa uirũ:Cleadẽ auſum appetere Brutum ſagitta. Nodo.amẽto. Sũmum.ſummã partem pectoris.i.ꝑpe guttur inter monile:& pectus. Laxa.larga. Tranſmittit.perforat. Intento cornu:arcu parato:ad excutiendã ſagittam. Vda.perfuſa ſanguine.

Nõ tam triſti:tã aduerſo & infœlici. Phœbei:ſoractis:nam ſoracte ut dictum ẽ apollini dicatum erat:cuius ſacerdotes nudis pedibus per prunas impũe ambulabant.

Honor:hoc dicit ꝑpter nomen:nã charmelus ſignificat pugnacẽ. Bragada.nomen uiri eſt deductum a flu. Iubæ po.maurorũ:nã Iuba ptolemei pater primus utriq; mauritãiæ ĩperauit. Eidẽ.ab eodẽ charmelo. Zeuxis.qui erat filius phalãti. Stirps ip̃a.qui erat turbulentiſſimus. Amyclei pha.lacedæmonii:nam traiecerat in aphricã cum Xantip.in.i.bel.pu.& alludit ad illũ phalã.quo duce lacedæmonii ampliauerunt tarentum. Vnde Hora.in carminibus:Et regnata petã laconi iura phalanto. Mater phœ.carthaginẽſis. Lacõi.phalanto:qui carthaginenſem duxerat uxorem ut ſupra etiam cecinit de xãtipo & barce ſidonia. Talia.qualia paſſi fuerant braga.& zeuxis:In ho.char. Hunc:nampſicum interemit haſta qui repſerat in quercum. Vt qui uiſcatos.Charmelum haſta deiicientem nampſicum comparat aucupi deiicienti uolucrem uiſcata canna.

Marmaridũque manus:ut ierti cuſpide fuſus
Occideret telo non in ſua uulnera miſſo:
Voluitur exanimis turpatque decora iuuẽta
Ora nouus palor:membris dimiſſa ſolutis
Arma fluũt:erratq; niger per lumia ſomnus.
Venerat ad bellum tyria ſidone nepotum
Excitus prece:& auxilio ſocia arma ferebat
Eoa tumidus faretrati militis ala
Gẽs cadmi cleadas fulua cui plurima paſſim
Caſſide & aurato fulgebat gemma monili.
Qualis ubi oceani renouatus lucifer unda
Laudatur ueneri:& certat maioribus aſtris.
Oſtro ipſe ac ſõipes:oſtro totũque per agmẽ
Purpura agenoreis ſaturata micabat ahenis
Hic auidũ pugnæ:& tã claꝝ excindere nomẽ
Brutum exoptantẽ uariæ nunc læuus in orbẽ
Nunc dexter leuibus flexo per deuia gyris
Ludificatus equo uolucrem per terga ſagittã
Fundit achemenio detrectans prælia ritu.
Nec damnata manus medio:ſed flebile mẽto
Armigeri caſtæ penetrabilis hæſit harundo
Obliquumq; ſecans ſubrecta cuſpide uulnus
Vuenti ferrum admouit tepefacta palato:
At brutus diro caſu turbatus amici:
Auſũ multa uirũ:& ſpargẽtẽĩ uulnera ſæuos.
Fraude fugæ calamos:iã nullis curſibus iſtat
Prendere cornipedis:ſed totã pectoris iram
Mandat atrox haſtæ:telumque uolatile nodo
Excutit:& ſummũ qua laxa monilia crebro
Nudabant curſu:tranſmittit cuſpide pectus:
Labitur intento cornu tranſſixus & una
Arcum læua cadens dimiſit dextra ſagittam
At non tam triſti ſortitus prælia marte
Phœbei ſoractis honor charmelus agebat
Sanguine quippe ſuo iã bragada tixerat enſẽ
Dux rectorq; iubæ populi iam fuſus eidem:
Zeuxis amyclei ſtrips impacata phalanti.
Quem tulerat mater claro phœniſſa laconi
Talia dum metuit:nec pugnæ ſiſus in hoſte
Tam rapido:nec deinde fugã ſuadẽte pauore
Per dumos miſer & uicina cacumina quercus
Repſerat:atque alta ſeſe occultabat in umbra
Nãpſicus inſiſtens trẽulis ſub pondere ramis
Hunc lõga multa orãtem charmelus & altos
Mutantem ſaltu ramos:tranſuerberat haſta.
Vt qui uiſcatos populatur arundine lucos



Dum nemoris celſi procera cacumima ſenſim
Subtracta certat tacitus contingere meta
Sublimem calamo ſequitur creſcẽte uolucrem
Effudit uitam:atque alte manante cruore
Membra pependerunt curuato exanguia ramo.
Iamque in palantes ac uerſos terga feroces
Pugnabant itali:ſubitus cum mole pauenda
Terrificus nigris prorumpit maurus in armis.
Nigra uiro membra:& fului iuga celſa trahebãt
Cornipedes:totuſque nouæ formidinis arte
Concolor æquabat liuentia currus equorum
Terga:nec erectis ſimiles imponere criſtis
Ceſſarat pennas:aterque tegebat amictus.
Ceu quondam æternæ regnator noctis ad imos
Cum fugeret thalamos:etnea uirgine rapta
Egit nigrantem ſtygia caligine currum.
At cato tum prima ſparſus lanugine malas
Quod peperere decus circeo thuſcula dorſo
Mœnia laerte quondam regnata nepoti:
Quanquã tardatos turbata fronte latinos
Collegiſſe gradum uidet:imperterritus ipſe
Ferrata calce:atque effuſa largus habena
Cuntantẽ impellebat equum:negat obuius ire
Et trepidat craſſa ſonipes exterritus umbra.
Tum celer in pugnam dorſo delatus ab alto
Alipedem planta currum premit atque uolanti
Aſſilit a tergo:cecidere & lora repente
Et ſtimuli ferrumque ſuper ceruice tremiſcẽs
Palluit infœlix ſubducto ſanguine maurus.
Ora rapit gladio:præfixaque cuſpide portat.
At ſæuo mauorte ferox perrumpit anhelum
Dictator cũ cæde globum miſerabile uiſu.
Vulneribus feſſũ:ac multo labẽte cruore
Ductorem cernit ſuprema ac fœda precãtem:
Manauere genis lachrymæ:clypeoq; pauentẽ
Protegit:& natum ſtimulans fortiſſime labem
Hanc pellamus ait:pœneque ob mitia facta
Quod nullos noſtris ignis diſperſerit agris.
Dignum expendamus preciũ:tunc arte paterna
Ac ſtimulus gaudens iuuenis circũdata pœnum
Agmina deturbat gladio:campumq; relaxat:
Donec ſidonius decederet æquore ductor.
Ceu ſtimulante fame rapuit cũ martius agnum
Euerſo paſtore lupus:fretũq; trementẽ
Ore tenet preſſo:tum ſi ueſtigia curſu
Auditis celeret balatibus obuia paſtor.

Subtracta meta.ſuperato iam ſpatio inter auem & harundinẽ:tunc ſubtrahitur meta cum ad illam peruenitur:& ſubtrahitur meta inter auem & harundinẽ:cum harundo uiſcata auẽ attingit:& ipſam deiicit uiſco irretitam. Calamo ſurgente.nunc declarat ſe.ideſt harundine attollente ſeſe uerſus auem erigente manu aucupis:ut auis iprouida tangatur. Palantes.fugientes. Terrificus.incutiens terrorem mole ſua horrenda:& nigro colore. Fului.cornipedis equi nigri. Concolor.eiuſdem coloris quippe omnia erãt nigra. Arte nouæ formidinis.hoc quippe ad hoſtiũ formidinem excogitauit. Liuentia.nigra. Aequabat.in colore:quoniam currus erat niger:& pennæ in galea nigræ erant. Ater amictus.pulla ueſtis. Ceu quondam æternæ.maurum nigrum:nigroque curru uectum comparat Plutoni qui rapuit proſerpinã ex Etna ſicula. Aeternæ noctis.inferorum ubi eſt æterna caligo. Stygia caligine.inferna:& nigra:talis quippe color diis inferis dicatus eſt.unde in alicuius morte pullam ueſtem induimus. At cato.M.Cato qui poſtea cẽſorius cognominatus eſt Tuſculanus fuit:& priuſq̃ ad rempu.atque militiam ſe conferret in agro paterno circa ſabinos uixit:priſcus uocabat̃:poſtea Cato appellatus eſt:Nã romani eum in quo multarum rerum uſus & experientia eſſet Catonem uocabant:hic fuit quaſi uiua imago uirtutum & optimus orator:optimus agricola:optimus ſenator:ſcripſit etiam origines:& pricipium nobilitatis & famæ genti portiæ dedit:ab hoc uticenſis Cato habuit originem:ſeriem generis lege apud Gellium. Circeo dorſo.tuſculano colle:quoniã Tuſculum oppidum non longe ab urbe condidit Telegonus filius Vlyxis & circes & nepos Laertis patris Vlyxis:Propertius de Tuſculo loquens dicit:& eei mœnia Telegoni. Nepoti.Telegono. Turbata fronte.quoniam turbati erant omnes latini horrendo aſpectu ipſius mauri.

Ferrata calce.calcaribus. Alipedem currum.uelocẽ.Cato ex equo deſiliẽs ſaltu currum mauri aſcendit:& ipſum a tergo occupatum interemit:& caput abſciſſum haſta circũtulit. Volanti.mauro celeriter currenti:& ſtatim maurus amiſit lora & ſtimulum:quo equos impellebat. Ferrum.enſem Fabii ſuper caput ſuum timuit maurus. Ora rapit:abſcidit.

Ductorem.Minutium. Fœda.quæ non decebãt romanum imperatorem. Genis:per genas ipſius Fabii dolẽtis uicem Minutii. Hanc labem.hoc dedecus:& infamiam qua nos Hãnibal affecit:cum noſtris agellis pepercit.ut nos in ſuſpitionem populi traheret. Ob mitia facta.ironice loquitur:quoniam Hannibal nõ tanquam mitis pepercit agris Fabii:ſed ut illum faceret ſuſpectum romanis. Arte paterna.ideſt obire præclara.& gaudẽs uerbis:quibus eum Fabius accenderat. Pœnum.pœnorum. Relaxat.aperit uiam ad Minutium. Sidonius ductor.donec Hannibal ceſſit:qui iam Minutium habebat ſub ictu. Aequore.campo. Ceu ſtimulante fame.Hannibalem cedentem:deſerentemque Minutium iam prope captum comparat Lupo qui ſuperueniente paſtore agno reiecto a faucibus fugit iam ſibi ipſi timẽs

Martius.marti dicatus. Auerſo.non aſpiciente. Fœtum.agnum.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Spirantem.adhuc uiuam. Aeger.mœſtus ob amiſſam ꝓdam. Stygiæ tenebræ.i.ipſe timor mortis:quo afficiebaẗ Minutius circūuallatus a pœnis:qui illas tenebras effundebāt:cū eēnt tanq̄ tēpeſtas:quæ tenebras īducit. Torpebāt.īpi minutiani milites ꝓpter periculū:qđ euaſerāt:& īſperatū bonū adepti:torpētes habebant manus:quaſi attoniti tali euētu:quē nō meruerāt. Aegra. quaſi alienata ꝓpter ꝑſentē læticiā. Natabat.ſibi īpi nō cōſtabat.& ita agitabaẗ:ut is qui natat.Vnde oculi dicuntur natare in morte:quoniā conniuent.lubrici ſunt:& reuoluūtur natura faciēte ultimū conatū. Vt qui collapſa.minutianos milites a morte receptos cōparat his q aliqua ruina opꝑſſi tandē emerſerūt. Eruta.extracta.

Nox atra.illa obſcuritas. Cōniuēt.cōcutiūt oculoꝝ palpebras. Quis.qbus. Tū qui partitis.Minutius cū ad caſtra rediiſſet cōuocatis militibus orationē habuit: illoſq; hortatus ē:ut Fabio parerēt hoī prudētiſſimo.caſtra cum Fabio iūgamus dixit:ad ꝑtoriū eius ſigna feramus:ubi ego parētem appellauero q̄ beneficio eius erga nos:hac maieſtate dignum ē.uos milites eos:quoꝝ uos modo arma dexteræq; texerūt patronos ſalutabitis:& ſi nihil aliud gratoꝝ certe aīoꝝ nobis gloriā dies hæc dederit:īde ꝓfectus ad caſtra dictatoris his uerbis uſus:parentibus meis dictator uitā tātum debeo tibi cū meā ſalutē: tū oīum hoīum:& q̄ tibi mihiq; & exercitui cōſeruato: ac conſeruatori ſit fœlix ſub īperio auſpicioq; tuo redeo. & ſigna hæc legioneſq; reſtituo. Partitis maniplis.diuiſo exercitu. Sācte ait o genitor.uerba Minutii ad Fabiū.

Reuocati.mei.quē a morte reuocaſti. Sit fas uera q̄ri. modeſtiſſime loq̄tur:fateturq; īgenue ſe nō meruiſſe Fabio æq̄ri:qui ſolus milites regere ac gubernare callebat.

Hoc munere.tali īperio. Aeternas umbras.mortē.

Hic patria eſt.magna laus Fabii:in cuius humeris pr̄ia recūbebat. Tuq; dolos.uertit ſermonē ad Hannibalē.

Munera lyei.uina.i.nō licuit alicui tāgere panē aut uinū priuſq̄ Fabio eēt litatū. In mēſam.in papyriano iure īquit ꝑtextatus apud Macro.euidēter relatū eſt a re uicē ꝑſtare poſſe mēſam dicatā:ut in tēplo īquit Iunonis populoniæ auguſta mēſa eſt libauit etiā īquit Dido in menſa triclinari:quia nō erat religioſa:ſed uſurpata libatio.& ideo ſola regina libauit:in cuius perſona nulla erat obſeruationis neceſſitas.& multa ad uſurpādū in poteſtate ꝑmiſſio:ideo Syllius Vir.imitatus canit Minutiū Fabio in menſam libaſſe ſacrum honorem.

PETRI Marſi interpretatio in octauum uolumen Syllii italici.

PRimus agenoridū cedentia terga uidere. Creati ſūt noui cōſules:Paulus Aemilius: &.M.Terentius Varro rei militaris penitus ignarus:ſed aura populari uir temerarius.& līgua uenali ad cōſulatū in medio reꝝ diſcrimine deuenit:ut eius furor cannas uicū apuliæ noua clade īſigniret.Habitus ē militū delectus ꝑ oēm italiā.& etiā īſulas italiæ adiacētes. Tātis agminibus coactis ꝓdigia multa fuerūt:qbus futura clades portēdebaẗ:ſed Varronis ueſania cœleſtes mōitus neglexit:eoq; aīo ī hoſtē cōtēdit:ac ſi oīa ſigna fauſta fuiſſēt.nactus opportūitatē poeta narrat aduētū Annæ ſororis Didonis ī italiā. Terga agenoridū.pœnoꝝ:q a phœnicibꝯ ducūt originē ubi regnauit cadmus. Aeneadis.romanis. Fata uiri:mortē Fabii:quo ſpirāte dicebat Hannibal ſe fruſtra romanum ſperare ſanguinē. Auxiliū parcaꝝ:ut parcæ abrumpant uitā Fabii. Spirante.uiuēte.

Iam ſibimet metuens ſpirantem dētibus imis
Reiectat prædam.& uacuo fugit egere hiatu.
Tum demum terris:quas circūfuderat atra
Tempeſtas:ſtygiæ tandem fugere tenebræ.
Torpebant dextra & ſeſe meruiſſe negabant
Seruari:ſubitiſque bonis mens ægra natabat.
Vt qui collapſa preſſi iacuere ruina
Eruta cum ſubito membra:& nox atra receſſit
Conniuent:ſolemque pauēt agnoſcere uiſu.
Q uis actis ſenior numerato milite lætus
Collibus:& tuto repetebat in aggere caſtra.
Ecce autē e media iam morte renata iuuētus
Clamorem tollens ad ſydera:& ordine longo
Ibat ouans:fabiumq; decus:fabiūque ſalutē
Certati:& magna memorabat uoce parentū.
Tum qui partitis diſceſſerat ante maniplis
Sancte ait o genitor reuocati ad lucis honorē
Si fas uera queri:cur nobis caſtra:uiroſq;
Diuidere eſt licitum:patiens cur arma dediſti
Q uæ ſolus rexiſſe uales:hoc munere lapſi
Aeternas multo cū ſāguine uidimus umbras.
Otius huc aquilas.ſeruataque ſigna referre.
Hic patria ē:muriq; urbis ſtāt pectore i uno:
Tuq; dolos pœnæ:atq; aſtus tādē exue notos.
Cum ſolo tibi iam fabio ſunt bella gerenda.
Hæc ubi dicta dedit:mille hīc uenerabile uiſu
Ceſpite de uiridi ſurgunt properantius aræ.
Nec prius aut epulas:aut munera grata lyei
Fas cuiquā tetigiſſe fuit:q̄ multa precatus
In menſam fabio ſacrum libauit honorem

PRimus agenoridū cedētia terga uidēr
Aeneadis dederat fabius romana parētē
Solū caſtra uocat:ſolum uocat hānibal hoſtem
Impatienſque moræ fremit:ut ſit copia martis.
Expectanda uiri fata optādumque ſub armis
Parcarum auxilium:nāq; hæc ſpirāte ſenecta
Nequicquam ſeſe latium ſperare cruorem.
Iam uero concors miles ſigniſque relatis
Indiuiſus honos:iterumque & rurſus eidem



Lentando.differendo:& producendo bella:quæ prius fauebant:quoniam uictorias tres habuerat Hannibal.

Quin etiam.hoc erat aliud malum hannibalis q̄ galli domos iam:cum non eſſet copia pugnæ:repetere cogitabant. Fluxi ingenio.natura inſtabiles & leues. Sed prima.ideſt primo tantum impetu & furore præſtātes: inde deficiunt & fugiūt tanq̄ fœminæ. Vaniloquium. uentoſum & iactabundum. Reſpectare.reſpectabant.

Siti.poſiti in ipſis armis & armati:paratique ad pugnā

Hebeſcere.pigras fieri.& nihil facere. His ſuper.ultra hæc. Internæ labes.domeſticum malum.& gentile odium Hannonis. Vulnus.dolorem:quem habebat cum pugnandi copia non eſſet. Leuis contrarius conatibus Hannibalis:erat enim princeps alterius factionis.

Patres.carthaginenſes ſenatores. Extrema.ultimam calamitatem.& pericula. Præſcia cannarum.Iuno tanq̄ numen poterat præſcire calamitatem:quam romani ad cannas paſſuri erāt.Vnde animo elata euocauit Annam e numico flu.ut Hannibalem moneret eundum eſſe in apuliam:ubi romanos memorabili clade afficeret. Elata.ſuperbiens ob ea quæ futura erant. Stagnis laurentibus.numico flu.in quo latuit fugiens noctu domum æneæ monitu didonis ſororis per nocturnam quietem. Vnde dicit apud Oui.in faſtis:Amne perēne latens anna perēna uocor. Sanguine cognato iuuenis.uerba Iunonis ad Annam:quam mouet ad affectum arguens ab honeſto.& eſt imitatio Virgi.apud quem Iuno euocat e ſtagnis iuturnam ſororem turni:quam monuit ut fratrem morti eriperet. A noſtro belo.ad quem Hannibal ſuā referebat originem.In primo libro dixit:a belo numerabat auos. Inſanos.maximos. Excute fabium.pelle ex animo hānibalis timorem:quem habet de Fabio:quoniam creati ſunt noui conſules. Sollicito.anxio hannibali. Diſcingitur.priuatur exercitu Fabius qui īpediebat tuam uictoriam:qua mitteres romanos ſub iugum.

Iandudum.cito. Campum iapyga.appulum.Martius uates autore Liuio cecinerat fore ut romani ad auſidum apuliæ uincerentur.hoc idem multo ante Sibylla prædixerat. Diua.anna. Contermina.uicina. Caſtis lucis.inuiolatis & ſanctis propter numina. Indigetis.æneæ quem Iouem indigetem appellabāt.Vicina igitur erat æneæ:quoniam eiuſdem fluminis ambo numina habebantur:erat enim anna nympha numici:in quo æneas ſubmerſus nunq̄ comparuit.Situs eſt īquit Liui. quēcunque eum dici ius:faſque eſt ſuper Numicum fluuium Iouem indigetē appellant. Haud inquit tua uis. uerba Annæ ad iunonem. Antiquæ patriæ.carthaginis. Sororis.didonis:quæ mandauit bellum eſſe gerēdum cum æneadis:q̄q̄ inquit color a latinis. Cur dicēt. uenerentur & colant. Aenotri.latini. Numina ſarrana.punica. Eliſæ.didonis:ſed perſtringam inquit oīa preſſis metis.ideſt paucis repetam hanc antiquitatem. & ſic captat attētionem. Preſſis metis.breui narratione. Iliaco poſtq̄.incipit narrare. Iliaco.Troiano ænea: qui fuit hoſpes didonis. Abrupta.ſublata ſpes connubii poſt illius diſceſſum. Penetralibus.ſecretiori parte domus. Deſpectus tædæ.prius reiectus a matrimonio didonis. Tædæ.ad tædā.ideſt connubium. Regnis ſe imponit.Oui.ait in faſtis:Protinus inuadunt Numidæ ſine uindice regnum.& potitur capta maurus hyarba domo. Tepido rogo.quoniam paulo ante illic dido arſerat.

Soli obluctandum fabio maioribus ægrum
Angebat curis lentando feruida bella
Dictator cum multa adeo:tum miles egenus
Cunctarum ut rerū tyrius foret arte ſedendi
Egerat:& quanquā finis:pugnaque manuq;:
Haud dū partus erat:iam bello uicerat hoſtē
Q uin etiam īgenio fluxi:ſed prima feroces
Vaniloquium celtæ genus:ac mutabile mētis
Reſpectare domos:merebant cede ſine ulla
Inſolitum ſibi bella geri:ſiccaſque cruore
Inter tæla ſiti mauortis hebeſcere dextras.
His ſuper internæ labes:& ciuica uulnus
Inuida angebant.leuis conatibus hanno
Ductoris non ulla domo ſubmittere patres
Auxilia aut ullis opibus iuuiſſe ſinebat.
Q uis lacerum curis & rerū extrema pauētē
Ad ſpes armorum:& furialia uota reducit
Præſcia cannarum iuno:atque elata futuris.
Nāque hac accitam ſtagnis laurētibus annā
Affatur uoce:& blandis hortatibus implet.
Sanguine cognato iuuenis tibi diua laborat
Annibal a noſtro nomen memorabile belo.
Perge:age.& īſanos curarū cōprime fluctus:
Excute ſollicito fabium.ſola illa latinos
Sub iuga mittēdi mora iam diſcigitur armis.
Cum uarrone manus:& cum uarrone ſerēda
Prœlia:ne deſit fatis ad ſigna mouenda.
Ipſa adero.tēdat iādudum in iapyga campū.
Huc trebiæ rurſū:& thraſimeni fata ſequētur.
Tum diua indigetis caſtis contermina lucis.
Haud inquit tua uis nobis præcepta morari.
Sed fas ſit cautum quæſo retinere fauorem
Antiquæ patriæ:mandataq; magna ſororis.
Q uāquā iter latios annæ ſtet numē honores
Multa retro rerū iacet:atque ambagibus æui
Obtegitur denſa caligine merſa uetuſtas.
Cur ſarrana dicēt ænotri numina templo.
Regniſq; æneadum germana colatur eliſæ.
Sed preſſis ſtringā reuocatā ab origine famā
Narrandi metis:breuiterque antiqua reuoluā
Iliaco poſtquā deſerta eſt hoſpite dido
Et ſpes abrupta e medio:in penetralibus atrā
Feſtinat furibunda pyram:tum corripit enſē
Certa necis profugi donum exitiale mariti.
Deſpectus tædæ regnis ſe imponit hyarbas.
Et trepido figit arma rogo:quis rebus egenis

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Tyranno.hyarba.q.d.quis nobis opem attuliſſet contra hyarbam:qui maximam habebat potentiam. Battus cyrenen.Oui.canit battum excepiſſe annam apud melitem inſulam:quæ eſt prope coſyram inter Siciliam & Aphricam:de Batto ſic ſcribit Trogus lib.xiii. cyrene condita fuit ab Ariſteo:cui nomen Battus propter linguæ obligationem fuit.Ariſteus autem filius fuit Apollinis.& cyrenes nymphæ. Molli.miti & ab omni crudelitate alieno. Facilis dediſſe lachrymas.qui mouebatur ad affectum & miſericordiam erga illos:qui aduerſa fortuna laborant. Supplice.anna quæ opem ſuppliciter implorabat iam pro fuga. Euentus regum.calamitates:quas poſſunt ſubire reges uolente fortuna pulſi regno.& ideo rex regem afflictum miſerari debet:timens & ipſe talem euentum:cum fortuna temeraria ſit & cæca. Bis tondet ariſtas.ideſt fuit hoſpes Batti per duos annos:Oui.ait:Signa recenſebat bis ſol ſua:tertius ibat Annus & exilio terra petenda noua eſt. Docebat.oſtendebat ipſe Battus annæ adnauigare illuc ex phœnicia pygmalionem.Oui. Sed timuit magnas pygmalionis opes. Sibique.nam ſe ipſam deteſtabatur:ꝗ non cum ſorore occubuiſſet. In ſuprema.mortem:quæ eſt ultimum omnium terribilium. Turbo fatalis.uis uctorum:quæ fato quodam ad littus laurentinum nauim annæ impulit. Sidonis.anna phœniſſa. Comitatus iulo:Oui.dicit achatem fuiſſe tunc æneæ comitem. Sacro.dicit propter Iulium Cæſarem:& alios ab eo deſcendentes:qui ſacri fuerunt:ut ſupra dictū eſt. Noto ore.quoniam agnoſcebatur ab Anna. Hoſpitii honos.quo excepta humaniſſime fuerat ab Aenea. Pro tempore.temporis conditione:adulabatur enim uerbis æneæ:quem animo oderat. Nate dea.uerba Annæ:quibus captat beniuolentiam. Lucis fuiſti.totum oppoſitum Anna ſentiebat.Aeneas quippe mortis didonis cauſa fuit & euerſionis īperii. Stetit interdum.amatoria inconſtantia exprimitur. Sacrum cubile.in quo tu iacueras:quod te iam abſente tangere nefas ducebat. Amens.furēs amore. Effigiem.imaginem cæream:quoniam heroinæ mulieres apud antiquos ſeruabant amantium imagines:ut in illis cum uiri abeſſent ſe oblectarent:ut de laodamia ſcribit Ouidius. Non nūquam.ideſt unquam amor deponit ſpem:ſperat enim ſemper id ſe adepturum:quod cupit. Ad magicas artes.hoc canit Virgilius in quarto. Sacri.execrabiles:ac deteſtabiles.

Numina noctis.deos manes & īfernos. Eliciunt.euocant. Nouis curis.magno amori.

Ferret opem nomādum late terrente tyrānno
Battus cynerem molli tum fortefouebat
Imperio.mitis battus:lachrymaſq; dediſſe
Caſibus humanis facilis:qui ſupplice uiſa
Intremuit regum euentus:dextramque tetendit:
Atque ea dum flauas bis tondet meſſor ariſtas.
Seruata interea ſedes:nec longius uti
His opibus battoque fuit.nā ferre per æquor
Exitium miſeræ iam pygmaliona docebat.
Ergo agitur pelago diuis inimica:ſibique
Quod ſe non dederit comitem in ſuprema ſorori
Donec iactatam laceris miſerabile uelis
Fatalis turbo in laurentis expulit oras.
Non cœli :non illa ſoli.non gnara colentum
Sidonis in latia trepidabat naufraga terra.
Ecce autem æneas ſacro comitatus iulo
Iam regni compos noto ſeſe ore ferebat
Qui terræ defixam oculis:& multa timentem:
Ac deinde adlapſam genibus lachrymantis iuli
Attollit:mitique manu intra limina ducit.
Atque ubi iam caſus :aduerſorumque pauorem
Hoſpitii leniuit honos:tum diſcere mœſta
Expoſuit cura lætum infœlicis eliſæ
Cui ſic uerba trahens largis cum fletibus anna
Incipit:& blandas addit pro tempore uoces.
Nate dea ſolus regni:luciſque fuiſti
Germane tu cauſa meæ mors teſtis :& ille
Heu cur non idem mihi tunc rogus:ora uidere
Poſtquā eſt ereptū miſeræ tua:littore ſedit
Interdum:ſtetit interdū:uentoſque ſequuta
Infœlix oculis magno clamore uocabat
Aeneam:comitemque tuæ ſe imponere ſolam
Orabat parere rati:mox turbida anhelum
Rettulit in thalamos curſum:ſubitoque tremore
Subſtitit:& ſacrum timuit tetigiſſe cubile.
Inde amens nunc ſyderem:iulique:tuamque
Effigiem fouet amplexu:nunc tota repente.
Ad uultus conuerſa tuos ab imagine pendet.
Conqueriturque tibi:& ſperat reſponſa remitti.
Nonnunquam ſpem ponit amor:iam tecta:domūq;
Deſerit:& rurſus portus furibūda reuiſit:
Si qui te referant conuerſo flamine uenti.
Ad magicas etiam fallax:atque improba gentis
Maſſile leuitas deſcendere compulit artes.
Heu ſacri uatum errores:dum numina noctis
Eliciunt:ſpondentque nouis medicamina curis:



Quod uidi decepta nefas:congeſſit in atrā
Cūcta tui monumēta pyrā:& nō ꝓſpera dōa
Tum ſic æneas dulci repetitus amore
Tellurē hanc iuro uota iter noſtra frequēter
Auditam uobis iuro caput anna:tibique
Germanæque tuæ dilecti mitis iuli
Reſpiciens:ægreque animi tum regna reliq̄
Veſtra nec abſceſſē thalāo ni magna miatus
Meque ſua ratibus dextra impoſuiſſet: & alto
Egiſſet rapidis claſſem cyllenius euris.
Sed cur heu ſeri monitus cur tempòre tali
Incuſtodito ſæuire dediſtis amori?
Contra ſic infit uoluens ſic murmur anhelū
Inter ſingultus:labiiſque trementibus anna
Nigro forte ioui:cui tertia regna laborant:
Atque atri ſociæ thalami noua ſacra parabā
Quis ægrā mētē:& trepidātia corda leuaret
Infœlix germana tori:furuaſq; trahebam
Ipſa manu properans ad uiſa pianda bidētes:
Nāq; aſper ſomno dirus me ipleuerat horror:
Terque ſuam dido:ter cum clamore uocarat.
Et læta exultans oſtenderat ora ſycheus (dēt
Quæ dū abigo mēti:& ſub lucē:ut uiſa ſecū
Oro cælicolas:ac uiuo purgor in antro
Illa cito paſſu peruecta ad littora mutæ.
Oſcula qua ſteteras bis :terque infixit arenæ.
Deinde amplexa ſinu late ueſtigia fouit
Ceu cinerē orbatæ preſſāt ad pectora matres.
Tum rapidopræceps curſu reſolutaque crinē
Euaſit propere in celſam: quā ſtruxerat ante
Magna mole pyram:cuius de ſede dabatur
Cernere cūcta fræta:& totā carthaginis urbē
Hic phrygiā ueſtem:& bacatū iduta monile
Poſtquā illū īfœlix hauſit:quo mūera primū
Sunt conſpecta diē:& conuiuia mēte reduxit
Feſtaſque aduētu menſas:teque ordine troiæ
Narrantem longos ſe peruigilante labores:
In portus amens rorantia lumina flexit.
Dii longæ noctis:quorū iam numina nobis
Mors inſtās maiora facit:precor īquit adeſte:
Et placidi uictor ardore admittite manes
Aeneæ coniunx ueneris nurus ulta maritū:
Explicat haud longe tellus huc dirige ſigna.
Dixit:& in nubes uiuentia ſuſtulit ora.
Cui dux promiſſæ reuireſcēs pignore laudis.
Nimpha decus generis:quo nō ſacratius ullū

Decepta.quoniam ablegauit Annā Dido:ut canit Virgilius:ſimulans quædā ſacra. Dōa.enſem quo ſe peremit. Tum ſic Aeneas.percuſſus aium amore Aeneas:interrupit ſermonem Annæ. Tellurem hanc iuro.uerba annæ ad æneam. Auditam uobis.nam dixerat italiam quæro patriam & Italiā nō ſponte ſequor. Aeger animi.mœſtus. Cyllenius.Mercurius miſſus a Ioue ad æneam. Alto.mari. Nigro forte ioui.uerba annæ.

Nigro ioui.Plutoni:qui habet tertia regna.i.loca inferna.Iuppiter habet cœlum.Neptunus mare. Laborant.ſeruiunt & parent. Sociæ atri thalami.Proſerpinæ uxori Plutonis. Furuas.nigras:quoniam nigra hoſtia mactabatur dyti. Quis.quibus ſacris pelleret amoris ſollicitudinem. Leuaret.ſolueret. Ad uiſa pianda.expurganda illa:quæ per nocturnam quietem uiſa fuerant.

Sub lucem.mane:ideſt in aurora. Secundent.proſpera faciant. Antro uiuo.aqua uiua in antro:quoniā ſacrificantes aqua ſparguntur.aliter ſacra tangere nō audebant.apud Virgi.ait Dido ſuæ nutrici de anna:Dic corpus properet fluuiali ſpargere lympha. Magna mole.alta. Phrygiam ueſtem.quam æneas muneri dederat.

Bacatum monile.margaritis ornatum.Vir.Colloque monile bacatum.Bacas appellat ipſas margaritas & gemmas monili inſertas. Poſtq̄ illum infœlix.poſtquam reuocauit in mentem ſuam diem quo te excepit:& conuiuium celebrauit. Munera:quæ tu obtuliſti:reſpiciens littora deos manes precata eſt:ut animam ſuſciperent.

Dii longæ noctis.hæc fuerunt uerba Didonis moriture:ſed apud Virgi.loquitur. Dii noctis.inferoꝝ:quoꝝ numina mihi iam ſunt maiora:cum ſim prope mortem

Manes.animam meam uictam amore. Admittite.recipite. Vlta maritum.Sycheum interfectum a pygmalione:ideo ait apud Virgi.Mea mœnia uidi Vlta uiꝝ:& pœnas ſcelerato a fratre recepi. Explicat.hic plurima Sylli carmina deſiderātur illius incuria:ut arbitror:qui hoc opus eſcripſit apud conſtantiam urbem:galliæ ubi hoc poema iam amiſſum a Pogio uiro:id ætatis litteratiſſimo repertū fuit tempore diui Nicolai pontificis maximi:cuius fœliciſſimi pōtificatus auſpiciis latina lingua quæ uandalum gothicumque ſapiebat proprium decus reſumere cœpit.deſideratur hic deificatio annæ apud latinos:& oratio quam habuit apud hannibalem Iunonis iuſſu:ſuperſunt tantum ultima orationis uerba:explicat &c. Haud longe tellus.ſcilicet eſt inquit anna. Huc.ad hanc tellurem.ideſt apuliam. Suſtulit ora in nubes.ideſt euanuit in auras. Dux.Hannibal gaudens promiſſis. Nympha decus.uerba hannibalis ad annam:a qua beniuolentiam captat.inde ſi uictor fuerit diuinos illi honores in patria pollicetur. Generis.ſcilicet noſtri.

Oblata.quæ te mihi cum proſperis rebus obtuliſti.

Aſt ego.pollicetur remunerationem:ſi fuerit compos promiſſæ pugnæ. Siſtam.locabo. Iuxta.ſcilicet te dicabo. Dido.ſororem tuam. Aequatam gemino numie ſimulacri.ideſt uolo ut dido habeat prope te ſimulacrum:tuo ſimile tanquam numen:quāuis non ſit relata adhuc in numeꝝ deoꝝ:ſed tua gratia hoc illi ꝓſtabit.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Numen ait nobis fœlix oblata ſecundis.
Aſt ego te compos pugnæ carthaginis arce
Marmoreis ſiſtam templis: iuxtaque dicabo:
Acquatā te gemino ſimulachri numine dido.
Hæc fatus ſocios ſtimulat: tum feſtus ouantes
Pone graues curas:tormētaque lenta ſedendi
Fatalis latio miles.placauimus iras
Cœlicolum:redeunt diui:finita maligno
Hinc fabio imperia: & mutatos cōſule faſces.
Nuncio nūc dextras mihi q̄ſq̄:atq̄ illa referto
Q uæ marte excluſus promittere magna ſole
En numē p̄riū ſpōdet maiora pactis. (bas
Vellātur ſigna:ac diua ducente petamus.
Infauſtū phrygiis diomedis nomine campū:
Dumq̄ arpos tēdunt īſtructi pectora pœni.
Subnixus rapto plebei muneris oſtro
Sæuiciā roſtris uarro: ingentique ruinæ
Feſtinans aperire locum fata admouet urbi:
Atque illi ſine luce genus: ſurdūque parentū
Nomen: & īmodice uibrabat more canoro
Ligua p̄cax.hic auctus opes:larguſq̄ rapinæ.
Intima dum uulgi fouet: oblatratque ſenatū.
Tantū in quaſſata bellis caput extulit urbe:
Momentū ut rerū & fati foret arbiter unus:
Q uo cōſeruari latiū uictore puderet.
Hunc fabios īter:ſacrataque nomina marti
Scipiadas: interque ioui ſpolia alta ferentem.
Marcellū faſtis labē ſuffragia cæca
Addiderāt: cannaſque malū exitiale fouebat.
Ambitus & graio funeſtior æquore campus:
Idem ut turbarū ſator: atque attendere ſolers
Inuidiam prauuſque togæ:ſic debilis arte
Belligera:martēque rudis uerſare: nec ullo
Spectatus ferro. lingua ſperabat adire
Ad dextræ decus:atq̄ e roſtis bella ciebat.
Ergo alacer:fabiūq̄ moræ increpitare p̄feſſus
Ad uulgum in patres.& ouantia uerba ferebat

Dido.eſt accuſandi caſus: Vir.miſeramq̄ relinquere dido:hæc nomina non mutantur niſi in genitiuo:cum ſic ad imitationem græcoꝵ placet iclinare:ut dido didus in genitiuo:in aliis caſibus dido ſemper.& ſic de ſimilibus.

Dicabo.cōſecrabo: & ſic p̄ponit utile:ut ſit in genere deliberatiuo: in quo hæc uerſantur. Gemino.duplici: ſine ſimili ſtatua:ſimulacroue. Feſtus.gaudēs. Tolle graues curas.uerba hānibalis ad milites:quos ad futurā pugnā hortat̄:& accēdit. Tormēta ſedēdi.dolorē quo ſedēdo & ceſſando a pugna afficiebamini. Fatalis latio, qui es italiæ p̄niciosus. Redeūt.fauēt.ut prius.Mutatos faſces:quoniā creati erāt noui cōſules Paulus & Varro.

Referto.referat. Numen patriū.anna. Infauſtum.infœlicem romanis oriundis a phœnicibus.i.eamus in campos diomedeos:qui erunt infœlices romanis. Arpos.oppidū apuliæ cōditum a Diomede aliter dicit̄ argiripa. Subnixus.elatus & ſuperbus. Oſtro rapto.i.purpura & dignitate cōſulari:inuidioſo uerbo uſus eſt:quoniam Var.rapuit conſulatum:non accepit fauore plebis. & munere. Roſtris.romæ.& illis qui ſe conſulem creauerant:ideo dixit alibi:Proh lubrica roſtra.& uanis fora læta uiris. Genus ſine luce.Var.inquit non habebat claros natales: ſed patrem lanium.& ipſe mercis p̄rnæ aliquando inſtitor fuerat:inde ad maiorē fortunā aſpirans in foro pro ſordidis hominibus uenalem procacēq̄ linguam exercuit:fauenſq̄ plebi:& nomen ſenatus allatrās ad conſulatum euectus eſt:ut rem romanā peſſundaret.

Surdū.ſine fama. Procax.petulans:loquax. Hinc.ex p̄cacitate linguæ. Intima uulgi:opiniones uulgariū & ſententias.Liuius ait:Haud paꝵ callide auram fauorabilis populi ex dictatoria inuidia petit:ſicq̄ plebis gratiā tulit. Quaſſata.attrita tot cladibus. Momentum ut reꝵ:ut ipſe Var.eſſet iam dominus: omniaque mouere poſſet.& proſternere rempub.& eſſet arbiter.i.iudex:& rector fati.i.ut omnia in ſua poteſtate haberet.ex ſtomacho loquitur poeta:populūq̄ latenter imprudētiæ accuſat:qui uiꝵ ſordidum & temerarium ad cōſulatum euexerat:a quo noluiſſet Roma cōſeruari propter dedecus.

Hunc Fabios inter.ſenſus eſt.Maximum dedecus fuit & labes faſtis:in quibus nomina cōſulum ſcribebantur: ut inter clariſſimos principes ciuitatis:& uirtutum imagines tam ſordidus:tamq̄ futilis & īconſultus Var.eſſet aſcriptus. Sacrata marti.propter rei militaris præſtantiam.& intelligit de.P.& Gneo Scipione fratribus:qui in hiſpania occubuerūt:de ſpoliis opimis Marcelli dictum eſt. Suffragia cæca:inconſultus fauor plebis. Ambitus: quo ille cōſulatum fuerat adeptus: p̄rēſando.ſcilicet plebem ut ad cannas nomen romanum pene deleretur.

Campus.ſ.martius:in quo erant comitia: ubi magiſtratus creabantur. Aequore graio:campo diomedeo illic enim habitarunt græci.& illa pars italiæ quæ nūc calabria dicitur olim magna græcia dicebat̄. Idē.Varro. Turbarum ſeditiōum. Inuidiam:ducere aliquem in iuidiam: ut de fabio fecerat.Prauus togæ:ut erat prauus domi:ſic erat ineptus foris.& rei militaris penitus ignarus.

Dextræ decus.ad uerā fortitudinis laudem & imperatoriam:quam.ſ.imperator & conſilio & dextra meret̄.

E roſtris.e foro:in quo cauſis orandis fuerat uerſatus: non autem in caſtris:itaque cum nullā rei militaris experientiam haberet:putabat eo pacto geri bella:quo in roſtris declamauerat:hoc idem dicit Iuuenalis de Cornelio fuſco:qui periit apud dacas.Fuſcus marmorea meditatus prælia uilla. Ciebat.mouebat e foro:non ex diſciplina militari.quæ uſum requirit:ideo dixit ſupra:Pubeſcit caſtris miles. Alacer.concitatus ad bellum ſine aliquo conſilio. Profeſſus.cum palam dixiſſet & decreuiſſet inſectari Fabium:qui pugnam diſtulerat:priuſq̄ conſules ab urbe diſcederent:Varronis multæ:ac feroces conciones fuerunt denunciantes bellum accerſitum a nobilibus manſurumque in uiſceribus reipu.ſi plures fabios imperatores haberet:ſe quo die hoſtes uidiſſet perfecturum. Ad uulgum.apud plebem. Ouantia.elata & magna:ac ſi uictoriam haberet in manibus.



Vos quoꝵ imperiū ē cōſul præcepta modūq̄
Bellandi poſco ſedeo ne an montibus erro:
Dū mecū garamas: & aduſtus corpore mau-
Diuidit italiā: an ferro quo cingitis utor? (rus
Exaudi bone dictator.quid martia plebes
Imperitet.bello libyas romamque leuari
Hoſte iubet:nū feſtināt.quos plurima paſſos.
Tertius exurit lachrymoſis caſibus annus?
Ite igit̄ capite arma uiri. mora ſola triumpho
Paruum iter eſt:quæ p̄ria dies oſtēderit hoſtē.
Et patrum regna & pœnorum bella reſoluet.
Ite alacris latia deuinctum colla cathena
Annibalem fabio ducam ſpectante per urbē.
Hæc poſtq̄ icrepuit portis arma incitus effert
Impellitque moras.ueluti cum carcere rupto
Auriga indocilis totas effundit habenas:
Et præceps trepida pendens in uerbera plāta
Impar fertur equis.fumat male concitus axis.
Ac frena incerto fluitant diſcordia curru.
Cernebat paulus:nanque huic comitia cāpus
Iura atque arma tulit labi mergente ſiniſtro
Conſule res peſſumque dari.ſed mobilis ira
Turbati uulgi:ſignataque mente cicatrix.
Vndantis ægro frenabat corde dolores.
Nam cū p̄domita eſt armis iuuenilibus olim.
Illyris ora:nigro tunc allatrauerat ore
Victorem inuidia.& uentis iactarat iniquis.
Hinc inerat metus & duræ reuerentia plebis.
Sed genus admotū ſuperis ſummūq̄ p̄ altos
Attingebat auos cœlum numerare parentem.
Aſſaracum retro præſtabat amulius autor.
Aſſaracuſq̄ iouem.nec qui ſpectaſſet in armis
Abnueret genus.huic fabius iam caſtra petēti
Si tibi cum tyrio credis fore maxima bella
Ductore inuitus uocē hanc e pectore rumpā:
Fruſtraris paule.auſoniā te prælia dira (multo
Te que hoſtis caſtris grauior manet:aut ego

Vos quoꝵ imperium eſt.uerba Varronis ad patres conſcriptos:apud quōs erat ſumma reꝵ.& ex quoꝵ ſentētia oīa agebantur etiā a conſulibus.Peto īquit a uobis o patres:quo pacto pugnaturus ſim:& an debeā cunctari:ut fecit Fabius. Aduſtus corpore.niger.Quo cingitis me.armatis. Exaudi bone dictator.ironice uertit ſermonē ad Fabiū. Martia.romana:& iclinat̄ plebes plebei.ſic Luca.Neſcit plebes ieiuna timere. Num feſtinant.reſpōdet obiectioni:potuiſſet.n.dici nō eſt feſtinandū.i.num feſtinant illi quos iam per tres annos attriuit hoſtis. Ite igitur.ſeruat decoꝵ uiri temerarii & ad ruinā properātis ſine aliqua cōſultatione. Patꝵ regna.inuidioſe loqtur in optimates quos dicit his bellis q̄rere ſibi regnū & īperiū in plebē quā bellis occupatā exhauriebāt:& ideo dicebat trahi bellum a Fabio ut magis obnoxiā ſenatus haberet plebē. Patꝵ regna.potētiā ſenatoꝵ qui plebē opprimūt. Portis.romanis.ſ. Veluti cū carcere rupto.Varronē temerariū & incōſulte ruentē in hoſtes cōparat īdocili aurigæ qui effuſis habenis ruit in præceps. Carcere. loco in quo cōtinentur priuſq̄ admittant̄ ad curſum ſed hūc locū numero multitudinis appellare ſolemus cū p̄prie loq̄mur. Plāta.calcaribus. Impar. quoniā nō poteſt eos retinere. Diſcordia.diſcordātia. Incerto.uagāti. Cernebat.uidebat ruinā ad quā feſtinabat eius collega. Cāpus.i.ipſa comitia quæ erant in cāpo martio & ſuffragia q̄bus Paulus æmilius creatus fuerat cōſul cum Varrone. Siniſtro.cōtrario & temerario. Peſſūq̄ dari.in ruinā Varrone ipellente. Sed mobilis ira eſt turbati uulgus.i.uulgus mobilis & īcōſtās erat ira turbati pauli.i.erat cauſa iræ & cicatrix.i.ignominia q̄ fuerat notatus cū bellū cōtra illyricos geſſit quibus per id tēpus teutana mulier īperabat:& cū aliq̄diu bono euētu pugnaſſet deceptus demū īſidiis partē exercitus amiſit:& ob hoc a plebe ignominia notatus.Liuius ait.L.Paulus æmilius q̄ cū .M.Lelio cōſul fuerat ex damnatione collegæ & ſua p̄pe ambuſtus euaſerat īfeſtus plebi diu ac multum recuſans ad petitionē cōpulſus iuris p̄ximo comitiali die cōcedētibus oībus q̄ cū Varrone certauerāt pars magis aduerſa q̄ collega dat̄ cōſuli. Vndātes.magnos æſtuātes. Nigro ore.īuido & maligno.hic niger eſt.īquit Hora.hūc tu romane caueto. Vētis iniq̄s.malo iudicio & dānatiōe. trāſlatio eſt a naui quæ iniquo uēto agitat̄. Hic.ex priori īuidia & liuore plebis. Duræ.īexorabilis. Sed genus admotū ſuperis.repetit altius ſtēma & genus Pauli æmilii quē dicit habuiſſe originē ab amulio rege albanoꝵ q̄ fuit frater numitoris & amulius habebat originē ab aſſaraco troiano per æneā & aſſaracus a ioue.ergo Paulus æmilius ad iouē genus referebat ſuū:hoc tamē fingit poeta.aliter enim ſcribit Plutarchus in uita pauli æmilii.

Abnueret genus.ideſt nec aliquis negaret illū habere originem a ioue:qui illius res ſtrēnue geſtas uidiſſet.Numa pompilius autore Plutarcho quatuor filios habuit: pomponem:pinum:calpum:mamercum:a pōpone pōponii cognominati ſūt.a pino pinarii:a calpo calphurnii: a mamerco mamerci:qui & æmilii dicti ſunt:a ſermonis lepiditate & ſuauitate quam ille primus habuit qui huic familiæ cognomentum reliquit. Si tibi cum tyrio.uerba Fabii ad paulum æmilium euntem ad bellum quem monet ut ſuo exemplo pugnam fugiat & cunctādo rem romanā tueatur quā Varro perdere p̄perabat.Apud Liuiū ſic Fabius loq̄tur.Erras.L.paule ſi tibi minus certaminis cū Varrone q̄ cum Hannibale futuꝵ cenſes:neſcio an infeſtior hic aduerſarius q̄ ille hoſtis maneat:& cū illo in acie tantū.cū hoc oībus locis ac tēporibus certaturus ſis. aduerſus Hannibalē tibi ſit pugnandum:Varro dux tuis militibus te ſit oppugnaturus. Fruſtraris.decipis. Aut ego multo.ſenſus eſt:ſi Varro ut dicit ex templo cum hoſte pugnauerit aut ego hoc genus belli & hoſtem ignoro:aut alium locum inſignem noua clade cernemus.q.d. ſcio futurum eſſe quod prouideo & ſic prudentia Fabii laudatur quæ ſine longa reꝵ experientia eſſe non poteſt: cuius proprium eſt uerum in omni re uidere:bene conſulere:& quid ſit agendum imperare.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Nequicq̄.fruſtra. Multo marte.longa experientia in re militari. Spondentē.promittentē Varronē plebi ſe ſumpturū pugnā cū duce tā fauſti martis.i.qui uictorioſiſſimus erat & fœliciſſimus in pugna. Quātū nūc.q.d. ſi Hānibal hoc audiuit actū eſt de re romana & paꝝ abſumus ab exitio. Ardēs pœnus Hānibal concitatus ad pugnā & furēs bello. Tu proh ſuperi.orat paulū Fabius ut ſua prudentia rē romanā tueaᷤ & caute agat oīa prius explorādo q̄ pugnā capeſſat. Ritus.mos bellandi punicus. Copia reꝝ.cōmeatus & alia exercitui alēdo neceſſaria. Quæ natura.ne.ſ.pareꝰ īſidiæ. Si rimabere.ſi cōſiderabis cognoſces fortunā eē ſup ipſa pœnoꝝ arma .q.d.pœni ſunt in armis ſolertiſſimi & utunᷤ nūc ſecūda fortuna:& ſic ab utili oſtēdit cūctandū eē donec fortuna muteᷤ. Indeuia.quæ a recto nō diſcedāt. ī primo dixit. ſed deuius æqui.i.alienus ab æqtate:ſic igiᷤ ideuius recti: nō alienus a recto.i.qui rectū honeſtūq; ſeqtur:noli inqt a recto diſcedere ut bonum uiꝝ decet & ſalutis p̄riæ ſtudioſū quā nūc Varro peſſundare nitiᷤ & ꝑperat:locus ē ab honeſto. Cur uni.cōfutatio eſt.q.d.ſi eſt fas Varroni ꝑdere patriā:multo magis fas eſt tibi eā liberare. Eget īprobus arcto uictu.i.laborat inopia cōmeatus.Hoſtis q eſt in terra hoſtili neque illi terra neque mari eſt pax:nullæ urbes eum accipiunt:in diem rapto uiuit partem uix tertiam eius exercitus habet quem ab hiſpania duxit:dubitas ergo quin eum ſedendo ſupetaturi ſimus qui ſeneſcit in dies non ſupplementum:non commeatus:nō pecuniam habet. Pari pube: nouis militibus pro ſupplemēto miſſis. Mecū erit.uerba pauli reſpōdētis Fabio.

Pietas.erga.ſ.patriā ut nitar eā ſeruare cui pietatē debemus. Tuā mentē ſniam & iſtitutū.i.cūctabor ut tu feciſti q̄tū in me erit. Qua te graſſante.i.qua te bellū gerēte aduerſus hoſtē. Cōſidere.lāgueſcere ac debilitari.

Sed quæ nā ira deū.oſtēdit ſibi eē maximā difficultatē ad patriā tutādā cū habeat collegā hoſtē:putatq; iratis numinibus illū eē creatū ut rē romanā ꝑdat. Pœnis.hoſtibus. Trahit oīa ſecū.i.ipſe tēdit in p̄ceps & trahit ſe cū rē romanā:& metuit eē inſanus ne romana reſpublica alio cōſule q̄ ſe ruat:nam cupit eā p̄cipitē dare & cito uellet aſſumere ſibi collegā punicū ut citius & facilius nullo aduerſante quod cupit efficere poſſit romam.ſ.euertere.

Conſortē.collegā carthaginēſem. Sera pro ſero.i.nō tarde ſed cito uellet carthaginēſem collegā. Accire.aduocare:eligere:& ut exprimat Varronis temeritatē & incōſultā pugnæ auiditatē ait nullus equus ſufficit Varroni īſano qui eum cito portet in hoſtē.q.d.adeo ꝑperat ut nō uideatur poſſe equus reperiri qui eius affectui & amētiæ ſeruiat:adde ꝙ dolebat īcedere tenebras noctis quæ curſum retardēt. Tantū nō.quaſi eductis enſibus e uagina:hac locutione uſus eſt Trāquillus in tyberio his uerbis.tantū non ſtatim a funere ad negocioꝝ conſuetudinem rediit iuſtitio longiore inhibito. Tarpeiæ rupes. uertit ſermonem ad rupem tarpeiam.ideſt capitolium: pollicetur ſe ituꝝ paulus in omne diſcrimen pro patria.

Cognata tecta.quoniam æmilii referebant genus ſuū ad iouem per amulium regem albanum ut dictum eſt.

In ſua arce.robore ac dignitate. Mihi monēti ſurda. ideſt ſi Varro affectās pugnam noluerit audire me monētem. Haud ultra morabor.hypallage eſt in ſenſu.ideſt patria non morabitur me.ideſt nō expectabit:quoniam uolo mori. De gente aſſaraci.ad quem genus ſuum referebat paulus.

Nequicq̄ didici caſus pernoſcere marte:
Spondentē audiui:piget heu:tedetq; ſenectæ
Si quas proſpicio reſtat paſſura ruinas.
Cum duce tam fauſti martis qua uiderit hora
Sumpturū pugnā.q̄tū nunc paule ſupremo
Abſumus exitio:uocem hanc ſi conſulis ardēs
Audiuit pœnus:iam latis obuia credo
Stat campis acies.expectaturque ſub ictu
Alter flamminius.quantos inſane ciebis
Varro uiros? tu proh ſuperi tu protius arma
Tu campū noſcas ante exploreſque trahendo
Quantū hoſtis ritus ualeat:quæ copia rerū.
Quæ natura locis. quod ſit rimabere ſollers
Armorum genus.& ſtantem ſuper omnia tela
Fortunam aſpicies. fer paule indeuia recti
Pectora.cur uni patriam ſi affligere fas eſt:
Vni ſit ſeruare nephas? eget improbus arcto
Iam uictu libys & belli feruore recluſo.
Laxa fides ſociū ē.nō hic domus hoſpita tecto
Inuitat patrio.non fide mœnibus urbes.
Excipiunt:renouatque pari ſe pube iuuentus.
Tertia uix ſupereſt crudo quæ uenit ibero
Turba uirū:preſta :& cauti medicamīa belli
Lentus ama.ſi qua interea inuitauerit aura
Annueritque deus uelox accede ſecundis.
Cui breuiter mœſto conſul ſic ore uiciſſim.
Mecū erit hæc prorſus pietas:mētēq; feremus
In pœnos inuicte tuam.non me unica fallit
Cunctandi ratio qua te graſſante ſeneſcens
Annibal oppreſſum uidit conſidere bellum.
Sed quæ nā ira deum? cōſul datus alter opior
Auſoniæ eſt:alter pœnis trahit omnia ſecum:
Et metuit demens alione conſule roma
Concidat e tyrio conſortem accire ſenatu.
Non iam ſera uolet:nullus qui portet in hoſtē
Sufficit inſano ſonipes.incedere noctis
Q̄d tardent curſū tenebras dolet.itq; ſupbus
Tantum nō ſtrictis mucronibus ulla retardet
Ne pugnas mora dum uagina ducitur enſis.
Tarpeiæ rupes cognataque ſanguine nobis
Tecta iouis.quæq; arce ſua nunc ſtātia linquo
Mœnia fœlicis patriæ. quounque uocabit
Summa ſalus teſtor ſpreto diſcrimīe iturum:
Sed ſi ſurda mihi pugnabunt caſtra monenti
Haud ego uos ultra nati dulcemq; morabor
Aſſaraci de gente domum:ſimilēue uidebit.



Saucia.calamitatibus affecta. Tumidi.irati. Verſa.diuerſa. Aruis prædictis.appulis ut anna prædixerat: Non alias maiore uirum:ait poeta nunq̄ italiam maioribus pugnaſſe uiribus q̄ ad cannas:& nunq̄ fuiſſe tātum roboris & uirorum & equoꝝ.timebāt quippe ſuprema:ideo omnis italia in armis fuit:cum non eſſet aliqua ſpes certandi niſi uno marte. Faunigenæ ſocio.deſcribit populos latinos qui ad pugnā cānenſem milites miſerunt: inde uagatur per omnem italiam deſcribens nomina etiam imperatorum alludens ut plurimum ad illos qui poſtea multi nominis fuerunt aut prius fuerant ut romanorum nomina quocunq; modo celebraret.faunus filius pici filii ſaturni rex aboriginum fuit in latio a quo faunigenæ latini dicti ſunt:inter quos erant rutuli quorum caput ardea erat quæ adhuc extat retinetq; nomen:condita a perſeo & danae eius matre filia acryſii ut quibuſdam placuit.Ardeates autore Strabone curā habebāt ſacroꝝ & templi ueneris quod erat lauini commune latino nomini:ideo rutulos ſacrā turbam appellat:adde etiā ꝙ ardeates ob id ſacrani appellabantur. Socio ſicano.ſicani fuerunt antiqui habitatores latii ueneruntq; ex hiſpania dicti a ſicori amne.inde pulſi traiecerunt in ſiciliam & ſicaniam appellarunt cum prius triquetra a triāgulari forma diceretur.de ſicanis in latio Virgi.meminit dicens fines ſuper uſq; ſicanos. Daunia regna.ardeam & oram illam ubi regnauit daunus pater turni.Laurentum oppidū fuit latii ubi regnauit latinus ſocer æneæ a lauro denoiatum.Numicus eſt fluuius prope laurentum in quē æneas ſubmerſus eſt & ſacratus:cuius fons eſt ī ſylua aricina quæ eſt poſt albanum mōtem uerſus forum appii.

Caſtꝝ.fuit oppidum latii colonia deducta a romanis una cum ſena:& adria poſt triumphum curii dentati de ſamnitibus. Ardea quondam grauis.i.moleſta & inimica troianis propter turnum qui cum ænea pugnauit: cauſaq; fuit phrygibus multoꝝ laboꝝ propter lauiniam ſibi ante aduentum æneæ pactam.unde dolēs aduenam ſibi præponi acerrimum mouit bellum:& manu æneæ occubuit. Lauinum.oppidum latii in colle ſitum conditum ab ænea:& a nomine uxoris lauiniæ denominatum.Syllius dicit illic fuiſſe tēplū iunonis:quod coſmographi non tradunt:ſed dicunt illic fuiſſe templum ueneris in quo erat celebritas latinoꝝ atq; conuentus. Collacia.oppidum fuit latii prope romā uia tyburtina:in quo ſex.Tarquinius Lucretiā uiolauit cuius dedecus & mortem.M.Brutus qui ad eum diem ſtultitiam ſimulauerat cum eſſet uir prudentiſſimus & fortis ultus eſt:eoq; autore romani Tarquinos expulerunt:ideo caſtum appellat Brutum alludens ad caſtitatem Lucretiæ quā ducem romanæ pudicitiæ Valerius appellauit cuius pater tricipitinus appellatus eſt.Maritus autem Tarquinius Collatinus. Immite nemus triuiæ.ideſt aricini uenerunt ad bellum in quorum ſylua erat templum dianæ cum ritu barbarico ut dictum eſt:quoniam is qui templo preeſſe uolebat cum aliis digladiari cogebatur:& uictori honor per uulnera quæſitus cedebat cum aliis poſtea pugnaturo:& hic dicebatur rex aricinus.ideo dicit flaccus.Soliq; immitis aritia regi. Triuiæ.Dianæ quæ quondam in triuiis apud græcos colebatur:& inde nomen adepta.

Oſtia tuſci amnis.ciuitatem hoſtienſem cōditam ab anco martio prope oſtia tyberina.Tybris autem uenit ex hetruria.ideo thuſcum amnem appellat. Tepido almone.ideſt aqua tepida ipſius almonis qui eſt riuus potius q̄ fluuius ante portam capenam:cuius aqua chorybantes lauabant ſimulachrum cybelis aduectum ex peſſinunte urbe phrygiæ concedente attalo rege pergami:huius rei meminit etiam Lucanus. Catylle.catyllus filius amphiarai condidit tybur porrectum in dorſo mōtis adhuc celebre.Horatius:tybur argeo poſitum colono.Tres habuit filios catyllum:coracem:& tyburtum a quo tybur denominatum & tyburtes dicti:& multo tempore ante conditam urbem fuerunt quippe amphiaraus una ætate ante bellum troianum.fuit apud tyburtes inquit Plinius extant ilices tres etiam tyburto conditore eorum uetuſtiores apud quas inaguratus traditur. Præneſte.oppidum latii quod adhuc retinet nomen in excelſo monte ſitum:habuit quondam illuſtre templum fortunæ.illic etiam repertæ fuerunt ſortes a Numerio ſuffuſio autore Cicerone i.ii.de diuinatione:græca eſt ciuitas quemadmodum & tybur. Antemna.oppidum latii uetuſtiſſimum:fuit autem antemna ſub marino oppido quā Romulus coloniam romanorum una cum cecinna & cruſtumero fecit. Cruſtumio.cruſtumium ſeu cruſtumerum oppidum latii fuit albanorum colonia. Labici.dicti ſunt a labico oppido non longe a tuſculo quod nomen dedit uiæ labicanæ. Sceptriferi.alludit ad amplitudinem & maieſtatem urbis Romæ quæ totius pene orbis habuit ſceptrum.ideſt uenerunt in arma omnes accolæ tyberis & anienis qui oritur in montibus trebulanis & per deſcenſus tyburtinos deuoluitur ī planum & prope urbem tyberi miſcetur. Symbriuio.ſymbriuium flumē eſt apud equiculos qui ſunt ſupra tybur:& adhuc retinent nomen. Gelido.propter regionem montoſam & frigidam horum militum ductor erat ſcaurus tunc adoleſcens.hic poſtea uir prudēs fuit & grauis ac ſæpe autor publici conſilii:tantæq; autoritatis in ſenatu ut ciuitatis princeps diu habitus ſit.ſcauri dicuntur qui habēt talos ex

Varroni paulum redeuntem ſaucia roma.
Sic tumidi uerſa turbati mente petebant
Caſtra duces:ac prædictis iam ſederat aruis
Etolos pœnus ſeruans ad prælia campos.
Non alias maiore uirum maiore ſub armis
Agmine cornipedum concuſſa eſt itala tellus.
Quippe extrema ſimul gentiq; urbiq; timebāt.
Nec ſpes certādi plus uno marte dabaᷤ.
Faunigenæ ſocio bella inuaſere ſicano.
Sacra manus rutuli ſeruāt qui daunia regna.
Laurentique domo gaudent & fonte numici
Quiq; īmite nemus triuiæ:quiq; oſtia thuſci
Amnis amāt tepidoq; fouent almone cybelē.
Hinc tybur catille tuum ſacriſque dicatum
Fortunæ præneſte iugis antemnaque priſco
Cruſtumio prior atq; habiles ad aratra labici:
Nec nō ſceptriferi qui potant tybridis undā:
Quiq; anienis habent ripas gelidoq; rigātur
Symbriuio:raſtriſq; domant equicula rura.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

His ſcaurus mõitor tenero tũc ſcaurus ĩ æuo.
Sed iam ſigna dabat naſcens in ſæcula uirtus.
Non illis ſolitum criſpare haſtilia campo:
Nec mos pennigeris faretrã ĩpleuiſſe ſagittis.
Pila uolũt:breuibuſq; habiles mucrõibus ẽſes
Ere caput tecti ſurgunt ſuper agmina criſtis.
At quos ipſius menſis ſepoſta lyei
Setia:& in celebri miſerunt ualle uelitræ:
Quos cora quos ſpumãs inimico ſignia muſto:
Et quos peſtifera pontini uligine campi
Qua ſature nebuloſa palus reſtagnat & atro
Liuentes cano per ſqualida turbidus arua
Cogit aquas uſens:atque inficit æquora limo.
Ducit auis pollens nec dextra ĩdignus auoꝝ
Scæuola cui diræ celatur laudis honora
Effigie clypeus:flagrant altaribus ignes.
Tyrrhenum ualli medio ſtat mutius ira
In ſemet uerſa ſeuitque in imagine uirtus.
Tunc icti ſpecie ruere acri in bella magiſtro
Cernitur effugiens ardentem porſena dextrã
Quis circea iuga & ſcopuloſi uerticis anxur
Hernicaque impreſſo raduntur uomere ſaxa.
Quis putri pinguis ſulcaris anagnia gleba.
Sylla ferentinos priuernatumque maniplos:
Ducebat ſimul excitos ſoræque iuuentus.
Addita fulgebat telis:hic ſcaptia pubes.
Hic fabraterie uulgus nec monte niuoſo.

tantes:inde ſcaurorum familia cognominata:Horatius in ſermonibus ait : Illum balbutit ſcaurum prauis fulctum male talis. Criſpare: mouere. Pila:haſtas graues:pilum erat haſta romanorum. Ere:galea ex ere cũ criſtis quibus agmina ſuorum ſuperabant. Setia:urbs latii in monte ſita nonprocul a pomptinis paludibus nobilis uino quod ab ea ſetinum appellatur:& id diuus auguſtus cunctis prætulit & tere ſequutus principes ut inquit plinius propter confeſſa experimenta ad uetuſtatem perueniebat. Martialis in diſtichis: Pendula pomptinos quæ ſpectat ſetia campos: Exigua uetulos miſit ab urbe cados. poeta laudans ſetinum uinum dicit ſetiã eſſe ſepoſitam menſis ipſius lyei. quaſi dicat. adeo præſtans eſt ut non debeat miſceri niſi bacco. Velitre:oppidũ latii adhuc retinet nomen:ignobile quõdam erat & infrequens:ideo ait ualle incelebri. Cora:oppidum latii adhuc retinet nomen & etiam ſignia. Inimico muſto: propter nimiam auſteritatem:Plinius ait:nam quod ſignie naſcitur auſteritate nimia continendæ utile aluo inter medicamenta numeratur. Martialis :Potabis liquidum ſignina morantia uentrem: Ne nimium ſiſtant ſit tibi parca ſitis. Pomptini campi : dicuntur a põmetia urbe prope pomptinas paludes ſita:Plinius ait:prope circeios eſt palus pomptina quem locum. xxiiii urbium fuiſſe mutianus ter conſul prodidit. Vligine: humiditate & nebula:uligo autem ſignificat humorem terræ & in illis paludibus eſt perpetuus humor. hanc paludem efficiunt duo amnes aſtura & uſens qui tandem in mare inferum euoluit multo limo turbidus. Satura fuit urbs in pomptinis palludibus. Vir. Qua ſatura iacet atra palus. Liuentes aquas:turbidas. Cogit:cõgregat. Inficit:maculat pomptinæ paludes a cornelio cethego conſule cui ea prouincia euenerat ſiccatæ ſũt agerque ex his factus eſt. Ducit auis pollens:alludit ad illum ſceuolam qui tempore porſenæ manum igni ſacrorum iniecit a quo hic originem ducens illius hiſtoriam in clypeo cælatam habebat. Pollens: clarus. Dextra auorum laude quam ille comburendo dextram adeptus eſt & etiã nõ indignus dextra auorum ideſt cognomine ſcæuolæ qui a ſcæua ſcæuola cognominatus eſt: ſcæua ſiniſtra dicitur. cum porſena iuuenem amoueri ab altaribus iuſſiſſet & enſem illi porrigeret. mutius leuam intendit manum ut enſem caperet & ſcæuola cognominatus eſt: ſiue q̃a amiſſa dextra manu ſiniſtra uſus ẽ. ille q plus ſiniſtra q̃ dextra ualet ſcæuola appellatur : uocabatur ille Iunius gaius mutius cordo. natus. xx. annos cum hoc facinus auſus ẽ. Diræ laudis:quoniam manum igni iniecit quod martialis appellat ſæuum miraculum. Tyrrhenum:tyrrhenorũ ideſt hetruſcorum quoniam porſena erat hetruſcus & rex cluſii. In ſemet:in ſuam manum deceptam in ſcriba ipſius regis quem occiderat regem arbitratus. Seuit:uidetur ſeuire:laus eſt ſculptoris.

Virtus fortitudo ipſius mutii qui manum fortiter igni ſacrorum uſſit. Icti:prouocati & commoti. Specie:tali imagine & apparentia. Ruere:ruebant in prælia. Acri magiſtro:forti duce mutio qui ſuo exemplo & uirtute iuuentutem romanam ad præclara facinora prouocabat. Cernitur effugiens:quoniam porſena nõ potuit ſpectare ardentem manum mutii. Martialis. Vrere quam potuit contempto mutius igni. Hanc ſpectare manum porſena non potuit. Quis circea iuga:circei quondam inſula mons ad mare quondam finis antiqui latii habitauit illic circe. Theophraſtus ait:circeium eſſe excelſum promontorium robore lauro myrto refertũ tradunt circen in eo habitaſſe:cingitur mari fere paludoſo. Quis:quibus. Anxur:oppidum ſitum quõdam ĩ monte aſpero. aliter dicitur tarracina. Horatius in ſermonibus: Atque ſubimus Impoſitũ ſaxis late candẽtibus anxur. Hernica ſaxa:hernici populi in latio quorum caput eſt anagnia:& fuerunt colonia ſabinorum pinguis dicitur anagnia propter ſoli fertilitatem. Virgi. Hernica ſaxa colũt quos diues anagnia paſcit. Iulius grecinus ouidii comes ait li. ii. urbium italicarum hernicos fuiſſe pelaſgos ab hernico duce denominatos. Putri gleba : reſolubili ac per hoc frugifera. Ferentinos:ferentinum oppidum adhuc retinet nomen iter anagniam & alatrũ Priuernum eſt oppidum uolſcorum non longe a ſetia a quo priuernates. Sora eſt urbs ultra uerulas quam lyris alluit. Scaptia oppidum latii quod tempore plinii interciderat. Fabrateria oppidum non longe ab aquino cuius meminit Iuuenalis:aut fabrateriæ domus:adhuc retinet nomen. Atina oppidum adhuc extat & nomen retinet non longe a fabrateria in monte ſitum qui niue obducitur cum ſit regio frigida.



Deſcendens atina aberat. detritaque bellis
Sueſſa. atq; duro fruſino haud ĩbellis aratro:
At qui fibreno miſcentem flumina lyrim
Sulphureum tacitiſque uadis ad littora lapſũ.
Accollit arpinas accita pube uenafro.
Ac larinatum dextris ſocia hiſpidis arma
Commouet: atq; uiris ingens exaurit aquinũ
Tullius eratas raptabat in agmina turmas
Regia progenies & tullo ſanguis ab alto.
Indole proh quãta iuuenis quantũq; daturus
Auſoniæ populis uentura in ſæcula ciuem.
Ille ſuper gangem ſuper exauditus & indos
Implebit terras uoce: & furialia bella
Fulmine cõpeſcet linguæ:nec deinde relinquet
Par decus eloquio cuiq̃ ſperare nepotum.
Ecce inter primos theramneo a ſanguĩe clauſi
Exultat rapidis nero non imitabilis auſis.
Hũc amiterna cohors & bactris nomia ducẽs
Caſperula hunc foruli magnæq; reate dicatũ.

Sueſſa. oppidum prope uenafrum quod bello attritum dicit alludens ad tempora Tarquinii ſuperbi qui hernicis in ſocietatem acceptis & antiatibus templum in monte albano ædificauit:& ioui latiali dedicauit:inde cum ſabinos bello uiciſſet agrum eoꝝ depopulatus eſt:hinc pometiam & ſueſſam obſedit & ui expugnauit & armatis omnibus trucidatis imbellem turbam fortunaſq; omnis militibus diuiſit. decimam quã ex ea præda recepit ædificando templo ioui deſtinauit. Fruſino adhuc retinet nomẽ oppidum eſt prope alatrum uerſus fundos cuius incolæ boni erant milites boni agricolæ. Fibreno. fibrenus fluuius labitur inter ſoram & arpinum & miſcetur lyri ad uillam ubi natus eſt Cicero: quæ nunc dicitur uilla ſancti dominici :cuius Cicero meminit in dialogo de legibus. Arpinum autem diſtat ab hac uilla fere tribus milibus paſſuum. & eſt ſitum in monte. Sulphureũ. quoniam aqua lyris ſulphurea eſt. Tacitis uadis. aqua non obſtrepenti:quoniam lyris nõ eſt ſonorus ſed habet aq̃s & ripas amœnas & poetis aptas. Accita. euocata. Venafrum oppidum nõ longe ab arpino & minturnis in uertice montis ſitum:unde optimum affertur oleum:Martialis:Hæc tibi campani ſudabit baca uenafri: Vnguentũ quotiens ſumis & iſtud olet. Larinatum. larinates fuerunt antiqui habitatores latii quorum nulla nunc extat memoria. Hiſpidus. horridus & piloſus. aquinum oppidum inter arpinum & caietam adhuc retinet nomen Iuuenale ſatyro & diuo thoma ſacratum litterarum interpreti alumnis clarum. Ab alto tullo. tullus fuit antiquus rex uolſcorum ad quem aliqui tulliorum familiam referunt in gratiam Ciceronis cuius natalibus ꝑpe obſcuris aliquod lumen generis & ſtemma maioꝝ addere uolebant. nam ſi id uerum fuiſſet Cicero uentoſus & iactabundus aliquando uſque ad reprehenſionem minime tacuiſſet cum illi humilitas natalium exprobraretur ac nouitas. Regia progenies. propter tullum uolſcoꝝ regem. Pro quãta q̃ ampliſſima uirtute. alludit ad. M. Tullium Ciceronem quem ab hoc Tullio habuiſſe originem dicit. Quantum ciuem. q̃tus fuit Cicero fons æloquii uberrimus & omnium diſciplinarum deus. Ille ſuper gangem. laudat. M. Tullium romanæ eloquentiæ autorem & pricipem:de quo Plinius:Sed quo te. M. Tulli piaculo taceam quoue maxime excellentem inſigni prædicem quo potius q̃ uniuerſi populi & illius gentis ampliſſimo teſtimonio:& tota uita tua:conſulatus tantum operibus electus te orante proſcriptoꝝ liberos honores petere puduit. tuum catilina fugit igenium. Tu. M. Tulli Antonium proſcripſiſti:Salue prime omnium parens primæ appellatæ:primæ in toga triũphum linguæque lauream mente & facundiæ:litterarumque latinarum parens æque ut dictator Cæſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit omnium triumphorum lauream adepte maiorem quanto plus eſt ingenii romani terminos ꝓmouiſſe q̃ imperii. Ganges eſt fluuius indiæ. Voce. eloquentia & fœliciſſima ingenii ubertate. Bella furialia. catilinæ & aliorum coniuratorum. nam Cicero conſul catilinæ furores repreſſit qui romam ad ſeruitutem redigere nitebatur. Fulmine linguæ. impetu dicendi & uberrimo eloquii fonte. Ecce inter primos. hactenus de latinis:nũc de ſabinis loquitur quos tibris a latinis & thuſcis diuidit:hos ducebat claudius nero. quod ideo poeta fingit:quoniam claudiorum familia habuit originem a ſabinis:& nero lingua ſabina fortis dicitur. Theramneo. ſabino. nam lacones mixti fuerunt cum ſabini & theramne urbs eſt laconiæ. Clauſi. actius clauſus qui poſtea claudius dictus eſt ex ſabinia cum coniugibus liberis omnique fortuna ſuadente Valerio publicola romam commigrauit:& claudiæ familiæ principium dedit. Virgi. li. vii. Ecce ſabinorum priſco de ſanguine magnum. Agmẽ agens clauſus:magnique ipſe agminis inſtar. claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens Per latium poſtquã in partem data roma ſabinis:hæc familia claris uiris floruit:inter quos fuit hic claudius nero qui collega Liuii ſalinatoris in conſulatu & Hannibali oppoſitus in apulia relictis caſtris inſcio Hannibale iuuentutis electo robore maximis itineribus in picenum contendit:& ad metaurum iunctus collegæ aſdrubalem uicit:propriaque manu interemit. inde citato curſu ad caſtra rediit & caput aſdrubalis ante Hannibalis tentorium proiici iuſſit: ideo dicit poeta Neronem non eſſe imitandum ĩ rapidis auſis. Amiterna cohors. amiternum fuit oppidum ſabinorum clari ſunt amiternini natalibus criſpi Saluſtii qui primus in romana hiſtoria habetur quam deſideramus.

Caſperula. oppidum ſabinorum quod dicit traxiſſe nomẽ ab aſtris alludens ad caſpias portas quæ ſunt in oriente ubi eſt bactriana regio & clauſtra regni parthici dicuntur etiam portæ caucaſeæ:quoniam ſũt ad caucaſum hoc finxit poeta propter nomen ſabiniæ regionis quæ habet ſimilitudinem quandam cum Saba capite arabiæ unde thus aduehebatur ſacrificiis aptum: & Sabini autore Plinio a religione ac ſacris dicti ſunt. Foruli. oppidum ſabinorum in rupe ſitum. unde dicit Strabo:ſabinorum quoque ſunt foruli petræ ad rebellandum q̃ ad habitandum aptiores. Reatæ. ciuitas ſabiniæ adhuc retinet nomen:dicata erat quondam cybeli. & erat umbilicus Italiæ ut uoluit Varro. quemadmodum delphi umbilicus totius orbis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Cœlicolum matri nec hoc habitata pruinis
Nurſia & a tetrica comitantur rupe cohortes.
Cunctis haſta decus clypeuſque refert̃ i orbẽ
Denique & implumes .at leui tegmine cruris
Ibant:& læti pars ſanctum uoce canebant
Autorem gentis:pars laudes ore ferebant
Sabe tuas:qui de patrio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione ſabinos.
Q uid qui picenæ ſtimulant telluris alũnos.
Horridus & ſquamis & equina curio criſta
Pars belli q̃magna uenit:non æquore uerſo
Tam creber fractis albeſcit fluctus in undis:
Nec cetu leuiore:ubi mille per agmina uirgo
Lunatis acies imitatur martia peltis:
Perſtrepit:& tellus & amazonius thermodon:
Hic & quos paſcunt ſcopuloſa rura numanæ
Et quis littoreæ fumant altaria cupre.
Q uiq; cruentinas ſeruãt cum flumine turres
Cernere erat clypeata procul ſub ſole coruſco
Agmina ſanguinea uibrant innubila luce.
Stat fucare colus nec ſidone uilior ancon:
Murice nec libyco ſtatq; humectata uomano

Nurſia.adhuc retinet nomẽ.ciuitas eſt in montibus ſupra Spoletum.Vir.quod frigida miſit nurſia:prima fuit
ſertorii & gentis flauiæ. A tetrica rupe.tetricus autore ſex.Pompeio mons ſabinorum aſper a quo duri homi/
nes & aſperi tetrici dicuntur.Virg.qui tetricis horrentis rupes montemq; ſeuerꝫ. Haſta.omnes hi ſabini erant
haſtati & clypeum habebant rotundum de haſta non ſine cauſa finxit poeta:quoniam quiris lingua ſabina dice/
batur haſta:unde quirinus Romulus quem haſtatum appellat Oui.in faſtis. Implumes.ſine criſtis quæ fiunt
ex pennis ſtrutii:ſed eſt locutio nimium affectata & poetica:imitatur tamen Virgilium de quibuſdam populis ſic
canentem.Tegmina quis capitum raptus de ſubere cortex æratæq; micant peltæ:ideo hic poeta dixit:clypeus re/
fertur in orbem & omnes erãt iplumes. Leui tegmine
cruris.hoc cõuenit cum dicto Ariſtotelis qui in libro de
poetis ait:etolos & pelagos dextro pede nudo ſeu crure
ac ſiniſtro tecto prodire in aciem ſolitos:pelagi autẽ mi/
xti fuerunt cum ſabinis:ideo hoc dicit poeta alludens ad
ſabinoꝶ antiquitatẽ. Canebant.laudibus celebrabant.
ſanctus fuit deus ſabinoꝶ & autor.nam cõdidit cures ſa
binoꝶ quondam caput & dicebatur ſanctus fidius ſem/
per:Oui.in faſtis ait:quærebam nonas ſancto fidio ne re/
ferrẽ:an tibi ſemipater cum mihi ſanctus ait Cuicunq; ex
iſtis dederis ego munus habebo Nomina terna fero ſic
uoluere cures:& reate in porticu cuiuſdam templi in lapi
de marmoreo de eodem deo ſic tale eſt iſcriptum epigrã
ma:quod Pomponius præceptor meus antiquitatis ſtu
dioſiſſimus & latinaꝶ litteraꝶ uel maximum decus atq;
delitiæ Romam attulit:interſuitq; cum illud marmor
effoderetur.De decuma uictor tibei Lucius mũmius do
nũ moribus antiqueis pro uſura hoc dare ſeſe uiſum ani
mo ſuo perfecit tua pace rogãs te cogenda diſſoluẽdei tu
ut facilia ſaxeis.perficias decumam ut faciat ueræ ratio/
nis propter hoc atq; alieis doneis des cuncta merenti:&
apud Varronem de antiquitate ſabinoꝶ legit̃ medium
fidium cõdidiſſe cures referente Dionyſio q̃q̃ apud Dio
nyſium pro fidio fabidius legitur:unde puto illic eſſe mẽ
dam ſcriptoꝶ incuria.M.Cato ait nomen eſſe impoſitũ
ſabinis ex ſabo diui ſagni gentilis filio:quod corruptum
eſſe uidetur:nam ſagni pro ſancti legitur:& id ſentire ui/
detur Syllius ut ſanctus dederit originẽ & ſabus filius no
mẽ ipſis ſabinis:Strabo dicit ſabinos eſſe idigenas:& a ſa
binis eſſe picenos & ſabellos per diminutionẽ. Quid q
picene.deſcribit nũc picenos qui ſunt ad mare adriacũ cõ
termini umbris orti a ſabinis:uoto uere ſacro:ut ſcri.Pli.
dicti a pico marcio:qui uexillum inſedit ſabinoꝶ illuc proficiſcentium ex uoto:& ideo poeta alludens ad hiſtoriã
dicit picum ſaturni filium demutatum poſtea in auẽ ſui nominis a circe:amatorio poculo:& medicata uirga con
didiſſe aſculum & picene regioni dediſſe nomen:recuſauerat picus ut eſt in fabulis amorem circes quæ illum ter
baculo tetigit:ter carmina dixit:demutauitq; in auem.picenoꝶ ductor erat curio. Squamis.lorica ſquamoſa.
Equina.ex crinibus æquoꝶ.ex quibus criſtam galleæ effinxerat horridamq; effecerat ut hoſtibus terrori eſſet.
Non æquore uerſo.exercitum qui ſuo curione militabat:cõparat fluctibus marinis & etiam amazonibus quæ
in ripis chermodontis fluuii ſeſe bellando exercent. Verſo.commoto a uentis. Leuiore.agiliore ad pugnam.
Martia uirgo bellicoſa amazoni.Thermodon eſt fluuius in ponto in cuius ripis uagabantur amazones.de pice
no ſic ſcribit Strabo picenum igitur poſt:umbriæ ciuitates quæ inter ariminum anconẽq; iacent extenditur ꝓ/
fecti ſunt piceni a ſabinoꝶ terra. Numane.numana oppidum a ſiculis cõditum iuxta mare in ſcopulo ut autor
eſt Pli. Cupræ litoreæ.cupra oppidum ad mare habebat quondam templum Iunonis Tuſcoꝶ edificium qui
iunonem cupram nominabant ergo a dea nomen accepit:ideo dicit illuc fumaſſe altaria:quoniam cuprenſes iu/
nonis ſacris operabantur. Quis.quibus. Truentinas turres.Truentum eſt fluuius diuidens picenos a marru
cinis qui adhuc retinet nomen:& labitur prope aſculum:& urbs fuit illic eiuſdem nominis de qua Syllius intelli
git dicens turres truentinas cum flumine. Clypeata agmina.nam omnes ferebant clypeos rotundos ex ere qui
ſolis repercuſſu uibrabant.Vir.æratæq; micant peltæ. Luce ſanguinea.radiis ſolaribus. Ancon:ciuitas ad ma
re portu nobilis adhærens cunero promontorio condita a ſyracuſanis fugientibus tyrãnidem Dionyſii:habebat
quondam in uertice promontorii ubi nunc eſt arx templum ueneris:ideo dicit Iuue.rhombum muneri datum
Domitiano captum ante domum ueneris quã dorica ſuſtinet ancon:eſt hæc ciuitas uini & frugũ feraciſſima:poe
ta dicit illic ſolitam tingi purpuram quod alii non tradiderunt:tingebatur purpura maxime tribus in locis apud
phœnices libycos & lacones. Fucare.colorare. Colus.fila quæ nentur colu. Sydone.i.purpura tyria & ſido
nia. Murice libyco.purpura getulica cuius meminit Pli.ex ſanguine muricis tingitur purpura:unde muricem
pro ipſo colore ponit:murices autem ſunt ex genere aquatilium quæ teſta integuntur. Vomano.uamanus flu/



Adria & inclemens hirſuti ſignifer aſcli.
Vepicus quondã nomẽ memorabile ab alto
Saturno ſtatuit genitor:quem carmine circe
Exutum forma uolitare per ethera iuſſit:
Et ſparſit plumis croceum fugiẽtis honorẽ.
Ante ut fama docet tellus poſſeſſa pelaſgis:
Q uis eſis regnator erat:fluuioque relinquit
Nomen:& a ſeſe populos tum dixit aſilos.
Sed non ruriculæ firmarunt robore caſtra.
Deteriore cauis uenientes montibus umbri
Hos eſis ſapiſque lauant:rapidaſque ſonanti
Vertice contorquens undas p ſaxa metaurus.
Et lauat ingentem pfundens flumine ſacro
Clitumnus taurum:narq; albeſcẽtibus undis
In tybri properãs:tiniæque inglorius humor.
Et clanis & rubico & ſenonum de nomie ſene.
Sed pater ingenti medios illabitur amne
Albula:& immota perſtringit mœnia ripa:
His urbes arna & latis meuania pratis.
Hiſpellum:& duro mõti per ſaxa recumbens
Narnia & infeſtum nebulis humẽtibus olim.
Inginum patuloque iacẽs ſine mœnibus aruo.
Fulginia:his populi fortes amerinus & armis
Vel raſtris laudãde camers his ſarſina diues
Lactis & haud parci marté coluiſſe tudertes.
Ductor piſo uiros ſpernaces mortis agebat
Ore puer:puerique habitu:ſed corde ſagaci
Equabat ſenium.atque aſtu ſupauerat annos.
Is primam ante aciẽ pictis radiabat in armis.

uius agri piceni:labitur prope adriam quæ mari adriatico nomen dedit: colonia fuit hetruſcorum diſtabatque
a mari autore plinio.vii.milibus paſſuum. Aſcli:aſculũ picenum adhuc retinet nomẽ denomiatum a pico qđ
hyrſutum appellat alludens ad plumas pici:cuius auſpicio id oppidum cõditum fuit: & denomiatum picenum:
& illum qui ferebat uexillum appellat inclementem:alludens ad ſeueritatem pici qui ſe circe amanti noluit idul
gere. Inclemens:bellicoſus:& aſper. Vepicus puus picus:quoniã ex hoie fuit diminutus in auem:ue pticula
aliquando auget ut uehemẽs:aliquãdo diminuit.ut ueiuppiter.i.puus iuppiter:& uepicus puus picus:hic fuit fi
lius ſaturni:cui formã humanam circe ademit. Statuit:dedit nomẽ.aſculo piceno. Fugientis:pici qui fugie/
bat ui carminis a natura humana ad naturã auis. Ho
norẽ croceum:pulchritudinẽ ipſius pici. Tellus.pice
na regio poſſeſſa fuerat a pelaſgis quoꝶ rex fuit eſis qui
eſi fluuio nomẽ dedit:hic fluuius picenos ab ũbris di/
ſterminat labẽs iter anconẽ & ſenogalliam i mare adri
acũ.quondam erat terminus italiæ poſtea fuit rubico.
Populos aſilos:hoc fingere poeta uidet̃ cum nulla de
hoc mẽtio ſit apud coſmographos. Sed nõ ruricolæ:
deſcribit nũc umbros quiſque rauennam extendebant̃
quondã & tiberi dirimunt̃ a thuſcis appẽnino & eſi flu
uio.a picenis ſita ẽ umbria inter ſabinos.thuſcos & pice
nos.Vmbroꝶ gens antiquiſſima exiſtimat̃. Inquit pli/
nius ut quos imbros a græcis putent dictos qđ inunda
tione terrarum imbribus ſupfuiſſent.habitabant quõ/
dã in cauernis mõtium.ideo poeta dicit illos ueniſſe ex
cauis montibus alludens ad illorum antiquitatem qua
in montibus uitam degebãt cum plana aquis natarent
Non deteriore robore:non minoribus uiribus mili
tũ:eſis ut dictum ẽ diuidit umbros a picẽis: ſapis ẽ fluui
us ꝑpe rubiconẽ & ariminũ:metaurus fluuius umbriæ
qui labẽs confragoſus p ſaxa ſecat appẽninum & i ma
re adriaticum euoluit̃ clarus cede aſdrubalis. Vertice
aqua. Clitunnus:fluuius de quo ſupra.labit̃ ꝑpe me
uaniam & fulginiam cuius aqua quondã loti tauri ioui
capitolio mactabant̃ ab his q triumphabãt. Nar flu/
uius ũbriæ ſulphureus labitur ꝑpe narniã & iterannẽ:
& tyberi miſcet̃. Tiniæ:tinias ẽ fluuius ꝑpe meuaniã
& clitumnũ:quo ut iqt ſtrabo collectos fructus ex agris
deuehebant ſcaphis i tiberim:iõ appellat ipſum iglorĩũ
quoniam non erat nauigabilis:nec hẽbat nomen cũ eẽt
potius riuus q̃ fluuius. clanis etiã eſt fluuius umbriæ.
Rubico:eſt fluuius inter ariminũ & rauennã quon/
dam finis italiæ:ab eo.n.ciſalpina gallia icipiebat. Se/
næ:urbs cõdita fuit a gallis ſenonibus appellataque ẽ ſe/
nogallia & adhuc retinet nomen. Albula q alio noie
dicitur tibris umbros ab hetruſcis diuidit:influũt in eũ
tinias & clanis augeturque aliis poſtea numero.xl.inter
quos ſunt nar:& anio ambo nauigabiles labit̃ ex appen
nino i prio ortu tẽuis & mitis i curſu q̃uis ſubitis aliquã
do incrementis augeat̃ reſtagnat.interdũ in urbe quod
cũ accidit famẽ peſtẽq; portendit. Perſtringit:alluit mœnia romana immota ripa:q lento pede fluit: & non
uexat ripã. Arna:oppidũ umbriæ cuius nulla extat memoria:plinius recẽſens populos umbriæ ponit ẽt arna
tes. Meuania:ẽ urbs i plano ſita nobilis ciue ſuo ꝓpertio & clitumno fluuio q a poetis celebrat̃. Lætis fertili
bus. Hiſpellũ ẽ oppidũ umbriæ iter aſiſiũ & fulginiam ad radicẽ mõtis ſitũ adhuc retinet nomẽ. Narnia:urbs
ũbriæ i mõte ſita:nomẽ accepit a fluuio cũ prius negnũ appellaret̃. Inginũ:oppidũ umbriæ i loco paluſtri quõ
dã ſitũ iõ dicit fuiſſe infeſtũ ac peſtilens ꝓpter nebulas:ſtrabo dicit inginũ eſſe montẽ:hic accipit̃ pro urbe:urbs
certe & mõs eiuſdẽ nominis eſſe debuit. Fulginia:urbs ſita i medio cãpi qui ẽ iter ſpoletũ & peruſiã quondã ſi/
ne mœnibus erat:nũc autẽ muris ægregie cicta & edificiis ita ornata ut umbriæ ciuitates facile ſuperet. Ame
rinus:ab amerio oppido umbriæ in mõte ſito quod adhuc retinet nomẽ. Camers:camertes ſunt populi um/
briæ i mõtibus qui umbros a picenis diuidunt:erant camertes boni agricolæ ac boni milites. Sarſina:retinet
etiãnum nomen.nobilis copia lactis:ac plauto alumno. Tudertes:oppidũ quod etiam nũc dicitur tuder i mõ/
tibus umbriæ ſitum uerſus hetruriã a quo tudertes denominant̃ qui quondam fuerunt bellicoſi. Piſo:fingit
hoc poeta ꝓpter illũ piſonem q poſtea fuit:& Marci antonii auſpicio cõtra parthos ꝓfectus ẽ. Arſacidũ:par/
thorum.ariaces ut ſcribit ſtrabo libro.xi.Vir.ſcythiam iuaſit occupauitque:& ab eo parthorũ reges arſacidæ di
cti ſunt. Sagaci:prudenti in ea quippe ætatæ uidebatur habere prudentia ſenilem. Ignea gemma:lucidus la/



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Arſarcidũ:& fuluo micat ignea gẽma mõili.
Iamq; ꝑ hetruſcos legio completa maniplos
Rectorẽ magno ſpectabat nomine galbã:
Huic genus orditur minos inuiſaque tauro
Peſiphæs:clarique dehinc ſtant ordine patres
Lectos.cere uiros lectos cortona ſuperbi
Tarcontis domus & ueteres miſere grauiſcæ.
Nec non argolico dilectum littus aleſo
Alſium.& obſeſſæ campo ſqualente fregenæ
Affuit:& ſacris interpres fulminis alis
Feſula:& antiquus romanis mœnibus horror
Cluſinum uulgus:cũ porſena magnæ iubebat
Nequicq̃ pulſos romæ imperitare ſuperbos.
Tunc quos a niueis exegit luna metallis
Inſignis portu:quo non ſpacioſior alter
Innumeras cæpiſſe rates:& claudere pontum.
Meoniæque decus quondam uetulonia gẽtis.
Biſſenos hæc prima dedit præcedere faſces.
Et iunxit totidem tacito terrore ſecures.
Hæc altas eboris decorauit honore curules.
Et princeps tyrio ueſtem prætexuit oſtro.
Hæc eadem pugnas accendere protulit ære.

pis precioſus. Fuluo.aureo monili:ut moris eſt parthorum. Iamque per hetruſcos:deſcribit hetruſcos.hetruria diuiditur a liguribus amne macra:& extenditur uſque ad oſtia tiberina ex altera parte contingit umbros & ſabinos.uarios habuit quondam habitatores.pelaſgos ſcilicet & tyrrhenos qui ex lydia uenerunt.Thuſci appellati ſunt græcorum lĩgua a ſacrificio ritu. Galbam:alludit ad galbam qui Neroni ſucceſſit ĩ ĩperio & factus ĩperator autore tranqllo ſtemma in atrio ꝓpoſuit quo paternam originẽ ad iouẽ maternã ad paſiphaen minois uxorẽ referebat.ad hãc igitur iactantiã poeta reſpexit. Orditur:inchoat & dat initium. Clari patres: quoniã familia ſergiorũ clariſſima fuit:quã galba imperator illuſtriorẽ r̃ddidit:& ſergius galba cõſularis temporũ ſuoꝝ eloquentiſſimus. Cere:oppidum hetruriæ adhuc retinet nomen: prius uocabatur agilla.cauſam nominis lege apud ſtrabonem. Cortona:oppidum hetruriæ domus tharcontis:ut ait poeta:a quo tarquinii oppidũ nomen accepit.hic ciuitates.xii.cõdidit. Venerat enim ex lydia cum tyrrheno. ab ieunte ætate canus fuit:quare illius prudentia ſignificabatur:Cortona nõ multum diſtat ab arretio & lacu peruſino. Superbi:nobilis & clari. Grauiſcæ: oppidum ad mare ſitum qđ ab aeris grauitate nomẽ accepit. Vir. intempeſtas grauiſcas appellat. Alſium:oppidũ nõ lõge a pyrgis ĩ ora maritima conditũ ut uult poeta ad imitationẽ.Vir.ab haleſo agamẽnonis auriga ſeu filio:ut quidã uolunt.Vir.hinc agamemnonius troiani nois hoſtis:curru iungit aleſus equos. Argolico:græco. Fregenæ:oppidum ꝓpe alſium obſeſſũ paludibus:ideo ait campo ſqualente ideſt iculto & paludoſo. Feſula:oppidum ĩ mõte ſupra florentia m quondã erat domiciliũ augurũ:ideo dicit ipſã fuiſſe interpretẽ fulminis.i.cognouiſſe quid tacta de cælo portenderent ꝑ aues. Sacris alis:auibus faciẽtibus augurium. Cluſinum uulgus:cluſiũ oppidum hetruriæ adhuc retinet nomen ubi regnauit porſena. qui romanis timorẽ incuſſit cũ tarqnos pulſos in regnũ reponere uellet:& ianiculum occupauit. Superbos:tarquiniũ ſuperbũ & filios. Lũa.oppidũ hetruriæ uerſus ligures ampliſſimum habẽs portum.græci autore ſtrabone portum & urbem ſelenes ideſt lunæ appellant: urbs non ſane magna:portus uero magnus eſt & pulcherrimus multos intra ſe portus amplectens magnæ profunditatis:ut omnium qui quondam maris imperium tenebant facile receptaculum fieret. Illic effodiuntur marmora candidiſſima & tranſlucida. Niueis metallis: marmore lunenſi albo. metallum ſignificat uenam:ex qua exciditur aurum argentum es marmur & cætera:id genus. Exegit:emiſit. Vetulonia:oppidum hetruriæ unum ex.xii.conditis a tarchonte memoriæ proditum eſt inquit ſtrabo triumphalia ornamenta inſigniaque conſularia & omnium magiſtratuum.ornamenta romam ex tarquiniis allata eſſe. Virgas.ſæcures.tubas.ſacrorumque ritus.auguria & muſicem.Dionyſius quem alii ſequuntur:ſcribit hæc ornamẽta totius hetruriæ conſenſu allata fuiſſe tarquinio priſco in ſignum pacis: ornamenta data a thuſcis fuerunt: ſceptrum eburnum:in cuius uertice aquila erat. ſella curulis eburna:corona aurea prætexta inſigne magiſtratuum.Veſtis triumphalis quæ picta erat.uicti hetruſci regum ſuorum inſignia tarquino attulerunt quibus reges romani uſi ſunt & conſules & prætores aliqui dicunt hæc inſignia fuiſſe accepta a romulo.poeta non ſine ratione dicit uetuloniam dediſſe ornamenta.quoniam erat regia regum hetruſcorum & illarum urbium caput quæ & populonia dicebatur.Virgilius populoniam matrem appellat:ſita erat in promontorio. Meoniæ gentis: hetruſcæ quoniam meonii tenuerunt hetruriam:ut dictum eſt. Tacito terrore:nam ſecures uiſæ terrorem omnibus incutiebant quanuis nihil dicerent. præferebantur quippe ad terrorem etiam faſces quibus ſupplicio afficiebantur nocentes. Curules ſellas prætorum & ædilium curulium.erãt enim ædiles populares & curules qui r̃ddebant iura & de quibuſdam rebus proponebant edicta.unde eſt ædilitium edictum i libris digeſtorum.& horũ dicebatur maior ædilitas.lege plutarcum in uita Marii.gællius ait libro quarto ſenatores qui curullem magiſtratum geſſiſſent curru in curiam uehebantur honoris gratia.In quo curru ſella eſſet: ſupra quam conſiderent.quæ ob eam cauſam curulis appellaretur. Princeps prima. Oſtro.purpura.quoniam prætexta quæ erat inſigne magiſtratuum dicta eſt quoniam purpura prætexebatur. ideo dicit poeta prætexuit ut prætextam intelligeret:Macrobius ait:tullus hoſtilius debellatis hætruſcis ſellam curulem lictores: & togam pictam atque prætextam:quæ inſignia magiſtratuum hetruſcorum erant: primus ut romæ haberentur inſtituit:ſed prætextam illo ſæculo puerilis non uſurpabat ætas:erat enim ut cætera quæ enumeraui honoris habitus lictores apud antiquos ferebant faſces:apparitores uero ſecures. Aere:tuba ænea quam romani acceperunt ab hetruſcis.



Hos iuxta nepeſina cohors equique faliſci
Quique tuos flauina focos.ſabatia quique
Stagna tenent:ciminique lacum:qui ſutria tecta
Haud procul & ſacrum phœbo ſoracte frequentãt.
Spicula bina gerunt caput his cudone ferino.
Stat cautum lycios damnant haſtilibus arcus.
Hæ bellare acies norant.ac marſica pubes
Et bellare manu:& chelydris cantare ſoporem.
Vipereumque herbis hebetare & carmine dentem.
Aeetæ prolem anguitiam mala gramina primam
Monſtrauiſſe ferunt:tactuque domare uenena.
Et lunam excuſſiſſe polo:ſtridoribus amnes.
Frenantem:ac ſyluis montem nudaſſe uocatis.
Sed populis nomen poſuit metuentior hoſpes
Cum frigeret phrygios trans æquora marſia crenos
Mygdoniam phœbi ſuperatus pectine loton.
Marruuium ueteris celebratum nomine marri
Vrbibus eſt illis caput interiorque per udos.
Alba ſedet campos:pomiſque rependit ariſtas:

Nepeſina.nepe oppidum prope ſutrium quod adhuc retinet nomen. Equique faliſci:equum faliſcum oppidum in uia flaminia cuius ruinæ adhuc uiſuntur:& ueſtigia corrupto uerbo apud Strabonem:habet enim impreſſus codex eaci ſinfaliſcum.Virgilius dicit æquoſque faliſcos. Flauina.oppidum fuit hetruriæ quod intercidit.Sabatia ſtagna ſunt ad mare prope romam quorum meminit Strabo:Lacus cimini & ſylua eſt iter roncilionem & uiterbium:nunc dicitur lacus uici:illam ſyluam Fabius peruiam fecit Romano militi.Virgi.& cimini cũ monte lacus:Sutrium adhuc retinet nomen oppidum uetuſtiſſimum diſtat ab urbe.xxiiii.mi.paſſ. Soracte.mons phœbo ſacer:in confiniis ſabinorum:& thuſcorum:ideo poeta dicit hetruſcos frequẽtare ſoracte in ea parte ſcilicet mõtis quæ uergit ad thuſcos:quoniam in altera habitant ſabini. Codone.pelle.nam codon ſignificat pellem feræ crudã. Lycios arcus.appollineos a lycia ubi appollo colebatur:hi populi habebant haſtas & damnabant arcus. Cautũ.munitum & tectum. Marſica pubes.poſt truẽtum fluuium aſculi de quo dictum eſt ad meridiem ſunt marrucini:frentani:ueſtini:peligni:& marſi contermini latinis:qui quondam bellicoſi fuerunt.& a Virgilio inter acies italiæ populos in primis commemorantur his uerbis:Hæc genus acre uirum marſos pubemq; ſabellam.Aduerſabantur etiam ſerpentibus quemadmodum pſyli in aphrica & oblongenes in inſula cypro:callebãt etiam uires herbaꝝ quæ plurimæ in marſis montibus gignuntur.nomen acceperunt ut uoluit Plinius a marſo circes & ulyxis filio.Syllius dicit denominatos fuiſſe a marſia qui cum appolline certauit:& uictus migrauit ad populos quos a ſe marſos appellauit.aliqui uolũt appellatos a marſia duce lydorum qui illic condidit archippe oppidum hauſtum quõdam a fucino lacu.Hiagnis autore apuleio pater fuit marſiæ eumque muſicen docuit:erat marſias uultu ferino trux:hiſpidus multibarbus:ſpinis & pilis obſitus:marſias eſt fluuius phrygiæ apud celenas in cuius ripis optime harũdines ad cantum naſcunt̃.ideo nata eſt fabula de marſia muſico.Anguitia ſoror fuit circes & medeæ filia æetæ regis colchorum & tenuit loca uicina fucino qui eſt lacus apud marſos:docuitque marſos remedia aduerſus ſerpentes:carminibus eos ſopire & tactos carmine:& ſuctu leuare:docuit etiam magicem deducere lunam e cœlo quod in primis exercuerunt theſſalæ mulieres.unde theſſalicus rhombus apud poetas & atraciam artem ideſt magicen theſſalam apud Papinium in thebaide. Cantare.carmine immittere ſomnum ſerpentibus. Hebetare.obtuſum reddere ut nocere non poſſet. Prolem.filiam. Mala gramina.herbas ueneficiis aptas quas herbas nocentes appellat Horatius. Domare.uincere & liberare læſos tactu. Excuſſiſſe.deduxiſſe ut herbas deſpumaret ueneficiis præparatas.unde Iuuenalis notans garrulitatem mulierum ait:Vna laboranti poterit ſuccurere lunæ:& Papinius.Qualis per nubila phœbes a tracia rubet arte labor:& Horatius ĩ ſermonibus:ſerpentes atque uideres Infernas errare canes lunamque rubentem Ne foret his teſtis poſt magna latere ſepulchra.

Metuentior.metuens comparatiuum pro poſitiuo:nam timebat apollinem. Phrygios crenos.ideſt locum & uallem phrygiæ in qua uictus fuit marſias ab apolline quæ aulocrene dicitur autore Plinio prope urbem celenas:Plinius ait marſias ibi creditur ortus ac paulopoſt conditus. Vbi certauit tybiarum cantu cum Apolline aulocrene uocatur uallis.Lucanus:& quæ tua numina pallas Lugẽt damnate phœbo uictore celene:& Herodotus libro ſeptimo ſcribit apud celenas fuiſſe pellem marſiæ detractam ab Apolline formatam in utrem. Loton.lotos arbor ex qua optimæ fiebant tybiæ Mygdonia eſt prouincia phrygiæ ubi fuit patria marſiæ:ideo tybiam marſiæ appellauit loton mygdoniam. Pectine phœbi.plectro:& cythara apollinea. Superatus loton.ideſt uictus ab Apolline in certamine muſices. Marruuium.oppidum marſorum conditum a marro caput erat marſorum. Alba.urbs in ædito loco ſita:ubi plurimæ antiquitatis monumenta extãt:pomis abundat & propter ſiccitatẽ ſoli non magnã uim habet tritici:diſtat nunc a fucino lacu tribus milibus paſſuũ quondã erat ꝓpinquior:cũ fucinus ad ueterẽ ripam ſe extẽderet & anteq̃ agri eſſent deſiccati emiſſario claudii principis. Interior.uerſus latinos. Vdos.perfuſos aqua fucini qui quondã excreſcebat in cãpos albenſes:ut uetus ripa ipſius teſtat̃ occupabãtur uicini agri incrementis aquaꝝ:quæ per.vii.annos fiebant:aliqui ex romanis uoluerũt effoſſo mõte lacũ emittere in lyrim amnem:ſi agri ſiccati cõcederent̃:claudius princeps emiſſarium fecit magis:ut inquit Trãquillus ſpe gloriæ q̃ cõpendii:ager albenſis cum ſit glareoſus nõ multũ eſt aptus cereri ſed potius:croco & pomis:alba:quondam numerabatur inter urbes latinas:Ideo dicit Strabo alba marſis finitima:oppidulum quod ceſas

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

appellant indigenæ meum natale ſolum, quatuor milibus paſſuum ab alba diſtat: ad radices mōtis ſitum: in quo dictamnum naſcitur: hæc dixi ne ingratus erga patriam uiderer meam: qua nil mihi eſt iucundius: nil antiquius.

Acer pelignus. peligni ſunt poſt marſos: quoꝝ caput nunc eſt ſulmo patria Ouidii: ſita eſt ea urbs in plano circundata montibus: aquis irrigua quibus locus ille in æſtate amenus efficitur. in hyeme autem frigidiſſimus: Ouidius appellat ſulmonem aquoſum. Acer. bellicoſus. Vicinus miles ſanguine. ideſt qui erat ex caſtello ſanguinis: quod adhuc retinet nomen & celebre eſt: nundinis quæ illic quot annis celebrantur: poeta dicit caſtellum ſanguinis habuiſſe originem a calibus: quæ ſunt in campania nomenque ſortitæ ſunt a calai conditore ut canit Syllius: a calibus uinum calenum dictum: ubi etiam autore Catone in re ruſtica fiebant optimi cētones: calais fuit filius boreæ: & orthiæ filiæ erithei atheniēſis: quam rapuit boreas ſiue thraces nomine boreæ. Vnde Ouidius in heroidibus. Nomine cæperunt aquilonis ericthida thraces. & alibi. Tam gelidus cum ſis: nec te tamen improbe quondam. Ignibus atteis incaluiſſe neges. Geticis. threiciis quoniam getæ mixti fuerūt thracibus. Vago. quoniam uenti uagantur. Veſtina iuuentus. ueſtini ſunt cōtermini pelignis: & marrucinis: qui uſque ad truentum extendunt ex alio latere ſunt confines ſamnitibus & cāpanis: apud ueſtinos erat quondam copia caſei qui ueſtinus appellat: de quo Martialis. ſi ſine carne uoles iētacula ſumere frugi: Hæc tibi ueſtino de grege maſſa uenit. fiſcellum fuit oppidum ueſtinorum. Pinnam uirentem. pinna adhuc retinet nomen quoniam dicitur ciuitas pinnæ urbs uetuſtiſſima ultra pelignos uerſus mare adriacum clara oliuetis & olei copia ac paſcuis: ideo pinnam uirentem appellauit. Auella. oppidum ueſtinoꝝ a quo auellana dicitur autore Macrobio: habet etiam ea urbs paſcua uiridia: & quæ attonſa ſtatim reſurgunt.

Marrucina ſimul. marrucini & frentani accolunt orā maris adriaci uſque ad appulos: & ab alio latere picenos: a quibus truento fluuio ſeparantur: frentani dicuntur a frentano oppido quod erat prope theanum appulum.

Corſini. corſinium caput aliquando pelignorum fuit quod ſamnites commune uniuerſis demonſtrantes trāſlato nomine italicā appellantes contra populum romanum receptaculum propugnaculumque conſtituerunt. Syllius corſinium aſcribit marrucinis. Magnum theate. theate caput fuit marrucinoꝝ. ideo ait magnū. adhuc retinet nomen. dicitur enim ciuitas theatis. Sparus. eſt telum agreſte: habebant etiam fundas quibus aues ex aere deiiciebant. Obit. circundat. Iam uero quos diues opum. poſt lyrum amnem eſt campania dicta a capua: quondam in campania erant populoſæ urbes: quæ capuam perinde ac earum caput appellarunt: fœlix regio uini præſtantia & tritici. unde Plinius ait hinc fœlix illa campania: quam ueteres dixerunt ſummum liberi patris cum cerere certamen. Toto tractu. tota regione. tractus proprie dicitur conuallis. Oſci. fuerunt populi campaniæ antiquiſſimi & linguam per ſe oſcam habebant ex qua & quibuſdam aliis facta eſt romana. Sinueſſa. adhuc retinet nomen habens aquas callidas uoluptati & curandæ ualitudini aptas. ideo ſinueſſam appellat tepentem. Vulturnum. oppidum & fluuius eiuſdem nominis in campania. Amycle. in campania deletæ fuerunt a ſerpentibus autore Plinio. ideo poeta dicit ſilentia illas euertiſſe: quoniam nullo clamore hoſtium deletæ ſunt. quare Virgilius tacitas dixerit amiclas ſeruius rationes refert. Fundi ciuitas campaniæ adhuc retinent nomen. Caieta. appellata eſt a curuitate littoris: quoniam lacones qui illic habitarunt caieta curua appellant. aliqui uolunt denominatam a nutrice æneæ. illic regnauit Lamus rex leſtrigonum: a quo lamiarum familia Romæ. Horatius in carminibus. Heli uetuſto nobilis ab lamo. Domus antiphate. ideſt phormiæ: nam phormiis regnauit antiphates rex leſtrigonum: phormias Lachonei condiderunt: Plinius ait: poſt Caietam eſt oppidum phormiæ antiqua leſtrigonum ſedes. Cōpreſſa freto. quoniam eſt ad mare inferum. Linternum. oppidum eſt prope ſinueſſam habēs ſtagna & paludes.

Cumæ. oppidū cāpaniæ cōditū a chalcidēſibus qui ex euboia uenerūt & etiā cumeis a qbus nomē accepit: claꝝ oraculo ſybillæ quā cumeā appellāt & tēplo Apollinis qđ dedalus poſuit: ideo Vir. arcē cumeā chalcidicā appellat ꝓpe cumas eſt pallinaria ſylua: aliqui uolūt cumas a fluctibus dictas: cymata. n. græce fluctus dicunt latine. Nuceria. oppidum campaniæ adhuc retinet nomen. Gaurus. oppidū ad mare cum optima ſtatione nauiū eriplea etiam dicitur. ideſt bona nauigantibus: Papinius in ſyluis: & placidum limen numenque euplea carinis etiam eſt

Cætera in obſcuro famæ & ſine nomine uulgi
Sed numero caſtella ualēt: coniungitur acer
Pelignus: gelidoſq; rapit ſulmone cohortes.
Nec cedit ſtudio uicinus ſanguine miles:
Quē genuere cales: nō paruus cōditor urbi:
Vt fama eſt callais boreæ quē rapta per auras
Orithyia uago geticis nutriuit in antris.
Haud illo leuior bellis ueſtina iuuentus
Agmina denſauit uenatu dura ferarum.
Qui fiſcelle tuas arces pinnamque uirentem
Paſcuaq; haud tarde redeuntia cōdet auellæ:
Marrucina ſimul frentanis emula pubes
Corſini populos magnumq; theate trahebat.
Omnibus in pugna fertur ſparus. oībus alto
Aſſuete uolucrem cœlo dimittere fundæ.
Pectora pellis obit ceſi uenatibus urſi.
Iam uero quos diues opum. quos diues auoꝝ
Et toto dabat ad bellum campania tractu.
Ductorum aduentum uicinis ſedibus oſci
Seruabāt: ſinueſſa tepens: fluctuq; ſonorum
Vulturnum. quaſq; euertere ſilentia amicle.
Fundique & regaciata lamo caieta domuſq;
Antiphate cōpreſſa freto: ſtagniſq; paluſtre
Linternū: & quondam fatoꝝ conſcia cumæ.
Illic nuceria & gaurus naualibus apta



illic gaurus mōs uitibus cōſitis. Idē papinius. Spectat & Icario nēoroſus palmite gaurus. Naualibus: nauale dicitur proprie locus in quo naues fiunt: & continentur priuſq in aquam deducantur. Prole dicarchea: ideſt puteolanis colonis: puteoli prius uocabant dicarchia. quoniā ea ciuitas quondā iuſtiſſime regebatur. Inde a puteoꝝ frequētia nomē accepit: ut aliqui uoluerunt: ab aquaꝝ putore quæ ſulphureæ per totum illum tractum ſcatent.

Graia parthenope: neapolis quā cumei: ide chalcidenſes icoluerūt & ex pithercuſis atheniſq; ueniētes. Vnde neapolis ideſt noua ciuitas appellata: & ideo graiam parthenopen appellauit: hoc nomen a parthenope una ex ſyrenibus ſortita eſt cuius ſepulchrum neapoli oſtendebatur. Nola: clara ciuitas adhuc nomen retinet quam ānibal poſt pugnam cannēſem expugnare adortus a Marcello q erat ītus a muris pulſus fugatuſq; ē: tūc primū Hannibal didicit ſe poſſe ī italia uinci. nola ē prope ueſuuiū montem qui nūc dicitur mons ſummæ: ubi naſcit uinum græcum: arſit ille mons imperante Tito. in qua conflagratione duo uiri clariſſimi deſiderati ſunt. Saleius baſſus & Plinius qui naturalem ſcripſit hiſtoriam.

Poeno: Hānibali. Aliphe: oppidulū campaniæ & ēt acerræ q̄s clanius amnis undationibus iſeſtat. iō dicit Virgilius: & uacuis clanius nō æquus acerris. ſunt acerræ ꝓpe nolam: & nuceriam. Sarraſtis populos: Sarnus fluuius adhuc retinet nomen a quo ſarraſtes populi: iō poeta mittem appellat: ſarnum quoniam non eſt ꝓceps i curſu nec accolas inundationibus uexat. Phlegrei ſinus: campus phlegreus ē in campania in quo hercules: ut uolunt fabulæ prope acheruſiam paludem deleuit gigantes & a pompa triumphi pompeios oppidū appellauit quod ideo fictum eſt autore Strabōe quoniam terra illa ſuapte uirtute præliorum cōcitatrix erat. ſulphureus eſt ille tractus & ideo calidas habet aquas & aliquando naturali incendio flagrat. Miſenus: eſt ꝓmontorium ꝓpe cumas denomīatum a miſeno comite æneæ ut placet Virgilio. Sedes bai: baius ſocius ulyſſis ithacenſis nomen dedit bais ubi erant balneæ ab oībus celebratæ fingūt poetæ typheum gigantem fulmine deiectum ſub his locis eſſe ſepultum. Ithaceſia: ab ithaca patria ulyxis. Prochyta: eſt iſula ante auſenū prope quam eſt inarime quæ & ænaria dicitur a ſtatione nauium æneæ ſub qua dicit ſepultus typheus gigas.

Inſula telonis: capreæ ubi telon ut dictum eſt regnauit: ſaxoſa ē inſula non procul a neapoli. Calacia: oppidum campaniæ prope ſurrentum. Vnde pocula quōdam afferebantur. Martialis. Surrentia bibis: nec myrrhina picta nec aurum. Sume dabunt calices hæc tibi uina ſuos. Auella oppidum non procul a nuceria q̄ anguſtos habet campos ad triticum ferendum. Capua eſt caput campaniæ ut dictum eſt quæ fortunæ indulgentia elata poſt pugnam cannēſem deſciuit ad pœnos. Serenis: proſperis. Modum: menſurā. Prauo tumore: ſuperbia ut habebimus demū romani cāpanos ui ſubactos calamitatibus affecerūt: & eoꝝ agros ſorte diuiſerūt. Scipio: q poſtea cognomiatus ē aphricanus: hos populos formabat ad ꝑliū: & uoluit ut pilis. i. haſtis uterent. Ferro: thorace ferreo de more parētū. nā cāpani gerebāt tela leuia. Virg. de cāpanis ait. teretes ſūt aclides illius tela: ſed hæc lēto mosē aptat flagello. aclis eſt telū breue ꝙ amēto iuuat. Ad rura: ad uſū ruris & arigulture ipe Scipio quē laudat poeta: Vibrare: uibabat

Prole dicarchea multo cum milite graia
Illic parthenope ac pœno non peruia nola
Aliſe & clanio contemptæ ſemper acerræ
Sarraſtis etiam populos totaſque uideres
Sarni mitis opes: illic quos ſulphure pingues
Phlegrei legere ſinus miſenus & ardens
O re giganteo ſedes rhaceſia bai.
Non prochyte non ardentem ſortita typhoea
Inarime non antiqui ſaxoſa telonis
Inſula: nec paruis aberat calatia muris
Surrentem & pauper ſulci cerealis auella
In primis capua heu rebus ſeruare ſerenis.
Inconſulta modum & prauo peritura tumore.
Lectos rectoris formabat ſcipio bello.
Ille uiris pila & ferro circundare pectus
Addiderat leuiora domo de more parentum
Geſtabāt tela ambuſtas ſine cuſpide cornos:
Aclidis uſus erat: factæque ad rura bipennes.
Ipſe inter medios uenturæ ingentia laudis
Signa dabat: uibrare ſudem trāſmittere ſaltu
Muralis foſſas undoſum frangere nando
Indutus thoraca uadum: ſpectacula tanta
Ante acies uirtutis erant: ſæpe alite planta
Ilia perfoſſum & campi per aperta uolātem
Ipſe pedes præuertit equum: ſæpe arduus idē
Caſtrorum ſpatiū & ſaxo tranſmiſit & haſta.
Martia frons facileſq; comæ: nec pone retroq;
Cæſaries breuior: flagrabant lumina miti
Aſpectu gratuſque inerat uiſentibus horror.
Affuit & ſamnis nondum uergente fauore

Murales: foſſas muroꝝ. Vadū: fluuiū. Alite plāta: pede celeri. i. curſu ſupabat equū q admotiſ calcaribus ipellebat ad curſū. Præuertit: trāſit. Vir. dixit uolucrēq; fuga ꝓuertit ebrū. & horatius i ſermōibus. illuc ꝓuertamur. i. trāſeamus. Spaciū diſtātiā q erat ab uno latere caſtroꝝ ad aliud. Martia: bellicoſa & ſeuera. Faciles: molles nō retortæ. Flagrabant lumina. ad imitationē Virgilii tribuit hoc Scipioni poeta q de Auguſto ſic cecinit i octauo. geminas cui tempora flammas Læta uomunt. Suetōius de oculis auguſti ſic ſcribit. Oculos habuit claros: & nitidos qbus ēt exiſtimari uolebat ineſſe quiddā diuini uigoris gaudebatq; ſiq ſibi acrius intuēti quaſi ad fulgorē ſolis uultū ſuū ſubmitterēt. ad quod alludit ſyllius dicēs. gratuſq; ierat uiſētibus horror. Affuit & ſānis: deſcribit nūc ſamnites q ſūt poſt cāpanos orti a ſabinis uoto uer ſacro. ide ſabelli dicti ꝑ dimiutionē opicos q uicati habitabāt eiecerūt ſedeſq; illic poſuere ſuas. nunc ad bellū uenerūt ꝓ romanis ſed ignominiæ acceptæ cū ſcilicet ſub iugū miſſi ſūt illis i mētē uēiebat. poſt cladē ad cānas defecerūt ad Hānibalē. L. ſylla tandē eos deleuit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Veteri ira.ſamnites bellum gerentes cum romanis.T.Veturio caluino.&.ſp.Veturio conſſ.ad furcas caudinas
quæ ſunt in ſamnio exercitum romanum inſidiis:& fraude locorum circũuentum cum magno romani nomi/
nis dedecore ſub iugum miſerunt:& ipſos conſules prope ſeminudos.Inde papyrius curſor ſamnites magno præ
lio uicit.& ut ignominiam acceptam ulciſceretur ſeptem milia hoſtium ſub iugum miſit:& adempta ſigna recu/
perauit & pontius herennii filius ſamnitum imperator ut conſulum ignominiam expiaret ſub iugum cum cæ/
teris miſſus eſt.aliqui dicunt non a papyrio ſed a.L.Cornelio dictatore ſamnites ſub iugum miſſos fuiſſe.hæc au
tem erat uetus ira quã ſamnites habebant erga romanos. Batalũ mucræ & bouianum fuerunt oppida ſamni/
tum.bouianum fuit oppidum caput ſamnitum opulen
tiſſimum armis uiriſque.inde bouiania luſtra dicit.ideſt
ſyluas:& paſcua.luſtra ſunt cubilia ferarum:& latebræ.
Fatigant.exercent uenando & colendo. Caudinis fau
cibus.furcæ caudinæ ſunt in ſamnio.ſaltus duo ſunt in/
quit Liuius alti anguſti ſyluoſique:montibus circa perpe
tuis inter ſe iuncti.iacet iter eos ſatis patẽs clauſus in me/
dio campus herbidus aquoſuſq; per quem medium eſt
iter:ſed antequam uenias ad eum intrandæ primæ angu
ſtiæ ſunt:& aut eadem qua te inſinuaueris retro repeten
da uia eſt:aut ſi ire porro pergas par alium ſaltum arctio/
rem impeditioremque euadendum. Rufre:eſernia:&
herdonia fuerunt oppida in ſamnio:ſamnites nunc di/
cuntur beneuentani. Bruttius haud diſpar animorũ:
bruttii ſũt poſt ſamnites uſq; ad fretũ ſiculũ ita denomi
nati autore Strabone ad cõtumeliam a lucanis quorum
fuerant paſtores a quibus aufugerunt:nam bruttius li/
gua lucana ſignificat rebellem. Trogus tamen dicit de
nomiatos fuiſſe a bruttia muliere quæ illis tradidit lu/
canorum oppidum.lucãi ſunt finitimi bruttiis:quorum
caput erat petilia condita a philoctete.lucani habuerunt
originem a ſamnitibus.hirpini ſunt finitimi lucanis:qui
etiam ſamnitica gens ſunt:& ex luppo nomen accepe/
runt:qui illis in deducenda colonia dux oblatus eſt.Lu/
pum enim ſamnites uocant hirpum. Additur his ca/
laber.calabria dicta ẽ etiã meſſapia a meſſapo duce.& pe
ucetia a peucetio fratre œnotri:queniẽs ex arcadia i iapy
giis montibus conſedit.œnotrus uero in alia parte ita/
liæ:quæ uergit ad mare tyrrhenum.& a ſe denominauit
œnotros. Quondam hæc regio magna græcia dicta ẽ.
Salentini ſunt poſt appulos appellati a ſalo ideſt mari.In
quo idomeneus ueniens ex creta cum illyricis amiciti/
am iniuit. Coaluerunt enim ſalentini ex creta illyrico:
& italia. Brunduſium.eſt oppidum in finibus italiæ
uerſus pelloponneſum.portu nobile.nomen accepit a ſi
tu & natura loci ac portus:forma eni ipſa cornibus cer/
uinis ſimillima eſt.lingua quippe meſſapiorum brundu
ſium dicitur caput cerui. Cethego audaci.alludit ad il/
lum cethegum qui in rempu.coniurauit una cum aliis corruptiſſimis ciuibus duce catilina.& tandem in carce
re tulliano necatus eſt. Indiſcreta.indiuiſa.quoniam erant omnes permixti. Leucoſia:inſula eſt e regione ad
ſinum poſſidoniatem.nomen ab una ex ſyrenibus ſortita. Picentia.erat caput picentum qui ſunt prope luca/
nos & ſamnites.peſtum oppidum lucaniæ aliter poſſidonia dicitur.ubi roſaria bis in anno geminabant. Vnde
Martialis biferique roſaria peſti. Cerille.oppidum picentum quod Hannibal deleuit cum nimia pertinacia ro
manorum amicitiam coleret:& illis fidem ſeruaret. Syllarus.eſt fluuius inter picentes & Lucanos:cui pro/
prium illud ineſſe traditur inquit Strabo:ut in eius aquam demiſſa uirgulta durentur in ſaxum forma tamen:
coloreq; ſeruato. Inoleſcere.indurari ſalernum oppidum Paulo ſupra mare quod pugnax ideo appellant quo/
niam romani propter picentes lucanos:& bruttios ſalernum cuſtodiæ gratia muniuere.Falcatos curuos iſtar fal
cis Vir.Falcati quominus enſes. Buxentũ.eſt oppidũ lucaniæ:a quo buxẽtia pubes:ipſe cethegus. Exertus nu
datus. Gentili more.quoniã cethegi nudo humero ibãt ad bellũ.unde cinctuti dicebãtur:hic mos auſpiciũ ha/
buit a.L.cethego q i pugna uſus eſt humero exerto.Luca.Exertiq; manus ueſana cethegi. Duro.aſpero quoniã
non timebat frena. Robur iuuẽte:ſuæ.ſ.ipſe cethegus exercebat i ore eq duro:& nõ parente lupatis. Vos etiã
attritæ:deſcribit nunc gallos ciſalpinos quos dicit bello attritos quoniã huius regionis populi gallicũ antea per/
tulerãt furorem:& in tranſitu Hãnibalis multa incõmoda acceperãt. Deſolatæ.deſtitutæ & exauſtæ uiris in bel
lo deſideratis.eridanus alio noie dr̃ padus:qui ut ſcipſit ſceptius metrodorus nomen accepit a picea arbore quæ

Ad pœnos:ſed nec ueteri purgatus ab ira.
Qui batalũ mucraſq; metit bouiania:quiq;
Fatigant luſtra:aut caudinis faucibus hærẽt.
Et quos aut rufre aut quos eſernia:quoſue
Obſcura incultis herdonia miſit ab agris.
Bruttius haud diſpar animorũ:unaq; iuuẽtus
Lucanis excita iugis:hirpinaque pubes
Horrebat telis:& tergo hirſuta ferarum.
Hos uenatus alit:luſtra incoluere ſitimque
Auertunt fluuio:ſomnique labore parantur.
Additur his calaber:ſalentinæque cohortes.
Nec non brunduſium quo deſinit itala tellus
Parebat legio audaci permiſſa cethego.
Cui ſocias uires atque indiſcreta maniplis
Arma recenſebant:nunc ſeſe oſtendere miles
Leucoſie e populis:nunc quem picentia peſte
Miſit:& exauſtæ mox pœno marte carillæ
Nunc ſilarus quos nutrit aqs quo gurgite tra(dunt
Duriciẽ lapidũ merſis iole ſcere ramis.
Ille & pugnacis laudauit tela ſalerni.
Falcatos enſes & quæ buxentia pubes.
Aptabat dextris irraſæ robora clauæ.
Ipſe humero exertus gentili more parentum:
Difficili gaudebat equo:roburque iuuentæ
Flexu cornipedis duro exercebat in ore.
Vos etiam attritæ deſolatæque uirorum
Eridani gentes nullo attendente deorum



plurima eſt ad ipſius fontem & a gallis pades dicitur.Inde cum phaeton qui & eridanus dicitur ardens in ipſum
decidiſſet eridanus appellatus eſt. Votis.deſideriis. Placentia quaſſata bello:quoniã prope placentiã Hãnibal
uicit romanos ut dictũ eſt.quã expugnare etiã tẽtauit.placẽtia:& mutina retinẽt adhuc nomẽ.Mãtua urbs iſignis
Vir.alũno:ideo dicit ipſam eſſe domum muſaꝝ. Cãtu andino.tuba Virgiliana.quoniã Andes uicus eſt diſtãs a
Mãtua duobus milibus paſſuũ quẽ pletulas nũc appellãt:Vbi natus eſt Vir.ut ſcribit Valerius probus. Plectris
ſmyrneis.Homericis uerſibus.ſmyrna eſt ciuitas meoniæ in aſia pr̃ia Homeri quẽ Vir.imitatus eſt:& æquauit.
ideo dicit Iuue.dubiã faciẽtia carmina palmã.æmulus dicit̃ eiuſdẽ rei ſtudioſus.Verona eſt ad radices montiũ ul/
tra quos habitãt germani:quam ateſis fluuius igredit̃:&
magnã ipſius partẽ ambit.ideo Veronã atheſi circũfluã
dicit.Verone adhuc uiſit̃ amphitheatꝝ cum gradibus.
Fauẽtia.eſt urbs inter foꝝ Liuii.& foꝝ Cornelii.ideſt
imolã.In agro fauẽtino quondã erãt pinus:quæ agris or
namẽto ſunt. Vercellæ.urbs adhuc retinet nomen.ubi
erãt aurifodinæ. Pollentia.urbs oues nigras & ad lanã
optimas habebat:ideo ait pollẽtiã eſſe feracẽ fuſci uilli.i.
lanæ nigræ.uillus ſignificat pilũ.Inde uilloſum animal
piloſum dicimus. In laurẽtia bella.quæ fuerũt in agro
laurenti inter Turnum & æneã. Hocni priſca domus.
hocnus filius fuit tyberis & mantus filiæ tyrheſiæ uatis
thebani.habitauit prius in his mõtibus in quibus tybris
eius pater oritur:& hæc erat patria domus hocni qui &
bianor dictus eſt:a quo arbitror denoiatum eſſe oppidũ
bianoꝝ quod eſt prope Bononiam.hocnus cõparata ma
nu ſuoꝝ in ſubſidium æneæ profectus eſt.unde Virg.in
decimo canit.Quin etiam patriis agmen ciet hocnus ab
oris.Fatidicæ mãthus & thuſci filius amnis:diſcedẽs ex
his mõtibus qui ſunt inter Bononiam & Florentiã hoc/
nus in loco plano urbem cõdidit & a nomine matris mã
tuam appellauit.ideo dicit Vir.Qui muros matriſq; de/
dit tibi mantua nomen.Mantua coaluit ex thuſcis the/
banis:& uenetis unde Vir.canit.Gens illi triplex. Bo/
nonia:olim felſina dicebatur ad radices appẽnini:eratq;
princeps hetruriæ ide facta eſt romanoꝝ colonia nomẽ
accepiſſe arbitror a bois barbara lingua nomine paulum
uiolato:quoniam in eo tractu boi habitarunt quoꝝ tri/
bus cẽtum &.xii.fuiſſe ſcripſit Cato in originibus.claris
uiris Bononia cẽſetur.& iprimis Ruffo poeta cuius mor
tem deplorat Martialis.rhenus eſt fluuius Bononiæ cuius pars urbem nunc ingreditur in cuius ripis calami na/
ſcuntur ſed ſagittis aptiores q̃ chartis.paruum rhenum bononienſem appellat ad dr̃iam rheni germanici. Ra/
uenna.inter paludes poſita eſt a ſabinis condita:quondam illic erat optima gladiatorum educatio. Tum troia/
na manus.nunc de euganeis.& patauinis loquitur:qui ab Antenore Troiano habuerũt originẽ qui euerſa Troia
mare conſcendit:& heneti cum eo qui occiſo eorum rege philomene ad Troiam Antenoris auſpicia ſequuti ſunt:
ſuperato ægeo mari ioniũ ingreſſus ad littus ad itimum maris adriaci ſinum peruenit & euganeis qui ea loca ico
lebant pulſis patauium condidit:& ab henetis ueneti dicti ſunt.h.mutato in.u.conſonum:ut heneti:ueneti:Stra
bo tamẽ ſuſpicatur hortos eſſe hos populos a uenetis qui ſunt ad oceanum gallicum:euganei ſunt appellati a præ
ſtantia & nobilitate generis.Inde qui honeſtos habet natales eugenius dicitur. Sacris oris.fatalibus. Profugi.
a Troia:ſcilicet unde ad euganeos nauigauit. Aquileia.urbs ultra fines Venetiæ condita a romanis contra im/
minentes barbaros. Tum pernix ligus.nunc deſcribit ligures qui ſunt inter galliam & thuſciam quorum caput
Genua eſt incolunt montes:quondam uicatim habitabant terram arantes aſperrimam.fatigãteſque ligonibus:
ideo dicit uagenos liguriæ populos eſſe ſparſos per ſaxa:quondam ligures non multum equo militabant:ſed pe/
dites in tumultuariis præſertim pugnis optimi erãt:ideo poeta ligures pernices appellat ideſt ueloces in curſu:&
agiles ad prælia utebantur æreis parmis. In decus Hannibalis.quoniã ſuperati fuerunt ad cannas:quæ uictoria
Hannibalem ornauit. Duros.patientes laboꝝ.Vir.dicit.Aſſuetumq; malo ligurem. Brutus.alludit ad Bru/
tum nepotem Catonis uticenſis ex ſorore ſeruilia:Viꝝ grauiſſimum & in philoſophia ſecundum a Cicerone:qui
autor fuit cædis cæſarianæ.Brutus inquit Plutarchus bonaꝝ artium diſciplina:& philoſophiæ ſtudiis imbutus
moreſq; ſuos & natura graues:& humiles ciuilibus negociis excitans ad bonum & æquum modeſtiſſime ferri ui
ſus eſt:& alibi dicit:Brutum ferunt uirtutibus ſuis a pleriſq; amatum ab amicis deſideratum etiam maxime cle/
mens fuit atq; magnanimus ab omni iracundia uoluptate auaritiaq; alienus:mentem etiam rectam & inflexibilẽ
ad bonum & æquum conſeruans maximam ſibi gloriam auxit. Grauitas læta.adiuncta facilitati:& clemẽtiæ.
Pondus mentis.prudentia grauitas fortitudo ſeueritas:magnitudo animi:cum gratia:& humilitate ut ab
omnibus amaretur. Sine triſtitia.nam tanta uirtute præditus & grauitate inſita præ ſe ferebat hilaritatem:

Votis tunc ueſtris:caſura ruiſtis in arma.
Certauit mutinæ quaſſata placentia bello.
Mantua mittenda certauit pube cremonæ.
Mãtua muſarum domus:atq; ad ſydera cãtu
Euecta andino:& ſmyrneis emula plectris.
Tum uerona ateſi circũflua:& undiq; ſollers.
Arua coronantem nutrire fauentia pinum.
Vercellæ fuſcique ferax pollentia uilli.
Et quondam teucris comes in laurentia bella
Hocni priſca domus paruiq; bononia rheni.
Quique graui remo:limoſis ſegniter undis
Lenta paludoſæ perſcindunt ſtagna rauẽnæ:
Tum troiana manus tellure antiquitus orti
Euganea profugique ſacris antenoris oris.
Nec non cũ uenetis aquileia ſuperfuit armis:
Tum pernix ligus & ſparſi per ſaxa uageni
In decus annibalis duros miſere nepotes.
Maxima tot populis rector fiducia brutus
Ibat:& hortando notum accendebat in hoſtẽ.
Læta uiro grauitas.& mentis amabile pondus
Et ſine triſtitia uirtus non ille rigoris.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& nolebat laudari a rigiditate:nec amabat frontem obductam:& nubilam ſed ſerenam:& cãdidam.ideſt nolebat uideri grauis:& ſtoicus ſqualore uultus & habitu horrido atq; iculto:nec quærebat famam ſimulatione ſed mera uirtute & talis erat qualis uideri uolebat. Leuo limite uitæ.i.non ſimulatione uirtutis:ſed uera uirtute quærebat famam cum nihil ſimulatum poſſit eſſe diuturnum:ille quærit famam nõ recto limite uitæ qui peruerſa agit:& uult uideri bonus atq; laudari ut ſunt philoſophi ficti quos taxat Iuue.& glaucus apud Platonem in.ii.de repu.dicit poſtremam iniuſtitiam eſſe hominẽ malum bonum apparere. Fidus regnator ab ethna.hyeron rex ſyracuſanorum miſit hos ſagittarios:& fonditores. Fidus.nã ſeruauit fidem romanis:& in amicitia & officio uſq; ad exitum uitæ perſeuerauit. Ilua.inſula eſt prope littus tyrrhenum e regione ad uolateras ubi ferrum effoditur quod redigi non poteſt in maſſam niſi deuehatur in continentẽ. erat in ilua portus argous dictus ab argonautis qui illac nauigauerant cum medea ſororẽ circen uiſere cuperet iluã græci appellant ethaliam. Patrio metallo.ferro quod illic effoditur. Ignoſcet q̃uis auido.i.quicũq; uidiſſet tot agmina pepercĩſſet Varroni q̃tũuis auido pugnæ. Tantis agminibus:exercitum romanum cõparat claſſi græcorum qui tranſmiſſo helleſponto troiã inuaſerunt, naues græcorum ut ex Homero colligitur mille.clxxv.fuerũt hominum uero.c.&.xxvi.milia biſcẽtum additis:ut colligit heuſtachius Homeri interpres. Rheteo.Troiano.

Feruere.celebrari & frequentari. Helleſpontus.eſt illud mare anguſtũ quod diuidit aſiam ab europa:nomẽ accepit ab helle ſorore phryxi illic ſubmerſa. ẽ ad helleſpontum urbs callipolis.unde illud mare appellant nunc anguſtias callipolis. cum incipit dilatari appellatur propõtis.iterum conſtringitur & appellatur boſphorus tracius.ubi eſt conſtantinopolis.Inde eſt mare ponticum ubi ſunt cyaneæ petræ quas ſymplegades appellant. Leandrius:a leandro qui cũ ex abydo per illud mare ad hero puellam enataret:quæ erat apud ſeſton ſubmerſus eſt.

Diro uallo:ira ſuperum romanis iſœlici quoniam hoſtes paulo poſt eo ſunt potiti. Nec tanta miſeris:deſcribit prodigia quæ fuerunt ante pugnam cannenſem priuſq̃ nouæ legiones ab urbe ſigna mouerent decemuiri libros adire ac inſpicere iuſſi ſunt propter territos homines nouis prodigiis.nam & romæ i auentio & ariciæ nũciatum erat eodem tempore lapidibus pluiſſe. Proderẽ prodigiis ſignificare. Maniplis:militibus. Pinnæ:eminentiæ ac ſumitates caſtrorum. Nutanti.mouenti ſeſe garganus mons eſt apuliæ:aufidus fluuius in cuius ripis fuit illa pugna. Ceraunia:ſunt montes epyri a crebris fulminibus denominati. Lato ponto: ari adriaco.tamen non multum diſtant ab hydrunte ac brunduſio.

Sipus:oppidum apuliæ denominatum a ſepiis quæ illuc fluctibus impelluntur. Bubo:ut inquit Pli. publicis auſpiciis maxime funebris.eſt uolat tranſuerſus.unde deuia auis dicitur ab ouidio.colitque loca auia & deſerta:nec canit ſed gemit:ſemel intrauit cellam iouis capitolini & tota urbs luſtrata eſt. Aquilis:uexilis romanis

Rubuit lætale:quia portendit infœlicitatem regnis.

Gallorum buſtis:buſta gallorum erant prope capitolium dicta a gallis qui cum capitolium obſiderent & peſte conficerentur aggerati & cremati ſũt, autor ẽ Varro:& Li.li.v.ab urbe condita. Tẽplis iouis:ex æde capitolina iouis & albana. Quirini patris:romuli urbis cõditoris. Alia:fluuius de quo ſupra ubi romani cũ gallis ĩfœliciter pugnauerũt. Horrificis:incutientibus horrorem Non ſedere loco:quoniam mouebantur. A parte libyes:quoniam libyci calamitatem tunc romanis afferebant:ideo ait ueniſſe faces a parte libyes:& ipſe annibal erat fax quæ italiam adurebat.Pli.ait emicant & faces non niſi cum decidunt uiſæ.

Ingratas laudes:nec nubem frontis amabat:
Nec famam leuo quærebat limite uitæ.
Addiderat ter mille uiros in marte ſagittæ
Expertos fidus ſicula regnator ab ethna.
Non totidẽ ilua uiros ſed lectos cingere ferro
Armarat patrio quo nutrit bella metallo.
Ignoſcet quãuis auido committere pugnam
Varroni:quicunque ſimul tot tela uideret.
Tantis agminibus rheteo littore quondam:
Feruere cum magnæ troiã inuaſere micenæ.
Mille rates uidit leandrius helleſpontus.
Vt uentum ad cannas urbis ueſtigia priſcæ
Defigunt diro ſigna infœlicia uallo.
Nec tanta miſeris iamque impendente ruina
Ceſſarunt ſuperi uicinas prodere clades.
Per ſubitum attonitis pila exarſere maniplis.
Et celſæ toto ceciderunt aggere pinnæ:
Nutantique ruens proſtrauit uertice ſiluas
Garganus:fundoque imo mugiuit anhelans
Aufidus:& magno late diſtantia ponto
Terruerunt pauidos accenſa ceraunia nautas.
Q uæſiuit calaber ſubducta luce repente
Immenſis tenebris & terram & littora ſipus:
Obſeditq; frequẽs caſtrorum limina bubo.
Nec dẽſæ trepidis abſunt ſe inuoluere nubes
Ceſſaruntque aquilis:non unus crine coruſco
Regnorum euerſor rubuit lætale cometes.
Caſtra quoq; & uallũ rabidæ ſub nocte ſilenti
Irrupere feræ.raptique ante ora pauentum
Adiunctos uigilis ſparſerũt membra per agros.
Ludificante etiam terroris imagine ſomnos
Gallorum uiſi buſtis rupere nitores.
Terq; quaterq; ſolo penitus tremuere reuulſæ
Tarpeiæ rupes:atque atro ſanguine flumen
Manauit iouis ĩ templis:lachrymæq; uetuſta
Effigie patris large fluxere quirini
Maior & horrificis ſeſe extulit alia ripis.
Non alpes ſedere loco:non nocte dieue
Ingentes inter ſtetit appenninus hiatus
Axe ſuper medio libyes a parte coruſcæ.
In latium uenere faces:ruptuſque fragore



Horriſono polus & uultus patuere tonantis
Ethneos quoque contorquẽs e faucibus ignes
Lemnius intonuit:ſcopuliſque ĩ nubila iactis
Phlegreus tetigit trepidantia ſydera uertex.
Ecce inter medios belli præſagus & ore
Attonito ſenſuque ſimul clamoribus implet
Miles caſtra feris:& anhelat clade futura.
Parcite crudeles ſuperi:iam ſtragis aceruis.
Deficiunt campi:uideo per denſa uolantem
Agmina ductorem libyæ.curruſque citatos.
Arma uirũ ſuper atq; artus & ſigna trahentẽ:
Turbinibus furit inſanis & prælia uentus.
Inq; oculos inq; ora rotat:cadit immemor æui
Nequicq̃ thraſimene tuis ſeruilius oris
Subductus:quo uarro fugis? proh iuppiter ictu
Procumbit ſaxi feſſis ſpes ultima paulus.
Ceſſerit huic trebia exitio pons ecce cadentũ
Corporibus ſtruitur:tacituſque cadauera fũdit
Aufidus:ac uictrix inſultat belua campis.
Geſtat agenoreus noſtro de more ſecures
Conſulis:& ſparſos lictor fert ſanguine faſces.
In libyam auſonii portatur pompa triumphi.
O dolor:hoc etiam ſuperi uidiſſe iubetis:
Congeſto læue quocunque auellitur auro
Metitur latias uictrix carthago ruinas.

TVrbato monſtris latio cladiſq; futuræ
Signa per auſoniam
prodẽtibus irrita diuis
Haud ſecus ac ſi fauſta forẽt & proſpera pu
gnæ
Oĩa uẽturæ cõſul traducerẽ noctẽ
E ſomnis:telũq; manu uibrare per umbras.
Ac mõ ſegnicie paulũ ĩcrepitarẽ:modo acres
Exercere tubas:nocturnaque claſſica uelle.
Nec minor in pœno propi certaminis ardor.
Erumpunt uallo fortuna uergente ſiniſtra:
Conſertæq; manus:nã ſparſi ad pabula cãpis
Vicinis raptanda macæ fudere uolucrem
Telorum nubem:ante omnis inuadere bella
Mancinus gaudẽs hoſtilique ungere primus
Tela cruore cadit:cadit & numeroſa iuuẽtus
Nec pecudum fibras uarro & cõtraria paulo
Auſpicia incuſante deum compeſceret arma
Ni ſors alterni iuris quo caſtra reguntur

Vultus tonantis:factus eſt cæli hiatus.fit & cæli hiatus inquit Pli.quem uocant chaſſina. Lemnius.Vulcanus a lemno inſula denominatus:faber eſt iouis in lipare inſula. Ignes.fulmina. Ethneos.ab ethna monte Siciliæ qui emittit flammas. Scopulis.pumicibus. Vertex phlegreus.ſummitas flammæ. Phlegreus.ardens. Trepidantia.propter ignem qui admouebatur. Ecce inter medios.fingit poeta militem quendam inſanum uaticinantem romanis cladem futuram ad cãnas:ubi tunc caſtra habebant. Præſagus.cognoſcens euentum belli ſpiritu:quo erat repletus. Anhelat.anxius eſt præſagiens cladem. Parcite crudeles ſuperi.uaticinium militis furentis. Vẽtus.uulturnus qui romanis pugnãtibus plurimum nocuit. Rotat.intorquet. Seruilius.q fuerat collega flaminii:& non interfuit pugnæ ad traſimenum. ſubductus igitur ab ea pugna fruſtra fuit:quoniam paulo poſt periit ad cannas.erat.n.præfectus legionis in minoribus caſtris. Quo fugis.quoniã Var.cum uidiſſet aciẽ inclinatam cum.L.equitibus uenuſiam ſe recepit paulus autem eius collega cum magno ĩpetu ferretur in Hãnibalem ſaxo in eius caput adacto cecidit. Pons cadentum.quoniam Hannibal ex cadaueribus romanorum põtẽ i aufido fecit. Belua.ideſt ipſi elephanti. Põpa triũphi. poſt pugnam cannenſem Hannibal capua potitus magonem fratrem carthaginem miſit qui ad fidem uictoriæ quã nunciabat ĩ ueſtibulo curiæ anulos aureos effudit:adiecit ĩde uerbis quo maioris cladis ĩdicium eſſet neminem niſi equitum atq; eorum ipſorum primores id gerere inſigne: quod falſum erat.romani enim autore Plinio promiſcue tunc anulos gerebant:qui dicit tris modios anulorum miſſos carthaginem ab Hannibale poſt pugnam cannenſem. Auellitur læue.anulos intelligit manus inquit Pli.& prorſus ſiniſtræ maximã autoritatẽ conciliauere auro. Metitur.contẽplatur:& conſiderat uiſis anulis ademptis illis qui in pugna ceciderant.

PETRI Marſi ĩterp̃tatio in nonũ uolumẽ Syllii Italici.

TVrbato monſtris latio.Deſcribit initium pugnæ cannenſis fingitq; numina ad tantum ſpectaculum deſcendiſſe:quorum aliqua pro romanis:aliqua pro pœnis ſtabãt. Varroniſque ueſania deſcribitur qui uetantibus auſpiciis.& collega intercedente pugnam iniuit ut noua clade romanum nomẽ afficeret.

Monſtris.prodigiis quæ futuram cladem portenderant. Prodentibus.manifeſtantibus. Irrita.neglecta a romanis & Varrone imprimis:qui in hoſtem ita properabat ac ſi omnia ſigna fœlicia fuiſſent:& ſic eius ĩprudentia taxatur. Fauſta.fœlicia. Omnia.ſigna. Conſul.Varro. Ex ſomnis.uigilans. Traducere.traducebat. Acres.pugnam indicentes & bello aptas. Claſſica.ſigna belli. Velle.pro uolebat. Mace.populi libyæ de quibus ſupra. Volucrem nubem.multitudinem ſagittarum. Mancinus.erat ex romanis:& primus cecidit.

Nec pecudum fibras.ſenſus eſt & ordo.Var.non abſtinuiſſet eo die pugna:q̃uis auſpicia eſſent cõtraria niſi paulus timẽs inſidias obſtitiſſet:penes quẽ eo die ĩperiũ erat. alternis quippe diebus imperaban. paulus ergo accuſabat fibras.ideſt mala ſigna quæ in extis apparebant & auſpicia quæ uetabãt pugnam.nam cum Varro extemplo pugnaturus eſſet & pulli non ederent:Paulus ei nunciari iuſſit ut caueret. Deum.deorum ſigna romanis contraria portendebant.enim infœlicitatem.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Arbitrium:uoluntatem & poteſtatem pugnandi. Properāti in fata:Varroni temere eunti in apertum diſcrimen. Quæ.ſors. Plus una die.quoniā ſequēti die pugnatum eſt. Amēti.iſano Varroni. Ductor.Varro. Siccine nūc inqt:cōuicia Varronis in paulū uociferātis emiſſum hoſtē e manibus debellariq; potuiſſe ni ceſſatū eēt:& paulū igratitudinis accuſat:& per iterrogationē exprobrat populi beneficiū.q.d.cū deberes oībus te periculis exponere ut grām po.ro.referres q te eripuit urnæ.i.iudicio differs nō mō bellū ſed ipſā uictoriā.& ſic trahit illū in inuidiā tanq̄ cū Hānibale ſentiret & rēpu.ro.ſuperatū iri cuperet. Rependis.refers gratiā. Tui capitis.uitæ tibi conceſſæ a populo:cū in bello illyrico male ut dicebaſ rē geſſiſſet paulus adeo ut pene dānareſ. Dira.mortem aut exiliū. Vrnæ.iudicio quoniā urna in iudiciis utebātur:ut nūc fit in liberis ciuitatibus. Tradāt hoſti.ironice loqtur:& ex ſtomacho in paulū. Reuocatos.quoniā paulus ſuis uolētibꝫ pugnare obſtitit:timēs pœnoꝝ iſidias. Sed uos quoꝗ oculos.uertit ſermoné ad milites Varro qbus pugnā pollicef quā affectabāt. Cōſul.paulus.ordo eſt.ne expectate morē & ſignū pugnæ:quod ſolet ab iperatore dari:ſed qſq; ſit ſibi dux:& uiam capiat ad prælīū.ſeruat decoꝝ temerarii cōſulis:q morē pugnādi ac diſciplinā militarē frāgebat. Portas.caſtroꝝ.ſ. Egra caſtra.paulopoſt pituros milites.quod uidēs paulus nō alr̄ merebat q̄ parēs mortuo filio:& boni iperatoris decoꝝ ſeruat poeta.q militū nō ſecus ac filioꝝ curā hr̄e debet.talis erat paulus & eo habitu oris quo fuit poſtea cū uidiſſet cāpum ſtratū cadaueribus romanoꝝ. Obuerſante.obiiciēte ſeſe:malū qppe futuꝝ ꝓuidebat paulus:quē laudat Syllius a prudentia. Spe lucis.uitæ. Exanimata.ꝑ dolore q̄ſi extra ſenſus & pene mortua. Tepētes.pene deſtitutos calore naturali.i.prope mortē.tepidū qppe eſt iter calidū & frigidū. Per totiēs iquit.preces pauli ad Varronem & icipit a calamitatibus acceptis ut arguat ab utili bello abſtinēdū. Totiēs cōcuſſæ:quaſſatæ bellis & calamitatibus. Nouus miles.ſenſus eſt.Si milites nr̄i:q paulo ante in militiā nomē dederūt:diſcūt ſedēdo nō timere Hānibalē tot uictoriis terribilē ſatis eſt. Nec frigidus.nō timēs:quoniā q timet friget. Cunctator & æger.cōſutatio eſt.& ait:Niſi Fabius fuiſſet cūctator:qđ uos uitio uertitis iā hos milites nō haberemus:ſed Marte abſumpti iam pridē fuiſſent:ut accidit flaminio:& ſuis ad Thraſimenū. Culpatis.rep̄hēſis a uobis q appellatis eū timidū & cunctatorē. Aeger.timidus:debilis in martē. Haud quos flaminius.capeſſunt iquit arma:q fuerunt ſub Fabio:ſed nō illi qui fuerunt ſub flaminio.

Sed dira auertite diui.hoc adiecit:ne uidereſ p̄riæ iprecari. Aures pāde deo.i.ſi nō credis mihi ſaltē crede Sybillæ:quæ cecinit:ut caueremus a cāpis ætolis:ideo dixit ſupra:Dānatoq; deū quondā per carmina cāpo. Deo.Sybillæ maſculino genere ꝓtulit more Virgiliano ſupra de Iunone cecinit:Laude ſuper tāta monitor deus:reſpiciens ad ipſum numē. Grynea apollinea.a gryneo nemore.ubi Apollo colebaſ.Grynia ē ciuitas in finibus eoliæ:& ioniæ.Pli.ait.Gryneū eſſe ꝓmontorium.regnāte Tarquinio ſuperbo anus quædā romā uenit afferēs nouem libros.quos diuina oracula eſſe dicebat:eos dixit ſe uendere uelle.& magnū pro illis exigebat ꝑciū repudiata tres igni abſumpſit.& cum idē peteret ꝓ reliquis:& obaudiretur tres alios cōbuſſit & pro eodē ꝑcio iſtabat.Tarquinius eos emit cōſultis prius auguribus: non minore ꝑcio:q̄ qđ erat petitū ꝓ oībus.diſceſſit anus & nūq̄ poſtea cōparuit:libri tres in ſacrariū conditi:Sybillini appellati. Seruata fuerūt hæc carmina diligēter:& iminēte aliquo periculo decem uiri iuſſu ſenatus illa inſpiciebant:quæ ſeruabantur in arca lapidea in templo Iouis capitolini.

Arbitrium pugnæ properanti i fata negaſſet.
Q uæ tamen haud ualuit pituris milibus una
Plus donaſſe die:rediere in caſtra gemente
Haud dubie paulo:qui craſtina iura uideret
Amenti ceſſura uiro:fruſtraque ſuorum
Seruatas a cede animas:nam turbidus ira
Infenſuſque more dilata ob prælia ductor:
Siccine nunc inquit grates preciūq; rependis
Paule tui capitis: meruerunt talia qui te
Legibus atque urnæ dira eripuere minanti.
Tradāt imo hoſti reuocatos ilicet enſes: (tras
Tradāt arma iube:aut pugnantū diripe dex-
Sed uos quoꝗ oculos atq; ora humentia uidi
Vertere cum cōſul terga & remeare iuberet:
Ne morē & pugnæ ſignū expectate petendæ
Dux ſibi quiſq; uiā capito:cū ſpargeſ primus
Incipiet radiis gargana cacumina phœbus.
Pādā egomet ꝓpe portas:ruite ocius:atq; hūc
Ereptum reuocate diem:ſic turbidus ægra
Peſtifero pugnæ caſtra incendebat amore.
At paulus iam non idem nec mente nec ore:
Sed qualis ſtratis dilecto milite campis
Poſt pugnā ſtetit ante oculos:atq; ora futuro
Obuerſante malo:ceu iam ſpe lucis adempta:
Cum ſtupet exanimata parens:natiq; tepētes
Nequicq̄ fouet extremis amplexibus artus.
Per totiens inquit concuſſæ mœnia romæ
Perq; has nox ſtygia q̄s iā circūuolat umbra
Inſontis animas cladi parce obuius iræ:
Dum tranſit diuum furor:& conſumitur ira
Fortunæ.nouus annibalis ſat nomina ferre
Si diſcit miles.nec frigidus aſpicit hoſtem.
Nonne uides cum uicinis auditur in aruis:
Q uā ſubitus liquat pallentia corpora ſāguis:
Q uāq; fluāt arma āte tubas: cūctator & eger
Vt rere in pugnas fabius quoſcunque ſub illis
Culpatis duxit ſignis:nunc arma capeſſunt.
Haud quos flaminius:ſed dira auertite diui.
Sin nr̄is animus mōitis:precibuſq; repugnat:
Aures pande deo:cecinit grynea per orbem
Hæc olim uates:& te præſaga:tuoſque
Vulgauit terris proauorum ætate furores.



Iamque alter tibi:nec perplexo carmine coram
Fata cano uates ſiſtis ni craſtina ſigna:
Firmabis noſtro phœbeæ dicta ſybillæ
Sanguine.nec graio poſthac diomede ferentur:
Sed te ſi perſtas inſignes conſule campi.
Hæc paulus:lachrymæque oculis ardentibus ortæ.
Necnon & noctem ſceleratus polluit error
Xantippo captus libicis tolerarat in oris
Seruitium ſatricus.mox inter præmia regi
Autololum dono datus ob uirtutis honorem.
Huic domus.& gemini fuerant ſulmone relicti
Matris in uberibus nati mancinus:& una
Nomine rheteo ſolymus:nam dardana origo
Et phrygio genus a proauo:qui ſceptra ſecutus
Aeneæ claram muris fundauerat urbem:
Ex ſeſe dictam ſolymon:celebrata colonis
Mox italis paulatim attrito nomine ſulmo.
Ac tum barbaricis ſatricus cum rege cateruis
Aduectus:quo non ſpretum:ſi poſceret uſus
Noſcere getulis latias interprete uoces.
Poſtquam poſſe datum peligna reuiſere tecta
Et patrium ſperare larem:ad conamina noctem
Aduocat:ac furtim caſtris euadit iniquis.
Sed fuga nuda uiri.ſumpto nam prodere cœpta
Vitabat clypeo:& dextra remeabat inermi.
Exuuias igitur:proſtrataque corpora campo
Luſtrat:& exutis mancini cingitur armis.
Iamque metus leuior:uerum cui dempta ferebat.
Exangui ſpolia:& cuius nudauerat artus.
Natus erat paulo ante mace proſtratus ab hoſte.
Ecce ſub aduentum noctis: primumque ſoporem
Alter natorum ſolymus ueſtigia uallo
Auſonio uigil extulerat:dum ſorte uiciſſim
Alternat portæ excubias: fratriſque petebat
Mancini ſtratum ſparſa inter funera corpus.
Furtiua cupiens miſerum componere terra.
Nec longum celerarat iter:cum tendere in armis
Aggere ſydonio uenientem conſpicit hoſtem.
Q uodque dabat fors in ſubitis:nec opina ſepulchro
Oetoli condit membra occultata thoantis.
Inde ubi nulla ſequi propius pone arma:uirumque
Incomitata uidet ueſtigia ferre per umbras:
Proſiliens tumulo contorquet nuda parentis
In terga.haud fruſtra iaculum:tyriamque ſequentem
Satricus eſſe manum:& ſydonia uulnera credens
Autorem cæci trepidus circunſpicit ictus.

Præſcia.præſcia reꝝ futurarum. Tuos furores.hoc dicit:ut deterreat Varronē a pugna:ne in ſe carmina ſybillina uideantur dicta.& locus eſt ab honeſto. Aetate proauorum: regnante Tarquinio ſuperbo. Nec ferentur.non dicentur poſthac campi diomedei:ſed denominabuntur a calamitate:cuius tu conſul autor eris.hæc omnia eo ſpectant:ut pugnam diſſuadeat ab honeſto & utili. Ardentibus.accenſis nimio dolore. Sceleratus error.nam ſolymus patrem ſuum ſatricum per errorem interemit.ſatricus ſulmonenſis erat: cui duo filii fuerūt:Mācinus & Solymus.

Captus.in primo bello punico i libya a Xantippo lacedæmonio & datus fuit regi autololum de quibus dictum eſt. Seruitium.ſeruitutem. Nomine rheteo.Troiano.uocabaſ.n.Solymus a Solymo Troiano:qui uenit cum ænea.hoc idem canit Oui.in faſtis:Huius erat ſolymus phrygia comes unus ab ida:A quo ſulmonis mœnia nomen habent. Proauo.Solymo comite æneæ. Claram urbem.hoc dicit ꝓpter Ouidium multi nominis poetam quo ſulmo plurimum cenſetur & fulget.

Attrito.quoniam o mutatur in u & y aufertur.& ſulmo dicitur. Cum rege.ſcilicet autololum.cui dono fuerat datus ob rem bene in prælio geſtam:eratque interpres Satricus:cum iam utrāque linguam calleret:ſed cū noctu fugeret ad romanos a filio per errorem interfectus eſt. Getulis.libycis.ordo eſt:Quo iterprete nō erat ſpretum getulis noſcere latias uoces ſi uſus id eſt neceſſitas poſceret. Ad cōamina.ad id quod efficere cōabatur:redire ſcilicet ad ſuos. Iniquis.hoſtibus in quibus ſeruiuerat. Nuda.quoniam ut expeditior eēt arma dimiſit:& ſic properabat ad romanos. Armis mancini.qui erat filius Satrici.& priore die in pugna ceciderat. Macæ.libyco:quoniam macæ populi ſunt libyes. Viciſſim.quoniam uiciſſim fiebāt excubiæ in caſtris:& ad portas caſtrorum

Componere.humare clam. Aggere ſidonio.caſtris punicis. Oetoli thoantis: huius meminit Strabo libro ſexto his uerbis:Prima urbs eſt Temeſa:quam auſonii condiderunt:noſtræ autem ætatis homines Tempſam uocarunt:poſt illos eam habitauerūt thoātis comites œtoli:quos eiecere Brutii. Pone.poſt ipſum ſatricum: qui ſolus ueniebat.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

Triſtis.ab effectu:quoniam Solymo triſtitiam afferebat. Vmbo fraternus: clypeus mancini:quem Satricus nunc habebat. Non ſum equidem.uerba Solymi indignantis Satricum:quem hoſtem putabat,geſtare arma Mancini fratris.& ait ſi hinc euades impune ſatebor me degeneraſſe a maioribus meis. Pergameo.Troiano. Nepotem.unum ex ſucceſſoribus.Nomine quippe nepotum ueniunt poſteri. Tu nobile geſtes:ſic Aeneas apud Virgilium de Turno.Tu ne hinc ſpoliis.indute meorum eripere mihi. Spirante.uiuo. Superba.clara. Aſt illi.Satrico cadebant ob nimium dolorem tæla e manibus auditis uerbis Solymi. Parce precor:uerba ſatrici precantis Solymum;ne in ſe ulterius ſæuiat. Ne dãnes.ne macules tuas manus mea cæde.

Ille ſatricus.quem modo nominaſti.

Eram pœnus.poteram uideri hoſtis: cum ab illis uenirem:& me noſſe non poteras:hoc dicit ut excuſet filium:timens quod accidit:ne dolore admiſſi ſceleris ſibi mortem inferret. Curarum tibi prima.laus eſt Satrici a pietate in patriam:qui in tanto rerum diſcrimine.ac limine tam acerbæ mortis de patriæ ſalute cogitabat:qua uiro e natura uiuenti nil debet eſſe antiquius.

Impellere ſigna.ideſt dicitur cras Varronem daturum militibus ſignum pugnæ.Impellere autem dixit ſigna:ideſt uexilla:ut temeritas Varronis oſtenderetur. Cardine.fine. Rigentis.ſtupidi iam cognito errore. Attonito.ipſi Solymo filio attonito. Quis teſtis noſtris.uerba Satrici nitentis excuſare uulnus illatum a filio.& incipit a confutatione:ut res ipſa poſcebat.Nemo iquit affuit:qui factum prodat:qđ tibi aliquando poſſit obiici. In fine laborum.in morte. Condas.claudas:& cõponas:ut moris erat.unde penelope apud Ouidium:Ille meos oculos cõprimat:ille tuos.

Verum ubi uictorem iuuenili robore curſus
Attulit:& notis fulſit lux triſtis ab armis:
Fraternuſque procul luna prodente retexit
Ante oculos ſeſe:& radiauit cominus umbo:
Exclamat iuuenis ſubita flammatus ab ira:
Non ſum equidem ſulmone ſatus tua ſatrice proles:
Nec frater mancine tuus:fatearque nepotem
Pergameo indignum ſolymo:ſi euadere detur
Hinc noſtra te impune manu.tu nobile geſtes
Germani ſpolium ante oculos.referaſque ſuperba
Me ſpirante domus pelignæ perfidus arma.
Hæc tibi cara parens apta ad ſollatia luctus
Dona feram nati:ut figas æterna ſepulchro.
Talia uociferans ſtricto mucrone ruebat.
Aſt illi iam tæla manu:iamque arma fluebant
Audita patria:natiſque coniuge & armis.
Ac membra & ſenſus gelidus ſtupefecerat horror.
Tum uox ſemianimi miſeranda effunditur ore.
Parce precor dextræ:non ut mihi uita ſuperſit:
Quippe nefas hoc uelle frui:ſed ſanguine noſtro
Ne damnes o nate manus.carthaginis ille
Captiuus patrias nunc primum aductus in oras.
Ille ego ſum ſatricus ſolymi genus:haud tua nate
Fraus ulla eſt:iaceres in me cum feruidus haſtam:
Pœnus eram.uerum caſtris elapſus acerbis
Ad uos:& caræ properabam coniugis ora.
Hunc rapui exanimi clypeum:ſed iam unice nobis
Hæc fratris tumulis arma excuſata reporta.
Cura rum tibi prima tamen ſit nate referre
Ductori monitus paulo producere bellum
Nitatur:pœnoque neget certamina martis.
Augurio exultat diuum:immenſamque propinqua
Stragem acie ſperat.quæſo prohibete furentem
Varronem.nanque hunc fama eſt impellere ſigna.
Sat magnum hoc miſeræ fuerit mihi cardine uitæ
Solamen cauiſſe meis.nunc ultima nate
Inuento ſimul:atque amiſſo redde parenti
Oſcula.ſic fatus galeam exuit:atque rigentis
Inuadit nati tremebundis colla lacertis.
Attonitoque timens uerbis ſanare pudorem
Vulneris impreſſit tælum excuſare labora:
Quis teſtis noſtris:quis conſcius affuit actis:
Non nox errorem nigranti condidit umbra.
Cur trepidas:da nate magis:da iungere pectus:
Abſoluo pater ipſe manum:atque in fine laborum
Hac condas oculos dextra precor.at miſer imo



Pectore ſuſpirans iuuenis non uerba:uiceſque
Alloquio uocemue refert:ſed ſanguinis atri
Siſtere feſtinat curſum:laceroque ligare
Ocius illachrymans altum uelamine uulnus.
Tandem inter gemitus miſeræ erupere querelæ.
Siccine te nobis genitor fortuna reducit
In patriam:ſic te nato natumque parenti
Impia reſtituit:fœlix o terque:quaterque
Frater cui fatis genitorem agnoſcere ademptum.
Aſt ego ſidoniis impercitus ecce parentem
Vulnere cognoſco.ſaltem hoc fortuna fuiſſet:
Solamen culpæ:dubia ut mihi ſigna dediſſes
Infauſti generis uerum linquetur iniquis
Non ultra ſuperis noſtros tolerare labores.
Hæc dum amens queritur:iam deficiente cruore
In uacuas ſenior uitam deſperſerat auras.
Tum iuuenis mœſtum attollens ad ſydera uultum
Pollutæ dextræ:& facti titania teſtis
Infandique nocturno mea lumine tæla
Dirigis in patrium corpus:non amplius inquit
His oculis:& damnato uiolabere uiſu.
Hæc memorat.ſimul enſe fodit præcordia:& atrum
Suſtentans uulnus mananti ſanguine ſignat
In clypeo mandata patris:fuge prælia uarro.
At ſummi tegmen ſuſpendit cuſpide tæli.
Deflentumque ſuper proſternit membra parentem.
Talia uenturæ mittebant omina pugnæ
Auſoniis ſuperi:ſenſimque abeuntibus umbris
Conſcia nox ſceleris roſeo cedebat eoo.
Ductor in arma ſuos libys:& romanus in arma
Excibat de more ſuos:pœniſque redibat
Qualis nulla dies omni ſurrexerit æuo.
Nec uerborum inquit ſtimulantum pœnus egetis.
Herculeis iter a metis ad iapigis agros
Vincendo emenſi nuſquam eſt animoſa ſaguntho
Conceſſere alpes.pater ipſe ſuperbus aquarum
Auſonidum eridanus captiuo defluit alueo.
Strage uirum merſus trebia eſt:atque ora ſepulto
Lydia flaminio premitur:lataque refulgent
Oſſibus:ac nullo ſulcantur uomere campi.
Clarior his titulis plus allatura cruoris
Lux oritur.mihi magna ſatis ſat uero:ſuperque
Bellandi merces ſit gloria.cætera uobis
Vincantur.quicquid diti deuexit ibero.
Quicquid in æterneis iactauit roma triumphis.
Quin etiam libyco:ſi quid de littore raptum

Siccine te nobis.quærimoniæ Solymi ad fortunam. Sidoniis impercitus.ideſt ualde concitatus.& iratus ipſis hoſtibus ob mortem fratris.

Dediſſes ſigna dubia.ideſt ſaltem hoc mihi dediſſes fortuna ut parẽtem non agnouiſſem:quoniam arbitrarer me ſcelus non admiſiſſe. Infauſti.infœlicis. Iniquis ſuperis.qui permiſerunt ut tãtum ſcelus admitterem. Pollutæ dextræ.uerba Solymi ad lunam teſtem ſui ſceleris. Dextræ meæ.quã pollui ſanguine paterno. Titania.luna.

Damnato uiſu.oculis meis iam damnatis.quaſi dicat.Iam nõ eſt æquum me uiuere pollutum cæde patris:& fodiens præcordia enſe. Scripſit ſanguineis litteris in clypeo hæc uerba:Fuge prælia Varro. Tegmen.clypeum:in quo erant illa uerba ſignata cruore. Roſeo eoo.ideſt aurore & crepuſculo matutino.iã illuceſcebat inquit cũ uterq; ſuas copias in aciẽ eduxit. Non uerboꝝ inquit.oratio Hannibalis hortantis ſuos ad pugnam: qua ſuadet ab honeſto & utili totis uiribus nunc enitendum:ne tot labores exhauſti fruſtra ſuſcepti uideantur:enumeratque res geſtas ac difficultates maximo labore ſuperatas:inde proponit p̃mium:ut ſit in genere deliberatiuo:Non opus eſt inquit exhortationibus meis.ea quæ a uobis acta ſunt me duce uos hortantur.& prouocãt ad operam in hac pugna nauandam:quoniam aliter decorum noſtrum non ſeruaretur o milites. Pœnus.Hannibal. Stimulantum.eorum qui uos irritent uerbis ad pugnam. Herculeis metis.a gadibus uſque ad apuliam. Animoſa.per hæc epitheta laudat ſuos milites:quibus nihil animoſum & difficile ſuperatu imperuium fuit. Superbus aquarum auſonidum.ſuperans copia aquaꝝ omnis italiæ fluuios.unde dicit Virg.Fluuiorum rex eridanus. Captiuo.quem nos cœpimus & ſuperauimus. Merſus.repletus cadaueribus romanorum:quoniam illic fuit ſecunda pugna.

Ora lydia.regio illa circa traſimenum.ubi cecidit flaminius. Lydia.hetruſca:quoniam lydi:ut dictum eſt:eam tenuerunt duce Tyrrheno. Clarior his.clara ſunt inquit quæ geſſimus:ſed nihil ad ea quæ ſequũtur. Titulis.laudibus & rebus præclare geſtis. Sit gloria.imperatori ſatis debet eſſe gloria.præda militibus diſtribuẽda eſt:ut ſeruetur ab ipſo iuſtitia diſtributiua:quæ ſine cæteris uirtutibus eſſe non poteſt:Veſtra inquit ſunt oĩa:quæ uincendo capietis.locus ab iuſto & utili.

Diti ibero.ex hiſpania auri feraciſſima:ut dictũ eſt. Aeterneis triumphis.uictoriis:quibus romani ſuperarunt carthaginenſes in Sicilia primo bello punico.& hoc dicit:ut ſuos ad hoc dedecus pellendum impellat & recuperandam laudẽ:quã romani extorſerant premendo carthaginenſes niquis fœderibus. Iactauit.ad pompam oſtendit.

De littore libyco.quoniam.M.Attilius regulus cum collega in aphricam traiecerat.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sine ſortibus. Non erit opus inquit Hannibal ſorte inter uos diuidere manubias:& prædam:quæ quiſq; accperit pugnando ſua ſint. Raptor dardanus. ipſe po.ro. quem trahit in odium:atq; inuidiam a tyrannide:ac ranis. Vobis. ad ueſtrū cōmodum. Edomitum orbem. ad tempora ſua reſpexit poeta. Qui ducis nomen a tyria origine. i. uobis carthaginenſibus:qui originē habetis a tyriis:& ſarranis progenitoribus noſtris dabo agro laurentes feraciſſimos. Arridet. placet:ſic Hora. Ille terrarū mihi pter omnis angulus ridet. Sigeo colono. Troiano & Romano cui dedit originem æneas ſigeus. Buxentia rura. Buxentum oppidum lucaniæ:quæ eſt regio fertiliſſima prope brutios:ideo ait poeta:Centum fruticantia culmis. Buxētia igitur rura. i. lucana. Pli. ait oppidū buxentū græciæ prius magnæ nūc lucaniæ. Cereri. ad cererē. i. triticū & fruges. & eſt metonymia figura:quæ eſt nominis tropus autore Fabio:cuius uis eſt pro eo qđ dicit̄ cauſam propter quā dicit̄ ponere. hæc figura iuēta ab iuētore & ſubiecta ab obtinētibus ſignificat:ut cererē corruptā undis. Optare. eligere. ſic Hora. in ſermo. Optaret ſibi quiſq;. Qui uero extremo. i. uos milites:qui non eſtis ciues carthaginis donabo ciuitate. Extremo ſanguine. q es mihi ſocius in bello quadā affinitate remota. ſ. qa ſolūmodo cēſeris ſub iperio byrſæ. i. carthaginis: iperiū quippe eſt tanq̄ corpus & ſubditi mēbra. & carthago erat caput:cuius ciues iungebantur cum peregrinis & aliis iperio ſubditis quadā remota affinitate:prima qppe affinitas eſt ciuium iter ſe:poſtea aliorū. ſed hæc Syllii locutio eſt nimis affectata:niſi ſit hic aliqua menda:quod ego arbitror. difficile nanq; eſt elicere ſenſum ex his uerbis. Hinc. poſthac. Neu uos garganus. cōſutatio eſt: Non putetis uos inquit eſſe nunc in apulia:ſed ad portas urbis. parta quippe hac uictoria ad urbem recta properabimus. Ora dauni. apulia:ubi regnauit daunus. Licet auia. ideſt q̄uis Roma hinc ultimum diſtet. Ex acie. poſt hanc pugnam tendite in capitolium:& erit uobis finis laborū. locus eſt ab utili. Moras foſſarū. aggerē:uallum:& ipſas foſſas:quæ impediebant exitum. Conſilio locorū. quoniam Hannibal pugnaturus ad ripas aufidi habuit rationem loci. romani in meridiem:pœni in ſeptentrionē uerſi erant:ut Vulturnus eſſet romanis ipedimēto. Accōmodat ripis. Hānibal prima luce pmiſſis balearibus ac leui armatura flumē traiecit. & quos trāſmiſerat in acie locauit gallos & hiſpanos prope ripam in læuo cornu:fueruntq; in caſtris pœnorū & acie. xl. peditū milia. decem equitum. duces omnibus præerāt. ſiniſtrū aſdrubal. dextrū cornu Maharbal regebat mediam aciē Hannibal cum fratre magone:aliter canit poeta q̄ Liui. narret. Naſamon. naſamonii milites. Immanior arctus. habens uaſta & immania membra. Lætum uiuere ferro. quoniam adrimachidæ populi aphricæ ſunt bellicoſiſſimi:qui autore Herodoto ab ægypto uſq; ad portum plyren pertingunt:quorū uxores armillam:æream utroque crure geſtabant. nupturas uirgines regi:in primis offerebant. ut quā uellet uirginitate ſpoliaret. Accola nili. ægyptii & æthyopes:quorum corpora ſunt nigra ob nimium ſolis ardorem. Quis. quibus nealces imperabat. Parte dextra. dextro cornu. Subiere. ſubditi fuerunt imperio magonis ipſi hiſpani. Leues. expediti ad pugnam. Horrida pirenæ. bellicoſa hiſpania & gallia. pyrenen montem pro hiſpania & gallia poſuit.

Effulget. quoniam ut ait Liui. hiſpani linteis prætextis purpura tunicis candore mire fulgentibus conſtiterant. Cetrata. habens cetras. ideſt ſcuta. Flumineum latus. dextrum cornu robuſtiſſimum. Vaſco. uaſcones non utebantur galea. ſupra dixit:Vaſco inſuetus galeæ. Tempora. caput. Balearis. baleares milites:qui funda utebantur. Torto plumbo. nam torquetur in gyrum funda cum emittitur plumbum. Inſtar glandis. Betigenæ. hiſpani genitiad betim flu. Ipſe. Hannibal qui ut dixi mediam aciem regebat. Patrio milite. carthaginenſi ac libyco.

Cōdidit:ī ueſtros uenient ſine ſortibus enſes.
Ferte domos qđ dextra dabit. nil uictor hono
Ex opibus poſco. raptor per ſæcula lōga (ris
Dardanus edomitum uobis ſpoliauerit orbē.
Qui tyria ducis ſarranum ab origine nomē.
Seu laurens tibi ſigeo ſulcata colono
Arridet tellus:ſeu ſunt buxentia cordi
Rura magis:centum cereri fruticātia culmis:
Electos optare dabo inter prœlia campos.
Addam etiam flaua tybris:quas irrigat unda
Gurgitibus late captiuis paſcere ripas.
Qui uero extremo ſocius mihi cardíe byrſæ
Signa moues:dextrā auſonia ſi cæde cruentā
Attolles:hinc iam ciuis carthaginis eſto.
Neu uos gargani:daunique fefellerit ora.
Ad muros ſtatis romæ:licet auia longe
Vrbs agat:& noſtro pcul a certamine diſtet:
Hæc hodie ruet:atq; ultra te ad prœlia miles
Nulla uoco:ex acie tende ī capitolia curſum.
Hæc memorat. tum propulſo munimīe ualli
Foſſarum rapuere moras:aciemque locorum
Conſilio curuis accōmodat ordine ripis.
Barbaricus leuo ſtetit ad certamina cornu
Bellator naſamon:unaque immanior arctus
Marmarides:tū maurus atrox:garamaſq;:ma
Et maſſylæ acies:& ferro uiuere lætū (ceſque.
Vulgus adrimachidæ pariter gens accola nili
Corpora ab īmodico ſeruās nigrātia phœbo.
Quis poſitū agminibus caput:īperiūq; neal
At parte ī dextra ſinuat q̄ flexibus undā (ces.
Aufidus:& curuo circumerrat gurgite ripas:
Mago regit. ſubiere leues:quos horrida miſit
Pyrenæ populi:uarioque auxere tumultu
Flumineum latus effulget cetrata iuuentus.
Cantaber ante alios:nec tectus tēpora uaſco
Ac torto miſcens balearis prœlia plumbo:
Betigenæque uiri celſus media ipſe coercet
Agmina:quæ patrio firmauit milite. quæque



Celtarum eridano perfuſis ſæpe cateruis:
Sed qua ſe fluuius retro labentibus undis
Eripit:& nullo cuneos munimine uallat:
Turritas moles ac propugnacula dorſo
Belua nigranti geſtans:ceu molibus agger
Nutat:& erectos attollit ad æthera muros.
Cætera iam numidis circumuolitare:giroſq;
Ferre datum curſus:& toto feruere campo.
Dum libys incenſo diſpenſat milite uires:
Hortādoq; iterū:atq; iterum īſatiabilis urget.
Factis quenque ſuis:& ſe cognoſcere iactat
Qua dextra ueniant ſtridentis ſibila tæli:
Promittitque uiris nulli ſe defore teſtem:
Iam uarro exacta uallo legione mouebat
Cladum principia:at pallenti lætus in unda
Laxabat ſedem uenturis portitor umbris.
Stant primi:quos ſanguineæ pendēte uetabāt
Ire notæ clypeo:defixique omine torpent.
Iuxta terribilis facies miſeranda iacebant
Corpora ī amplexū:natuſq; in pectore patris
Impoſita uulnus dextra lætale tegebat.
Effuſæ lachrymæ:mancinique inde reuerſus
Fraterna ſub morte dolor. tū triſte mouebat
Auguriū:& ſimiles defūcto ī corpore uultus.
Otius erroris culpam. deflendaque fata
Ductori pandunt:atq; arma uetantia pugnā.
Ille ardens animi ferte hæc ait omina paulo.
Nanq; illū:cui fœmineo ſtant corde timores
Mouerit iſta manus:quæ cæde ibuta nefāda
Cū furiæ expeterent pœnas:fortaſſe paterno
Signauit moriens ſceleratum ſanguīe carmē.
Tū minitās properē deſcribit munera pugnæ.
Quaq; feras ſæuus gentes:aciemq; nealces
Temperat hac ſeſe marſo cum milite:cumq;
Samnitum opponit ſignis:& iapige alumno,
At campi medio:nanq; hac in parte uidebat
Stare ducem:libyæ ſeruilius obuia adire
Arma:& picētes umbroſque inferre iubetur.
Cætera paulus habet dextro certamina cornu
His ſup inſidias contra nomadumq; uolucrē
Scipiadæ datur ire manum quaq; arte doliſq;
Scindent ſe turmæ prædicit ſpargere bellum.
Iamque propinquabant acies:agilique uirorū
Diſcurſu mixtoque ſimul calefacta per ora
Cornipedū hinnitu & multū trepidātibus ar/
Errabat cæcū turbata p agmia murmur. (mis

Cateruis celtarum. gallorū:qui accolebant padum: ideo dixit in primo:Per celtica rura. Eridano. pado. & hi erant boi. Perfuſis. madefactis aqua eridani:quem incolebant. Ille fluuius ſæpe cāpos inundat tranſcendens ripas cū magna iactura colonorū. Sed qua ſe fluuius. i. ea parte qua fluuius retro cedebat. & non claudebat ſuos munimine. ac ſuis uadis Hānibal poſuit elephātos. Eripit. ſubtrahit ſe:quoniam eſt flexuoſus. Cuneos. agmina. Belua. elephas qui in dorſo geſtat turres cum pugnatoribus. domiti militant elephāti. Pli. inquit. & turres armatorū in dorſis ferunt:magna ex parte orientis bella cōficiunt:proſternunt acies. proterunt armatos. iidē inimico ſtridore terrentur. uulnerati retro ſemper retrocedūt haud minore partium ſuarū pernicie. Sutrius elephas in hac acie cānēſi fortiſſime pugnauit:de quo Pli. Certe Cato cum imperatorū nomina annalibus deſcriberet:eum:qui fortiſſime pliatus in punica acie Sutriū tradidit uocatū altero dente mutilato. Nutat. mouet. Mobilis agger. ac ſi eſſet cumulus quidā munitus:qui poſſet moueri. & quoddam uallum:quod poſſet circūferri. Muros. turres dorſo īpoſitas. Cætera. ſ. loca. i. numidis cōceſſit diſcurrere per cætera loca:ut uſus poſceret. Feruere. feruore quodam uagari. Dum libys. dum Hannibal inquit ſuos inſtrueret ad pugnam:& illis ſe teſtē in plio fore oſtēderet. Varro iam copias in aciem educebat ſuas temere pugnaturus. Exacta. excluſa e caſtris. Vnda pallenti. palude ſtygia. Laxabat. patefaciebat. Portitor. charon qui ſua cymba ferruginea umbras tranſuehebat. portitores dicuntur illi qui portus cuſtodiunt:& exigunt uectigal. inde portorium. Stant primi. illi qui erāt in prima acie uidētes ſcutū Solymi cū carmine uetāte pugnā ſteterūt nunciauerū tq; Varroni:ſed ille iprudēs talia neglexit. Notæ. litteræ ſanguine notatæ. Omine. tali oſtēto. & ideo nolebāt pgredi:ſed torpebāt ī Marte. Facies terribilis:quoniā filius ſup mortuū patrē exanimis iacebat. & manu tegebat uulnus pr̄is. Reuerſus dolor. quoniā prius doluerāt de morte Mācini:nūc mortuo fratre Solymo inouabat̄ ille dolor. Triſte. qđ uidebat̄ ominari romanis pugnaturis iſœlicitatē cum tali oſtēto pugnā auſpicarent̄. Similes uultus. quoniā filius Solymus referebat ſatricū patrē ī uultu. Ductori. Varroni. Arma. clypeū in quo ſcriptū erat:Fuge plia Varro. Ardēs animi. quodā iſano ardore cōmotus ad pugnā. Ferte hæc paulo. obiicit Paulo æmilio timorē. & ignauiā muliebrē. Manus. hæ litteræ ac notæ in clypeo uetātes pugnā. Nefanda. quoniā occidit patrē Satricū. Deſcribit. aſſignat cuiq; ſuū munus ad pliū:& oppoſuit ſe Nealci:qui erat in ſiniſtro cornu. Tēperat. moderat̄:& regit. Iapyge. appulo milite ſeruiliū aūt oppoſuit Hānibali:de picētibus dictū eſt ſupra & etiā picenis. hi. n. ſūt ppe umbros. illi aūt in lucania. & calabria:quorū metropolis eſt picētia. in dextro cornu erat. P. Aemilius.

His ſup. pterea īquit Scipionē oppoſuit numidis:qbus dederat Hānibal feruere toto cāpo ut qua parte opus eēt ferret opē ſuis laborātibus Scipio. Scipiadæ. Scipioni filio. P. Cornelii Scipionis. Manū. multitudinē. Doliſq;. quoniam numidæ in ipſa pugna dolos cōmiſerūt.

Volucrē. expeditū ad diſcurrendū. Turmæ. nomadū. ſ. Spargere. paſſim uagari ac pugnare. Agiliq; diſcurſu. clamore ſublato procurſum eſt & pugna leuibus primū armis cōmiſſa. Cæcū murmur. ipſi cæci ardore pugnæ & ſtudio murmure quodā oia complebant &



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

turbabant:& probat comparatione maris quod murmur quoddam & ſonitum emittit futura tempeſtate.

Parturit.more parturientis uidetur uelle tempeſtatē emittere: & incluſam rabiem parturire & uelle parere.

Expirat.expirando emittit ſonos per ſaxa & montes: reſonat quippe illud murmur in cauis mōtibus:ſic murmur militum incluſum propter galeas reſonabat quæ obſtabant ut libere exiret. Spumanti uertice.undis ſpumoſis:unde aqua commota alba uidetur propter undas fractas. Anhelantem.aquam cōmotam & impulſam ui uentorum. Nec uero fati.fingit poeta in hoc tanto fatorum turbine nō ſolum mortales fuiſſe ſollicitos uerum etiam numina quæ tanto ſpectaculo interfuerunt.

Diſcordia demens.ab effectu quoniam facit homines dementes. Cœlos.ideſt ipſos cœlicolas. Stimulatus.quoniam ægre ferebat Hercules:ſolo æquatam fuiſſe ſaguntum a pœnis. Veneranda.quoniam erat mater iouis. Indigetes.dei pœnates de quibus dictum eſt.

Sator quirinus.Romulus urbis cōditor. Alternus.pollux:quorum ſtellæ alternis menſibus lucent:nam cū caſtor cecidiſſet in pugna quā canit Ouidius in faſtis.Et polluci uia in cœlum pateret:orauit iouem ut duobus cœlum partiretur:unde factum eſt ut alternis menſibus uiuerent:unde Aeneas Virgilianus:Si fratrem pollux alterna morte redemit.ſupradicta numina ſtabant pro romanis:quæ autem ſequuntur pro Hannibale. Edita.nata ad tritonidem paludem. Hammon patrius.iuppiter qui in libya colebatᷣ ſub effigie arietis;ideo dicit patrius. Deſerta.a diis ſcilicet qui ad hæc ſpectacula deſcenderant:unde cœlum euacuauerant ad terram deſcēdentes. Phlegreis quantas.clamorem militum pugnā ineuntium clamoribus gigantum & horrendæ uoci iouis fulmina poſcentis contra terrigenas.phlegra eſt uallis in macedonia ubi fuit pugna gigantea cum cœlicolis.

Sator æui.iuppiter pater parens ætatis & temporum.

Cyclopas.miniſtros uulcani ad lipaream tabernam fabricantes ioui fulmina. Nec uero.tantus erat ardor bellandi poeta inquit ut haſtæ ſimul iacerentur nec dignoſci poſſet quæ prima fuerit. Procella.impetu & cōcurſu utrinque hoſtili. Nimbus.multitudo telorum inſtar nimbi. Iacet.proſtrata eſt magna pars pugnantum enſe cominus:ordo eſt:ea patre qua ducitᷣ enſis dextra iacet pars bellantum & ſtabant pugnantes ſuper cadauera ſuorum & calcabant adhuc gementes. Nec magis aut libyco:pertinaciam militum in pugna & ſtudium ne loco cedant:comparat monti qui fluctibus impactis reſiſtit & loco moueri non poteſt. Protrudi.retro impelli pubes romana conatu hoſtili & econtra. Auerti.cogi ut det terga. Sarrana manus.pœni milites. Suo ordine.acie & pugna ſtataria. Pontus.mare illiſis fluctibus.calpe mons ad fretum gaditanum. Amiſere ſpacium.adeo conferta erat ac denſa acies.& pugna ut non eſſet locus & ſpacium ad ictus inferendos:ſed alter alterum impellebat nec poſt mortem licebat cadere ad terram. Arctatis.denſis. Flictu.conflictu. Ardeſcit.uidebatur ardere & ſcintillas emittere impulſu alterius galeæ. Fatiſcit.aperitur & frangitur impulſu alterius clypei. Retūditur.hebes fit & frangitut:& multitudo telorum in aere ſolis radios repellebat. Mox denſa.obſcuritas quam tela iacta faciebant.

Sic ubi prima mouent pelago certamīa uēti:
Incluſam rabiem ac ſparſuras aſtra procellas
Parturit unda freti:fundoque emota miaces
Expirat per ſaxa ſonos:atque acta cauernis
Torquet anhelantem ſpumāti uertice pontū.
Nec uero fati tam ſeuo turbine ſolum
Terrarum fuit ille labor.diſcordia demens
Intrauit cælos:ſuperoſque ad bella coegit.
Hinc mauors hinc gradiuū comitatus apollo:
Et dōitor tūidi pugnat maris:hic uenus amēs
Hīc ueſta & captæ ſtimulatus cæde ſagunthi
Amphitryoniades pariter ueneranda cybele.
Indigeteſque dei faunuſqꝫ ſatorque quirinus.
Alternuſque animæ mutato caſtore pollux.
Contra cincta latus ferro ſaturnia iuno:
Et pallas libycis tritonides edita limphis.
Ac patrius flexis per tēpora cornibus ammon
Multaque præterea diuorum turba minorū.
Quorū ubi mole ſimul uenīētū & greſſibus
Intremuit tellus:ꝑs īpleuere ꝓpinquos (alma
Diuiſi montes:pars ſedem nube ſub alta
Cœperunt.uacuo deſcenſum ad prælia cœlo.
Tollitur immenſus deſerta ad ſydera clamor.
Phlegreis quantas effundit ad æthera uoces
Terrigena in campis exercitus.aut ſator æui
Quāta cyclopas noua fulmīa uoce popoſcit
Iuppiter:extructis uidit cum montibus iræ
Magnanimos raptū cæleſtia regna gigantes.
Nec uero prima in tantis concurſibus haſta
Vlla fuit.ſtridens nimbis certante furore
Tælorum ſimul effuſus cupidæque cruoris
Hinc atqꝫ hinc animæ gemīa cecidere ꝓcella.
Acrius inſanus dextra qua ducitur enſis
Bellantum pars magna iacet ſuper ipſa ſuoꝝ
Corpora.conſiſtunt auidi:calcantqꝫ gemētes.
Nec magis aut libyco protrudi dardana niſu
Auerti ue poteſt pubes:aut ordine pelli
Fixa ſuo ſarrana manus q̄ uellere ſede
Si temptet calpen impacto gurgite pontus.
Amiſere ictus ſpacium.nec morte peracta
Arctatis cecidiſſe licet:galea horrida flictu
Aduerſæ ardeſcit galeæ.clypeuſque fatiſcit
Impulſu clypei:atque enſis contunditur enſe.
Pes pede:uirque uiro teritur.telluſque uideri
Saguīe operta nequit:cœlūqꝫ & ſydera pēdēs
Abſtulit ingeſtis nox denſa ſub æthere telis.



Quis aſtare loco dederat fortuna ſecundo
Contorum longo & proceræ cuſpidis ictu:
Ceu primas agitent acies:certamina miſcent.
At quos deinde tenet retrorſū inglorius ordo
Miſſilibus certant pugnas æquare priorum.
Vltra clamor agit bellum:mileſque cupiti
Martis inops ſeuis impellit uocibus hoſtem.
Nec ullum deſit teli genus.hi ſude pugnas
Hi pinu flagrante cient:hi pondere pili.
At ſaxis fundaque alius iaculoque uolucri
Interdumque ipſis metuenda falarica muris.
Interdum ſtridens per nebula fertur arundo.
Speramus ne deæ quarū mihi ſacra coluntᷣ:
Mortali totum hunc aperire in ſæcula uoce
Poſce diem?tantum ne datis cōfidere linguæ:
Vt cannas uno ore ſonem.ſi gloria uobis
Nr̄a placet neqꝫ uos magnis auertitis auſis.
Huc omnis cātus phœbumqꝫ uocate parētē.
Verū utinā poſt hac animo romane ſecunda
Quāto tūc aduerſa feras.ſitque hactēus oro
Nec libeat temptare deis an troia proles.
Par bellum tolerare queat:tuque anxia fati
Pōe precor lachrymas:& adora uulnera laudes
Perpetuas paritura tibi:nā tēpore roma
Nullo maior eris:mox ſic labere ſecundis
Vt ſola clade tuearis nomina fama.
Iamque inter uarias fortuna utrinque uirorū
Alternata uices incerto eluſerat iras

Quis.quibus. Secūdo loco.poſt primam aciem pugnabāt haſtis:conti ſunt haſtæ lōgiores & obuſtæ. Proceræ.longæ. Ceu primas.i.ac ſi eſſent in prima acie. At quos.i.tyrones qui erant in ultimo ordine.inglorius ille dicitur qui nondum gloriā conſecutus eſt.tyrones cum ſint noui milites ſunt inglorii. Miſſilibus.telis quæ mittebant in hoſtes & nitebantur æquare pugnas eoꝝ qui erant in prima acie. Vltra.i.illi qui erant in ulteriore ordine adeo ut non poſſent telis hoſtes cōtingere clamore bellum gerebāt. Inops cupiti martis.illi qui non poterant cominus pugnare ut cupiebant ſeuis & horrendis clamoribus impellebant hoſtes. Non deſit.nō deeſt.antique dictum eſt.Vir.Lac mihi non æſtate nouum nec frigore deſit. Sude.palo obuſto. Pinu flagrāte.tæda ex pinu ardēte ſeu face. Pili.haſtæ:pilū erat haſta romanoꝝ. Iaculo uolucri.ueloci.uolucre eſt quicquid uolat.unde ſagittā appellamus uolucrē. Harūdo.ſagitta harūdinea:de phalarica dictū eſt.ſupra ubi cecinit:uix muris tolerāda lues. Speramus ne deæ.huius horridæ pugnæ euētū narraturus:poeta uotū repetit ad Virgilii imitationē:ex Horatii p̄cepto in arte poetica: & utitᷣ addubitatione ut deuitet arrogātiā:poſſumus ne dicit ſperare o muſæ ut cōcedatᷣ hāc pugnā monumētis lr̄aꝝ & carminibꝫ poſteritati tradere:fauorēqꝫ muſaꝝ emeretᷣ cū illarū ſe ſacra colere dicit. Mortali uoce.humano carmine nō diuino. Diē.pugnā huius diei ad cānas. Aperire in ſæcula.mādare lr̄is ut ꝑ oīa ſæcula huius pugnæ memoria habeatᷣ. Datis.cōceditis ne hoc meæ linguæ ut uno ore canā hoc p̄liū ad cānas uicū appuliæ. Si gloria uobis.ſi uid̄or uobis dignus hac gloria:& ſi uobis placet adeſte mihi una cū apolline q̄ ē poetaꝝ numē. Magnis auſis.his meis pricipiis:quoniā audemus res magnas & q̄ſi ſupra uires. Parentē.phœbus nō fuit pater muſaꝝ ſed dr̄ ad uenerationē:ſic etiā pater poetaꝝ. Veꝝ utinā poſthac. optat poeta ut romani eo aīo deiceps ferant ꝓſperitatē fortunæ quo illā calamitatē ad cānas tulerūt:romani q̄ppe ſecūdis rebus elati:potitiqꝫ reꝝ ad luxū ſe tota mēte uerterūt & ſic cecidere:luxuria romanoꝝ cœpit euerſa coritho a.L.mūmio:& allata p̄da ex cypro & Catone.lege Liuiū li.ix.de cadis belli macedonici:& Pliniū.

Poſthac.poſt hoc tp̄s. Animo.tanto.ſ.& tā conſtāti: quoniā in rebus ſecūdis debemus eē moderati. nā iperiū ut īquit Salu. facile his artibus retinetᷣ q̄bus in initio partum eſt:ueꝝ ubi ꝓ labore deſidia.ꝓ continētia atqꝫ æq̄tate libido atqꝫ ſuperbia iuaſere:fortuna ſimul cū moribus imutatᷣ. Secūdare.ꝓſperitatē fortunæ quæ ſolet facere hoiem īſolentē & ignauū.& rectius in malis ſapimus ſecūda uero rectū auferūt.unde dicit Seneca:Eſto in aduerſis firmus:in ꝓſperis cautus & humilis.nō.n.habuerūt romāi eā cōſtātiā ī ſecūda fortuna quā ī aduerſa hūerāt:& ideo gloriā & iperiū paulatim amiſere.unde exclamat Iuue.Nūc patimur lōgæ pacis mala.ſeuior armis Luxuria icubuit uictūqꝫ ulciſcitᷣ orbē.opto inquit poeta ne deiceps romani ſimilē calamitatē patiātur.uidēs.n.mollitiē tempoꝝ ſuoꝝ perſpiciebat illos tale uulnus pati nō poſſe qui ludis & cōuiuiis indulgebant. Troia ꝓles.romani oriūdi a Troia. Tuqꝫ anxia fati.alloquitur Romam poeta anxiam & incertam diſpoſitionis fatoꝝ cum tot calamitatibus premeretur.nullo inquit tempore maior eris q̄ eo quo tales calamitates magno animo pateris.unde in.iii.officiorum li.Cicero ſcribit poſt hanc pugnam ad cannas fractum fuiſſe animum Hannibalis cum romani rebus afflictis tam excelſo animo fuiſſent. Mox.poſtea. Labere.cades & rues. Secundis.proſperitate fortunæ. Nomina cladum.calamitatum quas accepiſti magno animo & ab honeſto nunquam diſcedente.

Sola fama.non re ipſa nō uiribus iam effœminatis:ſed ſola fama quā prius habebas:laudē inquit quā meruiſti o roma propter animi magnitudinem & robur ciuium tuorum in rebus aduerſis ſola fama tueberis:cum luxus: & uitia mores & optima inſtituta proſtrauerint:ut uix credibile ſit ꝙ de tuoꝝ conſtantia prædicatur.Nuper inquit Liuius diuitiæ auaritiam & abundantes cupiditates deſiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendiqꝫ omnia inuexere. Iamqꝫ inter uarias.redit ad narrationem a qua digreſſus fuerat:ſenſus eſt:fortuna belli primo congreſſu communis fuit: & nunc romani nunc pœni uiciſſim ſuperiores uidebantur:ide irruente nealce inclinata eſt romanorum acies. Alternata.quæ uiciſſim mutabatur.ideſt cum fortuna uiciſſim eluſiſſet iras & impetus uirorum. Eluſerat.uanas & irritas fecerat:quoniam in caſſum utrique milites ſeuiebant cum belli fortuna par eſſet. Euentu.exitu pugnæ. Pendente ſpe.dubia & faciente utroſqꝫ ſuſpenſos.nam dubio marte



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

pugnabatur. Flagrabat.ardebat cum marte ancipiti dimicaretur. Mitia ceu uiridis.æquam romanorum & pœnoꝝ pugnam ſegeti comparat quæ leui uento impulſa æqualiter agitatur. Mitia flamina.mites uenti. Virides culmos.uiridem ſegetem. Nec dum maturas.nōdum aptas ad meſſem.ariſta dicitur ab ariditate. Sūma ſeges.ſumma pars ſegetis quæ a ſatu dicitur:interdum accipitur pro terra.Virgi.in georgicis:Illa ſeges demū uotis reſpondet auari Agricolæ. Nutans.mouens ſe per uices. Niteſcit.reſplendet. Tandem.poſt ancipitem belli fortunam. Laxati cunei.patefactæ & relaxatæ romanorum acies.Interualla.per ipſos cuneos iam laxatos ut eſſet inter acies prius denſas quoddam interuallum. Trepidis.romanis. Sub ima cuſpide.ideſt nullus cadebat incumbens ſuper imam partem cuſpidis:omnes quippe in pectus excipiebant uulnus & cadebant reſupini:ſi accepiſſent uulnus i tergo ore ad terram cecidiſſent ſuper imam cuſpidem quæ extitiſſet ex uulnere accepto poſt tergum.ideo ſubiūgit.dum uulnera tergo timet bellator auſonius.ideſt romanus & italus. Arcet dedecus læto.defendit morti ignominiam:nam dedecus eſt uulnera tergo excipere:ergo romani dedecus a morte pellebant generoſe ac fortiter cadētes ut illos decebat qui martem genti inſcribebant & fortiſſimi habebantur & erāt.

Aſpera ſemper amans.alludit ad illum ſcæuolam qui manum iniecit cremandam igni cum porſenæ ſcribam interfeciſſet. Par periclo.ad omnia pericula promptus.

Tanta ſtrage.cum tot romani caderent nolebat amplius uiuere ſed honeſte pro patria mortē oppetere. Proauo.illo ſcæuola qui fuit tempore porſenæ ad quem hic originem referebat ſuam. Sub nomine.i.uolebat mortem cum laude ac fama.ideſt fortiter pugnando cadere: etenim circa tale genus mortis eſt ipſa fortitudo. Extēdamus.quadam uelut immortalitate proferamus.Plinius i epiſtolis ait:Cum tam anguſtis terminis uita noſtra concludatur ſtudiis memoriam extēdamus. Nam uirtus futile nomen.uirtutis laus in actione cōſiſtit cū actus ſit præſtabilior habitu & nomen uirtutis ſine actu eſt futile & nullius momenti:& tunc homo habet humanam fœlicitatem:more philoſophorum loquor:cum exercet uirtutem :& aliquid ex illius præſcripto agit:& fortitudinis nomen futile eſt niſi ille qui dicit ſe fortem exerceat fortitudinem ubi oportet:& quando oportet.& quia fortitudo ꝓprie eſt circa mortem quæ accidit in bello:ideo ſubiungit niſi adſint tempora. Decoris lethi.claræ mortis honeſtæ & in qua qui uult fortis haberi decorum ſeruat ſuum.fortis ſi opus eſt & uſus exigit nō debet pro patria mortem recuſare aliter non erat appellandus fortis ſed potius timidus. Futile.uile & fere nullius precii & eſtimationis niſi ponatur in actu in quo conſiſtit laus cū finis eo ſit præſtabilior quod eſt ad finem. Patiendo.tolerādo incommoda & aduerſa circa quæ uerſatur uirtus. Limitem agit.ideſt immiſit ſe in medios ea parte qua dextra pœnoꝝ faciebat limitem & uiam inter acies romanas:ſupra dixit.laxantur cunei & interualla irrumpit hoſtis. Fertur.ſceuola quadam animi robore ac impetu i medios hoſtes qui per acies romanas limitem agebant. Geſtamina.ſpolia romanis adempta quæ uolebat effigere haſtæ & circūferre ad pompam. Subit.ferit. Tenus.uſque ad capulum enſis.tenus iungitur cum ablatiuo ſingulari & genitiuo plurali.Virgili.Et crurum tenus amento palearia pendent. Hoſtilia.hoſti adempta. Concordi uirtute.pari fortitudine ac robore.

Dum ſtat.dum exigitur contra ſcæuolam. Succidit.cecidit ſucciſo & uulnerato pede enſe quem calcauerat. Damnauit.maculauit pedem enſe. Amici.gabaris quem ſcæuola enſe confoderat. Tandem.poſt hos interemptos furor & impetus ſcæuolæ conuertit in ſe tela nealce. Fatalia.mortem allatura ſcæuolæ. Fulmine.fulminantis ipſos hoſtes.

Euentu.mediaque diu pendente per ambas
Spe gētes:paribus mauors flagrabat i armis.
Mitia ceu uiridis agitāt cum flamina culmos.
Nec dum maturas impellit uentus ariſtas:
Huc atq; huc it ſūma ſeges:nutāſq; uiciſſim
Alterno lente motu incuruata niteſcit.
Tandem barbaricis perfractam uiribus acris
Diſſipat incurrens aciem clamore nealces:
Laxati cunei.perque interualla citatus
Irrupit trepidis hoſtis:tum turbine uirgo
Sanguinis exundat torrēs nullumq; ſub ima
Cuſpide procumbit corpus:dū uulnera tergo
Bellator timet auſonius:per pectora ſeuas
Exceptat mortes:& læto dedecus arcet.
Stabat cum primis mediæ certamina pugnæ
Aſpera ſemper amans & par cuicūq; periclo
Scæuola.nec tanta uitam iam ſtrage uolebat.
Sed dignū proauo lætum:& ſub noīe mortē.
Is poſtq̄ frangi res atque augeſcere uidit
Exitum.breuis hoc uitæ quodcūq; relictum
Extendamus ait.nam uirtus futile nomen
Ni decoris adſint patiendo tempora læti.
Dixit:& in medios qua dextra concita pœni
Limitem agit:uaſto connixus turbine fertur.
Hic exultantem calarim.atq; erepta uolētem
Induere excelſo ceſi geſtamina trunco
Enſe ſubit:capuloq; tenus ferꝝ impulit ira.
Voluitur ille ruens atq; arma hoſtilia morſu
Appetit:& mortis premit in tellure dolores.
Nec gabari ſichæq; uirum tenuere furentes
Concordi uirtute manus.ſed perdidit acer
Dum ſtat deciſam gabar inter prælia dextrā.
At ſicha auxilium magno turbante dolore.
Dū temere accelerat calcato īprouidus enſe
Succidit:& nudæ ferro ueſtigia plantæ
Damnauit.dextraque iacet morientis amici.
Tandem conuertit fatalia tela nealce.



Fulminei gliſcens iuuenis furor.exilit ardens
Nomīe tā claro ſtimulante ad præmia cædis.
Tum ſilicē ſcopulo auulſū: quē mōtibus altis
Detulerat torrens:raptum contorquet in ora
Turbidus. icuſſo crepuerunt pondere malæ.
Ablatuſque uiro uultus concreta cruento
Per nares cerebro ſanies fluit:atraque manāt
Orbibus eliſis & trunca lumina fronte.
Sternitur unanimo marius ſuccurrere caſpro
Conatus:metuenſque uiro执 ſupereſſe cadenti
Lucis idē auſpiciū ac patriū & cōmune duo
Paupertas:ſacro iuuenes præneſte creati (bus
Miſcuerant ſtudia & iuncta tellure ſerebant.
Velle ac nolle ambobus idem.ſociataq; toto
Mens æuo.ac paruis diues concordia rebus.
Occubuere ſimul.uotiſque ex omnibus unū
Id fortuna dedit iunctā inter prælia mortem.
Arma fuere decus uictori bina ſimetho.
Sed longū tanto lætari munere caſus
Haud licitū pœnis. aderat terrore minaci
Scipio conuerſæ miſeratus terga cohortis.
Et cuncti fons uarro mali.flauuſque comarū
Curio.& a primo deſcendens conſule brutus.
Atq; his fulta uiris acies repararet ademptū.
Mole noua campū:ſubito in turbine pœnus
Agmina frenaſſet iam procurrentia ductor.
Iſque ut uarronem procul inter prælia uidit:
Et iuxta ſagulo circunuolitare rubenti
Lictorē.noſco pompā atque inſignia noſco:
Flamminius modo talis ait.tum feruidus acrē
Ingentis clypei tonitru prænunciat iram.
Heu miſer æquari potuiſti funere paulo
Si tibi non ira ſuperum tunc eſſet ademptum
Annibalis cecidiſſe manu.q̄ ſæpe querere
Varro deis quod ſidonium defugeris enſem:
Nam rapido ſubitam portans in morte ſalutē
Procurſu incepta ſeſe in diſcrimina uertit
Scipio.nec pœnū quāq̄ eſt ereptus opimæ
Cedis honor:mutaſſe piget maiore ſub hoſte
Prælia:& erepti ticina ad flumina patris
Exigere oblato tandem certamine pœnas.
Stabant educti diuerſis orbis ab oris
Quanto non alias uidit concurrere tellus
Marte uiri.dextraq; pares.ſed cætera ductor
Anteibat latius melior pietate fideque.
Diſſiluere caua turbati ad prælia nube

Exilit.ruit ad pugnam. Ardens:ipſe nealces. Tam claro nomine.ſcæuolæ ſcilicet:& alludit ad illum ſcæuolam qui dictus eſt. C.mutius cordo:& .xx.annos natus rem admirabilem auſus eſt ut dixi. Ad præmia cædis:quoniam magnum putabat præmium nealces ſi necem tam clari nominis uiro intuliſſet quod iactu ſilicis aſſequutus ē. Torrens:aufidus qui labitur ex mōte gargano. & eſt quaſi torrens quoniā in æſtate fere deſiccaſ:i hyeme aūt augeſ. Malæ:maxillæ ipſius ſcæuolæ. Vultus:facies.hæc uocabula poetæ confundunt:nā facies ad corpus.uultus ad aīum referſ & a uolūtate fingiſ:ide dicimus irato & mœſto uultu:& lōga lataq; facie. Sanies concreta:ſanguis ipſe mixtus cū cerebro inſtar ſaniei:nā ſanies proprie putredo eſt & ſanguis putrefactus. Atra obſcura iā i morte. Manāt:decidunt & fluūt. Eliſis orbibus.excluſis oculis:elidere eſt excludere extraque eiicere.Virgi. Ter ſpumā eliſam & rorantia uidimus aſtra.

Trunca fronte:priuata oculis. Vnanimo:eiuſdem uolūtatis:ideſt amico ſuo caſpro. Metuens ſupereſſe. hic erat uerus amicus qui nolebat uiuere mortuo caſpro

Lucis idem auſpicium : principium uitæ auſpicium dicitur uel a paſtu auium uel ab auium inſpectione:& quia cōſul capiebat priuſq̄ prælium iniret factum eſt ut dicamus auſpicia ductum atque principium:& auſpicari non modo auſpicium capere ſed etiam incipere. Sacro præneſte:dicato fortunæ ut dictum eſt. Miſcuerant ſtudia.excoluerant agros ſimul & ſeminabant in cōiunctis fundis. Diues cōcordia:quoniā cōcordia res augenſ:diſcordia uero minuunſ. Paruis rebus:hūili fortuna quoniā i rebus magnis rara ē cōcordia:unde ait Cicero ī officiis:Nā qcqd eiuſmodi eſt i quo nō poſſunt plures excellere in eo plerunq; fit tanta contentio ut difficillimū ſit ſanctā ſeruaſ ſocietatē. Votis ex oībus:quoniā optauerāt ſimul mori cū pariter uiuere cœpiſſēt. Simetho.hoſti q hos duos amicos iterfecit. Prio cōſule quoniā brutus exactis regibus fuit primus cōſul apud romāos. Fōs:origo & cauſa illius calamitatis quoniā temere pugnā iniuit paulo collega uiro prudētiſſimo ēt diſſuadēte. Mole noua:nouo īpetu. Frenaſſet : repſiſſet agmīa romanoꝝ q iā ꝑcurrebāt i pœnos. Sagulo rubēti:paludamēto cōſulari quod erat coccineū. Pōpam:cōſularē.ſ.ſed pompa proprie ē ſpectaculū in proſperis rebus & etiā i aduerſis qualis eſt in triūpho & ī funere.& eſt pompa ſolennis quidā apparatus & oſtētatio: Cicero:ſed iam e pompa i uerā aciē deſcendamus:& Vir. ſolēnes ducere pompas Ad delubra iuuat. Inſignia:cōſularia.ſ. Heu miſer.ait poeta uarronē tūc fuiſſe miſerū cui non licuit mori manu annibalis. Funere:pari laude mortis:ſed nō merebaſ quoniā fortis nō erat ſed audax:qđ poſtea oſtēdit fugiēs ex acie tāq̄ lepus. Opimæ crædis: quoniā ſpolia opima erāt q̄ dux duci detrahebat ut dictū ē. Sub hoſte maiore.ſcipiōe quē poeta uarrōi conſuli merito ꝑponit. Erepti patris:quoniā ad ticinū fluuiū humeris patrē uulneratū ī caſtra retulit. Stabāt parati.ſ.ad ſingulaſ certamē ānibal & ſcipio. Educti.nutriti i diuerſis regiōibus:Annibal enim apher:Scipio romanus erat:tales uiros ingt nunq̄ uidit tellus cōcurrere.

Marte:peritia militari. Dextra robore ac uiribus: ſed ſcipionē ꝑponit annibali propter pietatem & fidem cum annibal eſſet impius & perfidus. Diſſiluere caua: fingit poeta martem fauentem romanis & palladem pœnis deſcendiſſe ad certamen. Caua:cōcaua quoniam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nubes eſt corpus rarum & dat locum:quem Ariſtoteles dicit eſſe ultimam ſuperficiem corporis ambientis locatum. Scipiadæ.Scipioni. Pœno.Hannibali:quoniam in tritonide pallude reperta fuit pallas:& mars fuit pater Romuli. Intrepidis ductoribus.Scipione & Hannibale non timentibus ambæ acies hoſtiles ſcilicet & romanæ timuerunt in aduentu martis & palladis:ornat hos duos clariſſimos in toto orbe imperatores poeta ad laudem Scipionis qui poſtea uicit Hannibalẽ. Micat ignis.uidebatur micare ignis ex ore meduſeo. Egis.ſcutum palladis. Sibyla.quoniam caput meduſæ quod erat in egide habebat capillos ſerpẽtinos ad quod poeta alludit:& oculi uidebantur eſſe cometes adeo uibrabant. Vertex.conus galeæ. At mauors.nunc deſcribit martem. ethnea incendia:flammas ethneas.fingunt poetæ cyclopes uulcani miniſtros elaborare arma ſub ethna monte propter flãmas quæ exire uidẽtur ex cratere illo ethneo naturaliter. Incendia.ſplendorem cum eſſet ex auro.

Fulua.aurea criſta quæ erat ſuper galeam. Menſi.i.cum cognouiſſent quantum quiſque auderet. Viciſſim.mutuo in illa pugna quæ cominus parabatur.ideſt alter menſus eſt quantum alter auderet cum eſſet prope hoſtem.tũc enim animi robur cognoſcitur cum ad manus uentum eſt:quoniam audaces & timidi fugiunt.

Spectari:uideri a diis:inde ſpectatores dicunt in theatris. In obliquũ.Scipionẽ oppoſitum. Pœni.Hannibalis. Ferocis.bellicoſæ pallados. Porgebat.porrigebat Scipioni enſem elaboratum manibus cyclopum ſub ethna. Maiora.q̃ iuſſiſſet pallas.ideſt iubebat interficere Hannibalem. Suffudit ora.inflammata eſt & præſe iram tulit. Gorgona.ideſt irata ſuperauit toruitatem uultus ipſius meduſæ. Montis.gargani. Saſſon.inſula e regione ad aufidum de qua dictum eſt. Regem.iouem hæc omnia finguntur ad imitationem Virgilii.Iris fuit filia thaumantis ut fabulæ canunt & conuerſa in arcum cœleſtem nuncia eſt iunonis & iouis:alas habet autore Homero ex auro:pedes etiam.& quia plerũque mittitur ad diſcordiam dicitur iris. Succinctam nubibus.alludit ad rationem naturalem:quoniam iris non fit niſi in nube:lege Ariſtotelem & Plinium. Motus.perturbationes & diſcordiam martis & palladis. Idea.uerba iouis ad irim. Enotris terris.appulis & italis ab ænotro fratre peucetii ut dictum eſt. Iras germanæ.iunonis inimicæ romanis. Leges parcarum.fatum ipſum quod erat ut roma eſſet caput orbis. Virus & æſtus.uenenatam rabiem & excandeſcentiam. Egide precellant.ideſt dic palladi ꝙ niſi deſiſtat cognoſcet plus poſſe mea fulmina q̃ egis.ideſt ſcutum quod habet & quo freta ſuperbit & tantum audet. Abſiſtemus.diſcedemus inquit pallas. Sed pallade pulſa.ex affectu quem habebat erga ſuos loquitur pallas.& ſeruat decorum perſonæ poeta.introducit.n.illã dubitantem de euentu pugnæ & timentem an ſe iuppiter permitteret ſpectare acies ex alto cœlo cum parendum eſſet ioui. Num auertet fata.an auertet hãc calamitatẽ a romanis qua ſe præſente haud dubie iam quaſi illatam cernebat pallas. Arua gargani.appulia ubi eſt mons garganus. Pœnum Hannibalem.hoc fingit poeta ad imitationem Virgilii.

Mauors ſcipiadæ metuens:tritonida pœno:
Aduentuque deũ ĩtrepidis ductoribus ambæ
Contremuere acies.ater qua pectora flectit
Pallas:gorgoneo late micat ignis ab ore.
Sibilaque horrificis torquet ſerpentibus egis:
Fulgens ſanguinei geminũ uibrare cometen
Vt credas oculi:ſummaque in caſſide largus
Vndantes uoluũt flammas ad ſydera uertex:
At mauors moto perturbans aera telo:
Et clypeo campum ĩuoluens etnea cyclopum
Munere fundentem loricam incendia geſtat.
Ac pulſat fulua conſurgens ethera criſta.
Ductores pugnæ intenti quantumq; uiciſſim
Audere & propius menſi:tamen arma ferẽtis
Senſere aduenisſe deos:& lætus uterque
Spectari ſuperis:addebant mentibus iras:
Iamque ictu ualido libratam a pectore pœni
Pallas ĩ obliquum dextra detorſerat haſtam.
Et gradiuus opem diuæ portare ferocis
Exemplo doctus porgebat protinus enſem
Etneum in pugna iuueni:ac maiora iubebat.
Tum uirgo igneſcens penitus uiolenta repẽte
Suffudit flãmis ora:atque obliqua retorquẽs
Lumina turbato ſuperauit gorgona uultu.
Erexere omnes immania membra chelydri
Egide commota.primique furoris ad ictus
Rettulit ipſe pedẽ ſenſim a certamĩe mauors.
Hic dea couulſam rapido conamine partem
Vicini montis:ſcopuliſque hærentia ſaxa
In martem furibunda iacit:longeque relatos
Expauit ſonitus treme facto littore ſaſſon.
At non hæc ſuperum fallebant prælia regem.
Demittit propere ſuccinctam nubibus irim:
Quæ nimios frenet motus ac talia fatur.
Idea & œnotris uelox allabere terris
Germanæque truces dic pallas mitiget iras.
Nec ſperet fixas parcarum uertere leges.
Dic etiam ni deſiſtis. nam uirus & æſtus
Flammiferæ noui mentis:nec colligis iram:
Egide præcellant q̃tũ horrida fulmina noſces.
Quæ poſtq̃ accepit dubitans tritonia uirgo
Nec ſat certa diu patriis an cederet armis.
Abſiſtemus ait campo.ſed pallade pulſa
Num fata auertet:cœloque arcebit ab alto
Cernere gargani feruentia cædibus arua.
Hæc effata caua pœnum in certamina nube.



Sublatum diuerſa tulit:terraſque reliquit.
At gradiuus atrox remeantis in æthera diuæ
Abſceſſu reuocat mẽtes.fuſorque per æquor.
Ipſe manu magna nebula circundatus atra
Reſtituit pugnã:cõuertunt ſigna:nouamque
Inſtaurant itali uerſa formidine cædem.
Tum uentis poſitus cuſtos qui flamina carcer
Imperio compreſſa tenet:cœlumque ruentes
Eurique & boreæ parent chorique notique
Iunonis precibus promiſſa haud parua ferẽtis
Regnantem eolus uulturnum in prælia cãpis
Effrenat:placet hic ire exitiabilis ultor.
Qui ſe poſtq̃ ethnæ merſit cãdente baratro:
Concepitque ignes & flammea protulit ora:
Euolat horrendo ſtridore:ac daunia regna
Perflat agens cæcã glomerato puluere nubẽ.
Eripuere oculos auræ uocemque manuſque
Vertice harenoſo candentes.flebile dictu.
Torquet in ora globos italũ:bellare maniplis
Iuſſa lacerantur rabie tum mole ruinæ
Sternuntur tellure & miles & arma tubæque
Atque omnis retro flatu occurſante refertur
Lancea:& interdũ rutulis cadit irritus ictus.
Atque idem flatus pœnorum tela ſecundat.
Et uelut amento contorta haſtilia turbo
Adiuuat:ac tiryas impellit ſtridulus haſtas.
Tum denſo fauces præcluſus puluere miles
Ignauam mortem compreſſo meret hiatu.
Ipſe caput flauum caligine conditus atra
Vulturnus:multaque comam perfuſus arena
Nunc uerſos agitat tergo ſtridentibus alis.
Nunc mediã ĩ frontem ueniẽs clamãte ꝓcella
Obuius arma quatit patuloque inſibilat ore.
Interdũ ĩtentos pugnæ: & iã iamque ferentes
Hoſtili iugulo ferrum conamine & ictu
Auertit:dextramque ipſo de uulnere uellit.
Nec ſatis auſonias paſſim fedare cohortes:
In martem uomit ĩmixtas mugitibus auras.
Biſque dei ſummas uibrauit turbine criſtas.
Quæ dum romuleis exercet prælia turmis
Eolius furor & martem ſuccendit in iras:
Affatur uirgo ſocia iunone parentem.
Quantos gradiuus fluctus in punica caſtra
Reſpice agit:quãtiſque furẽs ſe cædibus ĩplet:
Nunc quæſo terris deſcẽdere nõ placet irim
Quãq̃ ego nõ teucros nr̃o cũ pignore regnet

Diuerſa.in diuerſam partem.ideſt abſtulit Hannibalem a cõſpectu Scipionis. Fuſor.q fundebat. Aequor.campos. Manu.globo romanorum ĩſtaurat pugnam mauors. Signa.aquilas quæ iam retro cedebant. Verſa.quoniam iam pœni timebant. Cum uentis poſitus cuſtos.ideſt eolus qui precibus iunonis emiſit uulturnũ afferentem maximas calamitates romanis. Cui.eolo cuſtodi carcer tenet compreſſos uentos. Ruentes cœlum.eruentes ac omnia per auras uerrentes:ſi eolus permitteret:& ponit nomina uentorum. Campis eoliis.planis ac expoſitis uento cui eolus imperat:unde Martialis.balnea uentoſa lupi:eolam appellat.eoliis ergo campis.ideſt uento obnoxiis.nam propter planitiem uulturnus in apulia maxime regnat:quippe non opponitur aliquis mons flanti uulturno:inde ſine impedimento tanquam rex totam perflat apuliam:de hoc uẽto Liuius ait.Romanis in meridiem uerſis pœnis in ſeptẽtrionem uẽtus quem uulturnum incolæ regionis uocãt aduerſus romanos coortus multo puluere in ipſa ora uoluendo ꝓſpectum ademit. Effrenat.emittit & freno ſoluit.loquitur per tranſlationem. Hic ultor.uentus. Iræ.ipſius iunonis quæ nunquam romanorum calamitatibus ſatiabatur. Baratro ethnæ.in craterem illum profundũ qui eſt in ſummitate ethnæ mõtis Siciliæ baratrum eſt uorago profunda:unde Martialis imam partem ſtomachi baratrum appellat:dicens extremo ructus cum uenit a baratro. Concepit ignes.in ipſo baratro:quoniam niſi in illam uoraginem uentus ingrederetur non generaretur illic ignis. Flammea.inflammata igni quem ceperat. Daunia regna.apuliam. Cæcam nubem.ab effectu quia obcæcare uidetur homines:ideo ait eripuere oculos auræ. Agens.impellens. Globos cãdentes.ardentes cumulos harenæ. Vertice harenoſo.cumulo harenæ. Iuſſa.præcepta:& mandata bellãdi ſoluuntur rabie uulturni:quoniam non poterãt iuſſa ducum exeq milites impediti flamine uulturni. Occurſante.impediente ſuo curſu:retorquebat haſtas romanorum uulturnus. Irritus.uanus impediente uento. Rutulis.romanis. Secundãt.adiuuãt. Turbo.impetus ipſius.uulturni adiuuabat haſtas pœnorum tanquam amento quodam.amẽtum eſt ligula qua iaculũ ualidius emittimus. Ignauam mortem.turpem:nam turpe erat puluere ſuffocari:contra quem fortitudo non poteſt extendi. Meret.dolet ꝙ tam ignaua morte cadat. Hiatu.ore clauſo. Ipſe.uulturnus. Agit.impellit ipſos romanos uerſos in fugam. Clamante.ſtridente. Ferentes.romanos inferẽtes ferrum iugulo hoſtium quos uulturnus auertebat:nec ſinebat pœnos uulnerari. Vomit.uomendo emittit. Vibrauit.concuſſit. Eolius furor.ipſe uulturnus qui parebat eolo. Virgo.pallas. Quantos gradiuus.uerba palladis ad iouem:quibus modeſtiam ſeruat & martem in inuidiam trahit. Fluctus.motus:& ruinas mouet mars. Se cædibus implet.ex ſtomacho loquitur & martem in odium trahit a crudelitate. Nũc quæſo modeſte queritur de ioue qui per irim reuocauerat palladem a pugna. Quãquam ego.confutatio eſt:non parabam inquit delere romanos:ſed ſubtrahere Hannibalem fato. Noſtro cum pignore.probatio eſt confutationis:& ait:non odi romanos quippe roma regnat cum noſtra imagine.ideſt palladio:quod diomedes æneæ reſtituit:& tam diu duraturũ erat imperium quãdiu in urbe eſſet palladium.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

Lumen.ipſum Hannibalem. Alũnæ libyæ. quæ me aluit:locus eſt ab honeſto. Excipit hæc iuno.ĩtroducit poeta iunonem loquentem:& cõcedentem per quandam ironiam ioui ut euertat arces carthaginis:tamen id negat quod concedere uidetur. Excipit.ſubiungit ad hæc uerba palladis. Immo ait.conceſſio per ironiam tamen arguit ab honeſto iouem nõ debere in pœnos ſeuire:cum ait ut noſcant gentes quantum ualeant regna iouis ĩmania.q̃ſi dicat.ſi hoc feceris omnes dicẽt te eſſe immanem:& facere præter decorum quod alienum a ioue eſſe debebat:artificioſe loquitur iuno ut iouem ex ſententia deiiciat. Antiſtet.antecellat.quaſi dicat.non debes hoc facere ut oſtendas q̃ ſit p̃ſtanrior tua potẽtia cæterorum uiribus cum omnia ſint ſub tuo nutu:uideris qppe moueri affectibus quibus iuppiter penitus uacare debet.& eſt locus ab honeſto. Telo flagranti.fulmine. Nil oramus.negat quod concedere uidetur & ſeruit poeta affectui iunonis quæ irata erat. Certatis fatis.uerba iouis ad iunonem & palladem quas carpit tãquam imprudentes cum uellent repugnare fatis quibus etiam ip̃e iuppiter ſubiicitur. Spes ægras.debiles:nam ſperatis impoſſibilia. Ille.Scipio. O nata.uertit ſermonẽ iuppiter ad palada filiam:cui prædicit uictoriam Scipionis:quem pallas delere parauerat. Nomina gentis.quoniam appellabitur aphricanus.

Libycam laurum.triumphabit de libya lauro coronatus. At cui tu coniunx.prædicit Hannibalis exitium iunoni. Vertet arma.reuertetur in aphricam & auertet ſua arma a populis latinis: & optabit tandem nunquam tranſcendiſſe alpes.

Metæ.termini. Nec luctatus.non repugnauit mars iuſſis. Iuuarent.delectarent.ideſt diſceſſit quãuis gauderent illa pugna:& clangore tubarum. Deo.marte. Cæleſtia.martis ſcilicet.

Feræ turrigeræ.elephãti qui dorſo fert turrim cum pugnatoribus. Labores.ideſt tormenta & inſtrumenta bellica. Quo.ut. Senſim.paulatim. Leuiores cateruas.milites leuioris armaturæ. Iuuenem.minutium.ceſi fuerunt in eo prælio quæſtores conſulum.L.Acilius.&.L.Furius:&.xx.de tribunis militum:cõſulares quidam & ædilitii:inter eos Gneus ſeruilius:& hic.C.Minutius qui magiſter equitum Fabii dictatoris fuerat:quem ut ſupradictum eſt Fabius Hannibali eripuit:cum æquatum haberẽt imperium quod nũc Hannibal obiicit Minutio. Cruẽtis.cruore ſuffuſis propter iram. Scintillauit.accenſa ẽ.

Quæ nam furiæ.uerba Hannibalis increpantis Minutium. Genitor Fabius.quem Minutius genitorem appellauit. Murali.qui murum potuiſſet ſternere. Appellitur.adiungitur. Fera.elephantus. Componitur.obiicitur. Lucaſ boues.elephãtos:qui tempore pyrrhi primũ uiſi fuerunt in lucania:ide elephantus lucabos eſt appellatus. Libycarum ferarum.elephãtorum

Vulnere.uerbere ac pulſatione.

Roma & palladio ſedes hac urbe locarim.
Non teucros delere aderam:ſed lumen alumnæ
Hannibalem libyæ pelli florentibus annis
Vita atque extingui primordia tanta negabam.
Excipit hæc iuno:longique laboris ab ira
Immo ait ut noſcant gentes immania q̃tum
Regna iouis ualeant:cunctiſque potentia q̃tum
Antiſtet coniunx ſuperis tua:diſcute telo
Flagranti:nil oramus:carthaginis arces:
Sidoniamque aciem uaſto telluris hiatu
Tartareis immerge uadis:aut obrue ponto.
Contra quæ miti reſpondet iuppiter ore.
Certatis fatis:& ſpes extenditis ægras.
Ille o nata libens cui tela inimica ferebas
Contendet tyrios iuuenis:ac nomina gentis
Induet.& libycam feret in capitolia laurum.
At cui tu coniunx:cui das animoſque decuſque
Fata cano:uertet populis laurentibus arma.
Nec longe cladis metæ:uenit hora:dieſque
Q ua nullas unq̃ tranſiſſe optauerit alpes.
Sic ait.atque irim propere demittit olympo
Q uæ reuocet martem:iubeatq; abſcedere pugna.
Nec uetitis luctatus abit gradiuus in altas
Cum fremitu nubes:quanq̃ lituique tubæque
Vulneraque & ſanguis & clamor & arma iuuarẽt.
Vt patuit liber ſuperum certamine tandem
Laxatuſque deo campus:ruit æquore ab imo.
Pœnus:quo ſenſim cæleſtia fugerat arma.
Magna uoce trahens equitemq; uiroſque feræque
Turrigeræ molem:tormentorumque labores.
Atque ubi turbantem leuiores enſe cateruas
Agnouit iuuenem:ſcintillauitque cruentis
Ira genis:quæ nam furiæ:quiſue egit in hoſtem
En minuti deus ut rurſum te credere nobis
Auderes inquit:genitor tibi natus ab armis
Ille meis ubi nunc fabius:ſemel improbe noſtras
Sit ſatis euaſiſſe manus.atque inde ſuperbis
Haſta comes dictis murali turbine pectus
Transforat:& uoces uenturas occupat ictu.
Nec ferro ſeuire ſat eſt:appellitur atra
Mole fera:&monſtris componitur itala pubes.
Nam prouectus equo moderantem cuſpide lucas.
Maurum in bella boues ſtimulis maioribus ire
Ac raptare iubet libycarum armenta ferarum.
Immane ſtridens agitur crebroque coacta
Vulnere bellatrix properos fert belua greſſus.



Liuenti dorſo turris flammaque uiriſque
Et iaculis armata ſedet:procul aſpera grando
Saxorum ſuper arma ruit:paſſimque uolanti
Celſus telorum fundit libys aggere nimbum.
Stat niueis longum ſtipata per agmina uallum
Dentibus atque ebori præfixa cominus haſta
Fulget ab icuruo deiecta cacumine cuſpis.
Hic inter trepidos rerum per membra per arma
Exigit uſentis ſceleratum belua dentem.
Clamantemque ferens calcata per agmina portat.
Nec leuius radio leuum qua tegmine thorax
Multiplicis lini claudit latus im proba ſenſim
Corpore non læſo penetrarunt ſpicula dentis.
Et ſublime uirum clypeo reſonante tulerunt.
Haud excuſſa noui uirtus terrore pericli
Vtitur ad laudem caſu:geminumque citato
Vicinus fronti lumen tranſuerberat enſe.
Extimulata graui ſeſe fera tollit ad auras
Vulnere:& erectis excuſſam cruribus alte
Pene iacit uoluens reflexo pondere turrim.
Arma uirique ſimul ſpoliataque belua uiſu
Sternuntur ſubita miſerandum mixta ruina.
Spargere flagrantes contra bellantia monſtra
Dardanius tædas uictor iubet:& facis atræ
Q uos fera circunfert compleri ſulphure muros.
Nec iuſſo mora collectis fumantia lucent
Terga elephantorum flammis:raptuſque ſonoro
Ignis edax uento per propugnacula fertur.
Non aliter pindo rhodopeue incendia paſtor
Cum iacit:& ſiluis ſpaciatur feruida peſtis.
Frondoſi igneſcunt ſcopuli:ſubitoque per arua
Collucet iuga diſſultans uulcanius ardor.
It fera candenti torrente bitumine corpus
Amens:& laxo diducit limite turmas.
Nec cuiq̃ uirtus propiora capeſſere bella.
Longinquis audent iaculis & arundinis ictu.
Vritur impatiens & magni corporis ictu
Donec uicini tandem ſe fluminis undis
Præcipitem dedit:& tenui decepta liquore
Stagnatis per plana uadi tulit incita longis.
Extantem ripis flammam.tum denique ſeſe
Gurgitis immerſit molem capiente profundo.
At qua pugna datur nec dum mauruſia peſtis
Igne calet circunfuſi rheteia pubes:
Nunc iaculis.nunc & ſaxis:nunc alite plumbo
Eminus inceſſunt:ut qui caſtella per altos.
Oppugnat munita locos atque obſidet arces

Liuenti.ſubnigro. Sedet.locata eſt turris in dorſo elephanti. Grando.nimbus ac multitudo ſaxorum. Aggere.currente elephanto qui habebat aggerem ac turrim in dorſo. Celſus.quoniam erat ſuper elephantum. Libys.pœnus miles. Stat uallum.elephanti erant tanquam uallum inter ipſa agmina condenſa. Præfixa haſta ebori præfixa erat haſta in molem elephanti.cuius cuſpis obuios conficiebat.

Ebori.elephanto ex cuius dentibus fit ebur. Cominus.prope. Deiecta.deorſum miſſa. Ab incuruo cacumine.a curuitate dorſi ipſius elephanti. Hic.tunc elephantus exigit dentem:iter toracem & membra Vſentis quem ſublimem portabat. Radio.illo inſtrumento quo textores utuntur ad telam conficiendã:eo quippe tramam inter ſtamina immittũt:quẽadmodum radius penetrat ſtamina:& nõ frangit:ſic dens elephanti penetrauit inter toracem & membra corpore non leſo.

Haud excuſſa.ideſt non excidit uirtus Vſenti in tanto piculo:ſed cũ portaretur a belua oculis illius uicinus eos enſe fodit:iõ ait uicinus fronti:quoniam portabat eum belua dente. Citato enſe.celeriter adacto in oculum beluæ quæ turbata uulnere turrim e dorſo excuſſit:& propugnatores ſtrauit. Spargeř.iuſſit uſens uictor tũc illius beluæ immitti tedas ardẽtes in machinas quas ſupra dorſum habebãt beluæ. Mõſtra.ipſas beluas monſtroſas:& machinas in dorſo earum. Muros.tabulata & turres inſtar murorum. Edax.qui omnia conſumit. Partus.comparatus & auctus.

Non aliter pindo.incendiũ immiſſum per propugnacula comparat incendio ſyluarum:& mõtium immiſſo a paſtoribus. pindus eſt mons theſſaliæ:rhodope mons thraciæ. Peſtis.incendium. It.currit elephas. Candenti bithumine.bithumen eſt acer ſuapte natura liquor.& ſparſo aceto concreſcit:naſcitur in aſpaltite lacu iudeæ certo anni tempore:quod ardet. ideo dixit Virgi.in bucolicis Incende bitumie lauros:faces nunc immiſſæ in feras & machinas erant circumlitæ bithumine.

Candenti.accenſo. Torrente.adurente. Diducit.diuidit. Laxo limite.ampla uia. Fluminis.aufidi ĩ cuius ripis pugna erat. Mauruſia peſtis.ideſt ea parte qua non erant elephanti ex mauritania ducti qui portabant incendium. Rheteia pubes:iuuentus romana. Alite plumbo: glandibus quas e funda emittebant.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Manus monſtri. ip̄a promuſcis qua utitur elephas ut
manu. Ariſtoteles libro primo de hiſtoria animaliũ ait.
Naſus bipartito diſtinctus eſt tramite elephantis proli/
xa ualidaq; naris augetur eiuſque uſus idem qui manus:
ea nanque cibos tam ſiccos q̄ humidos colligunt capiũt:
& ad os admouent ſoli animantium omnium. Quin
imus cominus inquit. uerba pauli increpantis Varronē
qui uinctum Hannibalem plebi promiſerat. Quin.
cur non imus ad ipſum Hannibalem. Plebes. ſic Lu/
canus. Neſcit plebes ieiuna timere. Haud unquam ex
pedies. ideſt nō poteris affirmare: & cum uterque tibi eēt
noxius. Conſulis. Varronis. Exceſſus mentem. ideſt
iam deſperans & animo conſternatus. Das patria pœ
nas. incuſat amentiam ſuam Varro & patriam quæ ſe cō
ſulem creauerat. Et quo ſæuius. quoniam non potuiſ/
ſet concipere Varro maius dedecus q̄ fugere cum timidi
ſit in diſcrimine fugam arripere & Hannibal nil crudeli/
us potuiſſet optare Varroni ipſa fuga qua nihil eſt fœdi/
us. Egere. ĩpulere ad fugā. & cũ qnq̄gita equitibus ue/
nuſiam ſe recepit: quæ eſt inter Appulos & Lucanos: un/
de Horatius uenuſinus ĩ ſermonibus ait. Lucanus an ap/
pulus anceps. Nam uenuſinus arat finem ſub utrunque
colonus. Rapuit. raptum abſtulit e cōſpectu hoſtium
fugiēs effuſis & relaxatis habenis: & ſic Varronis ignauia
notatur ſuos in diſcrimen relinquentis cuius ipſe cauſa
fuerat, & ſibi fuga præter romani imperatoris decorum
ſalutem comparantis.

PETRI Marſi iterp̄tatio ĩ decimũ uolumē Syllii Italici.

PAulus ut aduerſam. Poſt fugā Varronis
Paulus æmilius collega fortitudinē & ma
gnanimitatem oſtendit ſuam: ut bonum
imperatorem & uere ciuem romanum
decebat: qui pugnando mori maluit q̄
turpiter fugiendo uiuere: ut ignauus Var
ro fecerat: celebraƭ igiƭ in hoc uolumine fortis aĩus pauli
& decori ſtudioſus: qui cũ uidiſſet ſuos hoſtili furore ac
rabie urgeri ſuũ corpus opponēs in enſes ruebat hoſtiles
ut fera undiq; telis circũdata cecidit tādē & romanæ aci/
es fuſæ. Hānibal q̄uis pœnus & ipius pauli uirtutē pōpa
funeris ac laudatione honeſtauit. mētes romanoꝝ tātæ
cladis nũcio cōſternatas Fabius maximus erexit p̄texta/
tos ꝓ cōi ſalute armauit: & Varroni cōſuli romā redeũ/
ti ab oĩbus ordinibus obuiā itũ eſt: & grāæ actæ ꝙ in tāto
reꝝ turbine de republica & noĩe romano nō deſperaſſet
Paulus æmilius autore Liuio q̄uis primo ſtati congreſſu
funda grauiter ictus fuiſſet: tamē occurrit ſæpe Hānibali
& aliquot locis p̄liũ reſtituit: ꝓtegētibus eum eqtibus ro
manis omiſſis poſtremo eqs qa cōſulē ad regēdum equũ
uires deficiebāt. pœni tandem romanos ſuperatos pepu
lerunt: labore ac uulneribus feſſos: inde diſſipati omnes
ſunt equoſq; ad fugam qui poterant repetebant. Incre
breſcere. augeri. Aſſilit. ſaltat & ruit. Per uulnera. quo
niam ab unoquoq; uulneratur. Globos. acies hoſtiles.

Ingerit. exponit obiicit. Molitur. quærit & cupit uul
nerari ab omni enſe ut honeſtius caderet. Perſtate &
fortiter oro uerba pauli ad ſuos quos orat: ut pectore nō
tergo uulnera excipiant: ut romanos fortes uiros decet:
ne laudem ueræ fortitudinis amitterent. Ad manes.
ad inferos. Niſi gloria mortis. locus eſt ab honeſto: &
ait: nil ſupereſt nobis niſi ut gloriā clara & honeſta mor/
te conſequamur: ad quod inquit paulus erit uobis dux.

Imas ſedes. inferos.

Auſus digna uiro fortuna digna ſecunda
Extulerat dextrā atq; aduerſũ cominus enſē
Mnicius infœlix auſi. ſed ſtridula anhelum
Feruorē effundēs mōſtri manus abſtulit acri
Implicitum nexu. diroque ligamine torſit
Et ſuperas alte miſerum iaculata per auras
Tellure eliſit: ac flexit flebile membris.
Has inter clades uiſo uarrone ſub armis
Increpitans paulus: quin imus cominus ĩquit
Ductori tyrio quem uinctum colla cathenis
Daturum āte tuos currus promiſimus urbi.
Heu patria heu plebes ſcelerata & praua fauo
Haud unq̄ expedies tā dira ſorte maloꝝ (ris
Quem tibi nō naſci fuerit per uota petendũ
Varronē: annibalē ue magis. dũ talia paulus
Vrget precipitās libys atque in terga ruētum
Ante oculos cunctas ductoris cōcitat haſtas.
Pulſatur galea: & quatiuntur conſulis arma
Acrius hoc paulus medios ruit aſper ĩ hoſtes.
Tum uero excuſſus mentē ĩ certamina paulo
Auia deducto conuertit uarro: manuque
Cornipedē iflectens das ĩquit patria pœnas
Quæ fabio incolũi uarronē ad bella uocaſti.
Quæ nā aũt mentis uel quæ diſcordia fati?
Parcarũque latens fraus ē abrumpere cuncta
Iamdudum cũ luce libet: ſed cōprimit enſem.
Neſcio qs deus: & me me ad grauiora reſeruat
Viuā ne: & fractos ſparſoſque cruore meorũ
Hos referā populo faſces? atque ora ꝑ urbes
Iratas ſpectanda dabo? & quo ſeuius ipſe
Hānibal aut poſcat: fugiā & te roma uidebo.
Plura indignantem telis propioribus hoſtes
Egere. & ſonipes rapuit laxatus habenas.

PAulus ut aduerſam
uidet ĩcrebreſcere
pugnam
Ceu fera q̄ telis cir/
cũcigētibus ultro
Aſſilit ĩferꝝ & ꝑ uul
nera colligit hoſtē
In medios fert arma
globos: ſeſeq; ꝑ iclis
Ingerit: atq; oĩ lætũ molitur ab enſe:
Increpat horrendum perſtate & fortiter oro
Pectoribus ferrũ accipite: ac ſine uulnerƭ terga
Ad manes deferte uiri: niſi gloria mortis
Nil ſupereſt: idem ſedes adeuntibus imas



Hic uobis dux paulus erit: uelocius inde
Hemonio borea dux: pennaque citatior ibat
Quæ redit ĩ pugnas fugientis arũdine ꝑthi.
Atque ubi certamē primi ciet immemor æui
Petus gradiuus mente cito fertur in hoſtes.
Ac iuuenem quē uaſco leuis quē ſpicula dē ſus
Cantaber urgebat lætalibus eripit armis.
Abſceſſere retro pauidique in terga relatos
Abduxere gradus: ut lætus ualle remota
Cum caprea uenator agit: feſſamq; ꝓpinquo
Inſequitur curſu: & ſperat iam tāgere dextra.
Si ferus aduerſo ſubitum ſe protulit antro:
Et ſtetit ante oculos frendens leo: deſerit una
Et color & ſanguis & tela minora periclo.
Nec iam ſperatæ cura eſt in pectore predæ.
Nunc inreſtantes mucronem cominus urget.
Nunc trepidos ac terga mala formidie uerſos
Aſſequitur telis: furere ac decorare labores
Et ſeuire iuuat: cadit ingens nominis expers
Vni turba uiro: alter ſi detur in armis
Paulus dardanius: amittant nomina cannæ.
Tandem inclinato cornu ſine more ruebat
Prima acies: nō parca fugæ. labienus & acres
Sternuntur læto atq; opiter: quos ſetia colle
Vitifero celſis labienum cingula ſaxa
Miſerunt muris: iunxit fera tempora læti
Sidonius non conſimili diſcrimine miles.
Nam labienus obit penetrante per ilia cornu
Fratres hic numero cecidere. hic poplite ceſi
Oppetis & tyrio ſuper inguina fixe ueruto
Mecenas cui meonia uenerabile terra
Et ſceptris olim celebratum nomen etruſcis.
Per medios agitur proiecto lucis amore
Hannibalem luſtrans paulus ſors una uidet
Aſpera ſi occumbat ductore ſuperſtite pœno
Quā metuens molē: neq; eni certamie ſũpto
Tempeſtas tanta & rabies impune fuiſſet.
In faciem pauidi iuno conuerſa metelli
Quid uanos inquit latio ſpes unica conſul
In caſſum renouas fato renuente furores?
Si ſupereſt paulus reſtant eneia regna:
Si ſecus auſoniam tecum trahis. ire tumentē
Tu cōtra iuuenē. & caput hoc abſcidere rebus
Turbatis o paule paras? nunc annibal ipſi
Tam lætus bello eſt auſit certare tonanti.
Et iam: conuerſis uidi nam flectere habenis:

Inde. cum talia dixiſſet paucis: quoniam tempus pro/
lixam orationem non patiebatur: irruit in hoſtes uelоci/
or uento & ſagittis. Hemonio borea. qui ſpirat a thra
cia cui contermina eſt hemonia quæ & theſſalia dicitur.
Quæ redit in pugnas. parthi qui ſunt ultra euphratē
arcu utũtur ut alii fere omnes populi ad orientem: & fu/
giendo ſagittas ex equis in hoſtes inſequentes emittunt.
ideo ait. quæ redit in pugnas. nam cum ipſe uideatur fu/
gere penna. ideſt ſagitta pennata reuertitur in pugnam:
Immemor æui. quoniam ſupra uires ætatis pugnabat
uidebaturq; eſſe alter mars mente: ac animi robore: hũc
a cantabris: & uaſconibus circũuentum Paulus liberauit
Peti dicuntur qui habent oculos leuiter declinatos ad la
ſciuiam: unde oculi ueneris dicũtur peti: ideo ſcribit Ho
ratius in primo ſermonum: Strabonem appellat petum
pater. Strabo enim is dicitur qui habet oculos diſtortos
Plinius loquens de oculis ait uni animalium homini de/
prauantur: unde cognomina Strabonum & petorum.
Leuis. agilis ad pugnam: & ſine galiea ut ſupra dictum
eſt. Lætalibus. quæ lætum ipſi peto afferebant. Vt
lætus ualle remota. paulum eripiētem petu hoſtibus cō/
parat leoni qui ſuo occurſu uenatori iam prope captā eri
pit prædam. Ferus. terribilis: & crudelis. Tela mino
ra. quoniam nihil ualēt contra leonem a quo periculum
ĩminet: & ſibi iam timens fugit ac deſerit prædam. Vr
get. iniicit. Nunc. iterdum in illos qui paulo reſiſtebāt.
Mala. turpi & quæ eſt citra decorum. Decorare. or/
nare: quoniam in aduerſis uirtus nitet: ſi fuiſſet inquit il
lic alter paulus non fuiſſet illa clades illata romanis. quæ
a uico cannenſis dicta eſt. Cornu. acie romana. Sine
more. ſine aliqua ratiōe: & ritu militari romanoꝝ: quo/
niā romanæ acies non conſueuerant fugere: ſed etiā illuc
alacri animo contendere unde ſe non redituros ſciebant
pro decoro ſeruando. Non parca. ideſt effuſa in fugam:
ocres & opiter erant ſetini: de ſetia & eius uino dictũ eſt.
Cingula alludit. ad labienum qui fuit tēpore Iulii cæ/
ſaris & ſub eo meruit propriaque pecunia cingulum op
pidũ in piceno ædificauit. Cornu. haſta cornea. Fra
tres. ocres & opiter. Mecenas. alludit ad mecenatē qui
fuit tempore Auguſti Cæſaris: & habuit originem a regi
bus hetruſcis: unde Horatius: Mecenas atauis edite regi
bus. & in ſermonibus. Nō quia mecenas lydorum quic/
quid hetruſcos Incoluit fines nemo generoſior eſt te.
Meonia terra. hetruſca: quoniam meonii ut dictum eſt
hetruriam tenuerunt. Sceptris. regibus hetruſcorum
ad quos referebat ſuos natales mecenas. Amore lucis.
uitæ. ideſt cum non curaret uitam paulus ut honeſte ca
deret: Hannibalem oculis luſtrabat: ut cum eo congrede
retur: uidebatur enim Paulo mors dura ſuperſtite Han/
nibale. Quam molem. fortitudinem Pauli. Impu/
ne. ideſt non fuiſſet fruſtra. Quid uanos inquit. uerba
Iunonis uerſæ in formam metelli: hoc fingit ad imitatio/
nem Virgilii & ſeruat poeta decoꝝ perſonæ: quippe non
decebat aliter loqui metellum pauidum niſi ſuadere fu/
gam: nulla habita ratione decori. captat beniuolentiam
metellus: ſuadetque ab utili fortunæ cedendum: & etiā
ab honeſto cum ſit imprudentis fato pugnare. Si ſe/
cus. ideſt ſi Paulus cadet: ruet imperium ro. Tumentē.
ſuperbientem proſpero flatu fortunæ. Rebus turba
tis. re romana labante & nutanti imperio. Tonanti.
ideſt auderet pugnare cum ioue.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sit ſpatium fatis.permittamus ut ſpatiũ habeant ipſa fata:& ipſis cedamus:quæ poſtea mutabuntur:& nobis arridebunt.
Mox.poſtea pugnabis meliore fato.
Mortem ne ſub armis.ſenſus eſt.Si nulla alia cauſa eſſet cur deberem nunc mortem oppetere hæc eſſet maxima:ꝙ te fugam ſuadentem audiui:& non ſum auerſatus. Monſtra.fugam & ea quæ ſunt contra honeſtatem:ac decorum. Sub armis.armatus in acie. I demens.uerba digna paulo:qui pro patria mori non recuſabat. Pulchra.honeſta & digna uiro forti ac magno. Pœnus.Hannibal. Proh degener.exclamat Paulus ĩ metellum qui tantum a ſuis maioribus degenerauerat.
Componere.opponere ac pugnare cum illo qui & uictus:& uictor erit mihi honori. Aufertur.equo ſcilicet præcipiti & obtruncauit Acerram fugientem ad ſuos.
Conferta.denſa. Belgicus.gallicus: belgæ ſunt in gallia.paulum iueſtigantem Hannibalem comparat cani qui nare ſagaci inueſtigat feram. Errores.ipſam feram errantem. Sollers.diligens:& ſagax.
Merſa.inclinata ad terram & demiſſa ut melius ſagiat. Tacito roſtro.rictu ſine latratu:ſic enim canis tacitus currit per ueſtigia ut feram citius aſſequatur quæ uelocius fugeret audito latratu. Inacceſſos.difficiles:& dumoſos montes & ſyluas. Indagine.inueſtigatione. Arcana cubilia.ſecreta luſtra ubi feræ degunt & cubant.
At coniunx iouis.iuno ſumpſit formam gelaſtæ qui uenerat ex mauritania & monuit Hãnibalem ut ſuis opem ferret quod facile perſuaſit cum diceret paulum æmylium illic omnia ferro uaſtare. Non deſinit.non ceſſat ire in Hãnibalem quem uel maxime appetebat. Pœnum.Hannibalem. Stagnantes.repletas iam cadaueribus ut aqua non poſſet fluere. Flumineo libycam:canit poeta criſtam tudertem cũ ſex filiis in ripis aufidi fortiter pugnantem ab Hannibale una cum filiis fuiſſe interfectum. Pauper penatum.habens rem domeſticam anguſtam:ſed patria erat clara. tuder ſcilicet oppidum in montibus umbriæ de quo dictum eſt. Crudo magiſtro.patre acri bellatore feram elephãtum quem ſtrauerũt cum ipſis hominibus qui turrim aſcenderant.

Euaſit uarro:ac ſeſe ad meliora reſeruat.
Sit ſpacium fatis:& dum datur eripe læto
Hanc noſtris maiorem animam:mox bella capeſſes.
Ad quæ ſuſpirans ductor mortem ne ſub armis
Cur poſcam cauſa iſta parum eſt quod talia noſtræ
Pertulerint aures ſuadentem monſtra metellum?
I demens:i carpe fugam:non hoſtica tela
Excipias tergo:ſuperos precor integer oro
Intactuſque habeas:atque intres mœnia romæ.
Cum uarrone ſimul:talin pauidiſſime dignum
Me uita pulchraque indignum morte putaſti?
Quippe ſinit pœnus qui nunc contraria bella
Ipſi ferre ioui ualeat:proh degener altæ
Virtutis patrum quando certamen inire
Cui ne uiro mallem memet componere:q̃ qui
Et uictus dabit & uictor per ſæcula nomen?
Talibus increpitat:medioſque aufertur in hoſtis:
Ac retro curſum tendentem ad crebra ſuorum
Agmina:& in denſis furantem membra maniplis
Per conferta uirum & ſtipata umbonibus arma
Conſequitur melior planta:atque obtruncat acerram.
Vt canis occultos agitat cum belgicus apros
Erroreſque feræ ſollers per deuia merſa
Nare legit.tacitoque premens ueſtigia roſtro
Luſtrat inacceſſos uenantum indagine ſaltus.
Nec ſiſtit niſi conceptum ſectatus odorem
Deprendit ſpiſſis arcana cubilia dumis.
At coniunx iouis ut paulum depellere dictis
Nequicquam fuit:& conſul non deſinit ire
In faciem mauri:rurſus mutata geleſte
Aduocat ignauum ſeua ad certamina pœnum.
Huc tela huc inquit dextram implorantibus affer
O decus æternum carthaginis:horrida iuxta
Stagnantes conſul molitur prælia ripas.
Et laus haud alio maior datur hoſte perempto:
Hæc ait:& iuuenem diuerſa ad prælia raptat.
Flumineo libycam turbabat in aggere pubem
Criſtæ nomen erat:bis terni iuncta ferebant
Arma ſenem circa nati:pauperque penatum
Sed domus haud obſcura tuder:notuſque per umbros
Bellator populos factis & cede docebat
Natorum armigeram pugnas tractare cohortem.
Vnanima inde phalanx crudo ducente magiſtro
Poſtquam hominum ſatiata necem proſtrauerat ictu
Innumero cum turre feram facibuſque ſequuta.
Ardentem monſtri ſpectabat læta ruinam.



Cum ſubitus galeæ fulgor conoque coruſcæ
Maiore intremuere iubæ:nec tarda ſenectus
Agnouit hac luce uirum:rapit agmine natos
Seua parens ultro in certamina:& addere paſſim
Tela iubet: nec manantes ex ore feroci
Aut quæ flagrarent galea exhorreſcere flammas.
Armiger haud aliter magni iouis anxia nido
Cum dignos nutrit geſtanda ad fulmina fœtus.
Obuerſam ſpectans ora ad phaetontia prolem
Explorat dubios phœbea lampade natos.
Iamque ſuis daret ut pugnæ documenta uocatis
Et medias haſta uelox præteruolat auras.
Hæſit multiplici non altæ cuſpis in auro.
Atque ſenem inualido dependens prodidit ictu.
Cui pœnus.qui nam ad caſſos furor impulit ictus
Exanguem dextram ſenio?uix prima momordit
Tegmina callaici cornus tremebunda metalli.
En reddo tua tela tibi:memorabilis iſta
A nobis melius diſcet bellare iuuentus.
Sic propria miſeri tranſfigit pectora cornu.
At contra horrendum bis terna ſpicula dextra
Torta uolant:paribuſque ruunt conatibus haſtæ.
Haud ſecus ac libyca fœtam tellure leenam
Inuadunt rapidi iam dudum:& inania temptant
Nondum ſat firmo catuli certamina dente.
Conſumit clipeo tela:& collectus in arma
Suſtinet ingentes crepitantibus ictibus haſtas
Sidonius ductor:nec iam per uulnera credit
Aut per tot cædes actum ſatis:iraque anhelat
Ni læto det cuncta uirum iungatque parenti
Corpora:& excidat miſeros cum ſtirpe penates.
Tunc abarim affatur:nanque una hic armiger ira
Flammabat martem:atque omnis comes ibat in actus.
Suppedita mihi tela uadis liuentis auerni.
Demitti globus ille cupit:qui noſtra laceſſat
Tegmina:iam ſtultæ fructus pietatis habebit.
Hæc fatus iaculo lucam qui maximus æui
Tranſegit preſſa iuuenis cum cuſpide labens
Arma ſuper fratrum reſupino concidit ore.
Mortiferum inde manu properantem uellere ferrum
Pilo uolſonem.nanque hoc de ſtrage iacentum
Fors dabat:affixa ſternit per tegmina nare.
Tum ueſulum calido lapſantem in ſanguine fratrum
Enſe metit rapido:plenamque heu barbara uirtus.
Abſciſi galeam capitis ceu miſſile telum
Conuerſis in terga iacit:teleſinus ad oſſa.

Cono:ſummitate galeæ. Virum: annibalem cognouit impiger ſenex & ilico filios ad pugnam hortatus ẽ. Monuitq; ne galeæ ardorem timerẽt. Armiger haud aliter:criſtam filiorum indolem explorantem comparat aquilæ pullos exploranti ad ſolis radios.Pli.ait li.x.haliettus tantum implumes pullos percutiens ſubinde cogit aduerſos intueri ſolis radios: & ſi conniuentem flentemque animaduertit præcipitat e nido uelut adulterinũ & degenerem. illum cuius acies firma contra ſteterit educat.haliettus eſt de genere aquilarum clariſſima oculorum acie.dicitur aquila miniſtrare fulmina ioui.non ſine ratione.quoniam ut ait Plinius fulmine non tangitur. Dignos:non degeneres. Ora ad phaetõtia:ad ipſum ſolem qui ut fabulæ uolunt pater fuit phaetõtis. Obuerſam:expoſitam radiis ſolaribus. Auro:clypeo annibalis. Qui nam ad caſſos: uerba annibalis ad ſenem. Caſſos:futiles & uanos. Callaici:quoniam habuerat annibal arma a callaicis populis ut dictũ ẽ
Propria cornu: haſta quã ſenex torſerat in Annibalem. Haud ſecus:filios chriſtæ irruentes in annibalem comparat catulis leonum pugnantibus ꝓ matre obſeſſa. Iam dudum:ſtati.ſic Vir.Iam dudum ſumite pœnas. Cõſumit:excipit annibal tela illorum clypeo ſuo. Collectus:ideſt colligens ſe ac tegens clypeo. Aut per tot cædes ideſt q̃uis tot cædes peregiſſet annibal: tamen putauit nihil actum eſſe niſi ſex illos trucidaret:quod effecit. Suppedita:ſubminiſtra.ſugger̃. Vadis auerni:ideſt demittã hos fratres ad aq̃s ſtygias. Pietatis: quã illi patriæ patriq; præſtabant:quæ ſtulta uidebatur eẽ cũ tantum appeterent ducem. Reſupino:reuoluto ad aerem. Pilo:haſta.
Strage iacẽtum.corporibus eorum qui ceciderãt pilo confoſſi. Heu barbara uirtus:deteſtaͭ poeta crudelitatẽ annibalis. Conuerſis : fugientibus.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Spina. quæ eſt ĩ medio dorſi & connectit artus. Annibal illiſit ſaxum dorſo fugientis: & fregit ſpinam lumborum. Interſtruit: diuidit & connectit. Funda: plumbum quod funda uoluta ſupra caput emiſerat. Sopierat: occiderat quoniam mors eſt perpetuus ſopor. Vnde Oui. Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago

Non certa membra: quoniam erat uulneratus. Armiger: abaris armiger Annibalis. Libyci monſtri. elephanti paulo ante ſtrati. Quercu: haſta ex quercu obuſta. Stygius feruor: ipſa haſta accenſa impleuit os ipſius theleſini & ignis penetrauit uſque ad pulmonẽ. Proauis cognita: annoſa quercus cum multis armis. Ethereo ſulphure: fulmĩe. Deo: fulmine dei. Prolem: ramos & ſtolones. aptiſſima comparatio. nam patris ruiã traxit etiam filios ut quercus trahit ſuam ſobolẽ. Atq; ea dum: nũc redit ad paulum æmylium ſuæ mortis piacula preſumentem atque iferias. Phorcus fuit pater meduſæ rex mauritaniæ ſiue phorcinus ut dictum eſt ĩ primo uolumine. ibi. phorcinidos antra meduſæ. Antris ex mauritania ubi eſt calpe mons ad fretum gaditanum licet calpe ſit in europa. illuc peruenit hercules: & poſuit ibi columnas quaſi terminos laboris & expeditionis: de columnis herculeis alibi dictum eſt. Celatus gorgone parmam: habens ſcutum ĩ quo erat cælatum caput gorgonis ideſt meduſæ. Triſtis: ab effectu quoniam conuertebat aſpicientes in ſaxa. adde etiam ꝙ ipſa fuit cæſa a perſeo. hunc phorcum paulus interemit. Tumentem: ſuperbientẽ: propter nomen meduſæ ad quã ſuam referebat originem hic phorcus. ſed nimis dure dixit & affectate: tumentem antiqua nomina cum dicẽdum fuiſſet antiquo nomine. Saxifice: uertentis homines in ſaxa. & monſtroſa ſtirpe: quoniam meduſa capillos habuit ſerpentinos. Paulus hunc phorcũ cepit per conũ galeæ terræque affixum atque illiſum premẽs ẽſe uulnerauit inter baltheum & coxam ideſt in inguine. Sinuatur: curuatur in ſinum ideſt in ima parte balthei. Munimen: tegmen. Accola athlanticus: phorcus qui uenerat ex mauritania ubi eſt athlas. Subit campos etolos apuliam ideſt cecidit ĩ campis diomedeis phorcus maurus. Has inter ſtrages: de numidis qui romanam aciem fraude punica a tergo adorti ſunt: ſic ait Liuius. quingenti ferme milites numidæ præter conſueta arma telaque. gladios ac cultros ſub loricis habebant ſpecie quadam tranſfugarum cum ab ſuis parmas poſt terga habẽtes adequitaſſent: repente ex equis deſiliunt parmiſque & iaculis ante pedes hoſtium proiectis in mediam aciem accepti ductique ad ultimos conſidere a tergo iubentur ac dum prælium ab oĩ parte conſeritur quieti mãſerunt: poſtquã omniũ oculos aniumq; occupauerat certamẽ tum arreptis ſcutis q̃ paſſim ĩter aceruos cæſorũ corporum ſtrata erant uerſam adoriuntur romanã aciem. tergaque ferientes ac poplites cædentes ſtragem ingentẽ dederunt: ac maiorem aliquãdo pauorẽ ac tumultũ fecerũt: cũ alibi terror ac fuga. alibi pertinax mala iã ſpe præliũ eſſet. Strages. cædes q̃s romani faciebant: & maxie paulus. Viri: numidæ Rector: annibal inſtruxerat eos ad inſidias. Aciem: romanam intentam prælio.

Viro: numidæ. E ſtrage: nam ſcuta & tela ex aceruis cæſorum accipiebant numidæ. Raptum galba procul: cum galba uidiſſet ab hoſte auferri uexillum romanorum irruit in eum qui abſtulerat: nec aduerſa fortuna galbæ uirtus imminuta eſt.

Illiſo ſaxo qua ſpina interſtruit artus
Occumbit. fratriſque uidet labentia membra
Quærentis quem funda ꝓcul ꝑ inane uoluta
Sopierat: dum ſupremam teleſinus in auras
Exalat lucem: & dubitantia lumina condit.
At feſſus mœrore ſimul curſuque metuque
Et tamen haud iræ uacuus non certa ꝑ æquor
Interdum iſiſtens peruſinus membra ferebat:
Hunc ſude quã libyci raptam ꝑ terga iacẽtis
Armiger obtulerat monſtri ſup inguina fixũ
Obtruncat: quercuq; premit uiolẽtus obuſta.
Temptarat precibus ſeuum lenire furorem:
Sed ſtygius primos impleuit feruor hiatus
Et pulmone tenus depreſſit anhelitus ignem.
Tantum cũ toto cecidit grege nomẽ i umbro
Clarum criſta diu populo ceu fulmine celſa
Eſculus aut pauis ab origĩe cognita quercus
Cum fumat percuſſa ioui: ſacroſque per æuũ
Ethereo ramos populantur ſulfure flammæ.
Donec uicta deo late procumbit: & omnem
Collabens operit ſpacioſo ſtipite prolem.
Atq; ea dũ iuxta tyrius ſtagna aufida ductor
Molitur: paulus numeroſa cæde futuram
Vltus iã mortem ceu uictor bella gerebat.
Inter mille uiros iacet ĩgẽs phorcus ab antris
Herculeæ calpes celatus gorgone parmam.
Vnde genus triſtiſque deæ manabat origo.
Hunc obiectante ſeſe: atq; antiqua tumẽtem
Nomia ſaxificæ mõſtroſa ex ſtirpe meduſæ:
Dum leuum petit incũbens uiolentius inguẽ
Detrahit excelſi correptum uertice coni.
Afflictumque premẽs tergo qua balteus imo
Sinuatur coxaque ſedet munimen utraque
Coniecto fodit enſe. ſuperuenit ille calentem
Sanguineis effundens per hiãtia uiſcera riuũ.
Et ſubit etolos atlanticus accola campos.
Has inter ſtrages rapido terrore cohorti
Inuadunt terga: atque auerſo turbine miſcent
Bella inopima uiri: tyrius quos fallere doctos
Hãc ipſam pugnæ rector formarat ad artem:
Succinctique dolis fugerẽt. ceu punica caſtra
Dediderant dextras: tum totis mentibus actã
In cædes aciem pone atque in terga ruentes
Præcipitant: non haſta uiro: non deficit enſis
E ſtrage ẽ ferrum. atque auulſa cadauere tela.
Raptũ galba procul. neq; enĩ uirtutis amorẽ



Aduerſa exemiſſe ualent: ut uidit ab hoſte
Auferri ſignum connixus corpore toto
Victorem aſſequitur: lætalique occupat ictu.
Ac dum comprenſam ceſo de corpore prædam
Auellit: tardeque manus moribunda remittit
Transfixus gladio propere occurrentis amorgi
Occidit immoriens magnis non proſper in auſis.
Hæc inter ueluti non dum ſatiaſſet enio
Iras ſeua truces: ſublatum puluere campum
Vulturnus rotat: & candentes torquet harenas:
Iamque reluctantes ſtridens immane procella
Per longum tulit ad campi ſuprema. cauiſque
Afflictos ripis tumidum demerſit in amnem:
Hic tibi finis erat metas: hic aufidus æui
Seruabat tacito non fœlix curio læto.
Nanque furens animi dum conſternata moratur
Agmina: & oppoſitu membrorum ſiſtere certat:
In præceps magna propulſus mole ruentum
Turbatis hauritur aquis: fundoque uolutus
Adriaca iacuit ſine nomine mortis harena.
Ingens ferre mala & fortunæ ſubdere colla
Neſcius aduerſa fronte incurrebat in arma
Vincentum conſul: pereundi martius ardor:
Atque animos iam ſola dabat fiducia mortis:
Cum uiriatus agens telis regnator iberæ
Magnanimus terræ iuxta atque ante ora furentis
Obtruncat pauli feſſum certaminis hoſtem.
Heu dolor heu lachrymæ ſeruilius optima belli
Poſt paulum: belli pars optima corruit ictu
Barbarico: magnamque cadens læto addidit uno
Inuidiam cannis: triſtem non pertulit iram
Conſul. & inſani q̃q̃ contraria uenti
Exarmat uis atque obtendit puluere lucem
Squalentem rumpens ingeſtæ toruus harenæ
Ingreditur nimbum ac ritu iam moris iberi
Carmina pulſata fundentem barbara cætra
Inuadit: leuæque fodit uitalia mammæ.
Hic fuit extremus cædum labor addere bello.
Haud ultra licuit dextram: nec tanta relictum.
Vti roma tibi poſthac ad prælia paulo.
Saxum ingens uaſto libratum pondere cæca.
Venit in ora manu & perfractæ caſſidis æra
Oſſibus infodiens compleuit ſanguine uultus:
Inde pedem referens labentia membra propinquo
Impoſuit ſcopulo: atque undanti puluere anhelans
Sedit terribilis clypeum ſuper ore cruento.

Aduerſa: res aduerſæ. nam explorant aduerſa uiros. Exemiſſe: abſtuliſſe ideſt non frangebatur aduerſis: & nitebatur ad uirtutẽ per omnia pi̇cula ut decebat ciuem romanum. ſed dum galba eriperet uexillũ e manu hoſtis moriẽtis ab amorgo fuit interfectus. Prædam: uexillum. Tarde remittit. nã ægre poterat euelli e manu. Non proſperus: cui non proſpere ceſſit id quod facere eſt auſus. Enio: furor belli. & ponitur pro ipſa bellona. deſcribit poeta calamitatem illatam romanis a uulturno qui torquendo harenas ad aufidũ ſtantes in ripa demerſit in amnem iter quos fuit curio. qui iacuit inſepultus in harenis adriacis. Candentes: calidas. Tumidum: repletum iam cadaueribus. Tacito lætho ĩgloria morte ac ignaua. Conſternata: territa & uerſa ĩ fugam quæ curio retinebat hortabaturque ad pugnam & decorum ſeruandum. Oppoſitu: oppoſitione ideſt opponendo ſua membra ſuos fugientes ſiſtere nitebatur. Sine nomĩe mortis. ſine fama quoniam non potuit oſtendere fortitudinem ſuam contra aquas. Ingens ferre mala: ideſt paulus cõſul fortis ad tolerandos labores neſciens cædere fortunæ: ſed ſuis fugientibus ipẽ frõte aduerſa ruebat in arma. Martius: bellicoſus ardor cadendi in pugna. Animos: audaciam. Fiducia mortis: libenter quippe cadebat pro patria. unde ſenes animoſiores ſũt decurſo iam ſpacio uitæ ac morte propinqua. unde interrogatus ſolon a piſiſtrato tyranno athenienſi qua tandem ſpe fretus ſibi tam audacter obſiſteret: reſpondiſſe dicitur ſenectute. Viriathus: de hoc dictum ẽ ſupra: qui fuit luſitanus & occidit Seruilium. In cuius decus laudat uiriatum ne uidereť cæſus a futili hoſte. dicit etiam ſeruilium pugnando fuiſſe iam feſſũ. & ideo ſuperatum. hic fuerat collega flãminii ut dictum eſt. Triſtem iram: quam conceperat ex morte ſeruilii. Exarmat: debilitat cõtrario flatu. Obtendit: obnubilat ſolem atque offuſcat.

Toruus: horrendus ipſe paulus. Nimbum: uim pulueris. Ritu moris iberi: de hoc ritu dictum eſt ſupra: ubi poeta de his cecinit. Ad numerum reſonas gaudentem plaudere cetras. Viriatus poſt mortem ſeruilii in ſignum lætitiæ pulſabat clypeum: ac barbara carmina canebat. quẽ ſic geſtientem paulus uulnerauit. Vitalia læuæ: ideſt uulnerauit cor in quo uita conſiſtit. Vitales partes dicuntur illæ quibus læſis non eſt ſpes uitæ. in læua parte pectoris iacet cor. ideo dixit uitalia læuæ mammæ. Saxum ingens: ictus fuit paulus autore liuio fũda: ſed aliter canit poeta. Cæca manu: quæ nõ uidebatur: & occulta atque inſidioſa: magna laus pauli contra quem nemo audebat aperto marte pugnare. Imitatio eſt Virgilii canentis uulneratum fuiſſe æneam ſagitta incerto autore: nemiem que fuiſſe qui ſe autorem uulneris profiteretur. tantæ molis erat æneam uulnerare. Terribilis: forti animo & magno. ſeruat decorum fortis & magnanimi ducis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Immanis ceu: leoni uulnerato comparat paulum. Patiens teli: non curans uulnus aut dolorem. Vnda: copia ſanguinis. Tum uero. Hannibal inſtabat romanis cedentibus. Flatus: ipſe uulturnus. Peruius: qui uiam faciebat. Belua elephantus qui dente obuios conficit. Piſo: qui fuerat obrutus telis ut uidit Hannibalem ferri ſuper cadauera citato equo haſta tranſfixit ilia equi quo ille uehebatur & fruſtra in ipſum ruentē piſo tentauit irruere deficientibus uiribus. Subrecta: in altum erecta. Super collapſo: Hannibale qui dorſo equi ruentis ferebatur: ſed Hannibal collegit ſe. Cernuus ſonipes: equus procumbēs ad terram. Armo: dorſo inclinato. Vmbræ ne auſoniæ: uerba Hannibalis ad piſonem. Rediuiua: renouata. rediuiuum dicitur ex uetuſto renouatum: & hæc Hannibalis uerba in laudem romanorum ſunt: qui etiam mortui pugnare uidebatur. unde interrogatiue ſimul ac admiratiue dicit. Vmbræ ne auſoniæ. Permiſcuit enſem: immiſit & adegit totum enſem piſoni uolēti attollere corpus debile. Vir. capulo tenus abdidit enſem.

Cydonea: cretenſi. Toruo obtutu: terribili aſpectu. Tunc: ſcilicet paulo uiſo qui iā erat ꝑpe mortem. & eſt magna laus pauli cuius morte uidebatur roma cremari: ut ſolus paulus uideretur obſtare hoſtibus. Cruentos hoſtes: perſuſos ſāguine cæſorum. Campi ſorbentes latium: ideſt campus ille appulus qui clade tali latium ſorbere uidebatur: ideſt illa ruina & clades uidebatur ſorbere romam: cum tot romani caderent. Quid deinde relictum: quaſi dicat mortuo paulo nil obſtat pœno quin tendat in capitolium. Deſeris ī tantis: uerba lentuli ad paulum ſic loquitur apud Liuium. L. æmyli quem unum inſontē culpæ cladis hodiernæ dii reſpicere debent cape hūc equūdum & tibi uirium aliquid ſupereſt & comes ego te tollere poſſum & protegere. ne funeſtam hanc pugnam morte conſulis feceris: etiam ſine hoc lachrymarum ſatis eſt luctuſque. Puppim: loquitur per tranſlationem: & pro puppi rem romanā intelligit: & inquit. ni gubernas hæc damna & rē romanam labētem plus noces romanis q̄ Varro: & locus eſt ab honeſto. Dolor dictat: reiicit omnia in dolorē lentulus cum paulo talia dicat. Macte o uirtute paterna: uerba pauli ad lentulum: ſic loquiť apud Liuium. Tu quidem Corneli macte uirtute eſto: ſed caue fruſtra miſerando exiguum tempus e manibus hoſtium euadendi abſumas: abi nuncia publice patribus urbem romam muniant ac priuſq̄ hoſtis uictor aduēiat præſidiis firment: priuatimque. Qu. Fabio æmylium præceptorum eius memorem extitiſſe & uixiſſe. Macte: magis aucte. Qua: ideſt eatenus accelera q̄tenus ꝑmittit uulnus: qd̄ lētulus excepat Peſtis Hānibal cum exercitu. Pugnauit: obſtitit meis mōitis furor Varronis collegæ. Cæce: iprudēti cū talē elegit cōſulē. Ferar an: ſeruat decoꝝ pauli ſyllius: q uolebat potius mori q̄ in urbem cōſoſſus rediř nūcius calamitatis: & ait. hoc magno ānibal mercareť ut ego fugerē quod ꝑter meū decoꝝ eēt. Vir. Hoc ithacus uelit & magno mercēť atri

Immanis ceu depulſis leuioribus haſtis
Accepit leo cum tandem per pectora ferrum
Stat teli patiens media tremebundus harena:
Ac manante iubis rictuque & naribus unda
Sanguinis: interdum languentia murmura torquēs
Effundit patulo ſpumantem ex ore cruorem.
Tum uero incubuit libyes ſuper ipſe citato
Ductor equo: qua flatus agit: qua peruius enſis:
Qua ſonipes: qua belligero fera belua dente.
Obrutus hic telis ferri per corpora piſo
Rectorem ut uidit libyæ: connixus in haſtam
Ilia cornipedis ſubrecta cuſpide tranſit.
Collapſoque ſuper nequicq̄ incumbere ceptat.
Cum pœnus propere collecto corpore quenq̄
Cernuus inflexo ſonipes effuderat armo:
Vmbræ ne auſoniæ rediuiua in bella retractant
Poſt obitum dextras? nec in ipſa morte quieſcunt?
Sic ait: atque ægrum ceptanti attollere corpus
Arduus inſurgens totum permiſcuit enſem.
Ecce cydonea uiolatus arundine plantam
Lentulus effuſis campum linquebat habenis:
Cum uidet in ſcopulo rorantem ſaxa cruore
Toruoque obtutu labentem in tartara paulum.
Mens abiit: puduitque fugæ: tum uiſa cremare
Roma uiro: tunc ad portas iam ſtare cruentas
Annibal: & toti tum primum ante ora fuere
Sorbentes latium campi: quid deinde relictum eſt:
Craſtina cur tyrios lux non deducat ad urbem?
Deſeris in tantis puppim ſic paule procellis?
Teſtor cælicolas inquit ni damna gubernas
Crudelis belli: uiuiſque in turbine tanto
Inuitus plus paule: dolor uerba aſpera dictat.
Plus uarrone noces: cape quæſo hunc unice rerum
Feſſarum: cape cornipedem: languentia membra
Ipſe leuabo humeris & dorſo tuta locabo.
Hæc inter lacero manantem ex ore cruorem
Eiectans conſul. macte o uirtute paterna:
Nec uero ſpes anguſtæ: cum talia reſtent
Pectora romuleo regno: calcaribus aufer
Qua uulnus permittit equum: atq; hīc ocius urbis
Claudantur portæ: ruet hæc ad mœnia peſtis.
Dic oro rerum fabio: tardantur habenæ:
Noſtris pugnauit monitis furor: amplius acta
Quid ſupereſt uita niſi cæcæ oſtendere plebi
Paulum ſcire mori? ferar an conſumptus eidem
Vulneribus? quāti ue emptum uelit annibal ut nos



Vertentes terga aſpiciat: nec talia paulo
Pectora: nec manes tā parua itramus imago.
Ille ego: ſed uario quid enim te demoror ægre
Lētule cōqueſtu? ꝑge atque hinc cuſpide feſſū
Eripe quadrupedē propere. tū lentulus urbē
Magna ferens mādata petit: nec paulus iultū
Quod ſupeſt de luce finit: ceu uulnere tigris
Lætifero cedens tandem proiectaque corpus
Luctatur morti: & languentem pandit hiatū
In uanos morſus: nec ſufficientibus ire
Ictibus extrema lambit uenabula lingua.
Iamque coruſcanti telum propiuſque ferenti
Greſſum exultantem: & ſecuro cædis inerti
Non expectatum ſurgens defixerat enſem:
Sidoniumque ducem circunſpectabat in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra.
Sed uicere uirū coeūtibus undiq; telis (aſtur.
Et nomas & garamas & celte & maurus &
Hic finis paulo. iacet altum pectus: & ingens
Dextra: quem ſoli ſi bella agitanda darentur:
Aequares forſan fabio. mors additur urbi
Pulchra decus. miſitq; uiri iter ſydera nomē.
Poſtquā ſpes italum. menteſq; i conſule lapſæ
Ceu truncus capitis ſæuis exercitus armis
Sternitur: & uictrix toto furit aphrica campo.
Hic picentum acies: hic umber martius: illic
Sicana procumbit pubes: hic hernica turma.
Paſſi ſigna iacent: quæ ſamnis belliger. & quæ
Sarraſtes populi: marſæque tulere cohortes.
Tranſfixi clypei: galeæque: & inutile ferrum:
Fractaque conflictu parmarū tegmina: & ore
Cornipedem direpta fero ſpumantia frena.
Sanguineus tumidas in cāpos aufidus undas
Eiectat: reditque furens ſua corpora ripis.
Sic lagea ratis uaſto uelut inſula ponto
Conſpecta illiſit ſcopulis: ubi nubifer eurus
Naufragiū ſpargēs operit freta. iāq; ꝑ undas
Et tranſtra: & mali: laceroq; apluſtria uelo
Ac miſeri fluitant reuomētes æquora nautæ.
At pœnus per longa diem certamina ſæuis
Cedibus emenſus: poſtquam eripuere furori
Inſignem tenebræ lucem: tum denique martē.
Dimiſit: tandemque ſuis in cæde pepercit.
Sed mens inuigilat curis: noctiſque quietem
Ferre nequit: ſtimulat dona inter tanta deorū.
Hortatur dudum portas intraſſe quirini.

dæ. Nec talia pectora. ſ. ſunt mihi. q. d. Varro fugiat timidus. ego āt fortiter reſiſtendo aduerſis oppetā mortē ac deſcendā ad manes. Ille ego: reticētia utitur: ut apd' Vir. i qnto. Quāq̄. o. ſed ſupent quibus hoc neptune dediſti. quaſi dicat ille ego ſum paulus: qui ī ſenatu profeſſus ſum ſi fortuna urgeret me amplius non uiſurum romā: ſic enim fabio monenti reſpondit: at ſi quid aduerſi acciderit hoſtium ſe telis potiuſq̄ ſuffragiis iratorum ciuium caput obiecturum. Nec paulus inultum: ideſt priuſq̄ paulus caderet fortitudinem ſuam oſtentauit ne inultus caderet: quem tygridi comparat q̄ læthifero uulnere percuſſa ſæuit in percuſſorem ac uenabula. Luctatur: pugnat cum morte q̄ eſt ultimum omnium terribiliū: & quā omne animal fugit quoad eius fieri poteſt. Iāque coruſcanti: paulus e ſaxo ſurgens uulnerauit quendam in ſe irruentem & Hannibalem luſtrabat oculis: ut illius dextra caderet. Coruſcanti: hoſti iam uibranti telum & ferenti propius greſſum exultantem. Securo necis: q iam uidebatur eſſe certus de nece paulo uulnere affecto inferenda. Inerti: ignauo. Defixerat: adegerat atque infixerat enſem ſuum paulus non expectatū. quoniam ille erat quaſi ſecurus de nece pauli uulnerati. ordo eſt. ſurgēs ſcilicet paulus defixerat enſem hoſti ſcilicet coruſcanti telum: & ferenti greſſum ſecuro cædis. Ducē Hannibalem inueſtigabat oculis. Certantem: reluctātem mori. Sed uicere uirum: ornat paulum ſyllius dicens illum fuiſſe oppreſſum tot telis ſimul coeuntibus ut oſtenderet maximæ difficultatis fuiſſe paulum ſuperare. Liuius ait. hæc exigentem prius turba fugiētium ciuium: deinde hoſtes oppreſſere conſulem ignorantes quis eſſet: obruuntq; telis: lentulū in tumulū abripuit equus.

Altū pectus: forte ac magnū. Si ſoli: ſi non habuiſſet Varronē collegā potuiſſet æquari Fabio: q putabat neminē ſibi æq̄ri poſſe ī bello. Pulchra: honeſta: & digna imꝑatore fortiſſimo. iō dicit Hora. Animæque magnæ prodigū paulum ſuperante pœno. hæc mors fuit quoddā decus urbi: quæ tales tamque fortes hēbat uiros. Ignauia uero Varronis dedecori fuit romano nomini. & ideo hæc tam clara mors ī bello Paulū honeſtauit: eiuſq; nomē ad ſidera miſit. Trūcus capitis: priuatus capite. i. duce. Hic picentum acies: deſcribit cædis uarietatē: de his populis dictū ē ſupra. Martius. bellicoſus miles ex umbria. Sicana: ſicula miſſa a Hyerone. Sarraſtes: accolæ ſarni fluminis cāpaniæ. Sāguineus: repletus cadaueribus: ac ſāguīe romanoꝝ. Sic lagea ratis: Aufidū reiicientē cadauera ad ripas cōparat naui ipactæ ſcopulo & naufragiis: ī qbus oīa diſſipāť. & nautæ aquā uomūt. Lagea ratis: ægyptia. nā danaus autore Pli. nauē primus in græciā ex ægypto duxit. ante. n. ratibus nauigabať inuētis in rubro mari inter inſulas a rege erithra. Lagus fuit pater ptolæmei regis ægypti: īde lagea ratis. & ſic poeta alluſit ad nauis inuentorē danaū. Velut inſula. ita magna ut ē inſula ī uaſto mari. Illiſit: īpulit ipſos nautas: q ipſa naui uehunť: cū eurus mari incūbit & ipſum concitat. Trāſtra: ſedilia nauis. apluſtria: ut inqt Sextus Pom. ſūt nauiū ornamēta quæ quia erant amplius q̄ eſſent neceſſaria uſui apluſtria dicta ſunt. Mali: arbores nauis. At pœnus: nunc redit ad Hannibalem. Inſignē: diem notabilē calamitate romanoꝝ. Tandem: poſt longos labores Hānibal ſuos in caſtra reduxit. Sed mēs iuigilat: cogitabat pœnus de aduētu ad urbē. Liui. ait Hānibali uictori cū cæteri circūfuſi gratulareť: ſuaderentq; ut tanto perfunctus bello



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

diei:quod reliquum eſſet:noctiſque inſequētis quietem & ipſe ſibi ſumeret & feſſis daret militibus. Portas quirini:ideſt romanas Mœnia:romana. Occupat:mente ac cogitatione capit. Cannis: pugnæ cannenſi & ſtragi. Coniunx ſaturnia.Iuno filia Saturni coniunx iouis. Fati:ut ſcilicet roma imperaret. Ad futile uotum:inane deſideriū. Regnantem tenebris:ideſt noctu. nam tunc dormitur:& ſomnus regnat. Fratris:Iouis. Nō te maioribus inquit:uerba Iunonis ad ſomnū quibus oſtēdit facile id poſſe præſtari qđ petitura erat. Diue:ſomne. Mollibus: ſuauibus.quoniam ſomnus eſt ſuauis:& uires reparat. Non mille oculi:ideſt non petam ut immitas ſoporem mille oculis:aut argo centoculo:qui cuſtodiebat Io conuerſam i uaccam datus cuſtos a Iunone argū ſopitum e ſaxo p̄cipitauit Mercurius iuſſu Iouis. Propertius.Sed ſic itētis hærebam fixus ocellis.Argus ut ignotis cornibus inachidos. Spernens tua numina.quoniam ſemper uigilabat. Medicata papauera:papauer nigrum inducit ſomnū: inde papauera læthea dicuntur.a poetis ſomnus pingebatur cum cornu :non ſine ratione. nam cornu attenuatum trāſlucidum eſt propter ſui raritatem.Somnia quæ erant uera cornea dicebantur. Barcei iuuenis Hānibalis: qui a barca comite Didonis habebat originē.

Soporas:afferētes ſomnum. Læthea uirga:ſomnifera & papauerea. Iamque uidebatur:hoc erat inſomnium Hannibalis. Ipſe refulgebat:hoc poſtea fuit:ut habebimus.

Anio:fluuius in cuius ripis Hānibal caſtra mentatus eſt. Ignes:flumina. Sat magna. ideſt ſatis magnam adeptus es gloriam in pugna cannenſi:non enim potes ingredi Romā.

Muris:romanis:quos nefas eſt tangere hoſtiliter. Dedita caſtra:romana ſcilicet dediſſe ſe hoſtibus:Liuius ait.ſpoliis ad multum diei lectis Hannibal ad minora ducit caſtra oppugnanda.& omnium primum brachio fluminis obiecto eos excludit.Cæterorum maturior ipſorum ſpe deditio facta eſt:poſtea maiora caſtra a ſauciis:qui remanſerant:& timidis tradita ſunt. Mago:frater ipſius Hannibalis. Huic:Magoni.Liuius ait Maharbalē talia ſuaſiſſe.Maharbal inquit præfectus equitum minime ceſſandum ratus.immo ut quid hac pugna ſit actum ſcias die quinto inquit uictor i capitolio epulaberis.Sequere cum equite ut prius tenuiſſe q̄ uenturum ſciant.& cum Hannibal recuſaret dixit: Non omnia eidem dii dederunt.Vincere ſcis Hannibal uictoria uti necſis. Celatis monitis:his quæ per nocturnam quietem monuerat illa uox audita.

Clauſo:quoniam occultabat pauorem:quē ex illa uoce conceperat.Timebat quippe bella maiora:cum ſuperis ſcilicet: & uulnera militum cauſabatur. Lætis:ad uoluptatem fluentibus:cum fortuna ſit iuida uiris fortibus.

Proxima lux placet.hinc ſtrictos ferre otius enſes
Dum feruet cruor:& perfuſæ cæde cohortes
Deſtinat.ac iam clauſtra manu:iam mœnia flamma
Occupat:& iungit tarpeia incendia cannis.
Quo turbata uiri coniunx ſaturnia cœpto
Irarumque iouis:latiique haud neſcia fati:
Incautum ardorem:atque auidas ad futile uotum
Spes iuuenis frenare parat. ciet inde quietis
Regnantem tenebris ſomnum:quo ſæpe miniſtro
Edomita inuicti componit lumina fratris.
Atque huic arridens:non te maioribus inquit
Auſis diue uoto:nec poſco ut mollibus alis
Des uictum mihi ſomne iouem:non mille premendi
Sunt oculi tibi:nec ſpernens tua numina cuſtos
Inachiæ multa ſuperandus nocte iuuencæ.
Ductori precor immittas noua ſomnia pœno:
Ne romam:& uetitos cupiat nunc uiſere muros:
Quos intrare dabit nunquam regnator olympi.
Imperium celer exequitur:curuoque uolucris
Per tenebras portat medicata papauera cornu.
Aſt ubi per tacitum allapſus tentoria prima
Barcei petiit iuuenis:quatit inde ſoporas
Deuexo capiti pennas:oculiſque quietem
Irrorat tangens læthea tempora uirga.
Exercent rabidam truculenta inſomnia mentem:
Iamque uidebatur multo ſibi milite tybrim
Cingere:& inſultans aſtare ad mœnia romæ.
Ipſe refulgebat tarpiæ culmine rupis
Elata torquens flagrantia fulmina dextra
Iuppiter:& lati fumabant ſulphure campi.
Ac gelidis anio trepidabat cærulus undis.
Et denſi ante oculos:iterumque:iterumque tremendū
Vibrabant ignes:tunc uox effuſa per auras.
Sat magna o iuuenis prenſa eſt tibi gloria cannis:
Siſte gradum.neque enim ſacris irrumpere muris
Pene magis dabitur noſtrum q̄ ſcindere cœlum.
Attonitum uiſis:maioraque bella pauentem
Poſt confecta ſopor iunonia iuſſa reliquit.
Nec lux terribili purgauit imagine mentem.
Quos inter motus ſomni:uarioſque tumultus
Dedita per noctem reliquo cum milite caſtra
Nunciat:& prædam pleno trahit agmine mago.
Huic ductor lætas tarpeio in uertice menſas
Spondenti:cum quinta diem nox orbe tuliſſet
Celatis ſuperum monitis:clauſoque pauore



Tanta mole:uerba Magonis q̄bus fratrem accuſat:quod tam fauſto tēpore iter ad urbem differat:q̄ ſtatim uires reparabit. Patriā moraris.i.tua cunctatione fraudas iperio iā prope cōparato. Exultet:ueniat celeriter:ſi Romā ibimus inqt ilico eā capiemus.patēt.n.portæ urbis tot cladibus exhauſtæ.locus ē ab utili. Fremit:cū fremitu atq; ira dicit ea:q̄ Hānibal cautus nō credebat.

Vulnera:& exhauſtas ſæuo certamine uires
Ac nimium lætis excuſat fidere rebus.
Tum ſpe deiectus iuuenis:ceu uertere ab ipſis
Terga iuberetur muris:ac ſigna referre:
Tanta mole inquit:nō roma ut credidit ipſa:
Sed uarro uictus.quo nā tā proſpera martis
Munera deſtituis fato:patriamque moraris.
Mecū exultet eques:iuro caput hoc:accipe mu
Iliacos:portaſq; tibi ſine marte patentes. (ros
Dūq; ea mago fremit cauto nō credita fratri:
Iam latius ſeſe canuſia in mœnia miles
Colligere:& profugos uicino cingere uallo
Cœperat:heu rebus facies inhonora ſiniſtris
Non aquilæ:non ſigna uiris:non cōſulis altū
Imperium:non ſubnixæ lictore ſecures.
Trūca:atq; ægra metu:ceu magna eliſa ruīa.
Corpora debilibus nituntur ſiſtere membris:
Clamor ſæpe repens:& ſæpe ſilentia fixis
In tellurem oculis.nudæ pleriſque ſiniſtræ
Detrito clypeo deſunt pugnacibus enſes.
Saucius omnis eques galeis carpſere ſuperbū
Criſtarū decus:& damnarūt martis honores.
At multa torax perfoſſus cuſpide:& hærens
Loricæ interdum mauruſia pendet harundo.
Interdum mœſto ſocios clamore requirunt
Hic galba:hic piſo:& læto non dignus inerti
Curio defletur.grauis illic ſceuola bello.
Hos paſſim at pauli pariter:ceu dira parentis
Fata gemunt:ut uera mali præſentia nunquā
Ceſſarit canere:& uarronis ſiſtere mentem.
Atq; idē hunc totiens nequicq̄ auerterit urbi
Atque idem quantus dextra.ſed cura futuri
Quos premit:aut foſſas iſtāt pducer muris:
Aut portarum aditu.ut rerū eſt copia fimāt:
Quaq; patet cāpus planis igreſſibus hoſtis
Ceruorum ambuſtis imitātes cornua ramis:
Et ſilus occulitur cæcum in ueſtigia tælum
Ecce ſuper clades:& non medicabile uulnus
Reliquias belli:atq; iperdita corpora pœnis
Impia formido:ac maior iactabat erynnis
Trans æquor tyrios enſes.atq; arma parabāt
Punica:& annibalem mutato euadere cœlo.

Iā latius miles:dū in oppugnandis mioribus caſtris tēpus ab hoſte tereret ex maioribus caſtris ad quattuor milia hominū:&.xx.eqtes alii i agmine:alii palati paſſī p agros P.Sēpro.Tuditāo tribuno militū eos icrepāte: hortāteq; ut euaderēt canuſiū perfugerūt:quos paula frugi mulier clara diuitiis frumēto:ueſte uiatico ēt iuuit:pro qua munificētia ei poſtea bello pfecto honores a ſenatu habiti ſūt Tuditāus apud Liuiū ſic milites alloquit:Capi ergo mauultis ab auariſſimo & crudeliſſimo hoſte:æſtimari capita ueſtra exquiri precio ab iterrogātibus romanus ciuis ſis an latius ſocius:ut ex tua contumelia & miſeria alteri honos quærat. Canuſiū:oppidū ē apuliæ. Colligere colligebat ſe. Facies ihonora:apparētia turpis:& ignominioſa romanoꝝ militū:quoniā nō habebāt uexilla:nō alia ornamēta:q̄bus prius cēſebant. Subnixæ:ipoſitæ humeris lictoꝝ. Trūca.milites ſine duce.iā attritos clade accepta cōparat corporibus eliſis aliq̄ ruina.q̄ tamē ingredi nitunt. Trūca:mutilata. Eliſa : obruta attrita.

Repēs:repētina uociſeratio erat. Martis honores: oīa ornamēta militaria depoſuerūt in ſignū mœroris & luctus. Torax:munimētū pectoris. Mauruſia: hoſtica emiſſa.ſ.a mauro hoſte. Interdū mœſto:imitatio ē.Vir. canētis:Amiſſo lōgo ſocios ſermone requirūt.& recēſet præſtantiores poeta:qui in pugna ceciderant. Inerti lætho:ignaua morte quoniam ſubmerſus eſt in aufidū.

Hos paſſim:uulgo & generaliter requirebāt:ſed maxime deplorabāt caſum Pauli Aemilii. Cāere: p̄dicere & reprimere furorē Varronis:& laus ē Pauli a prudentia

Neqcq̄:fruſtra.quoniā nō potuit auertere hāc calamitatem ab urbe. Dextra uiribus & animi robore i bello.

Cura futuri:illi q futuris rebus pſpiciebāt.cœperūt ſe ſe munire apđ canuſiū. Vt rerū ē copia:ut poterāt p tēporis cōditiōe:quoniā fere omniū rerū iopia in tāto rerū turbiē laborabāt. Imitātes cornua.i.occulūt furcæ ex ramis ambuſtis:q̄bus læderent hoſtes in pedibus.& ipſi eq.nūc iaciunt tribuli ferrei habentes undiq; aculeos: ſuper quos incedere periculoſum ē.Silus:ut ait ſextus Pōpeius:appellatur naſus ſurſū uerſus & repandus:unde galeæ quoque aſilæ dictæ ſunt.Silus ergo eſt tælum:quod in terra defixū aciem ſurſum uerſam habet:qua incedentes ledantur. Ecce ſuper clades:cū eſſent canuſii quattuor tribuni militū.Fabius Fabii dictatoris filius.Bibulus.P.Scipio.& Appius pulcher omnium conſenſu: ut īqt Liuius ad Scipionē & Appiū Claudiū ſūma īperii delata ē q̄bus conſultātibus de ſūma rerū iter paucos.P.Furius nunciauit.Nequicq̄ eos conſultare dicens.Nobiles iuuenes pricipe.L.Metello mare ac naues ſpectare:ut deſerta italia ad regum aliquem trāſſugiant:quod malum præterquam quod atrox ſuper tot clades etiam nouum cum ſtupore:ac miraculo trepidos defixiſſet:& qui aderant concilium aduocandum de eo cenſerent:negat concilii rem eſſe Scipio : agendum : atque audendum : non conſultandum eſſe in tanto malo ait.Inde ire perrexit ad hoſpitium Metelli:& cum ibi concilium iuuenum inueniſſet.de quibus allatum erat:Stricto ſuper capita conſultantium gladio etiam iurare cogit ſe patriam non deſerturos. Reliquias : milites relictos ab hoſtibus in prælio. Imperdita:non interfecta ab hoſte. Nam Canuſium ſe receperunt:ut dictum eſt.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Exilio:fugæ militū:q̄ illic de fuga conſultabāt. Stirpe:familia metellorū:quæ clariſſima erat. Degenerem uilē. Stetit in campis:nā uoluit ſingulari certamīe congredi cum Hannibale:ut habuimus: ſed Mars & Pallas uetuerūt. Vbi:in hoſpitio Metelli. Conquebant:cōſultabant. Extrema:allatura finem romano imperio.
Viri:Metellus & ſocii. Tarpeia pater:inuocat magna numina Scipio:per quæ iurat.& caput paternū:ſe nūquā deſerturum patriam:nec permiſſurum:ut alii deſerant.uerba Scipione digna iuuene fatali & duce:atque futuro uictore illius belli:incipit a Ioue.poſtea inuocat Iunonem:inde Palladem: poſtea penates.Tandē per caput patris:quod apud Scipionē nullo numine inferius erat.
Tarpeia:capitolina. Secūdam ſedē: laus Romæ ac capitolii:quod dicit eſſe ſecundā ſedem Iouis:cum prima ſit in cœlo. Saturnia:Iuno nondū mutata calamitate romanorū:q̄ ab ilio habuerunt originē.Nondū erat mitigata iuno:aut ſatiata tot cædibus. Aſpera pectus:pallas habens pectus horrendū propter egida:ideſt ſcutum in quo erat celatum caput Gorgonis Meduſæ. Furores.i.capillos ſerpētinos. Indigetes dei:penates:quos æneas auexit ex phrygia.iō dicit ſpōte īter nuīa nr̄a quo niā erāt prius numīa externa:īdigetes ꝓprie.ut iqt Sextus Pom.dicūt dii:quorū nomina uulgari non licet. Leuius nullo numine:quod caput nullo numine mihi eſt inferius. Ocius en teſtare deos:imperat Metello ut iuret ſe nō diſceſſurum:apud Liuium ſic loquitur: Ex mei animi ſentētia iuro ut ego rempublicam non deſeram:neq̨ alium ciuem romanum deſerere patiar: ſi ſciens fallo tū me iuppiter optime maxime domum:familiam:remque meam peſſimus leo afficiat.in hæc uerba.L.Cecili iures poſtulo:cæteriq̨ q̄ adeſtis.q̄ nō iurauerit ī ſe hūc gladium ſtrictum eſſe ſciat: haud ſecus pauidi: q̄ ſi uictorem Hannibalem cernerent iurant omnes cuſtodiēdoſque ſemetipſos contra Hannibalem Scipioni tradunt.
Ni ſancis:ni iuras in hæc uerba ego ero tibi Hannibal: quem tremis. Nec ullo:quaſi dicat:Niſi iuraueris te interficiam: quod erit mihi maiori gloriæ: q̄ ſi aliquem ex hoſtibus interfeciſſem. Excuſſa incepta:timore Scipionis depoſuit Metellus concilium diſcedendi: Ordine iuſſo:ut Scipio iuſſerat. Dictata:a Scipione ſcilicet.nam dixit in hec uerba iures poſtulo. Culpa:qua tenebantur cogitantes patriam deſerere. Atque ea dū rutulis:dum talia agerentur a romanis Canuſii Hannibal ſtragem contemplatus eſt & uiſit.Poſtero die inquit Liuius:ubi primum illuxit ad ſpolia legenda:fœdamque etiam hoſtibus ſpectandam ſtragem inſiſtūt.iacebāt tot Romanorum milia pedites & equites paſſim. Recēſebat.recognoſcebat. Dulcia:iucunda:quoniā cū eſſent crudeles tali ſpectaculo delectabanť.& ī primis Hānibal q̄ erat crudeliſſimus. Trucibus.crudelibus. Quas ſtrages iter.hoc qđ de clelio:& ipſius equo poeta canit fictio quædam ē:ut nactus opportunitatem cleliæ facinus celebret:ut ſupra de Mutio Sceuola fecit. Extremo munere: morte quæ eſt ultimum munus naturæ: quamuis ipſa mors non ſit finis noſter :uerum potius impedimentum finis. Aegro niſu:debili conatu. Dubia:nutanti collo. Vageſū:q̄ eius dorſo īſidebat. Captiuo:quoniā fuerat ab illo captus cū Clelius cecidiſſet. Stāte cruore: nōdū deſiccato. Soli:terræ pīguis ſanguine recens fuſo. Mutata:q̄ amiſerāt ſpeciē ī morte. Domini:clelii Collo.i.cum collū inclinaſſet.& armos:ut Clelius aſcēderet

Dux erat exilio collectis marte metellis (lo
Sed ſtirpe haud ꝑui cognominis is noua bel
Pectora:degenereq̨ manū ad deformia age
Cōſulta:atq̨ alio poſitas ſpectabat ī orbe (bat
Quis ſeſe occulerent terras:quo nomīa nulla
Pœnorū:aut patriæ penetraret fama relictæ.
Quæ poſtquā accepit flammata ſcipio mēte
Quantus ſydoniū cōtra fera prælia miſcens
Ductorem ſtetit in campis.rapit ocius enſem.
Atq̨ ubi turpe malū:latioq̨ extrema coque
Cœpta uiri.ruptis foribꝰ ſeſe arduus īfert(bāt
Tum quatiēs ſtrictū cū uoce ante ora parētū
Mucronem tarpeia pater:qui tēpla ſecundā
Incolis a cœlo ſedem:& ſaturnia nondum
Iliacis mutata malis:tuque aſpera pectus
Egide gorgoneos uirgo ſuccincta furores:
Indigeteſque dei ſponte inter numina noſtra:
Perq̨ caput nullo leuius mihi numīe patris:
Nagnanimique iuro:nunquam lauinia regna
Linquā.nec linqui patiar dum uita manebit.
Otius en teſtare deos.ſi mœnia tædis
Flagrabunt libycis:nullas te ferre metelle
Auſurum in terras greſſus:ni talia ſancis:
Quē tremis.& cuius ſomnos formidīe rūpis:
Annibal hic armatus adeſt: moriere: nec ullo
Pœnorum melior parietur gloria cæſo.
His excuſſa incepta minis:iamq̨ ordine iuſſo
Obſtrigunt animas patriæ.dictataque iurāt
Sacramenta deis:& purgant pectora culpa.
Atque ea dum rutulis turbata mente geruntͬ:
Luſtrabat campos:& ſæuæ triſtia dextræ
Facta recenſebat pertractans uulnera uiſu
Annibal:& magna circunſtipante caterua
Dulcia præbebat trucibus ſpectacula pœnis.
Quas ſtrages inter confoſſus pectora tælis
Seminecem extremo uitā exhalarat in auras
Nunere deficiens iam clelius ora: niſuque
Languida uix ægro:& dubia ceruice leuabat
Agnouit ſonipes:arrectiſque auribus acrem
Hinnitum effundens ſternit tellure uageſum:
Quē tunc captiuo portabat in agmīa dorſo
Hīc rapidū glomerans curſū ꝑ lubrica pīguis
Stante cruore ſoli mutata cadauera cæde
Euolat:ac domini conſiſtit in ora iacentis
Inde inclinatus colla;& ſubnixus in armos



flectebat crura. Trepidabat.quodam tremore & affectu equus uidebatur Clelio blandiri:& illi timere :ut de cane ſcribit Plinius:qui domino in gradus genitorios abiecto cibum afferebat. Milite non illo.laudat Clelium a peritia equitandi:dicitque illum ſuperaſſe omnis:alludens ad Cleliam uirginem:quæ a romanis ſtatua equeſtri honeſtata fuit:quā in ſacra uia ſtatuerūt.unde dicit Seneca.Clelia equeſtri inſidēs ſtatuæ in ſacra uia celeberrimo loco exprobrat iuuenibus noſtris plurimum aſcendentibus in ea urbe illos ſic ingredi:in qua etiam fœminas equo donauimus. Acri.forti & bellicoſo. Proiectus dorſo membra reſupina.ideſt habens membra ſua inclinata in dorſum equi.& hoc faciebat:ut agilitatem oſtenderet ſuam:atque peritiam.reſupinus dicitur in tergum reuolutus. Nudo tergo.ſine ephippio. Trāſigeret.tranſgrederetur:percurreret. Certamina campi.ſpatium campi:in quo certatur curſu. At libys.Hannibal plurimum miratus eſt equum habentem prope ſenſus humanos.& quæſiuit a Cynna:Quis nam eſſet ille iuuenis cui equus ſic blandiebať. Depugnet morti.qui luctetur adhuc morti.ideo repugnet:quoniam nondum plane mortuus erat. Compendia læthi.ideſt mortem quæ clelio laboranti uidebatur eſſe ſalus:itaque Hannibal miſeratus fortem iuuenis iuſſit illum confici:ut tali pœna ſolueretur.compendium dicitur breue iter:inde compendium mortis dicitur ipſa acceleratio mortis. Credulus aduerſi.qui putauit aduerſam illam fortunam non receſſuram amplius a romanis ideo uertit ſe ad Hannibalē:qui tunc fortunæ incumbebat. Ouanti.Hannibali:qui tūc ſecunda fortuna utebatur. Auribus huic inquit.repetit altius Cynna originem Clelii:a clelia ſcilicet uirgine:quæ cum obſes data eſſet Porſenæ ad ſuos enatauit. Renuit frenos libycos.quæ recuſat ſeruire carthagini.paruit aliquando regibus:qui ſeptem fuerūt: Romulus.T.Tatius:qui ſimul regnauerunt.Numa Pompilius:Tullius hoſtilius.Ancus Martius.Tarquinius Priſcus.Serui.Tullius:& Tarquinius ſuperbus: qui Roma pulſus Porſenæ opem implorauit:qui infeſto agmine Romam properans ianiculum occupauit.In ipſo primo aduentu pons ſublicius iter in urbem pene hoſtibus dedit:niſi unus uir obſtitiſſet Hora.cocles.Id munimentū in illa die fortuna urbis Romæ habuit.īpetum quippe ſuſtinuit hoſtilē quoad pons incideretur.inde armatus in tybrim deſiliēs ad ſuos enatauit.Rem auſus inquit Liui.plus famæ habituram ad poſteros q̄ fidei.ſtatua Cocliti in comitio poſita fuit.Coclites dicuntur autore Plinio:qui altero lumine cæci naſcūtur.unde ſcribit Plautus in curgulione de coclitum proſapia te eſſe arbitror.nam hi ſunt unoculi. Solium.ſceptrum & regimen:ſiue dominationem Tarquinii ſuperbi:quem expulit. Exegit.eiecit illum e regno. Fando.ſic Virgi.Fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures.& talia agentis & patientis habent ſignificationem:ut cantando rumpitur anguis.ideſt dum incantatur:& urit uidendo fœmina.ideſt dum uidetur.& fando aliquid dum dicitur:Quis talia fando actiuam habet ſignificationem. Fando.ideſt dum aliquid dicebatur de romanis hiſtoriis. Lydia caſtra.hetruſca. Ope meonia.auxilio hetruſco Ille.porſena. Succinctus.armatus:ſeptus. Reponere.reſtituere in regnum. Adeo.certe. Nequicquam.fruſtra.
Preſſit.inſedit fixis illic tentoriis. Pace probata.ſancita:& conſtituta:ut pacis conditiones inquit Liuius ultro ferret romanis iactatum in conditionibus:nequicquam de Tarquiniis in regnum reſtituendis magis:quia id negare ipſe nequierat Tarquiniis:quam quod negatum iri ſibi a romanis ignoraret de agro uehientibus reſtituēdo impetratum fuit:expreſſaque neceſſitas obſides dandi romanis:ſi ianiculo præſidium deduci uellent.his conditionibus compoſita pace exercitum ab ianiculo abduxit.Porſena ex agro romano exceſſit. Fœdere.pacto. Poſitum.depoſitum. Fides.ut fœdus ſeruaretur.Obſes eſt qui traditur imperio alterius ea conditione:ut ſi dator obſidis a fide recedat recipienti ius ſit in corpus:& uitam obſidis. Pro laude pati.celebrat romanorum uirtutem poeta & conſtantiam:quorum agere ac pati fortia erat. Clelia.Liuius ait.Et clelia uirgo una ex obſidibus cum caſtra hetruſcorum forte haud procul a ripa tyberis locata eſſent fruſtrata cuſtodes dux agminis uirginum

De more inflexis præbebat ſcandere terga
Cruribus:ac proprio quodā trepidabat amore.
Milite non illo quiſquam fœlicius acri
Inſultarat equo:uel ſi reſupina citato
Proiectus dorſo ferret cum membra:uel idem
Si nudo ſtaret tergo.cum rapta uolucris
Tranſigeret curſu ſonipes certamina campi.
At libys humanos æquantem pectore ſenſus
Haud parce miratus equū qui nam ille ſiniſtræ
Depugnet morti iuuenis:nomenque:decuſque
Erogitat:læthique ſimul compendia donat.
Hīc cynna:ad tyrios nanque is ſua uerterat arma
Credulus aduerſi:& tum comes ibat ouanti:
Auribus huic inquit ductor fortiſſime origo eſt
Non digna tuis quondam ſub regibus illa
Quæ libycos renuit frenos ſub regibus olim
Roma fuit:ſed enim ſolium indignata ſuperbi
Vt ſceptra exegit confeſtim ingentia bella
Cluſina uenere domo:ſi porſena fando
Auditus tibi:ſi cocles:ſi lydia caſtra
Ille ope meonia:& populo ſuccinctus hetruſco
Certabat pulſos per bella reponere reges.
Multa adeo nequicq̄ auſi:preſſitque tyrannus
Ianiculum incumbens ubi mox iam pace ꝓbata
Compreſſere odia:& poſitum tum fœdere bellū:
Obſidibuſque obſtricta fides:māſueſcere corda
Neſcia proh ſuperi:& nil non immite parata
Gens italum pro laude pati.bis clelia ſenos

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

inter tæla hoſtium tyberim tranſnauit.Soſpiteſque omnis Romam ad propinquos reduxit:atque reſtituit.romani nouam in fœmina uirtutem nouo genere honoris ſtatua equeſtri donauere.In ſūma ſacra uia fuit poſita uirgo inſidens equo. Iuueni.Clelio eſt nomen a uirgine Clelia. Talia dum pandit.Iam canet poeta funus Pauli:cuius cadauer repertū fuit a pœnis eruentibus cadauera ſuorum ut cremarētur. Liuius ait:Tum ſepeliendi cauſa in unum corpora ſuorum conferri iuſſit: ad octo milia fuiſſe dicuntur fortiſſimorum uiroꝝ.conſulem romanum conquiſitum:ſepultumq; quidam autores ſunt quos poeta nunc ſequitur:affirmans crematum fuiſſe ab hoſtibus cadauer Pauli:qui ob ingentem uirtutem uiſus eſt id mereri etiā hoſtibus:& crudeliſſimis pœnis. Clamor.eruentium cadauera ſuorum:& ſic laudat paulum:qui cecidit inter confertiſſimas acies:ut etiam de Catilina legitur apud Saluſtium. Heu quis erat.deplorat poeta mortem & ſqualorē conſulis ad imitationem Virgilii:apud quem Aeneas de Hectore dicit:Hei mihi qualis erat:quātum mutatus ab illo Hectore:qui redit exuuias indutus Achilis. Modo.paulo ante. Taulantia.illyrica.huius uictoriæ ſupra meminit poeta.nam cum perdomita eſt illyris ora.Taulantii dicti ſunt a Taulantio filio illyrii:a quo illyria denominata eſt. Tyranno illyrico.demetrio:qui tunc regnabat in illyria.Trogus ait:Demetrius rex illyriorum nuper a paulo romanorum conſule uictus ſupplicibus precibus aggreditur iniuriam romanorum quærens.

Squalebat.ſqualida & ſordida erat. Muralis ſaxi.magni quod potuiſſet deiicere muros:ut non ſit mirum ſi paulum ſtrauerit.

Geminatus gaudia.qui geminata gaudia ſuſcepit.tanti fecerat paulum:& nunc eius mortem. Sedenti.cunctatori. Ediſſere.manifeſta canenſem ſtragē ſenatui. Quantus.q̃ fortis omnique uirtute decorus cuius morte magis lætor q̃ tot milium romanorum & optat pœnus ſic mori:ſed īcolumi carthagine:& in hoc laudat Hannibalem patriæ ſtudioſum ſuæ. At ferale decus.extruūtur pyræ a pœnis ut cadauera crementur. Mœſtas cupreſſos.quoniam erant dicatæ pyris & ante ianuā in ſignum luctus ponebantur. Officium infœlix.Virgi.ait Triſte miniſterium. Inane.quod mortuum cadauer non ſentit. Tarteſſia.occidua:quoniam apud tarteſſum uidetur ſol equos ſuos ſoluere:ſupra dixit tarteſſum eſſe conſciam ſtabulanti phœbo.

Nondum complerat primæui corporis annos
Vna puellarum laurentum:& pignora pacis
Inter uirgineas regi tranſmiſſa cateruas
Facta uirum ſileo:rege hæc:& fœdere:& annis
Et fluuio ſpretis mirantem interrita tybrim.
Tranauit frangens undam puerilibus ulnis:
Cui ſi mutaſſet ſexum natura reuerti
Forſan tyrrhenas tibi non licuiſſet in oras
Porſena:ſed iuueni ne ſim tibi longior:huic
Et genus:& clara memorandum a uirgine nomen.
Talia dum pandit uicinus parte ſiniſtra
Per ſubitum erumpit clamor permixta ruina
Inter & arma uirum:& lacerata cadauera pauli
Eruerant corpus.media de ſtrage iacentum
Heu quis erat:q̃ non ſimilis modo punica tælis
Agmina turbanti:uel cum taulantia regna
Vertit:& illyrico ſunt addita uincla tyranno
Puluere canicies atro:arentique cruore
Squalebat barba:& per fracti turbine dentes
Muralis ſaxi:tum toto corpore uulnus:
Q uem poſtquam aſpexit geminatus gaudia ductor
Sidonius.fuge uarro inquit.fuge uarro ſuperſtes:
Dum iaceat paulus:patribus fabioque ſedenti
Et populo conſul totas ediſſere cannas.
Concedam hanc iterum ſi lucis tanta cupido eſt:
Concedam tibi uarro fugam:at cui fortia & hoſte
Me digna haud paruo caluerunt corda uigore
Funere ſupremo & tumuli decoretur honore.
Q uantus paule iaces:qui tot mihi milibns unus
Maior læticiæ cauſa es:cum fata uocabunt
Tale precor nobis ſalua carthagine læthum.
Hæc ait:& ſocium mandari corpora terræ
Poſtera cum thalamis aurora ruebat apertis
Imperat:armorumque iubet conſurgere aceruos
Arſuros gradiue tibi tum munera iuſſa
Defeſſi q̃q̃ accelerant ſparſoſque propinquos
Agmine proſternunt lucos ſonat acta bipenni
Frondoſis ſylua alta iugis:hinc ornus & altæ
Populus alba comæ ualidis acciſa lacertis
Scinditur:hinc ilex proauorum condita ſæclo
Deuoluunt quercus & amantem littora pinum.
At ferale decus mœſtas ad buſta cupreſſos
Funereas:tum deinde pyras certamine texunt
Officium infœlix & munus inane peremptis
Donec anhelantes ſtagna in tarteſſia phœbus



Merſit equos:fugienſque polo titania cæcam
Orbita nigranti traxit caligine noctem
Poſt ubi fulxerunt primis phaetontia frena
Ignibus atque ſui terræ rediere colores:
Supponunt flammam:& manātia corpora tabo
Hoſtili tellure cremant.ſubit horrida mentem
Formido:incerti caſus tacituſque pererrat
Intima corda pauor:ſi fors ita martis iniqui
Mox ferat ac ipſis inimica ſede iacendum.
Aſt tibi bellipotens ſacrum conſtructus aceruo
Ingenti mons armorum ſurgebat ad aſtra.
Ipſe manu celſam pinum flammaque comātem
Attollens ductor gradiuum in uota ciebat.
Primitias pugnæ & læti libamina belli
Hānibal auſonio cremat hæc de nomine uictor.
Et tibi mars genitor uotorum haud ſurde meoꝝ
Arma electa dicat ſpirantum turba uirorum.
Tum face coniecta populatur feruidus ignis
Flagrantem molem:& rupta caligine in auras
Actus apex claro perfundit lumine campos
Hic citus ad tumulum donataque funera paulo
Ibat & hoſtilis læti iactabat honorem
Sublimem eduxere pyram molleſque uirenti
Stramine compoſuere toros ſuperaddita dona
Funereum decus expertis inuiſus:& enſis
Et clypeus terrorq; modo atq; iſigne ſuperbum
Tum lateri faſces:captæque in marte ſecures
Nō coniunx natiuæ aderāt non iūcta propiquo
Sāguine turba uirum:aut celſis de more feretris
Præcedens priſca exequias decorabat imago.
Omnibus exequiis nudo:iamq; hannibal unus
Sat decoris laudator erat fulgentia pingui
Murice ſuſpirans inicit uelamina:& auro
Intextam clamydē ac ſupremo affatur honore.
I decus auſoniæ quo fas eſt ire ſuperbas
Virtute & factis animas.tibi gloria læto
Iam parta inſigni:noſtros fortuna labores
Verſat adhuc:caſuſque iubet neſcire futuros.
Hæc libys:atq; repēs crepitātibus undiq; flāmis
Aethereas anima exultans euaſit in auras.
Fama dehinc gliſcente ſono iam ſydera adibat
Iam maria ac terras:primamq; intrauerat urbē.
Diffidunt muris.ſolam pauitantibus arcem
Sperauiſſe ſat eſt:nec enim ſupereſſe tumentem
Ac ſtare auſonium uacuum ſine corpore nomē.

Titania orbita.ſemita & curſus ipſius ſolis.orbita proprie eſt ueſtigium currus & phœbus dicitur habere currus & equos. Poſt ubi.illuceſcente ſequenti die. Phaetontia frena.phœbea:nam phœbus pater fuit phaetontis. Sui.proprii colores. Supponunt.incendūt pyras. Subit horrida mentem.cogitabāt de euentu fortunæ & illorum qui ceciderant caſu.

Tabo.ſanguine putrefacto. Ita.hoc modo ut illi ceciderant ſit etiam ipſis moriendum in terra hoſtili ac ſede inimica. Aſt tibi bellipotēs.imitatio eſt Virgilii apud quem æneas tropheum marti erexit ſuperato mezentio. Mons.aceruus & cumulus. Comantem.emittentem flammam inſtar comæ. Libamina.deguſtationes & principia. De nomine auſonio.de gente romana. Electa.precioſiora. Spirantum.uiuentium. Tum.poſt talia uerba Hannibal coniecit facem in rogum. Populatur.conficit conſumit. Molem.pyram. Actus.emiſſus in aerem. Rupta caligine.diſcuſſo fumo qui eſt in principio poſtea emicat flamma. Apex.ſummitas flammæ. Hic citus.peracto funere ſuorum properauit Hannibal ad funus pauli celebrandum. Donata.conceſſa ab Hannibale qui pauli uirtutem pompa funeris dignatus eſt & iactabat ſe ꝗ hoſti pararet funus.

Molles toros.ſtratum molle ſuper gramina uirentia:& ornatur rogus pauli enſe clypeo ſecuribus & faſcibus. Expertis.uulneratis a Paulo. Terror.quoniam ſecures conſulares præferebātur ad terrorem.

Modo.paulo ante. Inſigne.quoniam faſces & ſecures erant inſigne conſulis. Superbum.nobile.

Non cōiunx natiue aderant.poeta queriť non interfuiſſe funeri ipſius conſulis filios uxores & alios ꝓpinquos qui funus ornaſſent corpuſque rogo intuliſſent. Celſis feretris.eleuatis ſuper humeros ferentium.feretrum:ut dixi:dicitur quicquid ſuſtinet.unde ea quibus imagines ſuſtinebantur cum circūferrētur feretra appellat. Imago.omnia ſtēmata & imagines maiorum præferebantur apud antiquos in funere gentilitio.Priſca dicunť ea quæ ſuperioribus ſæculis aut ſuperiore ætate fuerunt:ut priſca tempora.priſtina uero quæ fuerunt ſuperioribus annis menſibus diebus:& quæ noſtra memoria fuerunt.ut priſtina noſtra amicitia. Nudo.Paulo priuato & nudo omni honore ac pompa gentilitia:ſed Hannibal Paulum celebrabat cuiꝰ maior laus accedebat a pſona hoſtili q̃ honore gentilitio.Ille enim ſola uirtute ad paulum celebrandum ducebatur. Pingui murice.purpura tincta ſanguine muricis. I decus auſoniæ.laudatio Hannibalis in funere pauli. Superbas.claras uirtute. Quo.ad campos heliſeos. Inſigni læto.clara morte ac digna principe magnanimo. Fama dehic.nullas reliquias eſſe ciuium ſociorumque:ſed ceſos cum duobus exercitibus conſules deletaſq; eſſe copias allatum fuerat Romam.unde magnus pauor & tumultus intra mœnia romana fuit. Gliſcente ſono.quoniam fama uires acquirit eūdo. Vrbem.Romam. Arcem.capitolinam ſcilicet ut fecerant tempore gallorum. Sine corpore.quoniam dicebatur neminem in pugna relictum eſſe.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

Contemptu.dicebant nulla alia eſt cauſa quare nondum hoſtis inuaſit romā niſi quia nos & urbē contemnit. Rapi.ſpoliari. Septem arces.montes quos roma complexa eſt capitolium:palatium:auentinum:cœlium: exquilias:uiminalem:& quirinalem. Lux una euerſas.ſenſus eſt:clades unius diei ad cannas deplorabat caſum multorum qui magiſtratus geſſerant:& angebatur romam amiſiſſe ſexcenta milia iuuenum & magnum numerum ſociorum. Lux una.unius diei calamitas. Bis centum curules.ideſt eos qui magiſtratu aliquo inſignes erant.de ſella curuli & ædilibus curulibus dictum eſt ſupra. Nutantia.trepidantia. Exhauſtæ.euacuatæ tanto robore uirorum. Atque ea.ſcilicet dies gemebat tot ſocios romani nominis periſſe. Poſt trebiam.poſt cladem acceptam ad trebiā ubi alii ceciderant. Thuſci profundi ſtagna.i.traſimenum ubi ceciderunt.xv.milia hominum & flaminius. Socium.ſociorum.

Quodque adeo nōdum portis irruperit hoſtis
Contemptu ceſſare putant.iam tecta cremari
Ac delubra rapi:cædeſque ante ora nefandæ
Natorum:ſeptemque arces fumare uidentur.
Lux una euerſas bis centum inſtare curules
Ac iuuenum bis tricenos orbata gemebat
Milibus exhauſtæ nutantia mœnia romæ:
Atq; ea poſt trebiam:poſt thuſci ſtagna ꝓfundi
Nec ſocium numero pariter leuiore perempto.
Sed uero ſed enim reliqui pia turba ſenatus
Munera ſortito inuadunt.celer omnia luſtrans
Clamitat attonitus fabius:non ulla relicta
Credite cunctādi ratio:approperemus ut hoſtis
Nequicquam armatos auſit ſuccedere muros.
Dura inter pauidos alitur fortuna ſedendo.
Et gliſcunt aduerſa metu:ite ite ocius arma
Diripite o pubes templis:uos atria raptim
Nudate:& clypeos in bella refigite captos
Sat patriæ ſumus e numero:ſi ad prælia noſtræ
Nil minuit pauor:in patulis illa horrida campis
Sit metuenda lues:muros haud fregerit unquā
Exultare leuis nudato corpore maurus.
Dum fabius lapſas acuit formidine mentes
Varronem aduentare uagus per mœnia rumor
Spargit:& occulto perfundit pectora motu.
Haud ſecus ac fractæ rector ſi forte carinæ
Littoribus ſolus uacuis ex æquore ſoſpes
Adnatet:incerti trepidant tendant ne negent ue
Iactato dextras.ipſamque odere ſalutem
Vnius amiſſa ſuperantis puppe magiſtri.
Quam reſtare uiro labem qui accedere portis
Audeat:ac dirum ueniat pauitantibus omen.
Hos mulcens quæſtus fabius deforme docebat
Cladibus iraſci:uulgumque arcebat ab ira
Aduerſis etenim frangi non eſſe uirorum
Qui martem inſcribant genti:non poſſe dolores

Nec leuiore.non minore numero q̄ eſſet numerus romanorum. Sed uero.ſed enim .conduplicatio eſt ad oſtendendam romanorum ſollertiam in aduerſis .P.Furius philo &.M.Pōpo. prætores ſenatum in curiam hoſtiliam uocauerunt ut de urbis cuſtodia conſulerent.neque enim dubitabant inquit Liuius deletis exercitibus hoſtē ad oppugnādam romam quod unum opus belli reſtaret uenturum. Reliqui ſenatus.qui cladi ſuperfuerat. Sortito.per ſortes officia cuſtodiendæ urbis accipientes. Luſtrans animo.ſcilicet circūſpiciens cum eſſet prudētiſſimus. Non ulla relicta.uerba digna Fabio.non eſt cunctandū inquit ſed properādum antequam hoſtis ueniat. Attonitus:tanta clade perculſus. Nequicquam.fruſtra.

Armatos.bene a nobis munitos. Dura.aduerſa quæ metu augetur:ſed illi occurrendū eſt animo forti prudentique.unde dicit Ouidius:Audaces fortuna iuuat timidoſque repellit.& Seneca:Vincit nos fortuna niſi tota uincatur.Iuuenalis etiam de fortuna dicit:Nullum numen habes ſi ſit prudentia. Alitur.nutritur. Sedendo.nihil agendo contra temeritatem fortunæ cui obſtandum eſt cum nihil poſſit cōtra prudentiam. Gliſcunt.creſcunt res aduerſæ in metu. Templis:Liuius ait,Item ad ſocios:latinumque nomen ad milites ex formula accipiendos mittunt.arma.tela alia parari iubēt:& hoſtium ueterum ſpolia detrahūt templis porticibus. Atria.in quibus etiam defigebantur ſpolia hoſtium:atrium eſt prima pars domus. Reſigite.euellite ex atriis & tēplis porticibuſque.ſatis inquit Fabius ſumus ad defenſionem patriæ ſi non timemus:timor inquit Ariſtoteles in rhetoricis facit homines conſiliatiuos.

Lues.Hannibal cum exercitu tanquam lues & peſtis. Exultare leuis.agilis ad exultandum non mœnia expugnanda:& hoc dicit ut minuat pauorem romanis & hoſtes in contemptum trahat. Lapſas.conſternatas timore. Varronem aduentare.cum patres in urbe tumultum ſedarent litteræ a.M.Varrone conſule allatæ ſunt quibus mortem pauli ac cædem exercitus patribus aperuit. Motu.animi affectu & ira. Haud ſecus.romanos odio habentes Varronem cladis autorem & ſuperſtitem comparat illis qui nauis rectorem naufragum quaſi auerſantur & oderunt amiſſis nautis quibus ipſe conſulere debuiſſet. Trepidant.dubitant. Iactato.naufrago. Superantis.ſuperſtitis. Quam labem.maculam & notam infamiæ:hæc omnia rumor uagus ſpargebat reſtare Varroni labē qui audeat romā redire amiſſo eius temeritate exercitu:& ſic romanis timentibus malū omē.

Iraſci cladibus.fracto animo pati clades:quoniā explorāt aduerſa uiros ut ſupra cecinit.calamitas iquit Seneca eſt uirtutis occaſio. Deforme.turpe & indecorū fortibus uiris. Qui martem inſcribant genti.i.romanorum



qui originem ſuam referunt ad martem belli numen:non debent frangi aduerſis.romani inquit qui parētem appellant martem.unde ait Liuius:Et ſi cui populo licere oportet conſecrare origines ſuas & ad deos referre autores ea belli gloria eſt populo romano ut cum ſuum conditoriſque ſui parentem martem potiſſimum ferat. Condere.diſſimulare. Quærere ſolatia luctus ex pœna.ideſt ſupplicio alterius.uerba digna Fabio:nam uir fortis & magnanimus pronus eſt ad ignoſcendum & clementiam:& ſic locus eſt ab honeſto. Si uero.ſi permittitis inquit me exprobrare atque obiicere culpam ueſtram uobis o romani uos cauſa eſtis huius calamitatis qui Varronem temerarium feciſtis conſulem :& ille dies quo ad caſtra profectus eſt magis eſt uobis plorandus q̄ hic quo redit ſine armis & cæſo exercitu.& ſic Fabius modeſte tamen obiecit Varronem plebi. His dictis.uerbis Fabii: ex cuius perſona oſtenditur quid ualeat auctoritas:grauitas & eloquētia quæ imperitam multitudinem ita tumultuantem circumegit & flexit.unde Cicero in oratore dicit:Neque uero mihi quicquam præſtabilius uidetur q̄ poſſe dicendo tenere hominum cœtus:mentes allicere:uolūtates impellere quo uelit:unde autem nolit deducere. Conuerſa.mota ad affectū uerbis Fabii. Nūc.interdum. Fati.calamitatis ipſius Varronis. Gratantum.Liuius ait quo in tempore adeo magno animo ciuitas fuit ut conſuli Varroni ex tanta clade cuius ipſe maxime cauſa fuiſſet redeunti & obuiam itum frequenter ab oībus ordinibus ſit:& gratiæ actæ ꝙ de repu.non deſperaſſet :qui ſi carthaginēſium ductor fuiſſet nihil recuſandum ſupplicii foret.adde etiam ꝙ romani dictaturā Varroni obtulerūt: plena exemplorum inquit Cicero in tertio de officiis:Eſt noſtra reſpu.tum ſæpe tū maxime bello punico ſecundo quæ cannenſi calamitate accepta maiores animos habuit q̄ unquam rebus ſecundis:nulla timoris ſignificatio:nulla mentio pacis. Magna mente.animi magnitudine. Auis.maioribus romanis & romanorum animo inuicto qui malis minime ſuccumbebant. Sceptris ſuperbis.potenti & claro imperio romanorum. Vrbi.romæ quæ habuit originem a laomedonteis ideſt troianis. Reduci.liberato a periculis.

Condere:& ex pœna ſolatia poſcere luctus
Si uero exprobrare ſinant ſibi triſtius illum
Illuxiſſe diem quo caſtris uiderit ire
Varronem q̄ quo uideat remeare ſine armis.
His dictis ſedere minæ:& conuerſa repente
Pectora:nunc fati miſeret.nūc gaudia pœno
Conſulibus repetant cæſis erepta duobus.
Ergo omne effundit lōgo iā ſe agmine uulgus
Gratantum magnaq; actum ſe credere mente
Teſtantur quod ſiſus auis.ſceptriſq; ſuperbis
Laomedontiadum non deſperauerit urbi.
Nec minus infœlix culpæ:grandique pudore
Turbatus cōſul titubantē ad mœnia greſſum
Portabat lachrymās. deiectū attollere uultū.
Ac patriā aſpicerē:& luctus reuocare pigebat.
Quod uero reduci tū ſe populuſq; patreſq;
Offerrent.non gratari ſed poſcere natos
Quiſq; ſuos:frēſq; ſimul.miſeræq; parentes
Ire uidebantur laceranda ad conſulis ora.
Sic igitur muto lictore inuectus in urbem
Damnatum ſuperis aſpernabatur honorem.
At patres fabiuſque ſimul mœrore remoto
Præcipitant curas raptim delecta iuuenta
Seruitia armantur:nec claudit caſtra ſaluti
Poſtpoſitus pudor infixum æneia regna
Parcarꝝ in leges quacunque reducere dextra.
Proque arce:& ſceptris & libertatis honore
Vel famulas armare manus.primæua ſuorꝝ
Corpora prætexto ſpoliāt uelamine: & armis
Inſolitis cingunt:puerilis caſſide uultus
Clauditur:atq; hoſtis pubeſcere cede iubetur.
Idem obſecrantes captiuum uulgus ut auro
Penſarent paruo:nec pauca fuere precantū

Non gratari.ideſt uidebantur non ire gratulatum Varroni ſed repetitum illos qui ſua culpa ceciderant.gratulari & gratari eſt uerbo teſtari læticiam qua afficimur de alicuius ſalute aut fœlicitate. Conſulis.Varronis. Muto.non præ ſe ferente aliquod ſignum læticiæ & ipſe aſpernabatur honorem a ſuperis damnatum. At patres.clade nūciata romanis dictator ex auctoritate ſenatus Iunius dictus eſt &.T.ſempronius magiſter equitum.delectu edicto iuniores ab annis.xvii.& quoſdam prætextatos ſcribunt.quatuor ex his legiones & mille equites effecti.Item ad ſocios latinumque nomen ad milites ex formula accipiendos mittunt.formam noui delectus iopia liberorum capitum atque neceſſitas dedit octo milia iuuenum ualidorum ex ſeruitiis:prius ſciſcitātes ſingulos uellent ne militare empta publice armauerunt. Seruitia.ſerui quos elegerunt fortes & robuſtos. Pudor.nō puduit romanos armare ſeruos pro ſalute patriæ: quoniam nō militabant niſi liberi & nobiles quorum ars militia erat. Infixum.ſcilicet erat romanis reuocare in priſtinam dignitatem quacunque dextra romanum imperium. In leges parcarum.in priſtinum fœlicitatis curſum ut parcæ uolebant:quoniam fatum erat romanos imperare. Vel.etiam armare ſeruos. Prætexto uelamine.ipſa prætexta qua uſque ad.xiiii.annum utebantur:nunc autem prætextatos armauerunt præter antiquum patriæ inſtitutum. Cæde hoſtis.ideſt pubeſcere cedendo hoſtes. Iidem obſecrantes.Hannibal poſt cladem ad cannas copiam fecit redimendi captiuos:decem elegerunt ipſi captiui qui Romam ad ſenatum uenere.ſenatus autem captiuos redimere noluit. Penſarent.redimerent delectum ex omni ætate haberi:Inquit.M.Iunius captiuorum legatus apud Liuium.octo milia ſeruorum armari audio.non minor numerus noſter eſt.nec maiori precio redimi poſſumus q̄ hi emuntur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Durarunt.paſſi ſunt & ſuſtinuerunt reddere pœno ideſt Hannibali qui tantam romanorum conſtantiam mirabatur:& ob id illius animus fractus eſt. Cuncta adeo ſcelera.affert rationem quare ſenatus captiuos redimēdos non cenſuit:quia ſcilicet ſuperauerunt omnia ſcelera & omnem culpā cū permiſerunt ſe armatos capi: nam potius erat moriendum fortiter q̄ turpiter uiuendum. Damnatis.ipſis qui uerterant terga hoſti & ex pugna fugerant fuit impoſitum a ſenatu ut militarēt in ſicilia uſque ad finem belli. Damnatis.quos ſenatus damnauit:quoniam terga uertiſſent hoſtibus præter decorum romani nominis. Meritare.militare. Donec.ſcilicet Hannibal eſſet in italia.Talis inquit erat ſtatus reipu.romanæ taleſque erant mores & tanta ſeueritate res romana regebatur.ſed euerſa tandem carthagine in tertio bello punico luxuria urbem inuaſit.unde exclamat Iuuenalis:Nunc patimur longæ pacis mala ſæuior armis.Luxuria īcubuit uictumque ulciſcitur orbem.Optat poeta carthaginem non fuiſſe ſublatam e medio ſi romani mutaturi erant mores quibus reſpu.eorum ſteterat.unde cecinit Ennius.Moribus antiquis res ſtat romana uiriſq;. ſtante quippe carthagine æmula romani imperii armorum ſtudia quibus plurimum ualebant non omiſiſſent:& id cenſebat Scipio naſica cum Cato in omni ſenatu ſecuritatis nepotum anxius delēdam carthaginem clamaret. Poſt te.tuam euerſionem o carthago. Cui.romæ. Si ſtabat fatis.ſi placebat fatis romanos mores mutatum iri poſt carthaginem funditus deletam utinā maneres īquit poeta:quoniam talem in moribus iacturam non feciſſemus.Initiū tertii belli punici fuit altero & ſexcenteſimo ab urbe condita anno:& intra quintum annū q̄ erat ceptum conſumatū eſt Scipionis æmiliani auſpiciis qui minor aphricanus appellatus eſt.

PETRI Marſi interpretatio in undecimum uolumē Sylli italici.

NVnc age quos clades. Acceptæ cladi ad cānas defectio ſociorum acceſſit quod magno animo tulerunt romani.non enim hæ clades defectioneſque ſociorum eos mouerunt ut aliqua mentio pacis fieret: Populos qui defecerunt poeta deſcribit campanos in primis qui quadam proauorum affinitate romanis coniuncti erant.inde conuiuia ipſius Hannibalis quem Teuthras ſono cytharæ & heroum laudationibus delectauit:magonemque carthaginem a fratre miſſum cuius petitionibus Anno princeps alterius factionis aduerſatus eſt. Nunc age.hortantis eſt:expediam inquit & canam quos populos uerteret ad libyam clades cannenſis. Inſignis.magna. Iapyge.appulo. Sarrana.punica.de ſarra dictum eſt:aliqui tamen autore Gellio tyrum ante fuiſſe appellatam ſarram uolunt. Titubante.nutante & cum mutatur. Certauere palam.aperte ſine aliqua diſſimulatione iunxerunt ſe pœnis nec ullam romanorum habuere rationem. Rumpenti fœdera.trahit Hānibalem in odium ut illos taxet qui ad hominem inſidum ac fœdifragum defecerunt. Læſis rebus.aduerſæ fortunæ. Faciles.leues & inconſtantes in aduerſa fortuna quæ uiros explorat. Ferox ſamnis.bellicoſus:de ira ſamnitum in romanos dictum eſt. In tēpore.occaſione temporis cum ſcilicet romani laborarent accepta clade. Odium.quo romanos proſequebantur ſero inquit pudebit eos hoc feciſſe.nam deleti fuerunt. Facta.defectionem hanc ad pœnos. Ambiguis.dubia fortuna. Hirpini.populi lucani oriundi a ſamnitibus. Indocilis.ideſt minime idonea ad quietem. Indigna.dolet poeta hirpinos rupiſſe fidem cum antea fuerint in officio. Contagia.quoniam uno populo deficiente alii deficiebant.contagium eſt morbus qui tactu contrahitur: inde per tranſlationem malum exemplum contagionem dicimus.Cicero in ſecundo officiorum ait:Nec uero ſolum ipſa cecidit ſed etiam reliquam græciam euertit contagionibus malorum quæ a lacedemoniis profectæ manarunt latius.Atella & galatia urbes campaniæ. Fas ſuperante metu.nam fas erat has urbes eſſe in officio ac ſeruare fidem romanis in quacunque fortuna.ſed metus ſuperabat illud fas:deſperare enim cœperant de imperio:ut ait Liuius:nulla alia re moti ad defectionem niſi metu. Leuitas animoſa.quæ leuiter auſa eſt remouere a ſe iugum ideſt imperium romanum.

Phalantheo.tarentum ut ait Strabo nomen accepit a quodam heroe:phalantus autem poſtea ampliauit qui

Milia miranti durarunt prodere pœno.
Cūcta adeo ſcelera & noxā ſuperauerat oēm
Armatum potuiſſe capi:tunc terga dediſſe
Damnatis ſiculas longe meritare per oras.
Impoſitum donec latio decederet hoſtis.
Hæc tum roma fuit:poſt te cui uertere mores
Si ſtabat fatis.potius carthago maneres.

NVnc age quos clades
īſignis iapyge cāpo
Verterit ad libyam
populos: ſarrana-
que caſtra
Expediā.ſtat nulla
diu mortalibꝯ uſq̄
Fortuna titubante fi
des.adiūgerē dxtras
Certauere palam rū
penti fœdera pœno.
Heu nimium faciles læſis diffidere rebus.
Sæuior ante alios iras ſeruaſſe repoſcas
Atq; odium renouare ferox in tēpore ſamnis
Mox leuis:& ſero preſſurus facta pudore.
Bruttius ābiguis fallax:mox appulus armis.
Tum gens hirpini uana indociliſq; quietem
Et rupiſſe indigna fidem:ceu dira per omnis
Manarent populos fœdi contagia morbi
Iamque atella ſuas:iamque & galatia abegit
Fas ſuperāte metu pœnorꝫ in caſtra cohortes.
Inde phalanteo leuitas animoſa tarento



fuit ſextus ab Hercule.Taras neptuni filius lacedemon ex ſaturia minois regis cretenſiū filia genuit tarentum qui delatus in italiam urbem condidit:& a nomine matris ſaturiam appellauit:& alteram ex ſe tarentum unde ſatureianum caballum appulum & calabꝫ appellat Hora.in ſermonibus:Nō ego circum me ſatureiana uectari rura caballo. Laxare.reiicere. Alta croton.croton urbs in ædito loco ſita in magna græcia condita a myſcello achiuo autore Strabone auxilio archiæ qui ſyracuſas condidit:ciuitas fuit quondam reipu.peritiſſima nec paruā exercendis athletis operam dedit:ex hac fuit athletaꝝ celeberrimus milo crotonias. Ad barbara iuſſa.mandata barbaroꝝ & ſic carpit crotoniates & eoꝝ leuitatem qui cum eſſent quaſi oriūdi ab Hercule qui omnes barbaros mores pro uirili parte ſuſtulit & monſtra barbaris parere ſuſtinuerint.croton nomē accepit a crotone latrone quem oli Hercules iterfecit:& ideo iſtos appellat nepotes theſpiadum.i.filioꝝ Herculis.Theſpis habuit.l.filias ex quibus.l.filios Hercules ſuſcepit:& dicti ſunt theſpiadæ ſed nimis affectate loquitur poeta. Locri.populi in magna græcia uenerunt:ex græcia in italiam pulſi propter mortem aiacis.Virgi.Hic & naritii poſuerunt mœnia locri.

Vadoſi.habentis uada. Curuata.propter ſinus quos habet. Lætas res.proſperam fortunam Hannibalis.

Marti tyrio.ipſis pœnis. Sua prælia.ideſt miſit milites ad pœnos. Iam uero eridani.nunc deſcribit gallos ciſalpinos qui ad Hannibalem defecerunt. Celtæ.ipſi galli qui accolebant padum. Malis.defectioni. Iterꝫ.quia prius rebellauerant. Veteris doloris.concepti cum romani deduxiſſent nouas colonias in agrum gallicum.

Tota mole.omnibus uiribus. Sed fas id celtis.eſto inquit poeta cōcedatur gallis hæc defectio & bois:ſed capuæ nunquam concedetur quæ romam affinitate quadam contingebat. Referre.tractare ac remoliri. Ne.an eſt fas placuiſſe capuæ furorem deficiendi ad pœnos: quem furorem fas fuit propter ueterē iram placuiſſe gallis. Mœnia.ſcilicet campana. Dardana ab ortu.quæ originem habuerunt a troianis:nam ut quibuſdam placet a capi Troiano Capua eſt appellata. Tyranno.Hannibali barbaro. Tēpore.conditione temporis clade.ſ.romanis illata. Luxus & inſanis.deſcribit luxuriam cāpanorum:inde Capuam flexit iter inquit Liuius luxuriantem longa fœlicitate ac indulgentia fortunæ maxime tamen inter corrupta omnia licentia plebis ſine modo libertatem exercentis. Luſtris.locis ubi gulæ indulgetur & uentri.Luſtra inquit Sex.Pompeius ſunt latebræ lucanæ ideſt cubilia ferarum qua ſimilitudine hi qui in locis abditis & ſordidis uentri & deſidiæ operam dant:dicuntur in luſtris uitam agere.unde Plautus in caſſina.ubi in luſtra iacuiſti.& Horatius in ſermonibus:Si neque auaritiam neque ſordes ac mala luſtra obiiciet uere quiſquā mihi. Ignauia.inertia & uita ocioſa. Vnis.ſolis diuitiis habebaē honor.nec erat aliqua ratio uirtutis. Probroſus.turpis & cum dedecore.honor enim debet eſſe p̄mium uirtutis:non diuitiarum quæ nullius precii ſunt comparatiōe uirtutis.honoratis in urbe diuitiis:Inquit Plato in.viii.de repu.atque diuitibus boni atque uirtus in primis negliguntur.exerceturque continuo quod in honore eſt:iacentque ea quæ apud quoſq; improbantur: hanc ſentētiam Cicero in principio tuſculanarum diſputationum poſuit.In tertio libro ſcribit idem Plato:Tum demum urbem eſſe perituram cum es aut ferrum continget eas cuſtodire. Lacerabat.uexabat:hic luxus & mollem reddebat. Hiantem.oſcitantem pigrum inertem ignauum & delitiis deditum atque uoluptati. Reſolutam.ideſt ſine legibus:erat enim illic licentia qua omnes deteriores ſumus & contemnebantur leges & magiſtratus. Truculenta.quæ facit homines truces:habebant inſuper campani uitia & opes quæ eſſent inſtrumenta uoluptatis & luxus & uitiis adderent maiores uires. Exitio.ad exitium impellebat eos ſuperbia & diuitiæ uoluptatum miniſtræ. Modus.menſura copia. Veneno.purpura aſſyria. Manibus.ueſtes campanorum erant manicatæ quod apud antiquos probro dabaē.unde Vir.ait:Et tunicæ manicas & habent redimicula mithræ:lege Gellium. Illita.turpata maculata. Non nulla macula.omni ſcelere ac flagitio. Sæui.irati:erat inquit ſeditio inter patres & plebē. Collidens.cōcutiens. Diſſona.diſcordia & cōtraria inuicē. Pubes.cāpana iuuētus.

Auſonium laxare iugum.patefecit amicas
Alta croton portas.aphriſq; ad barbara iuſſa
Theſpiadū docuit ſubmittere colla nepotes.
Idem etiam locros habuit furor:ora uadoſi
Littoris:argiuos maior qua græcia muros
Seruat.& ionio luitur curuata profundo:
Lætas res libyæ & fortunā in morte ſequuta
Iurauit pauitans tyrio ſua prælia marti.
Iam uero eridani tumidiſſimus accola celtæ
Incubuere malis iterum:ueteriſque doloris
Tota ſe ſocios properarunt iungere mole.
Sed fas id celtis.fas impia bella referre
Boiorum fuerit populis.capuæ ne furorē (tu
Q uē ſenonū gēti placuiſſe & dardana ab or-
Mœnia barbarico non dum ſociata tyranno:
Q uis nam mutato tantū nunc tēpore credat
Luxus.& inſanis nutrita ignauia luſtris:
Cōſumptuſq; pudor peccādo uniſq; relictus
Diuitiis probroſus honor:lacerabat hiantem
Deſidia populum.ac reſolutā legibus urbem:
Inſuper exitio truculenta ſuperbia agebat.
Nec uitiis deerant uires.non largior ulli
Auſoniæ populo.ſic tum fortuna fouebat
Auri argentique modus madefacta ueneno
Aſſirio manibus ueſtis medioque dierum
Regales epulæ atque ortu conuiuia ſolis
Deprenſa:& nulla macula non illita uita.
Tum populo ſæui patres plebeſque ſenatus
Inuidia & lacera collidens diſſona corda
Seditio.ſed enim interea temeraria pubes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Polluſtior.magis polluta q̃ eſſent iuuenes. Origo lucis.obſcuri & ignobiles natales. Habenas.regimẽ capuæ perituræ. Cæde.nã adhibebant gladiatores conuiuiis qui ſe mutuis uulneribus conficiebãt.ideo ait ſpectacula dira. Has mentes.campanoꝝ:dicit poeta patullonem campanum fuiſſe cauſam defectionis:quippe in illa temporis difficultate ſuaſit petendum eſſe a romanis ut alter ex cõſulibus eſſet campanus. Quo.ut. Acrius.uehementius & celerius. Egras.dubias & iam de defectione cogitantes. Nulla ſorte.nullo modo. Temperata.i.excedebat modum in uotis & petitione:nõ.n.erant tẽperata quæ petebantur. Crimine.quia eo ſcelere effectum eſt claꝝ nomen patullonis. Sũmi iuris.conſulatus.Liuius ait.Romã legatos miſſos a campanis in quibuſdam Annalibus inuenio poſtulantes ut alter cõſulum campanus fieret ſi rem romanã adiuuari uellẽt:indignatione orta e curia pulſos:miſſumq; lictorẽ qui ex urbe eos educeret atq; eo die manere extra fines romanoꝝ iuberet quia nimis cõpar poſtulationi latinoꝝ erat. Curuli.ſede cõſulari. Equatũ decus.parem honorem cõſulatus. Geminas.diuiſas romano conſule & campano. Vltorẽ. Hannibalẽ. Electa manus.legati cãpanoꝝ miſſi romã ut talia peterent. Antiſtat.antecellit oibus eloquentia.

Ore.eloquio. Furore.iſania.Liuius ait Virrium ĩpuliſſe plebẽ ad defectionẽ dicẽtem tẽpus ueniſſe quo cãpani nõ ſolum agꝛ quondã romanis per iniuriã adẽptum recuperare:ſed ĩperio italiæ potiri poſſint. Profudit.dixit ut oſtẽderet uirrii loquacitatẽ. Tumidis.inflatis & ſuperbis. Incẽdit.cõmouit aures romanoꝝ ad irã. Fatigat.carpit uirriũ talia petentẽ. Tẽplũ.in quo ſenatus habebatur. Hic torquatus auũ.latini ſuadẽte annio petierũt ut alter cõſulũ eẽt ex latinis:dicebat annius ſi quãdo unq̃ cõſociãdi ĩperii:uſurpãdæ libertatis tẽpus optaſtis:en hoc tẽpus adeſt:& uirtute ueſtra & deũ benignitate uobis datũ:dixitq; in ſenatu romano annius cõſulem alteꝝ ex roma:alteꝝ ex latio creari oportet.Senatus partem æquã ex utraq; gente eſſe:Tum Manlius torquatus irã nõ tenuit ĩquiẽs.Si tãta demẽtia.P.cõſcriptis cepiſſet ut ab ſetino hoĩe leges acciperent gladio cinctum in ſenatum uentuꝝ ſe eſſe diceret & quẽcũq; latinũ in curia exiſtentem ſua manu interemptuꝝ.Annius prætor ira cõmotus cum ſe a ueſtibulo templi citato gradu proriperet lapſus per gradus capite grauiter offenſo ĩpactus ĩmo ita eſt ſaxo ut ſopireẽ:Torquatus miſſus a ſenatu ad dimittendos legatos cum iacentem annium uidiſſet exclamauit bene habet:dii pium mouere bellum:lege hiſtoriam apud Liuium libro octauo primæ dæcadis Hic.tunc.

Equauiſſe.quoniam ille torquatus de quo dixi fuit ſeueriſſimus. Duraſtis.paſſi eſtis ingredi romam hos legatos campanos. Nunq̃ ne per aures.exemplo mouet pellendos campanos ne a maiorum grauitate ac ſeueritate degeneraſſe uiderentur:locus eſt ab honeſto. Tarpeia.capitolina. Paria.parẽ honorẽ in cõſulatu. Acri dextra.Liuius dicit anniũ lapſũ fuiſſe.non ĩpulſũ dextra.

Qui.annius prætor. Piaret.expurgaret:exclamat Torquatus apud Liuium es iuppiter magne aut fruſtra te patrem deum hominũq; hac ſede ſacrauimus. Progenies eius.ab illo Torquato ducẽs originem qui latinos expulit. Palmas.manus iniicientem in oculos cãpanoꝝ.

Proauita facta.uolebat imitari torquatum proauum qui ut canit poeta manu ꝓpria Anniũ e capitolio deturbauit. Proh cuncta pudendi.uerba Fabii obiicientis impudentiam campanis talia petentibus.o campani inquit omnium ex parte impudentes:uacat nunc ſedẽs cõſulis cæſi in bello:quẽ nã ex ueſtris ĩ locũ demortui ſubrogari

Delicta augebat pollutior ipſa ſenectus.
Nec quos uile genus deſpectaque lucis origo
Fedabat ſperare ſibi depoſcere primi
Deerant imperio ac patriæ pereũtis habenas.
Quin etiam exhilarare uiris conuiuia cæde
Mos olim:& miſcere epulis ſpectacula dira
Certantum ferro ſæpe & ſuper ipſa cadẽtum
Pocula:reſperſis non parco ſanguine menſis.
Has aſtu aggreſſus quo uerteret acrius ægras
Ad tyrios mentes:quæ nulla ſorte daturam
Certus erat romã:neq; enim tẽperata uolebat
Pactulo fuit haud óbſcurum crimine nomen
Hortatur ſummi partem depoſcere iuris:
Atque alternatos ſociato conſule faſces:
Et ſi partita renuant ſediſſe curuli
Equatumque decus geminaſq; uidere ſecures:
Vltorẽ ante oculos atq; ora aſtare repulſæ.
Ergo electa manus greſſu fert dicta citato:
Antiſtat cunctis præcellens uirrius ore.
Sed genus obſcurum:nulliq; furore ſecũdus.
Impia dementis uulgi:& uix tota profudit
Conſulta tumidis incendit uocibus aures.
Concordi fremitu renuẽtum effunditur aſper
Toto e concilio clamor:tum quiſque fatigat
Increpitans:uocũq; tremit certamine templũ.
Hic torquatis auum fronte æquauiſſe ſeuera
Nobilis heu capua portantes talia dicta
Romuleis duraſtis ait ſuccedere muris:
Ad quos nõ auſi carthago atq; hãnibal arma
Poſt cannas afferre ſuas:nunquã ne per aures
It ueſtras:in tarpeia cum ſede latini
Orarẽt paria:haud uerbis:haud uoce:ſed acri
Propulſum dextra:qui tum mãdata ſuperbo
Ore aſportabat:tanto per limina templi
Turbine præcipitem reuoluti corporis actũ
Vt ſæuo afflictus ſaxo ſpectante piaret
Triſtia dicta ioue:& lueret uerba ĩpia læthο.
En ego progenies eius qui ſede tonantis
Expulit orantem & nuda capitolia conſul
Defendit dextra:rabidũ hũc:palmaſq; uiroꝝ
Intentantẽ oculis proauitaq; facta parantem
Vt uidit maiore adeo crudeſcere motu
Excipit his frẽdẽs fabius:proh cũcta pudẽdi



Sedes ecce uacat belli uiduata procella
Quem quæſo e uobis huic impoſuiſſe paratis?
Inque locum pauli quem nam datis? an tua uirri
Prima atque ante alios ſors concedente ſenatu
Te citat.ac noſtris æquat iam purpura brutis?
I demens:quo tendis ait.tibi perfida faſces
Det carthago ſuos:medio feruore loquentis
Impatiens ultra gemitu cohibere furorem
Fulminea toruum exclamat marcellus ab ira:
Quæ tandem & q̃ lenta tenet patientia mentem
O confuſe nimis gradiui turbine uarro:
Vt perferre queas furibunda inſomnia conſul?
Non ne exturbatos iam dudum limine templi
Præcipites agis ad portas:& diſcere cogis
Semiuiros quod ſit noſtro de more creati
Conſulis imperium? non unq̃ ſobria pubes
Et peritura breui moneo ocius urbe faceſſe.
Muros ante tuos: ut par eſt: debita ductor
Arma tus reſponſa dabit.conſurgere cuncti
Hinc pariter:magnoque uiros clamore premebant.
Nec non & foribus propere campana iuuentus
Extulit ipſa gradum. tantæque dolore repulſæ
Concitus annibalem uoluebat uirrius ore.
Fuluius:huic iam ſpondebant præſagia mentis
Venturum decus:& capuæ pereuntis imago
Iam tum erat ante oculos:non ſi carthaginis inquit
Ductorem ueſtris deuictum colla cathenis
Romam uictor agas:poſthac intrare quirini
Sacratas dabitur ſedes:tende ocius oro
Quo mens ægra uocat.referunt hæc inde citati
Mixta minis & torua trucis reſponſa ſenatus.
Tanta ne omnipotens caligine merſa latere
Fata placet? ueniet quondam fœlicior ætas
Cum pia campano gaudebit conſule roma:
Et per bella diu faſces perque arma negatos
Vltro ad magnanimos referat ſecura nepotes:
Pœna ſuperborum tamen hæc durabit auorum
Quod non ante ſuos capua ad ſuffragia mittet
Quam carthago ſuos:poſtq̃ nunc dicta ſenatus
Nunc fata expoſuit tum ueris falſa per artem
Virrius admiſcens cecinit fatale cruenti
Turbati ſignum belli:furiata iuuentus
Arma annibalemque uolunt:ruit undique uulgus:
Et pœnos incerta uocant ingentia facta.
Sidonii iuuenis celebrant ut uicerit alpes
Herculei ſocius decoris diuiſque propinquas

uultis.commotus erat Fabius:& ideo crebris utitur interrogationibus. An tua uirri: uertit ſermonem ad uirrium an ĩquit es tu primus eligendus conſul?

Citat:uocat ad conſulatum.

Brutis:conſulibus.nam primus conſul fuit Brutus. Faſces ſuos:ſuffetes uocabantur cõſules apud chartaginẽ. Quæ tandem:uerba Marcelli quibus uarronem carpit animo cõſternatum calamitate cannenſi. Inſomnia poſtulata campanorũ

Exturbatos: eiectos & extra limen templi compulſos. Semiuiros:effemĩatos & luxui ſeruientes campanos. Faceſſe: diſcede abi. Conſurgere:conſurgebant romani ĩ campanos.

Fuluius ingenioſe uerba hæc fuluio tribuit ſyllius quoniam paulopoſt cũ appio claudio collega capuam obſedit:ideo ait ꝑſagia ſpondebant futurum decus. Non ſi:uerba fuluii dicẽtis.o uirri nõ ĩgredieris poſthac romam etiam ſi Hannibalem uictum duceres. Sacratas ſedes:romã: Ouidius in faſtis.Dignus roma locus quo deus oĩs eat.Tanta caligine: ignoratione futurorum. Fata:diſpoſitiões fatorum. Vltro:ſponte datos faſces.i.conſulatum. Secura: nihil timens. Nepotes: ipſis campanis poſteris:roma inquit ultro dabit faſces nepotibus iſtorum quibus nunc tanto furore dederunt repulſam:tamẽ hanc pœnam habebunt campani q; non ante habebunt ius latii & cõſulatum q̃ ipſa carthago quæ nũc erat inimica.ignoramus ãt hunc primum conſulem campanũ Annalium inopia. Poſtq̃ expoſuit.ſ.Virrius ipſis campanis ad quos redierat dicta ac facta romani ſenatus: Hannibalẽ in urbem uocarunt a romaniſque defecere.Fatale ſignum:qđ attulit fatum & calamitatẽ ipſis campanis. Ingentia facta.in cõtemptum romanorum campani geſta Hãnibalis extollebant.

Herculei decoris : laudis quã meruit hercules alpes tranſcendens. Diuis:cælo eiectas.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vada eridani ꝑpter pugnā ad Ticinum qui emittit in padū. Lydia ſtagna: traſimenum. Proceres regū: imꝑatores & cōſules qui habebāt habenas regꝫ. Parentis: Amilcaris q̄ Hānibalem nouē annos natū iurare coegit bellū contra romanos. Vnum: ſolū Hannibalē. Exanguis populi. romani. ſ. iā prope cōſumpti quē trahit in cōtemptū. Prorſus enim tāto. Ironice & ex ſtomacho dicebāt hoc cāpani poſt repulſā digniorē eē Varronē nomine conſulari q̄ oſtro effulgens fugit ex acie ut fœmina: q̄ſi diceret nos eſſemus lōgo digniores & ſic ex rei indignitate mouet ad defectionē. Inuictū robur: fortitudinē & magnanimitatē. laudat poeta robur animi & officium ipſius decii: de quo Liuius ea ne fierēt neue legatio mitteref ad pœnū ſūma ope Decius Magius uir cui ad ſūmā auctoritatem nihil ꝑter ſanā ciuiū mentem defuit: reſtiterat. Itis ait ciues: oratio decii ad campanos qua eos accuſat pluribus rationibus cū uiolarēt fœdera q̄bus romanis iungebanf & Hānibalē fœderis uiolatorē ī odiū trahit. Caput: Hānibalis damnati a ſuperis quoniam fœdera rupit. Obliuio recti: locus eſt ab honeſto adeo ne inquit eſtis oblitiiuſticiæ & officii ut tantam turpitudinem non fugiatis. Rutulis: romanis. Res tepidæ: loquitur per tranſlationem. nam dum uulnus adhuc eſt tepidum debemus adhibere fomenta: ſic recens calamitas romanorum ſubſidium efflagitabat. Is locus officio: optima ſnīa quoniam in aduerſis amici cognoſcunf & officium eſt præſtandum amicis aliqua calamitate laborātibus. unde Ouidius ait: Scilicet ut fuluum ſpectaf ignibus aurum: Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides. Dum iuuat & uultu ridet fortuna ſereno: Indelibatas cuncta ſequuntur opes. hæc eadem ſnīa ē apud Palutum in ſticho. Fouere læta: eē in officio erga illos qui ſecūda utunf fortuna nō ē opus & decus uiri magnanimi ē qui uerſaf circa magna & ardua laboribus difficultatibuſq; plena. Animas: romanoꝝ. Nunq̄ anguſta: laudat fortitudinē romanoꝝ quorū pectora nunq̄ erāt anguſta malis quoniam quicquid aduerſi accidiſſet erecto animo tolerabant & ſuſcipiebant: nec frangebanf aduerſis. Iccirco inquit Horatius in ſermonibus: Viuite fortes fortiaque aduerſis oppōite pectora rebus. pectora dicūtur anguſta malis quæ mala ſuſcipere ac tolerare nō poſſunt: ut ſunt ignaui & molles: fortes aūt malo fruuntur. Capiunt: delectant romanos ipſæ calamitates q̄ ſunt uirtutis occaſio. capio īterdum ſignificat delecto. Martialis. Te fortaſſe magis capiet de uirgie porca: Me materna graui de ſue uulua capit. Cannæ: pugna cannenſis & ad traſimenū & mors pauli æmilii. tantum abeſt inquit ut ſint cōſternati romani cladibus acceptis ut etiam maiores animos ſumant. Hi ſunt qui ueſtris: cōmemorat beneficia romanorum in campanos ut oſtendat eſſe ingratos ſi a romanis ad pœnos defecerint. Hoſtem: ipſos ſamnites ſupra dixit. Vos & campana tueri mœnia depulſo ſamnitum robore dignum Sigeis duxiſtis auis. Iura: ideſt q reſtituerunt nobis libertatem prope ademptam a ſamnitibus. Remorunt: propulſarunt bella quæ inferebant nobis ſamnites propter ſidicinos qui ad opem campanorum confugerant. ſamnites omiſſis ſidicinis omnem belli molem in campanos uerterunt quos romani liberarunt pulſo robore Samnitum. Quos ſocios: imprudentiæ accuſat campanos deficientes a romanis uiris clariſſimis & optimis ad pœnos fœdifragos & barbaros.

Additis: adiungitis uobis pœnos crudeles & infidos: Dardanius: troianus. de capua & eius nomine dictum eſt: Suetonius in cæſare idem ſentit qđ poeta dicens: in monumento tabula ænea inuenta ē i quo dicebaf capis conditor capuæ ſepultus conſcripta lr̄is uerbiſque græcis in hanc ſnīam. Quādocunq; oſſa capys detecta eſſent

Tranſierit curſu rupes: ut cede refecta
Clauſerit eridani uictor uada: uictor ut idem
Lydia romano turbari ſtagna cruore:
Et trebiæ ripas æterno nomine famæ
Tradiderit: paulumque idē inter prælia: & idē
Flaminium proceres rerum demiſerit umbris.
His ſuper exciſam primori marte ſagūthum:
Et iuga pyrenes: & iberum: & ſacra parentis
Iuratumque uiro bellum puerilibus annis.
Accumulant unū ducibus tot cæde peremptis
Tot fuſis acie ſtare inter prælia nullis
Attactum telis ſuperum: cum munere detur
Huic ſociare uiro dextras: & fœdera iungi
Faſtus: & exanguis populi uanumq; tu morē.
Nimirum capua & dominatū perferat urbis
Ceu famulis faſces æquataque iura negantis.
Prorſus enim tanto potiorē nomine habendū
Varronem ut fugiat conſul fulgentior oſtro.
Talia iactantes iam lectam ſorte parabant
Mittere quæ tyrios adiungat fœdere pubem.
Sed non inuictum ponebat pectore robur
Tum ſolū decius capuæ decus: iſque receptus
In medios cœtus: neque enim differre dabaf.
Itis ait ciues uiolanda ad iura parentum:
Damnatumque caput temerati fœderis aris
Iungitis hoſpitio: quæ tanta obliuio recti
Magna: atq; ī magnis rebus populiſq; uiriſq;
Aduerſam oſtentare fidem: nūc tempus inire
Prælia pro rutulis: nūc ſigna aciemq; mouere
Dum tepidæ res & medicinā uulnera poſcūt.
Is locus officio cum ceſſant proſpera: cumque
Dura ad opem fortuna uocat: nā læta fouere
Haud q̄q̄ magni ē animi decus: hic age adeſſe
Noui diis animas ſimiles & pectora magnis
Nūq̄ anguſta malis: capiūt mihi credite cānæ
Et traſiméa uada & pauli memorabile læthū.
Hi ſunt qui ueſtris infixum mœnibus hoſtē
Deiecere manu: & capuam eripere ſuperbis
Samnitum iuſſis: hi ſunt qui iura dedere
Terrore expulſo: ſidicinaque bella remorunt:
Quos fugitis ſocios odiis quoſue additis ille
Dardanius cui ſacra pater cui nomina liquit



A ioue ducta capis magno cognatus iulo:
Ille ego ſemihomines inter naſamonas: & iter
Sæuum atq; æquātem rictū garamāta ferarū
Marmarico ponam tentoria mixtus alumno:
Ductoremq; ferā cui nūc pro fœdere: proque
Iuſtitia eſt enſis: ſolæque e ſanguine laudes:
Non ita non decio permixtū faſque nefaſque
Hæc ut uelle queat. nullo uos inuida tanto
Armauit natura bono q̄ ianua mortis
Quod patet e uita non æqua exire poteſtas.
Hæc uana auerſas decius iactauit ad aures.
Aſt delecta manus iungebat fœdera pœno:
Iamq; aderat præmiſſa duci turbāte tumultu
Autololes numeroſa cohors: ipſe agmie ma
Feſtinata citus p cāpos ſigna mouebat. ) gno
Et decius nunc hora uiri: nunc tempus adeſte
Dū capua dignū: dū me duce dextera uindex
Molitur facinus: procūbat barbara pubes dire
Pro ſe quiſq; alacres rapite hoc decus hoſtis a
Si parat obſtructas præbete cadauere portas
Et ferro purgate nefas: hic denique ſolus
Eluerit ſanguis maculatas crimine mentes.
Dumque ea nequicquan non ulli læta profaf
Audita aſperitate uiri. ceptoque feroci
Multa fœta gerens ira præcordia pœnus
Aſtabat muris: propereque accerſere lectos
Immitē caſtris decium iubet horrida uirtus
Armatumque fide pectus rectique cupido
Et maior capua mens imperterrita mole
Inuicta ſtabat toruoque minantia uultu
Iuſſa ducis uerbiſque etiā īceſſebat amaris.
Quē libyæ rector tot ſigna tot arma ferentis
Spernētē īcrepitās magno clamore profatur:
Poſt paulū poſt flaminiū cōponimur heu heu
Vecordi decio mecum certarē uolenti.
In decus et famam læthi rapite: ite citati
Signa duces: pateatque mihi cāpana uetante
Vrbs decio explorare libet noua bella mouēti
Cui patuere alpes ſaxa im pellentia cœlum
Atque uni calcata deo. ſuffuderat ora
Sanguis: & a toruo ſurgebāt lumine flammæ.
Tum rictu ſpumas & anhelis faucibus acta
Verſabant pœnitus dirum ſuſpiria murmur.
Sic urbem inuectus tanto comitante ſenatu
Et uulgo ad ſpectata ducis ſimul ora ruente
Effundit cūctam rabiem irarumq; procellas

fore ut Iulo prognatus manu conſanguineorum necaretur. A ioue ducta. quoniam reges troiani a ioue habuerunt originem. Cognatus iulo: & ſic oſtendit campanos eſſe coniunctos ſanguine cum romanis quibus dedit originem. Magno iulo: alludit ad magnitudiem romani imperii. Sæuum: crudelem ritu ferarum. Rictū, os ferinum. Marmarico: libyco. E ſolo ſanguie. crudelitate non iuſticia cæteriſque uirtutibus Non ita decio: ego inquit non ſum talis ut nullum diſcrimen faciam inter fas & nefas. Hæc. defectionem ad pœnos.

Nullo uos inuida tanto. ſenſus. potius eſt moriendū q̄ admittendum tantum ſcelus. Inuida natura: quæ creauit nos mortales. Tanto bono: & ſic itelligit mortem eſſe bonum quoddam & munus naturæ: fortes uiri ſtoicique potiſſimū habēt mortem ꝑ ualidiſſimo telo quo aduerſus hoſtes utantur ut fecit cato uticenſis. Non æqua: iniqua & moleſta quæ non placet quoniam patet ianua mortis & ptās exire e uita nō æqua. Aſt delecta manus: ideſt legati campanorum miſſi ad Hannibalem ut cum eo fœdus percuterent. Liuius ait. legati ad Hānibalem uenerunt pacemque cum eo his cōditionibus fecere. Nequis īperator magiſtratuſue pœnorum ullum ius i ciuem campanum haberet ne ue ciuis campanus inuitus militaret munuſue faceret: ut ſuæ leges: ſui magiſtratus campanis eſſent: ut. ccc. ex romanis captiuos pœnus daret campanis quos ipſi elegiſſent cum quibus æquum campanorum qui in Sicilia ſtipendia facerent permutatio fieret. Autololes: populi aphricæ de quibus dictum eſt. Ipſe: Hannibal ſequebatur cohortem autololum: & decius iterum hortatus eſt ad egregium facinus campanos: ſed nihil profecit. Vindex: quæ ulciſcetur clades illatas romanis: Liui. ait. Vt uero præſidium mitti ab Hannibale audiuit primo ne reciperetur uociferatus eſt: deinde ut receptum aut reiiceretur: aut ſi malum facinus q; a uetuſtiſſimis ſociis cōſanguineiſque deſciſſēt purgare uellent: forti ac memorabili facinore ut īterfecto punico præſidio reſtituerent ſe romanis. Eluerit: purgabit mentes noſtras maculatas crimine iam admiſſo. Profatur: palam loquitur palam inquit Liuius uociferatus eſt decius. Fœta: plena. Pœnus: Hānibal.

Accerſere decium iubet: hæc cum eſſent relata Hannibali qui uocarent decium ad ſe in caſtra primum miſit: ut ait Liuius: deinde cum eis ferociter negaſſet ſe iturum nec Hānibali ius eſſe diceret in ciuem campanum concitatus ira pœnus comprehendi hominem uinctumque ad ſe trahi iuſſit: miſitque nuncium ad Marium bloſiū ꝑtorem campanum poſtera die ſe capuæ futurum. aliter cāit poeta. Inceſſebat: taxabat aſperis uerbis. Decius in ſenatu cām dicere iuſſus ē q cū manente ferocia ai negaret lege fœderis id cogi poſſe tū iiectæ cathenæ: ducique i caſtra ē iuſſus: q cōcionabundus iceſſit ad circunfuſā undique multitudinem uociferans: hētis libertatē quā petiſtis cāpani foro medio luce clara uidētibus uobis. nulli cāpanorū ſecundus uinctus ad mortē rapior: Poſt paulū uociferatio Hānibalis in deciū. poſt mortē īqt pauli æmilii clariſſimi ducis & flaminii cædē eſt mihi pugnādū cū decio uecordi quem deridet. Componimur: opponimur & pugnandū ē nobis. Mecum certaſſe uolēti. q. d. uult mecū certare ut a me īterficiaf: & gloriam ob id ſibi compet. Libet: placet decio mouenti noua bella expiri me cui patuere alpes quæ ad cælum eriguntur. Deo: herculi. Iratum procellas: maximas iras. Non clau



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ſi penates:Hannibal inquit liuius īgreſſus ur/bem ſenatum extēplo poſtulat:precantibuſ/que inde primoribus ciuitatis ne qd eo die ge/reret:diemque ut ipſe aduentu ſuo feſtum læ/tus ac libens celebraret q̄q̄ præceps ingenio in iram erat :tamen neqd in principio negaret ui ſendo urbem magnam diei partem conſum/pſit.decius Hannibali urbem ingredienti ob/uiam prodire noluit: ſeque tenuit ī foro cum filio clientibuſque paucis ocioſe inambulauit
Globus:milites miſſi ab Hānibale. Solus ne ruentem:uerba Hannibalis ad deciū. Illa tus ueluti:Hannibalem ſpuentem in decium comparat leoni mandenti iuuencum. Illa/tus.cum ſeſe intulit armentis. Anhelātem: timentem mugientem. Sanguine humano. alludit ad ritum punicum:illic.n.numina ſan guine humano placabantur:romæ ut inquit Plinius Herculi qui erat in pātheo pœni quot annis humana uictima ſacrificabant. En de xtra:carpit Hannibalis perfidiam & crudelita tem non dum inquit patet tibi curia campa/na & panditur carcer.Apud Liuium ſic loqui/tur.quid uiolentius.capua capta fieret ite ob/uiam annibali.exornate urbem diemque ad/uentus eius conſecrate ut hūc triumphum de ciue ueſtro ſpectetis:hæc eo uociferāte cū mo/ueri uideretur uulgus obuelatum caput ē oci/uſque rapi extra portam iuſſus eſt. Obnubi tur:uelatur nigra ueſte caput decii. Ferox: decius animi atrocis: & inuicti trahebatur uí ante oculos campanorum. Exin uictor:Hā nibal compos uoti ſui uinctoque decio luſtrat urbem ac templa. Serenos:placidos beni/gnos: Quis ſator:conditor capuæ. Aci es frenata.equeſtris. ſeruat decorum bellicoſiſ ſimi ducis qui non quærebat quot eſſent ī ur/be tēpla:ſed quot acies armatæ.& quot ad bel lum fouendum talenta. Capitolia:erat.n.ca puæ aliud capitolium. Stellates campos: campi ſtellates erant in agro campano fertiliſ/ſimi:campum ſtellatem maioribus conſecra/tum autore Tranquillo agrumque campa/num ad ſubſidia reipu.uectigalem relictū cæ/ſar diuiſit extra ſortem.xxv.milibus ciuium q bus terni plures ue liberi eſſent. Cererem be nignam:campos fertiles & magnam uim fru menti. Iamque diem ad metas:deſcribit oc caſum ſolis. Heſperus: ſtella quæ ſubſequi tur ſolem occidentem : heſperum luciferum eſſe anaximander primus inueſtigauit. In ſtituunt æpulas.deſcribit conuiuium qđ cam pani pararūt Hānibali. De more:cōſueto lu xu. Feſtā:ornatā & lætā aduētu Hannibalis.

Nec non & decio propiora pericula mentem
Flāmarant:tempuſque adeo cernebat adeſſe
Q uo laudes ducis inuicti ſuperaret inermis.
Non illum fuga non clauſi occulere penates.
Sed liber ueluti nullus penetraſſet in urbem
Annibal intrepido ſeruauerat ocia uultu:
Cum iuuenem ſæuis horrendum concitus armis
Inuadit globus & pedibus ſublime ſedentis
Ductoris ſiſtit;tonat inde ferocibus alte
Inceſſens uictor dictis:ſolus ne ruentem
Fulcire ac reuocare paras a funere romam
O demens:en qui diuum mihi munera tanta
Eripiat decio prorſus ſeruabar inerti
Vincendus decio imbelli cui fœmina nulla
Orta in agenoreis noſtræ carthaginis oris
Ceſſerit.huic agedum:nam cur indigna feramus
Magnanimo miles meritas innecte cathenas
Dixerat:hæc nondum finem conuicia norant
Illatus uelut armentis ſuper ardua colla
Cum ſeſe impoſuit uictorque immane ſub ira
Infremuit leo:& immerſis grauis unguibus hæſit
Mandit anhelantem pendens ceruice iuuencum.
At decius dum uincla ligant necte ocius inquit
Nam ſic annibalem decet intrauiſſe cathenas
Fœderis infauſti precium:ſic uictima prorſus
Digna cadit decius:nec enim te ſanguine lætum
Humano ſit fas cæſis placaſſe iuuencis.
En dextra:en fœdus:nondum tibi curia nec dum
Templorum intranti poſtes iam panditur acri
Imperio carcer:perge ac primordia tanta
Accumula paribus factis mihi fama ſub umbris
Te feret oppreſſum capuæ cecidiſſe ruinis.
Nec plura effari conceſſum:obnubitur atra
Veſte caput:trahiturque ferox ante ora ſuorum.
Exin uictor ouans ſedato pectore tandem
Spectandis urbis tectis:templiſque ſerenos
Lætus circumfert oculos & ſingula diſcit
Q ui muris ſator:& pubes ſit quanta ſub armis
Q uotque auri pateant bello argentiq; talenta
Nunc qualis frenata acies nunc deinde pedeſtris
Copia quanta uiris monſtrant capitolia celſa
Stellateſque docent campos:cereremque benignam.
Iamque diem ad metas defeſſis phœbus olympo
Impellebat equis:fuſcabat & heſperus umbra
Paulatim infuſa properantem ad littora currum.
Inſtituunt de more æpulas feſtamque per urbem



Regifice:regio luxu:Virg.Regales inter menſas.diuerſatus eſt Hannibal:inquit Liuius apud Minios celeres ſcenium pacuuiumque inclytos nobilitate ac diuitiis. Dignatus:quem dignum iudicauerunt. Oſtro pur/pura.Virg.ſtratoque ſuper diſcumbitur oſtro. Toris:lectis diſcubitoriis Sublime:in ſublimi loco.ſic aeneas accipitur a didone.ideo Vir.ait.Inde toro pater æneas ſic orſus ab alto. Adolere:incendere adolere inquit Noni us proprie eſt uerbum ſacra reddentium qđ ſignificat uotis.uel ſupplicationibus numē auctius facere.Papinius i thebaide deſcribens conuiuium adraſti ſic canit.Canis etiam num altaribus ignes Sopitum cinerem & tepidi li/bamina ſacri Seruabāt adolere focos : epulaſque recentes Inſtaurare iubet.Penus:inqt ſceuola ē quicquid recōdi tur ad annuum uſum : & dicuntur penora eo ꝙ non in promptu ſint:ſed intus & penitus habeātur.penus apud antiquos autore gellio uariis generibus dictum:& uarie declinatum eſt.nam & hoc penus & hæc penus:& huius peni & peniris:& penitiris : & penoris ueteres dictita/runt. Aſpera pondera : uaſa argentea: & aurea cælata.
Antiquitus.i.uaſa archetipa. Stupet.admiratur pro pter diſſuetudinem. Opimæ:luxurioſæ & magnifico apparatu ſtructæ. Haurit:accipit uidet luxū campanū.
Ipſe:Hannibal. Damnat:accuſat cum fuiſſet ī uictu ad eam diem parciſſimus. Faciles:quæ faciles eē debēt ex ībus nō cōparatis ad luxū.pabile.n.ē & facile qđ natu ra deſiderat. Tāto agmine:tāto luxu & apparatu cum ſeruoꝝ ſtrepitu.Epicurus dicebat naturales diuitias faci les eē atq; parabiles:ꝙ paruo eēt natura cōtēta. Laxarūt: exhylararunt ſeuerā & uoluptatibus prius rebellem Hā nibalis mētē.horatius ait ī ſermōibus.Explicuit uino cō tractæ ſeria frōtis. Perſonat euboica:hoc fingit ad imi tationē Vir.& ex ueteri īſtituto.quoniā tūc poetæ cane/bāt ī cōuiuiis laudes heroū. Cymes.i.cumarū.dr.n.cy me cymes & cume cumaꝝ oppidū cāpaniæ pr̄ia theutrā tis. Teſtudie:cythara. Euboica:cumea . nā ex chalcide oppido euboiæ uenerūt q ī italia cumas cōdiderūt.unde Vir.ait.Chalcidicaq; leuis tandē ſupaſtitit. Iamq; iouē: theutras uult oſtēdere capyn capuæ conditorē habuiſſe originem a ioue.Athlas.vii.filias habuit quæ in cælo ply ades dicuntur .harum electra ex ioue genuit iaſium & dardanum.Iaſius celebs manſit. dardāus duxit chryſen pallantis filiam.Vnde nati ideus & dymas:qui regnaue/runt in arcadia.Dardanus nauigauit in aſiam & ibi poſu it ſedem.Ideus cum parte copiarum ſedit in montibus q ab eo idei dicūtur cybeli extructo templo initiandi mo/dum inſtituit:& orgia. Dardanus accepto agro a teucro rege loci teucriam urbem ſui nominis condidit.phano/demus ait ex attica profectum dardāum q mortua chry ſe duxit batheam filiam teucri : ex qua genuit erictoniū qui fuit fortunatiſſimus.ex erictonio & calliroe filia ſca/mandri natus eſt tros.ex troe & callanide heumedis filia aſſaracus:ex quo & clitodore Laomedontis filia natus ē capys:cuius & nymphæ naidis anchiſes filius fuit.anchi ſæ ac ueneris æneas. Furta.concubitus. Atlantidos: filiæ athlantis.Oui. ī faſtis. Dardanon electra quis neſcit atlantide natum.Scilicet electram cōcubuiſſe ioui. Ma gna ſtirpe:diuina a ioue. Ilus:filius aſſaraci condidit ili um. Muris:capuæ: Honori nominis:ad honorem capys conditoris. Auguſto:ſacrificio. Carcheſia:po cula. Libat:ſacrificat. Irrorat menſis.ſacrificat ſuper menſas.de hoc ritu dictum eſt ſupra. Ardeſcit:calet ui no hauſto poſt libationem in honorem capys. Interea tyrio:dum Hannibal epulis operam daret perolla fili/us eum confodere deſtinauit:ſed pater non permiſit le/ge patris & filii uerba apud Liuium. Iuuenis:perolla.
Vna mens:unus inquit Liuius nec dominorum inui/tatione:nec ipſius interdum Hannibalis perolla uinci po tuit. Venenis:uino qđ appellat uenenum.Plinius ait li.xiiii.Androcides ſapientia clarus ad alexandrum ma/

Regifice extructis celebrant conuiuia mēſis.
Ipſe deum cultu & ſacro dignatus honore
Præcipuis multoq; procul ſplēdentibus oſtro
Accipitur ſublime toris:non una miniſtri
Turba gregis:poſuiſſe dapes his addita cura
His adolere focos:his ordine pocula ferre
Nec non & certis ſtruitur penus:aſpera mēſa
Pondera celati fulgent antiquitus auri.
Eripiunt flammæ nocte:ſtrepituq; mouentū
Murmurat alta domus:ſtupet īconſuetus opi
Sidonius mēſæ miles:faciemq; ſuperbi ( mæ
Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.
Veſcitur ipſe ſilens:& tātos damnat honores
Ipſe epulis facileſque coli tanto agmie mēſas
Donec pulſa fames:& bacchi munera duram
Laxarunt mentem:cum fronti reddita demū
Lætitia:& poſitæ grauiores pectore curæ.
Perſonat euboica teuthras teſtudine cymes
Incola:& obtuſas immiti murmure ſæuæ
Inter bella tubæ permulcet cantibus aures.
Iamq; iouem & lætos p furta canebat amores
Electræque toros athlantidos.unde creatus
Proles digna deum tum dardanus:iſq; tonāti
Vt det erictonium magna de ſtirpe nepotem
Hinc tros:hinc ilus generis tunc ordine longo
Aſſaracus:nulloque minor famaue manuue
Tum capys ut primus dederit ſua noīa muris.
Concelebrant plauſu pariter ſidonia pubes
Campanæque manus ante oēs ductor honori
Nominis auguſto libat carcheſia ritu
Cætera quē ſequit̄ bacchiq; ex more liquorē
Irrorat menſis turba ardeſcitque lyeo.
Interea tyrio reſoluta in gaudia cœtu
Conuerſo: neque enim iuuenis nō digne ſileri
Tranſmittā tua cepta libens:famaq; negabo
Q uanq̄ īperfectis magnæ tamē idolis auſis.
Mens una inuiolata mero nulliſque uenenis
Potando exarmata:decus pugnæque neciſq;
Sidoniæ tacito uoluebat pectore molem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

gnum ſcripſit intemperantiam eius cohibens uinum potaturus. Rex memento te bibere ſãguiem terræ ſicuti uenenum ẽ homini cicuta ita & uinũ. Necis ſidoniæ:mortis Hannibalis ſidonii. Sacra libido:laudabilis uoluntas perollæ. Patrias: artes quoniam pacuuius ſiue pactulus ſuaſerat defectionem ad pœnos. Pone:poſt patrem inquit Liuius ex conuiuio egreſſum ſequutus filius ubi in ſecretum hortus erat. conſilium inquit perolla affero pater: quo nõ ueniam ſolum peccati impetraturi a romanis ſed in multo maiore honore & gratia ſimus campani q̃ fuimus unquã. A tergo:in poſticis ædium. Meæ mẽti:ſine me perficere id quod meditor. Erit maior: quoniam ſuperabo Hannibalẽ. Per ſiquid ſupereſt uitæ: uerba pacuuii ad filium: apud Liuiũ ait. Per ego te fili quæcunque iura liberos parentibus iungũt precor quæſoque ne ãte oculos patris facere & pati omnia iſanda uelis. Potiorem:cariorẽ. Viſo enſe:tuo ſcilicet inquit Pacuuius. Fallit te menſas. confutatio eſt Supereſſe:ſuperuiuere etiam ſi Hannibalẽ uiceris:quoniam illius comites te conficiẽt. apud Liuium ait. unus aggreſſurus es Hãnibalem:quid illa turba tot libertorum ſeruorumq;. quid in unum itenti omnium oculi:quid tot dextræ torpeſcẽt uultum ipſius Hãnibalis:quem armati exercitus tremũt:quem horret popu us ro. tu ſuſtiebis? tali auxilia deſũt. Scipiadæ:Scipioni qui de Hannibale triumphauit.

Quoque eſſet miranda magis tum ſacra libido
Pactulo genitus patrias damnauerat artes.
Is uariis oneratum epulis:atque atria tardo
Linquentem greſſu comitatus pone parentem:
Poſtq̃ poſſe datum meditata aperire:nouoſque
Pandere conatus:& liber parte relicta
Tectorum a tergo patuit locus:accipe digna
Et capua:& nobis inquit conſulta togaque
Armatum amota nudat latus:hoc ego bellum
Conficere enſe paro:atque auulſum ferre tonanti
Rectoris libyci uictor caput. hic erit ille
Cui polluta dolis iam fœdera ſanciet enſis
Si perferre nequit ſpectacula tanta ſenectus
Et tremit inceptis laſſo maioribus æuo:
Et tu ſecuris concede penatibus:& me
Linque meæ menti:ſummum tu credis & æquas
Annibalem ſuperis:o quantum nomine maior
Iam pœno tibi natus erit:uibrabat ab ore
Ignis atrox:animuſque uiri iam bella gerebat
Cum ſenior tanti pondus conaminis ægra
Iam dudum uix aure ferens tremebundus ibidem
Sternitur:& pedibus crebro pauida oſcula figens
Per ſiquid ſupereſt uitæ:per iura parentis
Perque tuam noſtra potiorem nate ſalutem
Abſiſte inceptis oro:ne ſanguine cernam
Polluta hoſpitia:ac tabo repleta cruento
Pocula:& euerſas pugnæ certamine menſas.
Tu ne illum quem non acies:nec mœnia & urbes
Ferre ualent:cum frons propior:lumenque coruſco
Igne micat? tu ne illa uiri quæ uertice fundi
Fulmina pertuleris:ſi uiſo intorſerit enſe
Diram qua uertit per campos agmina uocem?
Fallit te menſas inter quod credis inermem.
Tot bellis quæſita uiro:tot cædibus armat
Maieſtas æterna ducem:ſi admoueris ora
Cannas & trebiam ante oculos traſimenaque buſta
Et pauli ſtare ingentem miraberis umbram.
Quid tanto in caſu comitum iuxtaque iacentum
Torpebunt dextræ? parce oro:& deſine uelle
Cui nequeas uictor ſupereſſe:an triſtia uincla
Et decius non erudiunt componere mentem?
Talia commemorans famæ maioris amore
Flagrantem ut uidit iuuenem:ſurdumque timori
Nil ultra poſco:refer in conuiuia greſſum
Approperemus ait:non iam tibi pectora pubis
Sidoniæ fodienda manu tutantia regem.



Hoc iugulo dextram explora:nanque hoc tibi ferrum
Si pœnum inuaſiſſe paras:per uiſcera ferrum
Noſtra eſt ducendum:tardam ne ſperne ſenectam.
Opponam membra:atque enſem extorquere negatũ
Morte mea eripiam. lachrymæ tunc ore profuſæ:
Et magna ſuperum cura ſeruatus in arma
Scipiadæ pœnus:nec tantum fata dederunt
Externa peragi dextra:pulcherrimus iræ
Et dignus fieri compos memorabilis auſi.
Amiſit quantam poſito conamine laudem:
Cui tantum eſt uoluiſſe decus:tum reddere ſeſe
Feſtinant epulis:& triſtia fronte ſerenant:
Donec læta uirum ſoluit conuiuia ſomnus.
Poſtera lux phaetontis equos proferre parabat
Iam rapidos:omni curru ſplendente ſub undis.
Et iuuenis magno generatus amilcare duras
Iam dudum exercet curas:carthaginis arces
Ire ferox mago:& patribus portare iubetur
Nuncia facta ducis:præda & captiua leguntur
Corpora:direptæque uiris ſub marte cruento
Exuuiæ fauſti ſuperis libamina belli.
Altera curarum libycis demittitur oris
Heu decius:reduci lentas ſeruatus ad iras:
Ni pœnæ iuuenem indignæ miſeratus ab alto
Iuppiter antiquam batti uertiſſet ad urbem.
Hic pellea uirum ptolemæi ſceptra uehentum
Eripuere minis:reſolutaque uincula collo:
Atque eadem uitæ cuſtos:mox deinde quieto
Accepit tellus oſſa inuiolata ſepulchro:
Nec uenerem interea fugit exoptabile tempus
Pœnorum mentes cæco per læta premendi
Exitio:& luxu corda importuna domandi.
Spargere tela manu paſſim fallentia natis
Imperat:& tacitas in pectora mittere flammas.
Tum pueris dulce arridens. eat improba iuno
Et nos:nec mirum:quid enim ſumus? acta ſecundis
Deſpiciat:ualet illa manu:ualet illa lacertis:
Paruula nos arcu puerili ſpicula ſenſim
Fundimus:& nullus noſtro de uulnere ſanguis.
Verum agite o mea turba precor:nunc tempus:adeſte
Et tyriam pubem tacitis exurite telis:
Amplexu:multoque mero:ſomnoque uirorum
Profliganda acies:quam non perfregerit enſis
Non ignes:non immiſſis gradiuus habenis:
Combibat illapſos ductor per uiſcera luxus:
Nec pudeat picto fulctum iacuiſſe cubili.

Externa dextra:campana. fata noluerũt Hannibalem cadere manu externa. Serenant fronte:ideſt celant triſtitiam:& dolorem ſimulata lætitia.

Et iuuenis magno. dum hæc in italia agerentur mago ad carthaginem miſſus eſt nuncius uictoriæ:cum anulis q dimidium ſuper tres modios impleuerunt. Exuuiæ:anuli & cætera ſpolia. Libamina ſuperis:pro his inquit Liuius tot tantiſque uictoriis rerum ſacrum diis immortalibus agi haberiq; mandauit. Libycis oris:nam extemplo impoſitus fuit in nauem & carthaginem deſtinatus:nauim cyrenas impulit tempeſtas quæ tum in ditione regum ægyptiorum erat. ubi cum decius ad ſtatuam ptolemæi confugiſſet deportatus a cuſtodibus ad ptolemæum cum eum docuiſſet contra ius fœderis uinctum ſe ab Hannibale eſſe:uinculis liberatur:& ibi remãſit cum redire poſſet permittente ptolemæo uidice ſuæ libertatis. Reduci:reuerſo Hannibali in patriam. Lentas iras:ut eum puniret cum maxima uoluptate animi. ſupra dixit lentæ mandauerat iræ. Vrbem batti:cyrenas de quibus dictũ ẽ

Pellea ſceptra:ptolemæus rex ægypti & alexandriæ denominatæ ab alexandro pelleo ideſt macedone:pella enim fuit urbs macedoniæ. unde alexander pelleus. Iuuẽalis Vnus pelleo iuueni nõ ſufficit orbis. Minis uehentum:eorũ qui decium uehebant naui carthaginẽ

Nec uenerem iterea:imitatio ẽ Virgilii apud quẽ Venus cupidinis opera didonem amoris ſagitta conſauciauit: nunc mentes pœnorum emollire parat. Exitio:amore. Importuna:rigida bellicoſa. Natis:cupidinibus.

Flammas:occultum amorem. Vir. Occultum iſpires ignem fallaxque ueneno. Eat improba iuno:uerba ueneris ad filios in contemptum iunonis:q̃ nõ poterat cladibus romanorum ſatiari. Acta:elata rebus illi ad uoluptatem fluentibus. Profliganda:debellanda quã non potuit ſternere romanus enſis. Gradiuus:qui pugnauit ad cannas pro romanis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Nec crinem aſſyrio pſūdere pugnet amomo
Ille ſub hyberno ſomnos educere telo
Iactator tectis malit conſumere noctes:
Ac ponat ritus ueſcendi ſæpe citato
Dum reſidet ſub caſſide equo: diſcatque lyeo
In bellum donare diem:tum deinde madenti
Poſt epulas ſit grata chelys:ſegniſque ſopores
Aut noſtro uigiles ducat ſub numine noctes.
Hæc poſtꝗ uenus:applaudit laſciuus:& alto
Mittit ſe cælo niueis exercitus alis:
Sentit flammiferas pubes mauruſia pennas:
Et pariter fuſis tepuerunt pectora telis:
Bacchi dona uolūt:epulaſqꝫ & carmīa rurſus
Pieria liquefacta lyra.non acer aperto
Deſudat campo ſonipes:non ulla per auras
Lancea nudatos exercet torta lacertos.
Mollitæ flammis lymphæ languentia ſomno
Mēbra fouēt.miſeriſqꝫ bonis ꝑit horrida uir(tus.
Ipſe ēt afflatus fallente cupidine ductor
Inſtaurat menſas dapibus:repetitqꝫ uolentū
Hoſpitia:& patrias paulatim decolor artes
Exuit:occulta mentem uitiante ſagitta.
Altera iā patria:atqꝫ æquo ſub honore uocatꝰ
Altera carthago capua:intactumqꝫ ſecundæ
Fortunæ ingenium uitia adlatrantia quaſſāt.
Nec luxus ullus merſæque libidine uitæ
Cāpanis modus:accumulant uariaſqꝫ ꝑ artes
Scenarum certant epulas diſtinguere ludo:
Vt ſtrepit aſſidue phrygiam ad nilotica loton
Memphis amycleo paſſim laſciua canopo.
Imprimis dulcem pœno lætante per auras
Nūc uoce īfundit teuthras:nūc pectīe cātum.
Iſque ubi mirantem reſonantia pollice fila
Ductorem uidit libyæ:canere inde ſuperbas
Aoniæ laudes ſenſim teſtudinis orſus
Concordē citharæ mouit per carmina linguā
Vincere linquentes uitam quæ poſſit olores.
Atque hæc ex multis carpſit molliſſima mēſæ
Argolicis quondam populis mirabile dictu
Exaudita chelys:lapidem teſtudine fœlix
Ducere:& in muros poſuiſſe uolantia ſaxa.
Hæc amphionio uallauit pectine thebas
Ac ſilice aggeribus per ſe ſcandente uocatis
Iuſſit in immenſum cantatas ſurgere turres.
Altera turbatum plectro moderata profūdū
Et tenuit phocas:& in omni prothea forma

Amomo:unguento aduecto ex ſyria. Amomum eſt frutex.naſcitur in ſyria & armenia.odorem habet optimum ſomnoſque ſuauificat. Madenti:ebrio Numie:amore. Liquefacta:quadā ſuauitate cātata. Pieria:phoebea. Lymphæ:aquæ igni calefactæ. Miſeris bonis.uoluptatibus quæ hoies faciunt miſeros.Liuius ait.Itaqꝫ quos nulla mali uicerat uis perdidere nimia bona:ac uoluptates īmodicæ:& eo ipenſius quo auidius ex inſolentia in eas ſe immiſerat.Somnus.n.& uinum & epulæ.& ſcorta & balnea & ocium cōſuetudie indies ita eneruauit corpora aīoſque ut magis deīde uictoriæ eos ꝗ præſentes tutarentur uires. Patrias artes: duros ritus bellandi Sagitta:cupidinea inficiente mentem ipſius Hannibalis. Secundæ:proſperæ.Quaſſant.cōcutiunt emolliunt. Merſæ:demerſæ in libidiem & addebant campani ludos ſcenicos ad maiorem oblectationē.

Vt ſtrepit aſſidue:luxam luſuſque campanorum comparat luxui quo diffluebant ægyptii ad canopum:canopus autore Stra.c.&.xx.ſtad.diſtat ab Alexādria pedeſtri itinere euntibus dicta a canobo rectore claſſis menelai. ideo ait canopo amycleo ideſt lacedæmone quoniā menelaus regnauit apud lacedæmonios ubi ſunt amyclæ. Menelaus ī ægyptum nauigauit poſt euerſum ilium ad proteum ut canit homerus ī odyſſea canobus illic mortuus eſt &.b.mutatur.in.p.& dicitur canopus. in ea ē ſerapidis templum inquit Strabo cultu ac religione excellens:ſed ante omnia ingens eſt eorum turba qui ad ſolennia ꝑ foſſam paſſim ab alexādria deſcēdūt.nā īterdiu noctuqꝫ plena ē uirorū ac mulierū impudenter canentium & ſaltantiū cum omni diſſolutione:& his præterea ꝗ diuerſoria habēt foſſæ impoſita ad huiuſmodi relaxationē ac celebritatē idonea. Vt ſtrepit:ſaltatiōibus uacat. Mēphis nilotica:ægyptia.Mēphis erat regia regū ægyptiorū:quā ꝓ ægyptiis ponit. Ad phrygiā loton: ad tibiam quā īuenit marſias ī phrygia apud celenas:& tibia optīa eſt ex loto arbore.ſupradixit de marſia.Mygdoniam phœbi ſupatus pectine loton. Superbas:claras & inclytas. Aoniæ teſtudinis:lyræ amphionis thebani de quo horatius ī arte poetica. Dictus & amphion thebanæ cōditor urbis.Saxa mouere ſono teſtudinis: & prece blanda Ducere quo uellet. Orſus:incipiens inde exordia. Mouit linguā:ideſt cepit canere ad ſonum tibiæ ut ſonus conueniret cum uoce. Olores cygnos:q ī morte dicuntur canere amœne.Martialis.Cantator cygnus funeris ipſe ſui.& Oui.ī heroidibus.Sic ubi fata uocant udis abiectus in herbis Ad uada meandri concinit albus olor. Carpſit:delegit ad oblectationē audientiū. Molliſſima:aptiſſima. Argolicis: græcis:argolicos ponit pro thebanis. Ducere:ad extruendos muros thebanos.Papinius.in thebaide.Penituſque ſequar quo carmie muris iuſſerit Anphiō tyrios accedere mōtes. Chelis:lyra.Vallauit:muniuit muris: & circūdedit. Cātatas: cātu ædificatas.altera turbatū:nūc de lyra.Ariōis methymnei.Ariō citharedus optīus ex methimna urbe leſbi pitia ſuæ artis & gfa piādro corīthio gratus fuit.poſtea ī ſicilia italiaqꝫ diuitiis cōparatis ad patriā ꝓperās cū nautæ q eū uehebāt ut diuitiis potirenꝭ ꝑdere uellēt lyra canēs delphinū exciuit cuius dorſo exceptus ad tenarū lacōiæ ꝓmontoriū delatus ē.& corinthū cōceſſit. Vbi oīa recupauit nautis ſupplicio affectis. Pectīe:plectro quo fides tāgunꝭ. Moderata:ꝗ mitigauit uitulos marīos. In oī forma:quoniā ꝓtheus ut dictū ē uertebat ſe ī uarias formas.



Portauit.effecit ut portaretur a delphino.Martialis.Sic methimneo gauiſus arione delphin. Nanqꝫ peliaca. nūc de lyra chironis centauri.chiron fuit filius ſaturni ex phyllira.unde phyllirides cognominatur.Magiſter fuit achyllis.& lyra eum canere docuit laudes heroum:Iuue.cui nō Eliceret riſum citharœdi cauda magiſtri.apud Valerium Flaccum peleus nauigaturus cum argonautis ſic chironē alloquiꝭ.Sub te puerilia tela magiſtro.Venator ferat:& noſtram feſtinat ad haſtam.chiron non modo centauros ſed omnis hoies ſuæ ætatis bonitate ac iuſtitia ſuperauit. Peliaca rupe.in pelio monte. Centauro.chironi. Fide.corda. Triſtis auerni.inferoꝝ.i.cōpeſcebat mitigabatqꝫ ſuauitate cantus mare ac inferos.

Traxit:et æquoreo portauit ariona dorſo.
Nanque peliaca frenabat rupe canendo
Heroum mentes:et magni pectora achillis
Centauro dilecta chelis cōpeſceret iras
Percuſſa fide uel pelagi uel triſtis auerni.
Nāque chaos cæcam quondā ſine ſydere molē
Non ſurgente die:ac mundū ſine luce canebat.
Tum deus ut liquidi diſcuſſit ſtagna profundi:
Tellurisque globum media compage ligaſſet:
Vt celſum ſuperis habitare dediſſet olympum:
Caſtaque ſaturni monſtrabat ſæcula patris.

Nanqꝫ chaos.canebat chiron principia reꝝ de quibus tractat naturalis philoſophus:ſed omiſſis pluriū philoſophātiū opinionibus de principiis reꝝ uariis:atqꝫ diuerſis eas opiniones in medium adducam quæ ad præſentem iterpretationem ſpectant:& faciunt.Ariſtotelis opinio de principiis reꝝ hæc fuit:ad quā quæqꝫ opinio relata uera eē aliqua ex parte comprobatur.quatuor pricipia reꝝ poſuit. Materiam ut ſubiectum ad omnem mutationem ſuſcipiendam.formam:quæ ex ipā emergit.effectricē cauſam unde eſt principium motus productionis:& generationis.finem ob quem natura agit:ſiue ille ſit forma:ſiue qđ a tota re compoſita fieri emergereqꝫ per formam uideꝭ: omitto priuationem:quā ipſe cum materia cōnexā generationis nec omnium principium eſſe dixit.Plato philoſophiæ princeps & ſi in nonnullis locis eadem principia poſuit quæ poſt eum Ariſtoteles:& īſuper inſtrumētalē cauſam atqꝫ exemplarem.nonnunꝗ tamen paruum & magnū atqꝫ unum dicit principia rerum eſſe.per magnū & paruū materiā.per unū formā itelligebat.in quibus maxime ſequutus eſt pythagoreos aſſerentes in dualitatis.uniuſqꝫ rōne pricipia reꝝ cōſiſtere:quoꝝ rationē dualitatis inꝗ atqꝫ unius ad ideas formaſqꝫ reꝝ ipſe accōmodauit:& quæ cōditiones materiæ tribuēdæ ſunt.eadē paruo magnoqꝫ tribui poſſunt.quod ſi materia oīum reꝝ formas ſuſcipere poteſt & nūc parua:nūc magna eſſe uideꝭ.& definitæ ꝗtitatis per idefinitam ſuā molē ſuſceptrix eſt.cōſtat per magnū atqꝫ paruū accōmodatiſſime materiei naturā Platonē inuiſſe.Heſiodus uero ante Ariſtotelem poetice loquēs cum trāſlationibus inꝗ quas poetæ ſibi ꝓfeſſione ſua nō iniuria uendicāt.principiū reꝝ chaos eſſe dixit:quo materia idicaꝭ.chaos.n.a capacitate capiēdoqꝫ deſcēdit.quod officiū materiæ uideꝭ eſſe.Materia.n.prima nihil eſt reꝝ ſed oēs res ſuſcipere atqꝫ capere poteſt.ad quā omnes hæ cōditiones accōmodanꝭ quas Syllius ad ipſum chaos aſſignat.chaos ut ait.Sex.Pōpeius appellat heſiodus cōfuſam quandā ab initio unitatē hiantē.patentemqꝫ in ꝓfundū unde nos hiare dicimus:& ianus detracta.h.nominaꝭ eo ꝙ fuerit primus oīum cui primo ſupplicabāt uelut parēti:& a quo reꝝ oīum factū putabāt initiū.Vnde ait apud Oui.li.i.faſtoꝝ.Me chaos antiqui:nā ſum res priſca:uocabant. Cæcam molem.obſcuram quandam congeriē reꝝ & globum. Sine ſydere.ſine lumine. Mundum ſine luce.quoniam tenebræ erant ubiqꝫ. Diſcuſſit.Diuiſit. Deus.& ſic concordat cū libris moſaicis & intelligit mentem diuinam effectricem cauſam.Anaximander putauit unum eſſe principium ex quo omnia orirentur ſequeſtratione.Anaxagoras clazomenius poſuit principium cōgeriem rei in qua ſunt infinitæ partes.& omnia permixta atqꝫ indiſcreta.Empedocles agrigētinus poſuit globum unum in quo eſſent.iiii.elemēta.Ignis:aer:aqua:terra.ex quo globo omnia orirentur.In congerie illa dicebat Anaxagoras eſſe res ſimilium partium ex quibus orirentur res diſſimiles:& dicebat hoc fieri ſemper:& quodlibet eſſe in quolibet:& omnia eſſe in omnibus:ſed uideri talia:quia in uno plura inſint a quibus denominatur.ut caro:quia ibi eſt plurimum carnis:& ſic de ſingulis & ex ſequeſtratione dicebat omnia oriri.& poſuit mentem quæ intelligeret omnia confuſa & ſegregaret per ſuam operationem & intellectionem & dicebat aliquando mentem cepiſſe ſequeſtrare.Empedocles dicebat non incepiſſe concordiam atqꝫ diſcordiam:ſed fuiſſe ſemper ut nunc ſit concordia nunc diſcordia.Naturales philoſophi ante Platonem partim unum partim plura principia rerum eſſe ponentes:ut aerem:aut aquā:aut ignem:aut unum quid inter ipā:& præter hæc aut quatuor elementa uel congeriem rerum aut infinita corpuſcula per hæc materiale principium omnes innuebant.hanc eandem rationem ſententiamque de principiis productionis creationiſque rerum noſtra religio fideſque clariſſima ſanctiſſimaque amplectitur.deum nanqꝫ uniuerſa & materiam ipſam ex nihilo produxiſſe atque ob finem aliquem creaſſe tenet.Nam deus glorioſus omnia creauit omnibus locum præſcripſit.globum terræ in medio uniuerſi librauit.ſupra hāc aquam & aerem & ignem ſuper aerem collocauit.omniaque hæc cæli nobiliſſimo corpore complexus eſt:in quo ſolem lunam:ſtellas poſuit: animalia in terris uolucres & reptilia produxit.piſces in aquis.demum formauit hominē:cuius poteſtati omnia ſubiecit:hæc quæ dixi libri geneſeos uere copioſeque explicant. Stagna profunda.maria.congregationes quippe aquarum maria appellauit. Ligaſſet.quodam libramento in medium uniuerſi collocaſſet. Globum.ipſam terram globoſam. Media compage.media mundi machina. Caſta ſæcula.auream ætatem quæ fuit ſub Saturno:quo tempore pudicitia in terris degebat:Iuuenalis.Credo pudicitiam Saturno rege moratam in terris uiſamque diu. Sed quos pulſabat.nunc de lyra Orphei loquitur:qui fuit filius œagri & calliopes muſæ.hic doctrina & ſuauitate cantus cæteris uiris memoriæ illius antecelluit:cytharam ab Apolline accepit ad ſimilitudinem teſtudinis factam a Mercurio:cuius dulcedine nō ſolum homines uerum & ſyluas.& lapides alliciebat.Mortua eurydice uxore ad inferos deſcendit quam recuperatam iterum amiſit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Sed quos pulſabat rhypheum ad ſtrimona nerui
Auditus ſuperis:auditus manibus orpheus
Emerito fulgent clara inter ſidera plectro.
Hunc etiam mater tota comitante ſororum
Aonidum turba.mater mirata canentem
Non illo pangea iuga:aut mauortius hæmus:
Non illo modulante ſonos ſtetit ultima thrace
Cum ſyluis uenere feræ:cum montibus amnes.
Immemor & dulcis nidi:poſitoque uolatu
Non mota uolucris captiua pependit in æthra.
Q uin etiam pagaſea ratis cum cærula nondum
Cognita terrigenis:pontoque intrare negaret
Ad puppim ſacræ cithara eliciente carinæ
Adductum cantu uenit mare pallida regna
Biſtonius uates flammiſque acheronta ſonantem
Placauit plectro & fixit reuolubile ſaxum.
O diræ ciconum matres:geticique furores:
Et damnata deis rhodope.tulit ora reuulſa
In pontum ripis utrinque ſequentibus hebrus.
Tum quoque cum rapidi caput a ceruice reciſum
Portarent fluctus:ſubito emicuere per undas
Ad murmur cetæ toto exultantia ponto.
Sic tum pierius bellis durata uirorum
Pectora caſtalio frangebat carmine teutras.
Interea placida attulerant iam flamina terris.
Magonem libycis lauro redimita ſubibat
Optatos puppis portus:pelagoque micabant
Captiua arma procul celſa fulgentia prora.
At patulo ſurgens iam dudum:& æquore late
Nauticus implebat reſonantia littora clamor.
Et ſimul adductis percuſſa ad pectora tonſis
Centeno fractus ſpumabat uerbere pontus.
Nec lentum in medios rapienda ad gaudia uulgus
Procurrit fluctus:elataque turba fauore
Certatim ingenri celebrant noua gaudia plauſu.
Aequatur rector diuis.illum undique matres
Illum turba minor.moniti gaudere nepotes:
Et ſenior manus:& iuxta:populuſque:patreſque
Mactatis ſuperum dignantur honore iuuencis.
Sic patriam mago:& portas ingreſſus ouantes
Fraternæ laudis fama.ruit inde ſenatus.
Et multo patrum ſtipatur curia cœtu.
Tum diuos ueneratus auum de more uetuſto
Martem ait egregium:& fractas quis itala tellus
Nitebatur opes:pars ipſe haud parua laborum
Nuncio pugnatum ſuperis in uota ſecundis.

Ad ſtrymona rhypheum.ideſt threicium. Strymon eſt fluuius thraciæ quā a macedonia diuidit.labitur ex rheno mōte.rhyphei ſunt montes ſcythiæ contermini thraciæ. Manibus.diis inferis & umbris. Emerito.quod meruit cælum. Sororum.muſarum. Aones fuerunt antiqui habitatores boetiæ ubi eſt helicon muſis ſacer.unde aonides muſæ. Vltima thrace.ideſt illi qui habitant in ultima ora thraciæ. In æthra nō mota.in aere quieto ſed æthra proprie ē ſplendor aeris ut dixi. Captiua.capta & illecta ſuauitate cantus. Quin etiam pagaſea ratis.argonauis.pheræ inquit Stra.emporium habent pagaſas quo ex loco pelias iaſonem & nauem argo foras emiſit.orpheus cantu & pulſu lyræ magna ex parte leuauit argonautarum laborem:& cum difficile eēt uiribus hominum trahi nauim ipſe cantu traxit quo modulante ſyluæ montes ac flumina ſequebantur. Val. Fla. ait. Non clamor anhelis nauticus.aut blandus teſtudine defuit orphe. Pallida regna.inferos. Vates.orpheus. Getici.threicii. Siſyphi ſaxum.ſiſyphus eoli.filius iſthmum latrociniis infeſtās a theſeo iterfectus eſt & hac pœna urget apud inferos ut ſaxum ingens ad montis cacumen erigat quod ſtatim ad ima deuoluitur.Ouidi. Aut petis aut urges rediturum ſiſyphe ſaxum Lucre.ait.ſub perſona ſiſyphi ambitioſos intelligi. O diræ ciconū manus.deteſtat Theutras cicones mulieres quæ orpheum diſcerpſerunt.cicones ſunt in thracia.mulieres poſt amiſſam euridicem ſpreuit orpheus.& illud genus nefandiſſimæ libidinis apud thraces excogitauit.Vnde Ouidius.Ille etiam thracum populis fuit autor amorem In teneros tranſferre mares:citraque iuuentam Aetatis breue uer:& primos carpere flores. Vnde mulieres furore accenſæ inter orgia bacchi ab ipſo orpheo inſtituta lacerarunt:& caput in hebrum deiecerunt. Damnata.propter mortem Orphei. Sequentibus.referentibus uocem ipſius Orphei.Virgilius.Eurydicen toto referebant flumine ripæ. Pierius.muſicus & pieridum ſacra colens. Caſtalio.phœbeo. Frāgebat.mollia reddebat. Lauro.quæ eſt ſignū uictoriæ. Tonſis.remis.exprimit morem remigantium. Verbere.percuſſione remorum. Dignatur.dignum iudicat Hannibalem ſacrificio. Martem ait egregium.oratio magonis i ſenatu punico cum ſenatus Magoni datus eſſet:res geſtas in italia a fratre exponit:ſæpenumero acie cōflixiſſe:occidiſſe ſupra ducenta milia:ſupra quingenta milia cœpiſſe. Secūdis.pſperis & fauētibus ad uotū.



Eſt locus:œtoli ſignat quem gloria regis:
Poſſeſſus quondam priſca inter ſæcula dauno.
Humentis rapido circundat gurgite campos
Aufidus:& ſtagnis intercipit arua refuſis.
Mox fluctus ferit adriacos:magnoque fragore
Cedentem impellit retrorſum in æquora pontum.
Hic uarro:& magnum latia inter nomina paulus
Nomen:quis rerum ducibus permiſſa poteſtas:
Vix dum depulſa nigræ caligine noctis
Inuadunt campum:& late fulgentibus armis
Accendunt ultro lucem ſurgentis eoi.
Nos contra.nam germanum furor acer agebat
Optatæ pugnæ:caſtris cita ſigna mouemus.
Intremuit tellus:& pulſus mugit olympus.
Hic fluuium:& campos abſcondit cæde uirorum
Ductor:quo nunquam maiorem ad bella tulerunt
Rectorem terræ.uidi cum turbine ſæuo
Auſonia:& ſonitu bellantis fuſa per agros
Vni terga daret.uidi cum uarro citato
Auferretur equo proiectis degener armis.
Q uin & magnanimum perfoſſo corpore tælis
Stare ſuper ſocium uidi te paule cadentem.
Egatis ille & ſeruilia fœdera larga
Vltus cæde dies:non plus optaſſe liberet
Q uantum conceſſit dexter deus.altera iam lux
Si redeat:populis certe ſis omnibus una
Tum carthago caput:terraſque colere per omnes.
Teſtes hi ſtragis:quos ſignum illuſtre ſuperbis
Mos leua geſtare uiris.tum funditur ante
Ora admirantum præfulgens annulus auro.
Datque fidem uerbis:haud paruo inſignis aceruo:
Hinc iterum repetens.reſtat nunc ſedibus imis
Vertenda:atque æquanda ſolo iam ſubruta roma.
Adnitamur ait.uires refouete tot hauſtas
Caſibus:& pateant non parca æraria dextris:
Q uas eminus bellis.deſit iam belua triſtis
Auſoniis terror:necnon alimenta fatigant.
Atque ea dum memorat toruo conuerſus in ora
Hannonis uultu:quem gliſcens gloria prauum
Ductoris ſtudio iam dudum agitabat acerbo:
Iamque tibi dextras:inceptaque noſtra probamus.
Iam fas dardanio me non ſeruire colono.
An ne iterum hannibalem dedi placet:atra ueneno
Inuidiæ:nigroque undantia pectora felle
Tandem tot titulis:totque exornata tropheis
Infœlix muta.dextra hæc en dextera quam tu
Aeneadis lacerare dabas:& littora:& amnes

Eſt locus.deſcribit locum in quo fuit pugna cannenſis. Oetoli regis.Diomedis. Dauno.qui regnauit in apulia.& eius filiam Diomedes duxit uxorem. Intercipit.occupat reſtagnans per agros cum augetur pluuiis. Ferit.percutit:quoniam in mare adriacū emittit. Surgentis eoi.auroræ. Accendunt.ſplendore ſcilicet armorum.

Acer.uehemens. Mugit.expulſu ungularum & clamoribus pugnantiū:ululatuq; cadentium.& ſonitu armorum cœlum uidebatur mugire. Abſcondit fluuium.quoniam aufidus repletus fuit cadaueribus. Degener. ignauus & uilis. Egates.calamitatem acceptam a patribus noſtris ad egates in primo bello punico. Fœdera ſeruilia:quibus erant aſtricti tanquam ſerui.de his fœderibus dictum eſt. Dexter propitius & fauens. Teſtes hi ſtragis:ad fidem inquit Liuius.Tam lætarum rerum effundi iuſſit in ueſtibulo curiæ anulos aureos:quorum tantus fuit aceruus ut metientibus uiſum fuerit dimidium ſuper tris modios expleſſe.Trimodia anulorum miſſa ab Hannibale carthaginem ex cannenſi clade ſcribit Plinius. Superbis.nobilibus. nam quo maioris cladis idicium eſſet: neminem niſi ex primoribus equitum id gerere inſigne:ſed hoc non erat uerũ: quoniam tunc promiſcue geſtabāt romani anulos. Pateant æraria.dentur pecuniæ. Dextris.manibus noſtris: ut pugnando meruimus. Belua.Elephas.qui romanis terrorem incutit.

Alimenta.commeatus:quorum inopia laboramus.Quem.Annonē torquebat creſcens gloria Hannibalis.

Acerbo.ſtudio:praua uoluntate.

Anne iterum.nam prius cenſuerat dandum eſſe Hānibalem romanis ad ſupplicium. Vndantia.plena. Titulis.uictoriis & laudibus. Tropheis.uictoriis. Littora.maris adriaci infecta ſanguine:quem illic euoluebat aufidus. Amnes.trebiam ticinum & aufidum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et ſtagna:& latos impleuit ſanguine campos.
Hæc mago:atque animos fauor haud obſcurus habebat.
Cui ſimul inuidia:atque ira ſtimulantibus hanno.
Talia ueſani iuuenis conuitia miror:
Haud equidem tumet ingenio:fraternaque corda
Non tarde agnoſcas:& uirus futile linguæ
Q ui ne mutatum uanis abſiſtere credas:
Nunc pacem orandam:nunc improba fœdere rupto
Arma reponenda:& bellum exitiale cauendum
Autor ego:atque adeo uoſmet perpendite quæſo
Q uid ferat.haud aliud nobis cenſere relictum eſt.
Tæla uiros:aurum:claſſis:alimenta precatur.
Belligeramque feram.uictus non plura dediſſem.
Sanguine dardanio rutulos ſaturauimus agros.
Et iacet in campis latium.deponere curas
Tandem ergo bone da uictor:liceatque ſedere
In patria liceat non exhaurire rapacis
Impenſis belli uacuatos ſæpe penatis.
Nunc en nunc inquam falſa ut præſagia noſtra
Sint oro:menſque augurio ludatur inani.
Haud procul eſt funeſta dies.atrocia noui
Corda:ac proſpicio natas e cladibus iras.
Vos ego uos metuo cannæ:ſubmittite ſigna:
Atque adeo temptate agedum:& depoſcite pacem.
Non dabitur.parat ille dolor mihi credite maius
Exitium accepto:citiuſque hæc fœdera uictor
Q uam uictus dabit:atque adeo qui tanta ſuperbo
Facta ſonas ore:& ſpumanti turbine perflas.
Ignorantum aures:dic en germanus in armis
Ille tuus par gradiuo per ſæcula:tellus
Cui ſimilem nunquam ductorem in bella creauit:
Mœnia romuleæ cur nondum uiderit urbis?
Scilicet a gremio matrum rapiamus in hoſtem
Nondum portandis habiles grauioribus armis.
Eratas iuſſu texamus mille carinas.
Atque omnis libyæ quæratur belua terris:
Vt longa imperia:atque armatus proroget annos
Hannibal:& regnum trahat uſque in tempora fati.
Vos uero:neque enim occulto circundamur aſtu:
Ne dulcis ſpoliate domos:caſtriſque potentum:
Atque opibus ſancite modum.pax optima rerum.
Q uas homini nouiſſe datum eſt.pax una triumphis
Innumeris potior.pax cuſtodire ſalutem
Et ciues æquare potens.reuocetur in arces
Tandem ſidonias:& fama fugetur ab urbe
Perfidiæ phœniſſa tuæ:ſi tanta libido
Armorum tenet:atque enſes non reddere perſtat

Talia ueſani.oratio annonis:qua pri
ꝯs Magonem inſaniæ accuſat:inde illi/
us dicta refellit:docens ab utili non eſſe
mittendum Hannibali ſupplementū.
Haud tumet ingenio.non ſuperbit
Mago:quia habebat ingenium & uir/
tutes:ſed quoniam hæc maledicentia
illi eſt ingenita. Virus futile.conui/
cia uana.ex ipſis uerbis inquit iſtorum
corda poſſumus cognoſcere. Qui ne
credas.ideſt ut ne credas o Mago me
mutatum uanis tuis cōuiciis.& rebus:
quas narraſti.dico & contendo nunc:
uel maxime petendam eſſe pacem a ro
manis. Autor ego.cenſeo ſic eſſe agen
dum. Feram.elephantum. Fune/
ſta dies.allatura nobis calamitatem.
Atrocia.fortia inuicta.& non ceden
tia malis.unde Horatius animum Ca
tonis atrocem appellat. Cladibus.q̄s
acceperunt.& ob id magis iraſcūtur no
bis.Metuo inquit uictoriam noſtram
ad cannas. Submittite ſigna.cedamus
romanis:inclinemus uexilla ad pacem.
Hæc fœdera.quæ dico petenda a ro
manis:quos a fortitudine:animiq; ma
gnitudine laudat. Perflas aures.qui
tonas in aures iſtorum & influis:qui
ignorant te mendacia dicere. Rapia/
mus.raptim mittamus contra roma/
nos. Proroget.dilatet:producat.
Tempora fati.uſque ad mortem.
Dulces domos.propter filios:qui dul
ces ſunt parentibus:qui erant mittendi
ad Hannibalem:ut Mago petebat. Sā
cite.conſtituite:imponite. Modum.
finem.nam aliter efficietur tyrannus
Hānibal.locus eſt ab utili:& laudat pa/
cem:qua nihil eſt in uita melius. Aeq̄
re:ut pari & æquo iure uiuant:in bello
enim ſunt factiones.& emergunt tyrā/
ni.& omnis æquabilitas inter ciues ꝑ/
uertitur. Reuocetur.ipſa pax in ur/
bem noſtram. Tandem.poſt tot diſ
cordias:& bella contra fœdus. Et fa/
ma perfidiæ.ignominia qua notamur
ex perfidia:quoniā fœdera uiolamus.
locus eſt ab honeſto. Phœniſſa:Dido
quam ideo inuocat:quoniam mori po:
tius uoluit:q̄ uiolare fidem datam Sy/
cheo. Libido.effrenata cupiditas.



Poſcenti patriæ:nil ſuppeditare furori
Hortor.& hæc fratri magonem dicta referre.
Plura adnectentem:neq; enim ſatiauerat iras
Dicendo:clamor turbat diuerſa uolentum.
Si libyæ decus:haud ulli ſuperabilis armis
Hannibal eſt iræ tibi:deſtituemus ad ipſas
Victorē metas:nec opū adiumēta feremus?
Inuida unius ſceptra ut iam parta retardet.
Inde alacres tribuunt:quæ belli poſceret uſus.
Abſentique ſuum iactant ſub teſte fauorem.
Mox eadem terris placitum traducere iberis.
Dum malus obtrectat facta imortalia liuor.
Nec ſinit adiutas ductoris creſcere laudes.
IAm terra glaciale caput:fœcundaque nimbis
Tempora:& auſtrifero nebuloſa uertice frontem
Immitis condebat hyems:blandiſq; ſalubre
Ver zephiris tepido mulcebat rura ſereno.
Prorumpit capua pœnus:uicinaque late
Permiſſa terrore quatit.ceu condita bruma
Dum riphea rigent aquilonis flamina tādem
Euoluit ſerpens arcano membra cubili.
Et ſplēdente die nouus emicat:atq; coruſcum
Fert caput:& ſaniem ſublatis faucibus efflat.
At libyci ducis ut fulſerunt ſigna per agros
Deſolata metu cuncta:& ſuadente pauore
Vallo ſe clauſere ſimul:trepidique ſalutis
Expectant ipſis metuētes mœnibus hoſtem.
Sed non ille uigor:qui ruptis alpibus arma
Intulerat:dederatque uias:trebiaque potitus:
Meonios italo ſcelerauit ſanguine fluctus
Tunc inerat.molli luxu madefacta:meroque
Illecebris ſomni:torpentia membra fluebant.
Q uis gelidas ſuetū noctes thorace grauatis
Sub ioue non æquo trahere:& tentoria ſæpe
Spnere ubi hyberna ruerēt cū grādine nimbi
Ac ne nocte qdē clypei enſes ue repoſti (cere.
Nō pharetræ:aut iacula.& ꝑ mēbris arma fu
Tunc graue caſſis onus maioraq; pōdera uiſa
Parmarum.ac nullis fuſæ ſtridoribus haſtæ.
Prima inſtaurantem ſenſit certamina mitis

Libyæ decus.ſic dicebāt diuerſa uolētes laudādo Hā/
nibalē. Eſt tibi iræ.facit tibi irā gloria Hānibalis & uir/
tus o Anno. Deſtituemus.reliquemus.q.d.Debemus
ne dimittere Hānibalē iam ꝑperantē ad metas & uicto/
riā. Vnius.annonis. Sceptra parta.iperium iam ꝑpe
cōparatum. Tribuūt.ipſi ſenatores ea:quæ Mago pete
bat ad uſum belli. Sub teſte.Magone ingenti cōſenſu:
ut iquit Liuius fit ſenatuſcōſultū:ut Hānibali.xl.numi/
daꝝ milia:&.xl.elephāti in ſupplementū mitterent.& ar
gēti multa talēta:Dictatorq; cū Magone in hiſpaniā ꝑmiſ
ſus eſt ad cōducenda.xxx.milia peditū.q̄tuor milia eqtū:
qbus exercitus:q in italia qppe in hiſpania erāt ſupplerē/
tur. Traducere.tranſmittere in hiſpaniam. Liuor.
ipſius annonis inuidia deprimit facta Hannibalis:nec ſi/
nit eius laudes adiutas creſcere.

PETRI Marſi iterꝑtatio i.xii.uolumen Syllii Italici.

IAm terra glaciale caput.Dū talia a pœnis
agerētur romani minime cūctabant.Cō
ſul qppe Varro nulli rei deerat:quæ ꝑ eū
agenda eſſet.& dictator.M.Iunius rebus
diuinis rite peractis.& equo illi auctori/
tate ſenatus cōceſſo:auſos capitalē frau/
dē armauit.& uiclis detētos & ſic cū.xxv.milibus arma/
toꝝ ex urbe ꝑficiſcit:Hānibal ieunte uere neapolitanoꝝ
aīos partim ſpe:partim metu cū fruſtra tentaſſet in agrū
nolanū exercitū traduxit.& cū urbē oppugnaret:a Mar/
cello pulſus eſt:Torq̄tus in Sardinia rē ſtrenue gerit. Ca
pua tandē obſeſſa Hānibal infeſto agmine Romā uenit.
& irritus īcepti magnis itineribus in brutios cōtēdit. Iā
terra.deſcribit initiū ueris:quo hyems ſub terra condit:
quoniā aduenīēte calore frigus ad uiſcera terræ pellit:&
iō in æſtate aquæ puteoꝝ ſunt frigidæ:quoniā frigus ad
ima cōtrario ſuo deprimit:in hyeme aūt calidæ. Fœcū
da.plena uētis.nimbus eſt uis uēti cū pluuia. Auſtriſe/
ro.uētoſo.auſtꝝ ponit ꝑ quocūq; uēto. Vertice.capite.
Blādis zephiris.miti fauonio:q uer inchoat.ſic dictus:
quoniā faueat ſatis.Zephiri uer ichoāt.Vnde Vir.i geor.
Vere nouo gelidis canis cū mōtibus humor Liquit.& ze
phiro putris ſe gleba reſoluit. Pœnus.Hānibal cū exer
citu. Præmiſſo terrore.ꝑmiſſis militibus leuis armatu
ræ:q populos terrerēt.Nā ubi fines neapolitanoꝝ ītrauit
Numidas in iſidiis occultos diſpoſuit.alios præ ſe actā ꝑ/
dā oſtētātes portis obeqtare iuſſit. Ceu cōdita bruma.
Hānibalem ſerpēti cōparat:quæ hyeme ſub terra latuit:
Vere aūt ineunte egredit:micatq; ad ſolē poſitis exuuiis.
Rhyphea flamina.uēti ſeptētrionales flātes rhypheis
mōtibus:q ſūt i ſcythia. Nouus.depoſita pelle. Saniē.
uirus. Fluctus meonios.traſimenū lacū hetruriæ. Flue
bāt.mutabāt.i.nō erāt robuſta mēbra:ſed fluida luxu cā/
pano effœminata. Ioue nō æquo.aere nīboſo & frigido
Pro mē.ar.quoniā nō alr ferebāt arma:q̄ mēbra.adeo
erāt aſſueti armis geſtādis.Ci.i ſcda tuſcula.dicit:Nā ſcu/
tū:gladiū:galeā i onere nr̄i milites nō plus numerāt q̄ hu
meros:lacertos:manus.arma.n.mēbra militis eē dicūt:q̄
qdē ita gerunt apte:ut ſi uſus foret abiectis oneribꝫ expe
ditis armis & mēbris pugnare poſſint. Prima iſtau.a Li
uio diſſētit poeta ſcribēte Hānibalē cōceſſiſſe pthenopē:
priuſq̄ Capua potiret:& poſt Capuā receptā iteꝝ neapo/
litanoꝝ aīos tētaſſe.Ipe iqt ꝑ agꝝ cāpanū mare iſeꝝ petit
neapolī oppugnaturus:ut urbē maritimā hr̄et. Inſtau
rātē:Hānibalē renouātē bella ieūte uere. Mitis.nō bel
li ſtudioſa:ſed apta ocio eoꝝ:qui litteraꝝ ſacra colebant.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Non ſpreta uigoris:non habebat inquit magnas opes:tamen non erat ſine uigore.portus trahebat Hannibalẽ: ad quẽ naues punicæ appellerẽt. Molles.dulces.& ſine ſtrepitu armoꝝ. Hoſpita muſis.Stra.li.v.ait.Plures uero e Roma Neapolim ſecedẽtes græco uiuũt ritu q̃etis aut ocii cauſa:ꝑſertim qui eruditioni dãt operã:aut remiſſioris uitæ deſiderio:ideo ait poeta:Exemptũ curis grauioribus æuũ.Maxime inquit Stra.quos ſenectus afflígit: uel aduerſa ualitudo plerīq; etiã romani eodẽ uiuẽdi genere delectati:cũ tantã mortaliũ multitudinẽ in ſimili degentẽ iſtituto in ciuitate uerſari contẽplent ſtudioſe:ac libẽter urbẽ incolũt ibi ætatem agẽtes.& Virg.in geor.Illo Virgiliũ me tẽpore dulcis alebat Parthenope.ſtudio florentẽ ignobilis oci.dicta eſt parthenope:ut etiã Stra.dicit a parthenope una ex ſyrenibus:cuius ſepulchꝝ illic oſtendebat:tres fuerũt ſyrenes:parthenope:leucoſia & ligia filiæ acheloi.&calliopes muſæ.tenuerũt iſulas ꝓpe peloꝝ: & e regione ad ſurrentum:ut dictũ eſt. Acheloias.filia acheloi.ſyrenes cantus ſuauitate eos alliciebãt.& naufragio ꝑdebãt:qui ꝑteruehebant:ſic iuitãt Vlyxẽ apud Homeꝝ:O decus argolicũ quin puppim flectis Vlyxe.Auribus ut noſtros poſſis cognoſcere cantus.Nã nemo hæc unq̃ ẽ trãſuectus cærula curſu:Quin prius aſtiterit uocũ dulcedine captus.Poſt uariis auido ſacratus pectora muſis.Doctior ad patrias lapſus peruenerit oras.Nũc graue certamen belli:cladẽq; canemus.Græcia quã troiæ diuino numine uexit.Omniaq; e latis regum ueſtigia terris.

Aequor.quoniã Neapolis mari alluit. Inglorius.nõ expugnata neapoli. Graia ad munimina.muros parthenopes quã græci chalcidẽſes icoluerũt.& ex pythecuſis atheniſq; uenientes.Vnde neapolis uerbo græco.i.noua ciuitas appellata:Ideo ait graia munimina.adde etiã q; illa munimina nõ erãt ſimilia romanis:& ideo cũ Hannibal urbẽ minime bellicoſam expugnare nõ poſſet:multominus expugnaſſet Romã tãtis uiribus ſubnixã.& armoꝝ matrẽ:græcari erat molliter uiuere:quoniã ut autor eſt Plu.in quæſtionibus:nõ aliud ſeruitutẽ ac mollicię attulit græcis:q̃ gymnaſia & paleſtræ:quibus relãgueſcunt adoleſcentiũ animi:& pœnitus effœminãtur.hinc amores gignũtur:hinc ſomno & deãbulationibus iuuenũ corpora corrũpi neceſſe eſt.Vnde ſcribit Hora.in ſer. uel ſi romana fatigat militia.Aſſuetũ græcari:ideo Syllius mollia munimina & paꝝ ualida parthenopes mitis & ocioſæ urbis.graia appellauit. Euentu.fine & tali exitu. Dauni regna.appuliam. En qui nos ſegnes.uerba Hãnibalis ad milites.O uos inquit qui me ſegnem uocabatis:& neſcientẽ uti uictoria expugnetis neapolim:quã graia manus ꝓtegit. Sede tonantis.capitolio. Graia manus.mollis non bellicoſa:ut eſt romæ. Fraudibus.quoniam noctu clam tẽtauit ſcalis admotis tranſilire in urbem:ſed neapolitani ſe tutati ſũt:ut aquila defẽdit pullos ſuos a ſerpentibus repentibus ad nidos. Ales fulua.aquila.fuluus color iquit Gellius uidetur de ruffo:atq; uiridi mixtus.in aliis plus uiridis:in aliis plus ruffi habere. Sic poeta uerboꝝ diligentiſſimus fuluam aquilã dicit.& iaſpidem fuluos galeros.& fuluum auꝝ.& harenã fuluã & fuluum leonem:ſic.Qu.Ennius ĩ annalibus ære fuluo dixit. Fulmina.quoniã aquila miniſtrat Ioui fulmina.

Inceſſens.laceſſens:ĩpetẽs circuit nidũ:ſic parthenopei uidentes hoſtẽ ſcandere muros circũibant urbẽ. Tandem ad uicinos.Hãnibal irritus incepti caſilinũ ꝓfectus eſt.& obſidione ad ultimam inopiam adduxit.Poeta canit contendiſſe cumas ubi erat gracchus magiſter equitũ Iunii dictatoris. Subigit.cogit milites ire cumas. Sed cuſtos urbi gracchus:Liui.ait.Caſtris romanis tunc Sempronius præerat dictatore auſpicioꝝ repetendoꝝ cauſa iam profecto Romam:caſilinum defendere non potuit:non enim iniuſſu dictatoris pugnandũ erat:tamẽ ad eos qui obſidebantur per fluuium uulturnũ noctu dolia frumenti miſit:quod cum pœni cognouiſſent ꝓhibuerunt cuſtodia.& ſic caſilinum Hannibali portas aperuit.Dictator in ſenatu cum magiſtratu abiret pauca de ſe locutus in magiſtrum equitum.T.Sempronium Gracchum magnam partem uertit. Vel.etiam certior ipſis muris.

Parthenope non diues opũ:nõ ſpreta uigoris.
Sed portus traxere ducem.ſecura uolentem
Aequora:q̃ peteret ueniẽs carthagine puppis
Nunc molles urbi ritus:atque hoſpita muſis
Ocia:& exemptum curis grauioribus æuum.
Sirenum dedit una ſuum memorabile nomẽ
Parthenope muris acheloias.æquore cuius
Regnauere diu cantus:cum dulce per undas
Exitium miſeris caneret non proſpera nautis.
Hæc pone aggreſſus.nã frõtẽ clauſerat æquor
Mœnia:non ullas ualuit perfringere pœnus
Tota mole uias:fruſtraque inglorius auſi.
Pulſauit quatiens obſtructas ariete portas.
Stabat cannarum graia ad munimina uictor
Nequicquã.& cautæ mẽtis cõſulta probabat.
Euentu qui poſt dauni ſtagnantia regna
Sanguine tarpeias ire abſtinuiſſet ad arces
En qui nos ſegnes:& neſcire addere curſum
Fatis iactaſtis:quod uobis ſcandere nuper
Non acie ex ipſa conceſſum mœnia romæ
Intrate:atque epulas promiſſas ſede tonantis
His quæ graia manus defendit reddite tectis.
Talia iactabat:famæque pudore futuræ
Irritus incepta primus ſi abſiſteret urbe
Audebat cũcta:atq; acuebat fraudibus enſes.
Sed ſubitæ muris flammæ:totoque fluebant
Aggeris anfractu tæla improuiſa per auras.
Haud ſecus occuluit ſaxi:quos uertice fœtus
Ales fulua ioui tacito ſi ad culmina niſu
Euaſit ſerpens:terretque propinquus hiatu:
Illa hoſtem roſtro:atq; aſſuetis fulmina ferre
Vnguibus iceſſens nidi circumuolat orbem:
Tãdem ad uicinos cumarum uertere portus.
Defeſſus ſubigit:uarioque laceſcere motu
Fortunam:& famæ turbãdo obſtare ſiniſtræ.
Sed cuſtos urbi gracchus tutela uel ipſis



Certior arcebat muris:iterumque ſedere
Portis:atque aditus iterum ſperare uetabat.
Luſtrat inops animi rimatur omnia circum
Alite uectus equo:rurſuſque hortatibus infit
Laudum agitare ſuos. proh dii:qui terminus inquit
Ante urbes ſtandi graias oblite tuorum
Factorum miles:quis erit modus? alpibus aſtat
Nimirum maior moles:& ſcandere cœlum
Pulſantis iubeo ſcopulos:quanquam altera detur
Si ſimilis tellus:aliæque repente ſub aſtra
Exurgant rupes:non ibis:& arduus arma
Me ducente feres? tenet heu cumanus hiantem
Agger adhuc:muruſq; tenet:gracchuſque moueri
Non auſum portis:paruo in diſcrimine cerno
An uobis gentes quæcunque labore paraſtis
Caſu geſta patent per uos tyrrhena fauentum
Stagna deum per ego & trebiã:cinereſque ſagunthi
Obteſtor:dignos iam uoſmet reddite ueſtra
Quam trahitis fama:& reuocate in pectore cãnas.
Sic ductor feſſas luxu.attritaſque ſecundis
Erigere:& uerbis temptabat ſiſtere mentem.
Atque hic perluſtrans aditus fulgentia cernit
Arcis templa iugo:quorum tum uirrius altæ
Immitis ductor capuæ primordia pandit.
Non eſt hoc inquit noſtri quod ſuſpicis æui
Maiores fecere manus:cum regna teneret
Dictei regis:ſic fama eſt linquere terras
Dedalus inuenit:nec toto ſigna ſequenti
Orbe dare:ætherias aliena tollere in auras
Auſus ſe penna:atque homini monſtrare uolatus.
Suſpenſum hic librans media inter nubila corpus
Enauit:ſuperoſque nouus conterruit ales.
Natum etiam docuit falſæ ſub imagine plumæ
Attemptare uias uolucrum:lapſumque ſolutis
Pennarum remis & non fœlicibus alis
Turbida plaudentem uidit freta.dumque dolori
Indulget ſubito motis ad pectora palmis:
Neſcius heu planctu duxit moderante uolatus.
Hic pro nubiuago gratus pia templa meatu
Inſtituit phœbo:atque audaces exuit alas.
Virrius hæc:ſedenim ductor numerabat inertes
Atque actos ſine marte dies:ac ſtare pudebat.
Ingemit aduerſis.reſpectanſque irrita tecta
Vrbe dicarchea parat exatiare dolorem.
Hic quoque nunc pelagus nunc muri ſaxea moles
Officit audenti:defenſantumque labores

Luſtrat.circuit urbem Hannibal inops conſilii. Alite.ueloci. Infit.loquitur:ut agitet ſuos.

Proh dii.uerba Hannibalis ad ſuos quos hortatur ad opem nauandam:ne laus tantis parta laboribus amittatur:Locus eſt ab honeſto. Vrbes graias:habitatas a græcis.& uiuẽtibus græco ritu. & has urbes graias quaſi molles.& litteris potius q̃ armis aptas appellat. Alpibus aſtat.ironice loquitur.q.d.pudor eſt poſt ſuperatas alpes cunctari ad mœnia græca.Non iubeo inquit nunc aſcendere alpes ad cœlum erectas:ſed muros eorum q uiuunt græco ritu. Hiantem.oſcitantẽ & ignauum. Agger.ipſe murus cumanus. Gracchuſque.ſcilicet te militem nõ auſum moueri portis. ideſt ad portas non ſolum ad muros impetu deiiciendos. Paruo in diſcrimine cerno an uobis gẽtes.ſenſus eſt.In hoc paruo ꝑiculo qd' timetis oſtẽditis omnibus gentibus ea:quæ a uobis geſta ſunt caſu quodam ac fortuna contigiſſe:nõ autem noſtris uiribus:quod credibile eſt:ſi hoc paruum diſcrimen uos retardat.& unus gracchus:quos hactenus non alpes:non Scipio:non flaminius:non paulus:non tot romanorum milia ad cannas cæſa terruerunt:& ſic per has uictorias milites obteſtatur ſuos:hortaturq; ad urbis oppugnationem decorumque præſtandum.locus eſt ab honeſto.

Stagna.traſimenum. Fauentum deum.deorum qui nobis fauerunt:quoniam numen traſimeni lacus fauit pœno:ut dictum eſt. Dignos fama.non decebat milites tot uictoriis claros paruo diſcrimine retineri:ideo Hannibal honeſti ac decori ſtudioſus ait:Teſtor me reddere uos dignos ueſtra fama:quã poſt uos trahitis.& hactenus comparaſtis.Si operam mihi nauare ſtudueritis efficiã:ut digni ea fama uideamini:quã uobis tot præteritæ uictoriæ compararunt.totus hic locus eſt ab honeſto. Siſtere.confirmare ad pugnam milites effœminatos luxu.& illecebris campanorum. Templa.appollinis ſcilicet poſita a dedalo:ut canit Virg.in.vi.Redditus his primum terris tibi phœbe ſacrauit Remigium alaꝝ. Alte.ab initio:ideſt altius reperiit principium templorum. Immitis.ſuperbientis tunc ſecunda fortuna:de hoc Virrio ſupra habuimus. Suſpicis.admiraris. Maiores manus.dedaleæ. Dictei regis.cretẽſis minois nota eſt hiſtoria fabuloſa de dedalo & icaro apud poetas:& Diodoꝝ ſiculum.

Librans.ſuſtinens alis. Vidit.dedalus icarum plaudentem.ideſt percutientem ſuo caſu & corpore mare cui dedit nomẽ.icarium quippe dictũ eſt. Irrita tecta.cumana quæ non expugnauerat defendente graccho. Vrbe dicarchea.puteolis.ſupra dixit prole dicarchea. Defenſantũ.eorum qui poteolos defendebant.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Obſepta.munita. Tepentes baiæ.propter aquas calidas quæ illic ſcatent:Strabo dicit baias habere aquas ca/lidas & ad uoluptaté & ad ſanandos morbos aptiſſimas:baiæ nomen habuerunt a baio ulyxis ſocio. Dulichiæ puppis.ulyxis dulichii:dulichium enim eſt prope ithacam ulyxis natale ſolum. Aſt hic.alius campanus:lacus lucrinus quem Cæſar dictator muro circūdedit ingenti īpenſa olim ſtagnum erat & appellabatur cocytus a propinqua aqua quæ in eum ſinum ſcatebat:cuius fontem apud inferos credidere quidam.græci appellarunt acheruſiā paludem:quidam auernum:ſed tamē iſta loca ſeparata ſunt a lucrino.cum difficilem tranſitum peditibus p̄beret ferunt Herculem in traducēdis bubus hiſpanis duxiſſe per cocytum aggerem longitudinis mille paſſuum:latitudinis q̄tū currus occuparet. Diſcidit.diuiſit:erat enim agger conſtructus inter mare & ipſum lucrinum. Ille. alius campanus. Nomine uerſo.quoniam prius dicebatur ſtix poſtea auernus qui eſt lacus i ſinu baiano.Supcilia quædā inquit Strabo ardua auernum undiq; cingunt p̄ter oſtium:olim autem referta nemoribus & proceris arboribus inuia quæ umbris obſcuꝝ ſinum reddebant. aues ſuperuolātes odor exhalans exanimabat:fons uero ibi fluuialibus ſcatens aquis excurrit in mare.ab eius uſu abſtinebant omnes ſtygias opinātes eſſe aquas:& hæc loca Plutoni dicata opinabātur. Nūc celebrē.quoniā.M. agrippa ut inquit Strabo auernum purgauit & lucos qui obſcuris umbris locū diꝝ reddebant ſuccidit:locūq; illū pulchris ædificiis ornauit celebremq; reddidit foſſamq; ſubterraneam inde cumas uſq; effodit:quod opus aliqui cocceio neruæ aſcribunt cuius meminit Hora.in ſer.

Nunc mitia:cum prius eſſent horroris plena propter umbras obſcuras & quandam ſuperſtitionē. Tum.cū ſtyx diceretur & non eſſet purgatus ab agrippa. Triſti. obſcuro & triſtitiam atq; horrorem ingrediētibus incu/tienti. Horrens.terribilis & horrorem faciēs ipſe lucrinus. Formidatus uolucri.quoniā auernus dicitur auibus cōtrarius. Suffuſo.īfecto peſtifera exhalatiōe quæ erat tanq̄ uirus ipſis maxime auibus. Stigya religione. euocatione maniū & umbraꝝ quæ illic fiebat.in auerno aūt inquit Strabo maiores noſtri homerica defunctoꝝ uaticinia fuiſſe credidere:illucq; ulyxē nauigaſſe tanq̄ ad ſtygiū oraculū placatiſq; prius per ſacrificia diis manibus eo ītrabatur aderāt ſacerdotes ad id duces locoꝝ fructus percipientes:ideo dicit poeta auernum fuiſſe ſacꝝ ſtygia religione. Seuum honorē.crudelē:quoniā mactabant homines & tali uictima euocabātur manes. Vicina palus.acheruſia dicta ab acherōte fluuio.illic erat deſcēſus ad inferos. Cæcas fauces.occultum īgreſſum. Laxat. aperit. Nouo.quoniam illic eſt perpetua caligo & ipſa palus aliquando hiatu ſolis lumen tranſmittit ad manes quod eſt illis nouum. Situ.ſquallore offuſcante occul/tanteq; domos cymmerias.ephorus autē quidam īquit Strabo uicinus cymmeriis habitans in ſubterraneis eos habitare domiciliis cōmemorauit:eoſq; per foſſas quaſdam inter ſe cōmeare & aduenas ad oraculum uenientes admittere.cymmerii non aſpiciebant ſolem .noctu egrediebantur:de quibus ſic ſcripſit Homerus in odyſſea.eos ſol phaeton nullo intuet̄ in tempore. Per lōgum æuū. fuerunt quippe illi meatus ſubterranei detecti tempore Agrippæ:Strabo ait.his autem annis cum auerni lucū ſucciderit agrippa: effoſſaq; cumas uſq; ſubterranea foſſa omnia de cymmeriis figmenta aperta ſunt:Cicero in academicis ait:& cymmeriis quidem quibus aſpectus ſolis ſiue deus aliquis ſiue natura ademerat ſiue eius loci quem incolebant ſitus ignes tamen aderant.Tartareæ:ſub/terraneæ. Sulphure.quoniam in tractu illo ſinuq; campano ſulphuris & aquaꝝ calidarum plena ſunt omnia.

Anhelantes.æſtuantes. Vapore.fumo. Stygios.graues & male olentes propter ſulphur. Medullis.terræ uiſceribus. Parturit.imergit ipſa tellus & tremit. Cauas ſedes.quoniam ignis conceptus in ſubterraneis mea/tibus quærit maiorem locum & luctatur exire:cum autem non poteſt egredi generat magnum murmur. Fre/tis.mari quoniam aqua igni contraria opponitur. Mulciber.ignis qui eſt ualidiſſimum elemētum:quoniam omnia conuertit in ſui naturam:unde futura eſt reſolutio huius uniuerſi per ignem:quod & ſacræ litteræ atteſtātur & nonnulli philoſophantes maxime Heraclitus:fore tamen aliquando inquit Cice.in academicis ut omnis

Dumq; tenet ſocios dura atq; obſepta uiarum
Rūpere nitentis lentus labor:ipſe propinqua
Stagnorum terræque ſimul miracula luſtrat.
Primores adſunt capuæ .docet ille tepentes
Vnde ferant nomen baiæ :comitemq; dediſſe
Dulichiæ puppis ſtagno ſua noīa monſtrat.
Aſt hic lucrino manſiſſe uocabula quondam
Cocyti memorat:medioque in gurgite ponti
Herculeum cōmēdat iter:qua diſcidit æquor
Amphytrioniades armenti uector iberi.
Ille olim populis dictū ſtygia nomine uerſo
Stagna iter celebrē nūc mitia mōſtrat auernū
Tū triſti nemore atq; ūbris nigrātibus horrēs
Et formidatus uolucri lœtale uomebat
Suffuſo uirus cœlo ſtygiaque per urbes.
Religione ſacer ſæuum retinebat honorem.
Hic uicina palus fama eſt acherōtis ad undas
Pandere iter:cæcas ſtagnāte uoragine fauces
Laxat:& horrendos aperit telluris hiatus
Interdumque nouo perturbat lumine manes.
Ac iuxta caligante ſitu lōgumque per æuum
Infernis preſſas nebulis pallente ſub umbra
Cymmerias iacuiſſe domos:noctēq; p̄fundā
Tartareæ narrant urbis:tum ſulphure & igni
Semper anhelantes coctoq; bitumine cāpos
Oſtentat tellus atro exundante uapore
Suſpirans:uſtiſque diu calefacta medullis
Eſtuat:& ſtygios exalat in aera flatus.
Parturit.& tremulis metuēdū exibilat antris.
Interdumque cauas luctatus rumpere ſedes
Aut exire foras ſonitu lugubre minaci
Mulciber immugit:laceratque uiſcera terræ



hic mūdus ardore deflagret.unde Parmenides:principium rerum dixit eſſe ignē. Mandit.conſumit quia domat oīa ignis. Tradunt herculea.cāpus eſt inquit Strabo nomīe phlegreus in quo res a gigantibus geſtæ fabulæ diuulgant nullam aliā ob cām: ut credi fas ē:q̄ q; terra ipſa ſuapte uirtute p̄lioꝝ concitatrix eſt:poeta fingit gigantes illic ſepultos ſubter anhelare: ſed ē rō naturalis.nam cū oīs ille tractus ſit ſulphureus & cauernoſus im/pulſu uentoꝝ illic cauſatur ignis qui q̄rens maiorē locū egredi luctat̄:& cū habeat obſtaculū fit murmur & motus terræ:ut eſt in aere cū ignis conceptus cōflictu uētoꝝ in corpore nubium erūpens facit tonitruū & coruſcationes.ex modico aere multū gignit̄ ignis p̄pter extenuationē:iō poetæ fingunt uulcanū habere ſuā officinā i lipare inſula & gigantes fulmine deiectos & flagrantes ſuppo/ſitos montibus & iſulæ cāpaniæ & ſiciliæ: quoniā ignis naturaliter cōceptus inde egreditur. Torreri.cōburi.

Compagem terrā ſuper impoſitā. Expaleſcere.fieri pallidū egrediēte fumo. prius.n.egredit̄ fumus īde pu/ra flāma. Prochyte.ante miſcnū:prochyta iacet inſu/la a pythecuſis quādoq; diuulſa.unde nomē accepit ſub qua fingit poeta urgeri & cōprimi numāta gigātē. Inaryme inſula eſt cāpaniæ ſub qua iacet iapetus. Veſeua iuga.ueſeuus mons cāpaniæ q Tito cæſare īperante conflagrauit. Strabo ait his locis incumbit mons ueſuuius amœniſſimis habitatus agris excepto cacumine. id ma/gna ex parte planitiem habet nullū fructum ferētem.habet cineres cauernoſaq; mōſtrat antra cōbuſtis ex petris ut color indicat q̄s ignis abroſerit:dicit̄ ueſeuus ueſbius & ueſuuius:de cuius cōflagratione Martia.extat epigrā/ma. Hic ē pāpineis uiridis modo ueſbius umbris. Saxa certātia. pumices qui etiā ex etna euomūtur. Fatis ethnæ:ſaxis & pumicibus quos appellat fata ethnæ:quoniam cum ille mons cōburitur & pumices emittit uidetur conſumi & fato quodā affici.i.interitu. inde fatū ap/pellamus interitum.Martia. Hanc mortē fatis magni præferre catonis Fama pōt .certo tibi dicimus & tecū.

Miſenū. eſt p̄montorium p̄pe cumas denominatū a miſeno troiano illic ſepulto ut canit Virgi. Idea troiana. Baulos. bauli oppidum campaniæ cōditum ab hercule ac denominatum a bubus. Muros pherecia dū.cumanorū neapolitanorūq; a pherecide duce eorū q in italiam nauigātes ea loca incoluerūt. Gauri.gaurus mons cāpaniæ ſupra nolā uitibus conſitus: iō ait. Nyſea cachumia.i.bacchica:quoniā a nyſa urbe bacchus appellatus eſt dionyſius. Nolā chalcidicā.quā tenuerūt chalcidēſes qui ſunt in euboia. Cāpo nola ſedet. deſcribit ſitum nolæ. Celſo uallo. alto muro. Sed q nō turribus.i.aderat marcellus p̄tor q dextra nō muris tutari nolā audebat. erupit.n.e portis īſtructa acie: ac hoſtes ī fu/gam uertit. Agenoreā.punicā. Equor.planitiem.

Nubē.globū militū. Hoſtis.annibal. Frementi. marcello hoſtibus irato. Nero.de hoc nerone habebimus ī morte aſdrubalis.ad tres portas ī hoſtes uerſas inquit Liuius tripartito exercitū īſtruxit. media porta ro/bora legionū:ac romanos eq̄tes duabus aliis portis no/uos milites leuemq; armaturā ac ſocioꝝ eq̄tes ſtatuit:& ita īſtructi intra portas ſtabāt. Larinatia ſigna.larina/tes ſūt populi ī latio de q̄bus dictū ē. Tulli de hoc tullio rege uolſcoꝝ ſupra habuimus a quo habuit originē M.T.Ci. Iuſſo. iubeo ſiue iuſſero inuſitatū eſt uerbū iuſſo: ſed imitat̄ Virgi. apud quē æneas ait. Cætera qua iuſſo mecū manus inferat ardens. Inſonuere tubæ. ſucceſſit ad muros acies punica inquit Liuius patefacta repēte porta marcellus ſigna canere clamoremq; tolli ac pedites primū deinde eq̄tes quāto maxīe poſſent impetu in hoſtem erūpere iubet ſatis terroris tumultuſq; in

Mādit.& exeſos labefactat murmure mōtis.
Tradunt herculea p̄ſtratos mole gigantes
Tellurē iiectā quatere:& ſpiramine anhelo
Torreri late campos:quotienſque minantur
Rumpere cōpagē ipoſitā expalleſcere cœlū.
Apparet prochyte ſæuum ſortita numanta.
Apparet procul inarime quæ turbine nigro
Fumantem premit iapetū: flāmaſque rebelli
Ore eiectantem :& ſiquando euadere detur
Bella ioui rurſus ſuperiſque iterare uolētem.
Monſtrantur ueſeua iuga.atq; i uertice ſūmo
Depaſti flammis ſcopuli: fractuſque ruina
Mons circum:atque etnæ fatis certātia ſaxa.
Nec non miſcenum ſeruantē idea ſepulchro
Noīa:& herculeos uidet ipſo i littore baulos.
Miratur pelagique minas terræque labores.
Quæ poſtq̄ p̄ſpecta uiro regreſſus ad altos
Inde pherecyadū muros & frondentia læto
Palmite deuaſtat niſea cacumina gauri.
Hinc ad chalcidicā trāſfert citus agmia nolā.
Campo nola ſedet crebris circundata in orbē
Turribus.& celſo facilem tutatur adiri
Planiciem uallo.ſed qui non turribus arma
Defendēda daret:uerū ultro mœnia dextra
Protegeret marcellus opē auxiliūq; ferebat.
Iſque ubi agenoreā p̄cul aduētare p æquor:
Et ferre ad muros nubē uidet:arma cruentus
Hoſtis adeſt:rapite arma uiri clamatq; capit
Circūſtāt rapidi iuuenes.aptātq; fremēti (q;
Sanguineas de more iubas: ſonat īde citato
Agmina diſponēs paſſu.tu limina dextræ
Seruabis portæ nero: tu conuerte cohortes
Ad leuam patrias & larinatia ſigna
Clarum uolſcorum tulli decus.aſt ubi iuſſo
Per tacitum ruptis ſubita ui fundite portis
Telorum ī campos nimbū.ferar ipſe reuulſa
In medios:equitūque trahā certamina porta
Dūq; ea marcellus:iā clauſtra euellere pœni
Et ſcalis ſpretos temptabāt rumpere muros:
Inſonuere tubæ paſſim: clamorq; uirorum:
Tinnituſque ſimul litui:raucoque tumultu
Cornua: & in mēbris cōcuſſa furētib⁹ arma.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aciē mediā itulerūt. Lues concita. ipi milites motiad
irā erūpebāt afferētes luē & dānū hoſtibus. Ruūt. cū
duabus circa portis. inqt Liuius. P. Valerius flaccus. &
C. aurelius legati i cornua hoſtiū erupere addidere cla/
morē lixæ caloneſqꝫ & alia turba cuſtodiæ ipedimentū
appoſita. duo milia & . cc. hoſtiū cæſa. qdam autores ſūt
nō plus uno romanos amiſiſſe: ānibal ſpe potiūdæ no/
læ adēpta cū accerras receſſiſſet marcellus ex tēplo clau
ſis portis cuſtodibuſqꝫ diſpoſitis neqꝫ egrederetur q̄ſtio
nē in foro de his q clā i colloquiis hoſtiū fuerāt habuit
ſupra. lxx. dānatos ꝓditiōis ſecuri ꝑcuſſit bonaqꝫ eorū
publicauit: & ſūma reꝝ ſenatui tradita cū oī exercitu ꝓ/
fectus ſupra ſueſſulā caſtris poſitis cōſedit. Improbis
ut fractis. marcellū magno ipetu erūpētē i pœnos cōpa/
rat fluuio trāſcendēti ripas & mari uento ipacto in ſco/
pulos. Molibus. aggere & ripis. Improbus. noxius
& inūdatiōe agros deuaſtās. Deiectū. deiectionē. i. nō
poterat annibal deiicere romanos ac reprimere q inſta
bant urgēte marcello. Dux dardanus. marcellus ro/
manus. Attonito. currenti. perge age. uerba marcelli
hortātis ſuos. Dexter ꝓpitius. Sta. uerba marcelli ꝓuo
cātis annibalē fugientē ad ſingulare certamen. Iuueni
barceo. ānibali q habebat originē a barca: adde etiam qꝫ
eius pr̄ amilcar barca cognominabatur. Honor. erat
qppe honor cōgredi cū marcello & ꝑciū ꝑiculi magnū
erat uictoria. ſ. de marcello qui retulerat ſpolia opima
ioui feretrio: & erat uir fortiſſimus & multi noīs. Su
prema fata. mortē. Siſtere. retinere. Perculſos. aīo
cōſternatos & uertētes terga. Siniſtris. iſœlicibus no
bis: quoniā nimia capuæ bona & luxus uires nr̄as ꝑdi/
derūt. Eſt dedecori. quoniā fugiēdo amittitis gloriā
partā. Nil fidū. rex aſſyrioꝝ adhortās ſuos ad pugnā
ut ē apud xenophontē li. iii. dixit. Stultus ē ſiqs uitæ ap
petēs ſe fugæ cōmiſerit cū nō ſit ignarus uictoria parari
ſalutē: ac mortē fugiētes magiſq̄ manētes oppeter̄. Me
ruiſtis. ſ. opera ueſtra & rebus fortiter geſtis: ut oīs italia
ī nos irrueret & ita romāos attriuiſtis ut nullā ſpē pacis
habeatis: & locus eſt ab utili. ergo fortiter pugnādum ē
qa fugiētibus nullū ē tutū ꝑfugiū. Pacis. ſ. faciēdæ cū
romanis. Iuuenis pedianus. alludit ad pedianū aſco/
niū q patauinus fuit & originē ducebat a polydamante
troiano. is habitus ē orōnū Ciceronis ueriſſimus inter
pres. & Virgiliani opis acerrimus defenſor. Anteno/
rea. quoniā antenor cōdidit patauiū. Haud leuior. q.
d. gloria ipius pediani reſpōdebat famæ maioꝝ ſuoꝝ q
clari fuerūt. Timauus naſciť i noricoꝝ alpibus ſecat de/
inde aquileienſes agros quē uſurpāt poetæ pro prente/
ſia fluuio patauino. Sacro. ꝓpter troianos qui ꝑ tima
uū igreſſi ſunt eā orā italiæ ſacraqꝫ itulerūt. euganei di/
cūtur genere ꝓſtātes de qbus dictū ē. aponus fons i agro
patauino. Martialis. Cēleť aponi liuio ſuo tellus: & Lu/
canus. colle ſedens aponus. Silentia. ipa ſtudia & ocia
litteraꝝ: quoniā ualebat igenio ac dextra alludens ut di/
xi ad pedianū aſconiū uiꝝ litteratiſſimū. Aonios labo
res. cātus pierios & uerſus. Ductoris. annibalis qui cy
nipi galeā æmilii pauli donauerat. Quale micat. hu/
ius pulchritudinē ac uenuſtatē cōparat ebori ac marga/
ritis. Tyburis aura. quoniā fiebat cādidius ebur aura
tyburtina. Martialis. Tybur i herculeū migrauit nigra
liquoris. Oīa dū fieri cādida credit ibi. Miro honore
cādoris. quoniā margaritaꝝ omnis dos eſt i candore ut
ſcribit plinius. Sunt aūt partus cōchaꝝ, ut idē dicit pro

Fertur acerba lues diſiectis incita telis
Effuſæque ruunt inopino turbine turmæ
Improbus ut fractis exundat mollibꝫ amnis:
Propulſum ut borea ſcopulis ipingiť æquor:
Vt rupto terras inuadunt carcere uenti.
Nec terrente libys uiſu armorūque uirūque
Deiectū ſperare ualet. dux dardanus iſtat
Attonito progreſſus equo tergiſque ruentum
Incūbens haſta. ſocios nunc uoce fatigat (ē
Perge age fer greſſus: dexter deus horaqꝫ nr̄a
Hac iter i muros capuæ. nunc rurſus in hoſtē
Conuerſus ſta. quo raperis? non terga tuoꝝ
Te ductor libyæ icrepito. ſtat cāpus & arma
Et mars in manibus dimitto a cede cohortes
Spectemur ſoli: marcellus prælia poſco.
Sic rector latius: iuuenique inuadere pugnā
Barceo ſuadebat honor: preciumque pericli.
Sed non hæc placido cernebat pectore iuno.
Ceptoque auertit ſuprema in fata ruentē
Siſtere perculſos ille & reuocare laborat.
Tales ne e gremio capuæ tectiſqꝫ ſiniſtris
Egredimur? ſtate o miſeri quis gloria ſūma
Dedecori eſt: nil uos hodie mihi credite terga
Vertentes fidum expectat. meruiſtis ut oīs
Ingruat auſonia: & ſæuo mauorte paraſtis
Nequa ſpes fuſos pacis uitæqꝫ maneret.
Vincebat clamore tubas: uociſque uigore
Quāuis obſtructas ſeuus penetrabat ī aures
Polydamantheis iuuenis pedianus in armis
Bella agitabat atrox: troianaqꝫ ſemīa & ortus
Atque antenorea ſeſe de ſtirpe ferebat.
Haud leuior generis fama: ſacroqꝫ timauo
Gloria & euganeis dilectū nomen in oris.
Huic pater eridanus uenetæqꝫ ex ordīe gētes
Atque apono gaudēs populus ſeu bella cieret
Seu muſas placidus doctæqꝫ ſilentia uitæ
Mallet: & aonios plectro mulcere labores.
Non ullū dixere parem: nec notior alter.
Qui poſtq̄ effuſis urgens ueſtigia frenis
Pœnorū iuxta galeā atque inſigne perēpti
Agnouit ſpoliū pauli: puer illa gerebat
Non paruo lætus ductoris munere cinyps.
Dilectus pœno cinyps. quo gratior ora
Non fuit: ac nulla nituit plus fronte decoris.
Quale micat ſempqꝫ nouū ē qđ tyburis aura
Paſcit ebur: uel qui miro candoris honore



Lucet in aure lapis rubris aduectus ab indis.
Quem poſtq̄ egregium criſtis & caſſide nota
Fulgentē extremo pedianus in agmine uidit
Cum ſubita ante oculos pauli emerſiſſet imago
Sedibus infernis: amiſſaque poſceret arma:
Inuadit frendens. tu ne ignauiſſime ſacri
Portabis capitis: que non ſine crimine ueſtri
Inuidiaque deum geſtaret tegmina ductor?
En paulus. uocat inde uiri ad ſpectacula manes.
Et fugientis agit coſtis penetrabile telum.
Tum delapſus equo galeā atque inſignia magni
Conſulis abrumpit dextra: ſpoliatque uidentē.
Soluitur omne decus lœto: niueoſque per artus
It ſtygius color: & formæ populatur honores.
Ambroſiæ cecidere comæ. uiolataque ceruix
Marmoreum in iugulum collo labente recūbit.
Haud ſecus oceano rediens cythereius ignis
Cum ſeſe ueneri iactat ſplendore refecto
Si ſubita inuadat nubes hebetatur & atris
Decreſcens tenebris languentia lumina condit:
Ipſe etiam capta pedianus caſſide nudos
Attonitus ſtupet ad uultus. iraſque coercet.
Tum galeam magno ſociū clamore reportans
Immitem quatiebat equum ſpumantia ſeuo
Frena cruentantem morſu: cui turbidus armis
Obuia marcellus rapido tulit ora tumultu.
Agnoſcenſque decus: macte o uirtutis auitæ
Macte antenoride nunc inquit rapta petamus
Quod ſupeſt lybici ductoris tegmina: & ardēs
Terrificis ſeuam fundit ſtridoribus haſtam.
Nec forſan uoti uanus foret: obuia ni uis
Geſtaris oppoſito tenuiſſet corpore telum:
Qui dum uicinis ductorem protegit armis
Tranſabiit non hunc ſitiēs grauis haſta cruorē.
Ingenteſque minas mutata morte peregit
Auehitur raptim ductor diſcrimine lœti
Turbatus: curſumque ferens ad caſtra capeſſit:
Iamque fugæ imodicus tendit certamine greſſū
Præcipitem uerſis pœnorum exercitus armis.
Aſſequitur telis hoſtis: longaſque uiritim
Exatiant iras cladum: cœloque cruentos
Certatim oſtentant & diis ultoribus enſes.
Ille dies primo docuit quod cedere nemo
Auderet ſuperis martis certamine ſiſti
Poſſe ducem libyæ. raptant curruſque uiroſque
Maſſylamque feram: & uiuis auulſa reportant

qualitate roris accepti. unio & mar/
garita idem: quoniā ut ait Plinius. ī
una concha nulli duo reperiuntur
indiſcreti. nomen unionum roma
næ impoſuere delitiæ. impoſitum
autem fuit hoc nomē magnis mar
garitis romæ bello iugurthino: ut
Helius ſtilo ſcriptū reliquit. In aure
quoniam mulieres quondam ī au
ribus ſuſpendebant ad luxū & ma/
gnificentiæ oſtētationem: & proce
rioribus inquit Pli. ſua gratia elen/
cos appellāt faſtigiata longitudine
hos binos ac ternos auribus ſuſpen
dere fœminarum gloria ē. unde di
cit Hor. in ſer. filium eſopi diluiſſe
aceto inſignē bacam detractā ex au
re metelle: & de cleopatra hoc idem
ſcribit Pli. Rubris undis: a mari ru
bro præcipue inquit Pli. laudantur
margaritæ circa arabiam in perſico
ſinu maris rubri. Caſſide nota: quo
niam fuerat pauli æmilii. Extre/
mo ī margine: ī ultimo ordine ubi
cinyps puer erat tyro: hoc nomē ſū
ptum eſt a cinyphi flumi. aphricæ.
Veſter ductor. i. non modo tu in
dignus es galea pauli: ſed etiam an/
nibal niſi cum magno crimine ac ī/
uidia deorum. En paulus ironice
& ex ſtomacho. ecce iquit qui uide
tur dignus ſpoliis pauli. Manes.
animam pauli. Fugientis: cyniphis.
Stygius: niger quia moriebatur.
Ambroſiæ. diuinæ: ſic Virgi. de ue/
nere. Ambroſiæque comæ diuinū
uertice odorem ſpirauere. Ambro
ſia ſumitur a poetis pro poculo di/
uino. eſt etiam frutex denſum ac ra
moſum. Haud ſecus: morientē
pueꝝ & decus formæ lætho amit/
tentem comparat lucifero cuius ful
gor nubium oppoſitiōe hebetatur
Cythereius ignis: lucifer qui diciť
ſtella ueneris. Cui: pediano. Ma/
cte o uirtutis auitæ: uerba marcelli
in laudem pediani. Antenoride:
patauine & qui habes originem ab
antenore. Feram: elephantum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sub cuſpide ictu. quoniam uiderunt annibalem fugientem. Ingẽs eo die. inquit Liuius res ac neſcio an maxima illo bello geſta ſit: non uinci. n. ab annibale uinci ſolitis difficilius fuit q̃ poſtea uincere. Decori martis. i. dicebant marcellum eſſe ſimilẽ marti. Quanto hanc. querimonia: & indignatio annibalis de turpi fuga.

Eluerim. purgauerim hoc dedecus. Statuis. iudicas me dignũ tam turpi morte poſt uictorias mihi hactenus comparatas. Voſq;. uertit ſermonẽ ad milites effœminatos campano luxu. Non degener ipſe. ĩquit annibal ego non degeneraui a meis geſtis & non uerti ſigna uictricia romãis: nec illis dedi terga ſed uobis quos præliũ fugere uidebam præter decorum. Priſci martis. uictoriæ & animi quem prius ĩ marte habuiſti o miles. Euentus graues. clades: nam in cæteris præliis romani ſuccubuerant. Primo munere. uictoria quæ uidebatur eſſe munus dei. Tollit. erigit animos & bene ſperare incipit. Ante omnis. illi dederunt pœnas qui ſe abſconderant ne ad bellum mitterẽtur. Dulcedine uitæ. tangit hiſtoriam de captiuis in pugna cãnenſi a quibus ſcribit Liuius miſſos fuiſſe legatos romã ut redimerentur: quod cum renuiſſent patres unus ex his domũ abiit q; fallaci reditu in caſtra iureiurando ſe exoluiſſet: quod ubi innotuit relatũq; eſt ſenatui omnes cenſuerũt cõpræhendendum & cuſtodibus publice datis deducendum ad annibalem. alia fama eſt inquit decem remanſiſſe q; per cauſam recognoſcendi nomina captiuorum ad annibalẽ ex itinere regreſſi religione exoluiſſent ſeſe de his dedendis magna contentione actum in ſenatu eſſe uictoſq; paucis ſententiis &c. meminit etiam Cicero huius rei in. iii. de officiis. Iurata. quoniã iurauerant ſe redituros. Gentem. ſ. romanam: quoniam illos ad pœnum remiſerunt qui iuſiurandum uiolauerant fuere etiam puniti milites qui cogitauerant patriam deſerere ſuaſu metelli. Decus capitis. i. omnia ornamẽta muliebria ut annulos armillas & cætera id genus. Haud tanta feciſſe uiros. ſenſus eſt: uiri non ægre ferebant ſe in tali temporis conditione ſuperari a mulieribus quæ pro cõi ſalute propria conferebant ornamenta ad uſum belli: & ideo ait bellaq; miniſtrant. Sorte laudis. nam maiorem laudem ſortitæ uidebantur mulieres q̃ homines.

Lætantur. ſ. romani ceſſiſſe facto mulierũ ituro in ſæcula. In mediũ. in cõe & ad belli uſum quẽadmodum fecerant mulieres. Vitæ melioris. lautioris nil relinq̃bant domi quo lautius uiuerent: cõis quippe ſalus priuata uoluptate & lautia erat illis antiquior qui etiam uitã propriã effundere cupiebant. Sine nomine. i. ignobiles & uulgares. Addunt ſpem miſeris. Liuius ait. Qu. Fabius prætor legatus a delphis Romã rediit: reſpõiumq; ex ſcripto recitauit: diuinaq;: q̃ in eo erãt: quibus quotq; modis ſupplicaretur. Tũ ſi ita facitis romani ueſtræ res meliores: fortioreſq; erunt: magiſq; ex ſententia reſpu. ueſtra procedet: uictoriaq; duelli populi romãi erit. apollini donũ mittitote: deq; præda manubiis: ac ſpoliis honorẽ habetote. hæc ubi ex græco carmine interpraetata recitauit: ſenatus decreuit: ut hæ res diuinæ: ſupplicationeſq; primo quoq; tẽpore fierent. Antrũ. Strabo loquens de tẽplo apollinis delphici ait. Autores certi memorant diuinũ ipſũ domiciliũ profundam & curuam eſſe ſpeluncam: non admodum lato ore patentem. unde aura refertur ſacro efflante numine.

Tegmia bellãtũ: atq; abeũt ſub cuſpide terga
Cõtenti uidiſſe ducis. tum martis adæquant
Marcellũ decori: gradit̃ comitãte triũpho
Maior q̃ ferret cum uictor opima tonanti.
Inde furens poſtq̃ uallo uix depulit hoſtem
Ductor agẽoreus: quãdo hãc q̃toq; cruore
Hoſtili labem eluerim: mea terga uidere
Contigit auſoniæ: me ne ĩquit ſumme deorũ
Poſt trebiam ſtatuis iam triſti funere dignũ?
Voſq; iuicta diu nũc heu ſine marte iuuẽtus
Debellata bonis capuæ: non degener ipſe
Geſtorum auſoniis uerti uictricia ſigna.
Vobis terga dedi: uidi cum ad bella uocarẽ:
Nõ ſecus atq; italo fugere a ductore pauẽtes
Quid reliquũ priſci martis tibi: q̃ dare terga
Me reuocante potes? fundebat talia pœnus:
Et latiæ ſe ſe nolana ad mœnia turmæ
Portantes ſpolia inſigni clamore ferebant.
At conſueta graues per longum audire ſuorũ
Euentus roma: & nunq̃ recreare ſecundis.
Allato tandem fauſtæ certamine pugnæ
Erigitur: primoque deum ſe munere tollit.
Ante omnes pigra in martẽ fugiẽſque laborũ
Dum bellũ tonat: & ſeſe furata iuuentus
Dat pœnas latebræ: tum qui dulcedine uitæ:
Inuenere dolos: iurataque fœdera pœno
Corrupere notant: & purgant crimine gentẽ.
Punitur patriã meditantum linquere terrã
Cõſilium ifœlix. ſcelerataque culpa metelli.
Talia corda uirum: ſedeni non fœmina ceſſit
Mente æquare uiros. & laudis poſcere partẽ
Omnis præ ſeſe portans capitiſque manuſq;
Antiquum decus: ac direpta monilia collo
Certatim matrona ruit: belloque miniſtrant.
Haud tanta ceſſiſſe uiros in tempore tali
Laudis ſorte piget: factoquæ ĩ ſæcula ituro
Lætantur tribuiſſe locum. tum celſa ſenatus
Subſequitur turba ĩ mediũ certamĩe magno.
Priuatæ cumulantur opes: nudare penates
Ac nihil arcanos uitæ melioris & uſus
Sepoſuiſſe iuuat. coit & ſine nomine uulgus
Corpore ſic toto ac mẽbris roma oĩbus uſa
Exangues rurſus tollebat ad æthera uultus.
Addũt ſpem miſeris dulcem parnaſia cyrrha
Portantes reſponſa uiri. nam læta ferebant
Exaudiſſe aditis ſacra cum uoce tonaret



Antrũ: & mugiret phœbo iã intrata ſacerdos.
Soluite gẽs ueneris grauiores corde timores.
Aduerſa: & quicquid duri ſub marte manebat
Exhauſtũ eſt uobis. reſtant leuiora laborum.
Et ſine pernicie terror. diis uota: preceſque
Ferte modo: & tepidos aris libate cruores
Neu date terga malis. aderit gradiuus: & ipſe
Delius auertet propiora pericula uates:
Troianos notus ſemper minuiſſe labores.
Sed uero: ſed ẽnim ante oẽs altaria fument
Centum feſta ioui centũ cadat hoſtia cultris.
Ille trucem belli nubem: ſæuaſque procellas
In libyam uiolenter aget. ſpectabitis ipſi
Egida turbato quatientẽ in prælia mundo.
Aſt ea parnaſi poſtquã clamata ſub antris
Allatum. uulgique deus peruenit ad aures:
In capitolinas certatim ſcanditur arces.
Sternũturq; ioui: & delubrũ ſanguĩe honorãt.
Tum peana canũt. reſpõſaque fida precant̃.
Interea aſſuetis ſenior torquatus in armis
Sardoas patrio quatiebat milite terras.
Nanque ortũ iliaca iactans ab origine nomẽ
In bella hãpſagoras tyrios renouata uocarat.
Proles pulchra uiro: nec tali digna parente.
Oſcus erat: cuius fretus fulgente iuuenta
Ipſe aſper paci crudos ſine uiribus annos
Barbarici ſtudio ritus refouebat in armis.
Iſque ubi torquatum rapti properata ferentẽ
Signa uidet: pugnæq; auidas accedere d̃xtras
Fraude loci nota latebroſa per auia ſaltus
Euolat: & profuſa fugæ cõpendia carpens
Occulta tegitur ualle: & frondẽtibus umbris.
Inſula fluctiſono circũuallata profundo
Caſtigatur aquis: cõpreſſaque gurgite terris
Enormes cohibet nudæ ſub margine plantæ.
Inde ichnuſa prius grais memorata colonis.
Mox libyci ſardus generoſo ſanguine fidens
Herculis ex ſeſe mutauit nomina terræ.
Affluxere etiam: & ſedes poſuere coactas
Diſperſi pelago poſt eruta pergama teucri.
Nec paruũ decus aduecto cũ claſſe paterna
Agmine teſpiadum terris iole dediſti.
Fama eſt cum laceris acteon flebile membris
Supplicium lueret ſpectatæ in fonte dianæ
Attonitum nouitate mali fugiſſe parentem
Per freta ariſteum: & ſardoos iſſe receſſus.

Intrata phœbo. i. hauſto diuinandi ſpiritu. Soluite gens ueneris. oraculũ datũ romanis ab apolline delphico. Exhauſtum. finitum. Libate. i. mactate oues ad aras apollinis. Sternũtur. fiunt lectiſternia in tẽplo iouis capitolini: & apollinis. Peana. laudes apollinis.

Interea aſſuetis. tranſit nunc poeta ad bellũ ſardoum cũ nunciatũ eſſet punico ſenatui in hiſpania rẽ male geſtam: omĩſq; ferme hiſpanos ad romanos defeciſſe: erãt qui Magonẽ cum claſſe cõparata: & copiis omiſſa italia in hiſpaniam auerterent: cũ ſardiniæ recuperandæ repẽtina ſpes iniecta eſt. paruũ ibi exercitũ romanũ eſſe. nã diſcedebat Cornelius prætor: & feſſi animi ſardorum erãt diuturnitate imperii. nã graui tributo: & iniqua frumenti collatione opprimebantur. clãdeſtina legatio ad pœnos per principes ſardiniæ miſſa fuerat maxime eam rẽ moliẽte hampſagora: qui tũ auctoritate atq; opibus longe primus erat: his nunciis prope uno tempore turbati: erectiq; Magonẽ cum claſſe ſua: copiiſq; in hiſpaniã mittunt. in ſardinia Aſdrubalem cognomento caluũ eligũt ducem. & tantũ ferme copiarũ quantum Magoni decernunt. Cũ romã eſſet allatum ſardos ad defectiõem ſpectare miſſus eſt eo Titus Manlius Torquatus qui bis cõſul: cenſorq; fuerat: ſubegeratq; in conſulatu ſardos: ideo dicit poeta aſſuetis armis. Interea. dũ talia in italia geruntur. Patrio milite. romano & italo. Nanq; ortum iliaca. narrat poeta quẽadmodũ hampſagoras miſſa legatione uocauerat carthaginenſes. Iliaca. quoniam quidam ilienſes ſardiniæ partem habitarẽt. celeberrimi inquit pli. in ea populorum ilienſes. Reuocata. renouata: quoniam prius fuerat bellum: amiſerant. n. carthaginenſes ſardiniam & Siciliã. Proles pulchra uiro. ipſi hãpſagoræ filius erat nomine oſcus. Cuius. oſci. ſ. iuuenili ætate ac robore fretus pater. Aſper paci. inimicus paci. Studio barbarici ritus. ut barbari faciunt. Stra. ait cũ peſtilẽtibus in locis exercitum aſſidue nutrire minime cõducat. reliquum autẽ eſt illis imperatoribus: ut exercitus ductent artibus quibuſdã: & quidẽ barbarorum morẽ obſeruantes. nam hi poſt latrocinium dies cõplurimos prædæ nundinas celebrant tum incurſant: multoſq; mortales in manus retrahunt. Compẽdia. breue iter. Inſula fluctiſono: deſcribit ſardiniã. Profundo. mari ſardoo. Enormes. uiles: & interdũ peſtilẽtes.

Sub imagine plãtæ. nã ſardinia ẽ ad ſimilitudinẽ humani ueſtigii: & iõ ichnuſa dicta ẽ: ichnos. n. græce latine ſignificat ueſtigiũ. unde ſardiniã ſandaliotim appellauit Timeus ab effigie ſoleæ. Myrſilus aũt ichnuſam. ſardinia a ſardo filio herculis. q e libya ueniẽs iſulã occupauit: & nomẽ dedit. Inde. ex hoc: qa habet formã ueſtigii. Libyci herculis. quoniã ſex fuerũt hercules: ut ſcribit Ci. ĩ li. de na. deo. Secũdus fuit ægyptius nilo natus: quẽ aiunt phrygias lr̃as cõſcripſiſſe: de hoc ĩtelligit poeta. Teucri. troiani: q ĩ ſardinia dicti ſunt iliẽſes. Claſſe paterna. memoriæ ꝓditũ eſt inqt Stra. Iolaũ pleroſq; adducẽtẽ herculis filios huc applicuiſſe: & cum iſulæ accolis barbaris cohabitaſſe: q natiõe tuſci erãt. ide iolẽſes uocati ſunt. Theſpiadũ. filiorum herculis: de qbus dictũ ẽ. illic teſpiadũ docuit ſubmitter̃ colla nepotes. Fama eſt: nũc dicit ariſteũ ueniſſe ĩ ſardiniã filiũ cyrenes nymphæ & apollinis. Acteon fuit filius Ariſtei ex autonoe filia cadmi: q cũ uidiſſet dianã nudã cõuerſus ẽ ab ea ĩ ceruũ: & a propriis laceratus ẽ canibus. ut canit Oui. Spectatæ. uiſæ a ſe ĩ fonte. Oui. Inſcius acteõ uidit ſine frau



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

de dianá. Nouitate mali. quoniá acteoné uerſum í for
má cerui canes lacerarũt. Sardoos receſſus: ſeceſſiſſe i
ſardiniá. Pura ſerpẽtum. nõ ſunt ſerpétes in ſardinia.
Triſtis cælo. pars ſardiniæ nõ modica aſpera é: mini
meq; tráquilla. inquit Stra. Magna quoq; pars agrú hét
rebus oibus fœlicé p̃cipue tritico. locorú quoq; uirtuti
malignitas quædã obſtat. Inſula. n. æſtiuo tépore mor
boſa eſt in locis maxime fœcundis. Vitiata. corrupta
propter paludes: quaꝝ exhalatio inſulá inficit. Torri
da. ſicca in ea parte quæ uergit ad italiá. Pallida. ꝓpter
nimios æſtus ſole cancrum aſcédente. & flãte auſtro: q é
calidus & humidus. Cætera. ſ. pars eſt cereri docilis.
Hoc habitu. qualitate ac natura ſoli. Hoſtis. hampſa
goras. & filius oſcus. Sidonia tæla. ſubſidiũ punicũ.
Iberos. hiſpanos: q cũ ueniſſent aĩos hampſagoræ au/
xerunt. & iam aperto marte pugnare cupiebat: cũ prius
per inuia & ſaltus latuiſſet. Longú. uidebať hampſa/
goræ longũ illud tépus: quo tendebat í hoſtem tantus
erat ardor pugnæ. Coire. ſimul ire. in hoſté coimus.
Expertos. quos in aliis p̃liis fuerant experti: cum tor/
quatus íſulam ſubegiſſet in cõſulatu. Inde. poſtq̃ uen
tú eſt ad enſes. Sed uos calliope. repetit uotú Syllius
narraturus laudem Ennii: q per id tépus in ſardinia ſub
Torquato militabat centurio. Facta uiri. Ennii. meſſa
pus fuit rex apuliæ & calabriæ: a quo meſſapia. Latiæ
uitis. erat centurio Ennius. centuriones uitem pro inſi/
gni geſtabant. Hiſpida. inculta. Rudiæ. oppidũ ca/
labriæ patria Ennii: ut ét Stra. ſcribit: Cato cenſorius di
dicit lr̃as græcas ab Ennio: q ſcripſit annales: quos p cõ/
pita urbis. Qu. Vargũteius ꝓnúciare ſolebat: huius En/
nii meminit Lucre. li. primo. Ennius ut noſter cecinit:
q primus amœnam Detulit ex helicone peréni flore co
roná. Vates ut thracius. Orpheus tépore quo nauiga/
uit cum argonautis. Cyzicus rex in ꝓpontide: a quo cy
zicus nomen accepit. inſula duobus põtibus quondam
iuncta cõtinéti. hoſpitio excepit argonautas: ut canit. V.
Flaccus: in quos ꝓfectioné parátes: cú nondú ſoluiſſent
e portu cyziceni furore impulſi: cú arbitrarenť adeé ho
ſtes: qui ꝓpinqui erát impetú fecerũt: quo p̃lio cyzicus
rex cecidit dolétibus poſtq̃ res cognita eſt argonautis fe
runt orpheũ ea nocte pugnaſſe fortiter. Argo. ĩpos ar
gonautas. Pectine. ipſa lyra & plectro. Sperans fore
æternum. i. magna laude dignú: ſi ennium interficeret.
Sacer hic. laus ennii ex ore Apollinis. Bella itala. q̃
annalibus celebrauit ſuis: quos deſideramus. pli. in. vii.
ait. Sed & noſtroꝝ gloriá percenſeamus prior Aphrica/
nus. Qu. Ennii ſtatuá ſepulchro ſuo íponi iuſſit: clarúq;
illud nomen: immo uero ſpoliú ex tertia orbis parte ra/
ptum in cinere ſupremo cú poetæ titulo legi. Nec ce/
det honore. maieſtate. ſ. carminis: ut in illo ſæculo: quo
poeſis nitorem latinæ linguæ nõ habebat: fuerũt quip/
pe poſt Enniú limatiores: politioreſq;. & magis ex arte:
qua ennius caruit poeticá excoluerũt: ut enniú táq̃ quer
cú annoſá: ut inquit Fa. religionis tantú cauſa miremur
& antiquitatis. Ennius primus apud latinos carmé exa/
metrú fecit. Aſcreo ſeni. heſiodo. Aſcra uicus ad heli/
conem patria heſiodi: quá ipſe patri illic cõmoranti his
uerbis exprobrauit: Aſcrá rus miſeꝝ penes hic helicona
colebat. hiberno dirú triſte æſtu. Optabile nũq̃ helicon
mons é boetiæ phocidi uicinus: apollini ac muſis ſacer.
Latis modis. ſonoro carmine ac heroo pede: cantuq;
pierio: & ſagitta tranſfixit caput Oſci: quo mortuo ſardi

Cyrenen mõſtraſſe ferũt noua littora matrẽ.
Serpentum tellus pura ac uiduata uenenis.
Sed triſtis cœlo: & multa uitiata palude.
Qua uidet italiam: ſaxoſo torrida dorſo
Exercet ſcopulis late freta: pallidaque intus
Arua coquit nimiũ cãcro fumãtibus auſtris:
Cætera propenſæ cereris nutrita fauore.
Hoc habitu terræ nemoroſa per inuia crebro
Torquatũ eludens hoſtis ſidonia pugnæ
Tæla expectabat: ſocioſq; laboris iberos:
Qui poſtq̃ appulſis animos auxere carinis:
Haud mora prorũpit latebris: aduerſaq; late
Agmina íhorreſcũt: longũq; coire uidetur.
Et conferre gradum media íterualla patentis.
Corripiunt campi properatis eminus haſtis.
Donec ad expertos enſes fidiſſima tæla
Peruentum. dura inde lues. ceduntq;: cadũtq;
Alterniq; animas ſæuo í mucrone relinquũt.
Nõ eq̃de ínumeras cædes: totoq; horrida ſcã
Sperarim tanto digne pro nomine rerum
Pandere: nec dictis bellantum æquare caloré.
Sed uos calliope noſtro donate labori
Nota parum magni longo tradanť in æuo
Facta uiri: & meritú uati ſacremus honorem.
Ennius antiqua maſſappi ab origine regis
Miſcebat primas acies: latiæque ſuperbum
Vitis adornabat dextra decus. hiſpida tellus
Miſerunt calabri rudiæ genuere uetuſtæ.
Nunc rudiæ ſolo memorabile nomẽ alumno.
Is prima in pugna uates: ut thracius olim
Infeſtam bello quateret cum cizicus argo
Spicula depoſito rhodopeia pectore torſit.
Spectandum ſeſe non parua ſtrage uirorum
Fecerat. & dextræ gliſcebat cedibus ardor.
Aduolat æternum ſperãs fore pelleret oſcus
Si tantam labem: ac perlibrat uiribus haſtã
Riſit nube ſedens uani conamina cœpti:
Et tælum procul inuentos dimiſit apollo.
Ac ſuper his nimium iuuẽis: nimiũq; ſuperbi
Sperata hauſiſti ſacer hic: ac magna ſororum
Aonidum cura: & dignus apolline uates
Hic canet illuſtri primus bella itala uerſu.
Attolletque duces cœlo. reſonare docebit
Hic latis helicona modis: nec cedet honore
A ſcreo fama ue ſeni. ſic phœbus: & oſco
Vltrix per geminũ tranſcurrit tépus arundo



terga uerterũt. Barbaricum. nomen ꝓ aduerbio. i. barbare ac immane gemens morté ſibi cõſciuit. Anhelũ.
æſtuans dolore. Vrget. ſequiť. At libye ductor. nũc redit ad Annibalé & Marcellum. Acerras. acerræ ſunt
in cãpania quas clanius alluit. unde Vir. Et uacuis clanius nõ æquus acerris. conatus eſt Annibal acerranos ad de
ditioné allicere. Poſtq̃ uero obſtinatos uidit oppugnationé parauit. Acerrani plus animi q̃ uirium habentes de/
ſperata tutela urbis per intermiſſa munimẽta: neglectaſq; cuſtodias ſiléťio noctis dilapſi p uias. inuiaq; ut terror,
ducebat in urbes cápaniæ. quas in fide & officio eé ſciebant confugerũt. Annibal acerras incédit: atq; diripuit.
Non æqui martis. quoniá parum uiriú habebant acerrani cõtra tot Annibalis copias. Incuſſit ſeſe nuceriæ

Vertuntur iuuenis caſu perculſa per agros
Agmina: & effuſæ pariter dant terga cateruæ.
Dum pater audita nati nece turbidus iræ
Barbaricũ: atq; ímane gemés: trãſfigit anhelũ
Pectus: & ad manes urget ueſtigia nati.
At libyæ ductor marcello fractus: & acri
Contuſus pugna: campos damnarat: & arma
Verterat ad miſeras nõ æqui martis acerras.
Inde ubi permiſit flammis: atq; enſibus urbé
Nuceriæ nihilo leuior nec parcior ira
Incuſſit ſeſe: atque æquauit mœnia terræ.
Poſt caſilina ſibi multũ obluctatus iniquis
Defendentum armis ægre reſeruauerat aſtu
Limina: & obſeſſis uitam penſauerat auro.
Iamq; in dauniuagos ꝓfundẽs agmina cãpos
Flectebat rabiem: quo præda uel ira uocaſſet
Fumabat uerſis incenſa petilia tectis.
Infœlix fidei: miſeræque ſecunda ſaguntho:
At quondã herculeã ſeruare ſupba pharetrã.
Verterat & mentem tyria ad conata tarentus.
Portiſque intrarãt pœni: ſed ení arce coruſca
Fiſa loco manus auſoniæ ſtipata ſedebat.
Hic mirãda moués claſſem: quæ cõditaportu
Aſtabat: nanque anguſtis e faucibus æquor
Erumpit ſcopulos inter: patuloque receſſu
Effundit campis ſecretũ gurgite pontum.
Incluſas igitur: q̃bus haud enare dabať
Arce ſuperpoſita clauſtris maris extulit aſtu:
Perque auerſa tulit portatus arua carinas.
Lubrica roboreis aderãt ſubſtramia plauſtri:

idest quodã ímpetu nuceriá inuaſit: cuius præda militi da
ta eſt: urbſq; direpta atq; incenſa. Caſilina. caſilinum
oppidũ cãpaniæ. qđ annibal obſedit: quo præneſtini mi
lites & cohors peruſina cõfugerant audita cánenſi ſtrage.
Peruſini erant. cccc. & . lx. q ad tátá cõpulſi ſunt inopiá an
nonæ: ut lora detractaſq; ſcutis pelles: ubi feruida molliſ
ſent aqua mádere conarentur: nec muribus aliove aiali
abſtinerét: & omne herbarũ radicũq; genus aggeribus i/
fimis muri eruerint: & cú hoſtes obaraſſent qcq̃d herbi/
di terreni extra murũ erat rapoꝝ ſemen iniecerunt: ut
Annibal: ego ne uſq; dũ ea naſcantur ad caſilinũ ſeſſurus
ſum exclamaret: q nullá antea pactionem auribus admi
ſerat tum demũ ſecũ agi paſſus é de redemptione libero
rum capitũ. Obluctatus. ípe Annibal cú diu oblucta/
tus eſſet his qui defendebãt. obluctor tibi dicimus. i. pu
gno ſiue conor cõtra te. Virg. Genibuſq; aduerſæ oblu/
ctor harenæ. Iniqs. imparibus: quoniá pauci erãt itus
cõparatione hoſtiũ. admouerat Annibal urbi uineas: cu
niculoſq; fieri iuſſit: ſed qui caſilinũ defédebãt tráuerſis
cuniculis hoſtiũ cuniculos interrupere. Aegre. cú diffi
cultate. Aſtu. aſtutia: quoniá auro eos dimiſit. Va/
gos cápos: diffuſos & amplos. Petilia. urbs cõdita a phi
loctete. Virgi. Parua philoctete ſubnixa petilia muro. Li/
ui. ait. Petilia in brutiis aliquot poſt méſibus q̃ cœpta op
pugnari erat ab himilcone p̃fecto annibalis expugnata
é: multorũq; ſanguine ac uulneribus ea pœnis uictoria
fuit: nec ulla magis uis obſeſſos q̃ fames expugnauit: ab/
ſumptis. n. alimétis: carnibuſq; ois generis quadrupedũ:
ſcutorũq; poſtremo coriis: herbiſq; & radicibus & corti/
cibus teneris ueſcebátur: idõ ait poeta. Infœlix fidei: quo/
niá ꝓpter fidé id paſſi ſunt petiliani ut ſagũthini. Her
culeá pharetrá. ꝓpter philocteté cõditoré: q habuit ſagit
tas herculis tinctas ſanguine hydræ. Supba. nobilis &
clara. Verterat & menté. nũc de tarétinis agit: q ad an
nibalé defecerẽt. Philomenus & nicõ tarentini ꝓditores
fuerũt: & cũ portæ ánibal appropinq̃ret: editus ex cõpo/
ſito ignis ab ánibale é. ide é redditũ a Nicõe ſignũ. extictæ
deinde utrinq; flãmæ ſunt. Annibal ſiléťio agmen du
cebat ad portá. Nicon ex íprouiſo ſopitos uigiles in cubi
libus ſuis obtrúcat: portáq; aperit. Annibal cũ peditum
agmine igrediť. Equites ſubſiſtere iubet: ut quo res po/
ſtularet occurrere libero cápo poſſent. Arce coruſca.
alta. Manus. multitudo. arx tarentina í modũ peninſulæ maiori parte circũluiť præaltis rupibus ab ípa urbe
muro & foſſa ingenti ſeparať. Salinator urbis præfectus primo exercitus tumultu í portá effugit. inde acceptus
ſcapha in arcé confugit. & romani oẽs q cædibus ſupſuerát in arcé ſe receperunt. Poſtea Fabius Maximus Taré/
tum recuperauit: cui cú ſalinator diceret: ut autor é Ci. in Catone maiore mea opera. Qu. Fa. Tarentũ recepiſti:
certe inqt ridens. ná niſi tu amiſiſſes nunq̃ recuperaſſem. Hic mirãda moués. naues tarentinorum í ſinu exi
guo intercluſæ erãt. clauſtra quippe romani tenebãt: qui í arcẽ cõfugerát: nec íde euadere poterát: quas annibal
plauſtris tráſuexit: cõtracta. n. extéplo undiq; plauſtra: iũctaq; inter ſeſe: & machinæ ad ſubducédas naues admo
tæ: munitũq; iter: quo faciliora plauſtra: minorq; moles in tranſitu eſſet inuenta inde. ac hoíes cõtracti & opus
impigre cœptũ: paucoſq; poſt dies claſſis íſtructa: atq; parata circũuehiť arcé: & ante ípm portum ancoras iacit.
Mirãda. rem miri. Faucibus. clauſtris ípius portus: ubi erat arx. Receſſu patulo. amplo receptaculo & ſi
nu. Pontum ſecretum. aquá diuiſam. Errare. exire in mare ultra fauces: quibus arx imminebat. Porta/
us. plauſtrum ſiue uehiculũ tulit naues p oppoſitũ monté. Subſtramina. dicunť oia: quæ alicui rei ſubſter/



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nuntur. Lubrica ſubſtramina.rotæ & lapſus. Vir. Pedibuſq; rotarū ſubiiciūt lapſus. Nūcius interea.dum hæc tarenti agerentur.Nunciatū eſt annibali: qui terebat maria nauibus uectis:nō more.i.præter conſuetudinem:obſeſſam eſſe Capuam a romanis. Dum procul œbalios.hæc fuerunt uerba nuncii. Oebalios. Tarentinos:qui habuerūt originem ab œbaliis.i.lacedæmoniis.Oebali dicti ſunt lacedæmonii ab œbalo puero:& Tarentus colonia lacedæmoniorum fuit. Haud ſecus.annibalis ferociam & celeritaté cōparat tygridi cōmotæ raptis catulis.tygris eſt uelocitatis tremendæ lege piniū:& Ariſtotelé. Emicet.ſaltet & currat. Ganges: fluuius indiæ. Centenius.hic octomilia hoium accepit a ſenatu & i lucaniá ꝓfectus eſt: & ab annibale oppreſſus.

Prauus audendi.audax ſine prudentia. Facilis periclis.qui ſeſe facile periculis exponebat. M.centenius cui penula cognomen fuit:& cēturio militauerat inter primipili centuriones inſignis & magnitudine corporis:& animi perfunctus militia p.P. Corneliū prætorem inſenatum itroductus petiit: ut ſibi exercitus dareť.pollicituſq; é ſi hoc impetraſſet de annibale uictoriá. Agreſtis.cū data eſſent centenio pro quinq; milibus octo milia militū pars dimidia ciues: pars ſocii & ipſe aliquantū uolūtarioꝝ itereundū ex agris aſciuit ac prope duplicato exercitu in lucanos peruenit: ubi annibal nequicquá claudiū ſequutus ſubſtiterat. Honore uitis. quoniá fuerat cēturio. Nec ſubſtitit agmen .i.annibal uictor cum ſuo agmine nō ſubſtitit:ſed celerrime ad alios opprimendos aduolauit. Milia bis ſepté.hæc fuit clades altera quá in curſu annibal raptim peregit. Gneus Fuluius prætor male aduerſus annibalé pugnauit in quo ꝓlio.ut ait Liuius.xx.milia hominū ceciderūt ipe cū equitibus ducentis aufugit. Non ſollertior enſe.non clarior & prudétior cētenio in re militari. nam male acies inſtruxit:etenim cū annibal prima luce in aciem copias eduxiſſet fuluius nō tam ſua ſpe q̄ impetu militum fortuito tractus pugná non detrectauit.itaq; eadē temeritate qua proceſſum in aciem eſt inſtruitur ipa acies ad libidiné militū forte ꝓcurrentiū conſiſtentiumq; quo loco ipſorum tuliſſet animus.deide per libidiné:aut metum deſerentiū locū dux ſtulticia:& temeritate centenio par. animo nequaquá cōparandus. Vbi & ré inclinatá ac trepidātes ſuos uidit equo arrepto effugit. In armis iuſtis.quoniam erat prætor. Inſignis genus.habens claros natales:& maiorum ſtemmata. Aeq;.ſimiliter ut fuerat centenio fuſo. Exequiæ tantū.T. Sempronius gracchus ab hoſpite ſuo lucano deceptus a magone iterfectus eſt: hoſpes auté erat Flauius Lucanus. Liuius ait. Flauius mutata repéte uolūtate locum gratiæ apud pœnum quærens neq; tranſire ipe:neq; tranere ad defectionem Lucanos ſatis habuit niſi imperatoris & eiuſdem hoſpitis proditi capite:ac ſanguine fœdus cum hoſte ſanxiſſet:funeris gracchi uaria eſt fama autore liuio. alii in caſtris romanis ſepultum a ſuis tradūt: alii ab annibale: & ea uulgatior fama é:quá poeta ſeqtur.In ueſtibulo punicorum caſtrorū rogus extructus fuit. & armatus exercitus accurrit:cum tripudiis hiſpanoꝝ motuq; armorū & corpoꝝ ſue cuiq; genti aſſuetis.ipo ánibale oi reꝝ uerborūq; honore exequias celebráte. Horrificæ mētis. ideſt qrebat laudé humanitatis:& pietatis erga mortuos q̄uis haberet menté horrificá & quaſi ab oi humanitate aliená. Læto funere:quoniá cū tripudiis:& motibus militū ánibal funus gracchi celebrauit. Hoſpite. flauio lucano. Cæſus ductus ad locū inſidiaꝝ ubi cæſus fuit. ná flauius non iterfecit gracchū ſolus. imo gracchus i hoſpité irruit cognita fraude:cui parci ſine multoꝝ ſáguie nō potuit:lege liuiū. Cæco aſtu.iſidiis:nam mago pedites:eqteſq; armatos i latebras occuluit monitus a flauio. Libys.ánibal. Ad mœnia.capuá. Vterq; cōſul.cōſules erát Fuluius Flaccus:& appius claudius a qbus capua obſeſſa é. Prætores aūt Gneus Fuluius Flacchus:& claudius Nero.M.Iunius ſyllanus.P.Cornelius. Vis oís.oés milites q nolæ erát ad cōſulé uenerunt.

Atque recens cæſi tergo prolapſa iuuenci
Aequoreá rota ducit per gramina puppim.
Et iam per colles:dumoſque ad littus:ad acta
Innabat pelago ueniés ſine remige claſſis.
Nuncius iterea uectis non more carinis
Terrentem freta curarum feruoribus implet.
Dū procul œbalios amet expugnare nepotes
Et primus roſtris ſulcet naualibus arua:
Obſeſſos capuæ muros:clauſtra ipſa reuelli
Portarum.ac totum miſeris incurrere bellū.
Linquit cepta ferox pennaſq; addēte pudore
Atq; ira ſimul immani per proxima motu
Euolat:& minitans auida ad certamia fertur.
Haud ſecus amiſſo tygris ſi concita fœtu
Emicet:attonitæ paucis luſtratur in horis
Caucaſus:& ſaltu tranſmittitur alite ganges.
Donec fulmineo partus ueſtigia curſu
Colligit & rabiem prenſo cōſumit in hoſte
Obuius huic ſparſo cētenius agmine raptim
Funditur:audēdi prauus faciliſq; periclis.
Sed paruum decus annibali:ná uitis honore
Perfunctus latiæ ſubito ſtimularet agreſtis
Semerméq; manū ſternédá obiecerat hoſti.
Bis ſeptem demiſſa neci nec ſubſtitit agmen.
Milia bis ſeptem quæ non ſollertior enſe:
Sed genus inſignis iuſtis ducebat in armis
Fuluius:aſt æque per corpora fuſa iacentum
Raptū iter eſt: uictorq; morá nō paſſus eūtis
Exequiæ tantum famá noméq; uolentem
Horrificæ mentis tenuerunt funere læto.
Nāq; per inſidias infandū & ab hoſpite ceſus
Colloquiū & promiſſa peti:dū perfida gētis
Lucanæ gracchus cæco circundatus aſtu
Occiderat: laudéq; libys rapiebat humádi.
Sed non ut ſcitū celerare ad mœnia pœnum:
Aſtabat res ulla loco:iam conſul uterq;
Præcipites aderant:nola uis omnis & arpis.



Aeui floridior fabius rapida arma ferebant.
Hinc nero & hinc uolucres ſyllanus nocte dieq;
Impellebat agens properata ad bella cohortes
Vndique cōueniunt pariterq; opponere cunctos
Vni ductores iuueni placet:arduus ipſe
Tifata inuadit propior:qua mœnibus inſtat
Collis:& e tumulis ſubiectam deſpicit urbem.
Verum ubi tot ſeſe circunfundentibus armis
Vallatas ſocium portas: unamque negari
Intrauiſſe ſibi:capuæque erumpere cernit
Anxius aduentus:nunc ferro frangere cœtum
Obſtantum meditatur:& huic nunc auia cepto
Conſilia:atque aſtu querit tot milia portis
Abſtrahere arctatis:cūctoſque reſoluere muros.
Sic igitur ſecum curaſque ita corde fatigat.
Quo mens ægra uocas:rurſuſne pericula ſumá
Non æquus regione loci? capuaque uidente
Terga dabo? an reſidés uicini uertice montis
Excindi ante oculos patiar ſotialia tecta?
Non ita me experti fabius fabioque magiſter
Turbarum expertor cum clauſos milite colles
Euaſi uictor:ſparſoſque per arua iuuencos
Iactare accenſis ſtimulaui cornibus ignes:
Haud dum omnes abiere doli:defendere nobis
Sic capuam ereptū eſt: dabitur circūdare romá:
Hæc poſtq̄ placita:& tenuit ſententia mentem
Non expectato titan dum gurgite lucem
Spirantes proferret equos impellit in agmen
Voce manuque uiros:& cepta immania pandit.
Perge age:uince omnem miles uirtute laborem
Et quantum humani poſſunt ſe tendere paſſus.
Arduus accelera. romam petis.hoc iter alpes
Hoc cannæ ſtatuere tibi:eia incute muris
Vmbonem iliacis:capuæq; repende ruinas.
Quam tanti fuerit cadere:ut palatia cernas
Et demigrantem tarpeia ſede tonantem
Inſtructi glomerāt greſſus:roma auribus hæret.
Roma oculis:credūtque ducis ſolertibus actis
Aptius id ceptum:q̄ ſi dixiſſet ab ipſo
Fatali æneadis campo.uulturna citata
Tranſmittunt aluo uada:poſtremi relinquūt
Tardandis italis corruptas igne carinas.
Tum ſidicina legunt pernicibus arua maniplis.
Threiciamque calen:ueſtras a nomine nati
Orithya domos:hinc alifanus iaccho
Haud inaratus ager:nymphiſq; habitata caſini

Aeui floridior Fabius:filius fabii maximi dictatoris qui filio conſuli legatus fuit. Arpis:ex apulia ubi conſul pugnauerat. Huic nero: claudiū Neronem prætorem a ſueſſula ex claudianis caſtris exciuerunt:nam claudio neroni prætori ſueſſula obuenit.M.Iunius ſyllanus prætor prouinciá habebat inter conſules: ut quo uſus uocaret preſto eſſet. Ductores: conſules & prætores. Vni iuueni: Annibali tantæ molis erat eo tempore annibal. Arduus:ideſt Annibal locum arduum occupauit:tifata.ſcilicet collem prope capuam. Obſtantum:romanorum. Auia conſilia: uaria & diuerſa. Arctatis:obſeſſis. Quo mens ægra uocas:dubitabat annibal quidnam faceret: & ipſius mens dubia & mœſta erat:inopſque conſilii. Pericula.debeo ne iterum ſubire pericula in hac locorum difficultate ut feci ad nolam cum dedecore? Non æquus. impar quoniam romani iuuátur loci opportunitate. Non ita me experti: ab eo quod fecit tempore Fabii ſumit animos annibal qui ab illo clauſus euaſit.ut dictum eſt. Magiſter:minutius qui fuit magiſter equitum fabio dictatori. Turbarū expertor:qui meas perturbationes eſt expertus.turba hic ſignificat perturbationem:ut apud Terentium. Tum illæ turbæ fient:ide perturbare:expertor é deductum ab experior:ut amator ab amo: & ſeqtor a ſequor: ſed inuſitatum eſt.& poeta interdum nimis affectate loquitur.Colles:ad caſilinum ſcilicet & campum ſtellatem. Victor:compos uoti. In agmen:cōcionem & unam multitudinem ut mentem aperiret ſuam. Perge age. uerba annibalis hortátis ſuos ad iter quo romam petituri erát: præmium laborum: & cuius cauſa tranſcenderát alpes. Iliacis:romanis modo romam uideamus: & capiamus de ruina capuæ curandum non eſt:ſic Martialis.Nūc & damna iuuant.ſunt ipſa pericula tanti. Stantia non poterant tecta probare deos: non enim poſſumus ad magna præmia ſine laboribꝫ & incommodis peruenire:& quocunque periculo res diu optata bene emitur:cadat igitur inquit capua dum roma potiamur. Aptius id ceptum: commodius eſſe inſtitutum hoc iter ad urbé nūc q̄ ſtatim poſt pugnam cannenſem. Solertibus actis:rebus ab annibale geſtis magno cōſilio: & ſecundo euentu. Fatali.pnicioſo romanis. Vulturna uada:uulturnus fluuius non longe a capua qui caſilinum alluit:quem annibal ratibus in ipo fluuio comprehenſis traiecit. Corruptas igne. Liuius ait fuluium romam properantem uulturnus tenuerat amnis nauibus ab annibale incéſis. Sidicini populi campaniæ de quibus dictum eſt.

Legunt:prætereunt uelocibus maniplis. Calen threiciam: conditam a zeto: & calai filiis boreæ: & orithiæ qui poſt reditum argonautarum uenerunt in italiam:& boreas flat ex thracia: ideo threiciam calen appellat. Aliſe oppidum campaniæ cuius ager uitibus conſitus eſt: ideo dicit ipſū baccho haud inaratum. Caſinum oppidum cápaniæ ſub caſinū biduo ſtatiua hūit ánibal & paſſim populationes factæ: ut inquit Liuius.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Rura euaſtantur: mox & uicinus aquinas
Et quæ fumantem texere giganta fregellæ
Agmine carpunt̕ uolucri: fert concitus inde
Per iuga celſa gradū: duris qua rupibus hæret
Bellator fruſino & ſurgit ſuſpenſa tumenti
Dorſo: frugiferis cerealis anagnia glebis.
Iamque adeo eſt campo ingreſſus & arua labici
Linquens telegoni pulſatos ariete muros.
Haud dignā iter tanta morā: nec amœna retētāt
Algida: nec iuxta iunonis tecta gabinæ.
Præceps ad ripas immani turbine fertur:
Sulphureis gelidus qua ſerpit leniter undis
Ad genitorem anio labēs ſine murmure tybrim.
Hic ut ſigna ferox dimenſaqꝫ caſtra locauit:
Et ripas tremefecit eques: perterrita pulſis
Ilia prima uadis ſacro ſe coniugis antro
Condidit: & cunctæ fugerūt gurgite nymphæ.
At matres latiæ ceu mœnia nulla ſuperſint:
Attonitæ paſſim furibundis greſſibus errant.
Ante oculos aſtant laceræ trepidantibus umbræ
Quæqꝫ graué ad trebiā quæqꝫ ad ticicina fluēta
Oppetiere necem paulus gracchuſque cruenti
Flaminiuſque ſimul miſeris ante ora uagantur.
Clauſit turba uias: ſtat celſus & aſper ab ira.
Ingentemque metū toruo domat ore ſenatus.
Interdum tamen erūpunt ſub caſſide fuſæ
Per tacitū lachrymæ. quid nā fortuna minetur.
Quid ue parent ſuperi. pubes diſperſa per altas
Stat turres: atque huc uētum ſub corde uolutat.
Vt iam roma ſatis credat defendere muros.
Pœnus ut ad ſomnos uix totam curſibus actæ
Indulſit pubi noctem uigil ille: nec ullam
Ad requiē facilis: credenſque abſcedere uitæ
Quod ſopor eripiat tempus: radiantibus armis
Induitur. nomadūque iubet prorūpere turmas.
Inde leuis frenis circum pauitantia fertur
Quadrupedante ſono perculſæ mœnia romæ.
Nunc aditus luſtrat: clauſas nunc cuſpide pulſat
Infeſta portas: fruiturqꝫ timore pauentū.
Nunc lætus celſis aſtans in collibus intrat
Vrbem oculis: diſcitque locos: cauſaſque locorū
Ac legeret uiſu cuncta & penetraret in omnis
Spectando partes: ni magno turbine adeſſet
Fuluius: haud tota capuæ obſidione relicta
Tum demum caſtris turmas infœlix ouantes
Spectata ductor ſatiatus pectora roma.

Fregellæ oppidū. nō procul ab aquino: quod fingit poeta denominatum fuiſſe a fregello gigante illic ab hercule interfecto ac ſepulto. Cerealis. frugifera anania eſt in ædito loco ſita. labicū oppidum fuit uia præneſtina uia labicana incipiebat ad portā ſancti laurētii. ſupra. & picti ſcuta labici. Thelegōi muros. tuſculū conditū a thelegono filio Vlyſſis. Pulſatos ariete. quoniā annibal tuſculum cōceſſit ut urbe potiretur quod cū non ſucceſſiſſet gabios deſcendit. Algida amœna. ſylua prope ariciam algidum eſt ſylua amœna inter tuſculū & ariciā. Mar. & quodcūqꝫ iacet ſub urbe frigus. Gabinæ iunonis. quoniam iuno a gabiis colebatur. Sulphureis undis. quoniā in agro tyburtino aqua eſt ſulphurea. Ad genitoré. tyberim. ſupra dixit. Quapropter acceptis amœnis ditior undis in pontū flauo deſcendit gurgite tybris. Ilia perterrita pulſis uadis. ilia thea mater romuli nupſit amœni. ut poetæ fabulātur: ſed nō ſine cauſa fictū eſt. nā demerſa fuit i amœné ilia iuſſu amulii: ut ſcripſit ennius. autore porphyrio horatio iterprete. At matres latiæ. Liuius ait ploratus mulierum nō ex priuatis ſolū domibus exaudiebat̕ ſed undiqꝫ matronæ in publicum effuſæ circa deum delubra diſcurrūt crinibus paſſis aras uerrentes nixæ genibus. ſupinas manus ad cælū: ac deos tendentes orāteſqꝫ ut urbem romam e manibus hoſtium eriperēt matreſqꝫ romanas: ac liberos inuiolatos ſeruarent.

Stat celſus. erecto animo & magno in tātis periculis. Toruo ore. feroci aſpectu ſupabat timorem.

Stat per turres. Iuue. ac ſtantes collina turre mariti. Senatus. inqt Liuius magiſtratibus præſto eſt. ſiqd conſulere uellent. Pubi actæ curſibus. militibus defatigatis celeri curſu a capua romam. Abſcindere uitæ. putabat annibal illud tempus amitti: qđ ſōno tribuitur. Nomadum turmas. Liuius ait quo propius hoſtis accedebat maior cædes fiebat fugiētū pcedentibus numidis. pluresqꝫ oium generꝫ atqꝫ ætatū capiebant̕. Circum fert̕. annibal ſtatiuis poſitis ad anienem cùm duobus milibus equitum a porta collina uſqꝫ ad templum herculis progreſſus eſt atqꝫ unde maxime poterat ſitum urbis contemplat̕. Portas. nam pulſauit portam collinam & haſtam: ut ait plinius in urbem: primus hoſtium intorſit. Cauſas locorum. unde. ſ. nomina accepiſſent ſingula urbis loca: & imprimis colles. Fuluius. cum nunciaretur. Qu. fuluiū flaccū proconſulem romam aduentare poſt annibalem ne minueretur imperium ſi in urbem ueniſſet decreuit ſenatus ut. Qu. fuluio par imperiū conſulibus eſſet cum tumultus romæ eſſet: fuluius porta capena romam igreſſus media urbe p carinas in exquilias cōtendit: inde digreſſus inter exquilinā & collinā portam caſtra poſuit conſules ſenatuſqꝫ in caſtra uenerunt. Haud relicta obſidione. nam remanſerunt duces: ac militum magna uis ad obſidionem capuæ elegit fuluius. xv. milia peditum & mille equites. Turmas ouātes: ſuos milites gaudentes tali ſpectaculo reduxit in caſtra.



Atque ubi nox depulſa polo primaque rubeſcit
Lampade neptūnus reuocatque aurora labores:
Effundit rupto perſultās agmina uallo:
Et quantū clamare ualet: per plurima noſtra
O ſocii decora: & ſacras in ſanguine dextras
Vobis ite pares: & tantum audete ſub armis
Quantū roma timet: reliquā hanc excindite molē.
Nil quod uincatis toto reſtabit in orbe.
Neu populi uos martigenæ tardarit origo.
Intratam ſenonum capietis milibus urbem:
Aſſuetamque capi. fortaſſe curulibus altis
Iam uos exemplo proauorum ac nobile lætum
Expectant de more ſenes: mortique parantur.
Talibus hic pœnus: ſed contra œnotria pubes
Non ullas uoces ducis aut præcepta requirit.
Sat matres ſtimulant: natique & cara ſupinas
Tendentū palmas lachrymātiaque ora parentū
Oſtentant paruos: uagituque incita pulſant
Corda uirum: armatis infigunt oſcula dextris.
Ire uolunt: & pro muris opponere denſi
Pectora: reſpectātque ſuos: fletumque reſorbent.
Vt uero impulſo patefactæ cardine portæ:
Et ſimul erupit iunctis exercitus armis:
Fundit̕ immixtus gemitu precibuſqꝫ per altos
Ad cælum muros clangor: ſparſæque ſolutis
Crinibus exululant matres: atqꝫ ubera nudant.
Fuluius anteuolans agmen. quis neſciat inquit
Non ſponte ad noſtros pœnum ueniſſe penates?
A portis fugit capuæ: ſubnectere plura
Conantem triſtis cœli cum murmure uaſto
Turbauit fragor: & ſubita de nube procellæ:
Iuppiter æthyopum remeans tellure minantem
Romuleo pœnum ut uidit ſuccedere uallo:
Cœlicolis raptim excitis defendere tecta
Dardana: & in ſeptē diſcurrere iuſſerat arces.
Ipſe e tarpeio ſublimis uertice cuncta
Et uentos ſimul & nubes & grandinis iras
Fulminaque & tonitrus & nimbos concieratros.
Concuſſu tremuere poli: cœlumque tenebris
Clauditur: & terras cæco nox condit amictu.
Inſtat tempeſtas oculis: hoſtique propinquo
Roma latet. iactæ in turmas per nubila flammæ
Stridorem ſeruant: membris inſibilat ignis
Hinc notus: hinc boreas: hinc fuſcis africus alis
Bella mouent: quantis animos & pectora poſſint
Irati ſatiare iouis: fluit agmen aquarum

Effundit rupto. poſtero die tranſgreſſus anienem annibal in aciem copias omnis eduxit pugnaturus. nec flaccus cōſuleſue pugnam detrectauere. iquit Liuius. iſtructis utrinqꝫ exercitibus in eius pugnæ caſum in qua urbs roma præmium uictori eſſet. Per plurima noſtra. hortatur annibal ſuos ad pugnam & præmium: cuius cauſa tot labores difficultateſqꝫ ſuperauerant. Milibus ſenonum. quos non gloria belli non cura imperii propagādi: ſed carice ac dulcia uina i italiam traxerunt. Fortaſſe curulibus. hiſtoriam tāgit. gallis properantibus ad urbem ſenes relicti ſunt in domibus cum iuuenes in arcem confugiſſent. qui eorum. iquit Liuius curules geſſerāt magiſtratus ut i fortunæ priſtinæ honorumqꝫ: aut uirtutis inſignibus caderent in medio ædium curulibꝰ ſellis ſederūt: quos tādē ad unum galli trucidarunt.

Oenotria pubes. iuuētus romana nō expectabat ducum exhortationes. Arces. ſeptem colles urbis de quibus dictum eſt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Senſere deum. iouem fauentem romanis. Penetralia mõtis. templum iouis capitolini. Sacro telo. fulmīe tuo cum non poſſit mortali mãu ſiſti. Obruit. priuat ſplendore ipſe ſol exoriẽs. Lãpada. ſuum ſplendorem cum oritur poſtero die annibal iterum ſe ad pugnã expediuit. Vſus uitæ: dies quo mortales ſe exercent ad uſum uitæ. Oenotria. romana. Hebeſcere. fieri nigrum. Dies. ſplendor diei. Regna cœleſtia. cognouit bella iouis tanq̃ expertus. nam fulmine gigãtes deiecit iuppiter. Notus. auſter qui coegit annibalem caſtra repetere: poſtero die eodẽ loco. inquit Liuius acies inſtructas eadẽ tẽpeſtas diremit ubi recepiſſent ſeſe in caſtra ſerenitas cũ tranquillitate oriebatur: in religionem ea res apud pœnos uerſa ẽ.

Turbine confuſum piceo & nigrante procella.
Atque omnis circa campos ſpumantibus undis
Inuoluit: celſus ſummo de culmine montis
Regnator ſuperum ſublata fulmina dextra
Librauit: clypeoque ducis non cedere certi
Incuſſit: ſumma liquefacta eſt cuſpis in haſta.
Et fluxit ceu correptus fornacibus enſis
Ambuſtis. ſed enim ductor ſidonius armis
Siſtebat ſocios: & cæcum e nubibus ignem
Murmuraque a uentis miſceri uana docebat.
Tandem poſt clades ſocium cœlique ruinam
Non hoſte in nimbis uiſo: non hoſte referri
Signa iubet caſtris: mœſtaſque reſuſcitat iras.
Ventis debebis nimirũ hyemiſque procellis
Vnũ roma diem: ſed non te craſtina nobis
Lux unq̃ eripiet: deſcendat iuppiter ipſe
In terras licet infrendens. dum talia fatur
Ecce ſerenato clarum iubar emicat axe.
Purgatuſque nitet diſcuſſis nubibus æther.
Aeneadæ ſenſere deum: teliſque repoſtis
Summiſſas tendunt alta ad capitolia dextras.
Et feſta cingunt montis penetralia lauro.
Tum uultus modo nõ paruo ſudore madentes:
Nunc lætos iouis aſpectant: da ſumme deorum
Da pater ut ſacro libys inter prælia telo
Concidat: haud alia potis eſt occumbere dextra.
Sic adeo orantes preſſere ſilentia: poſtq̃
Abſtulerat terras nigrantibus heſperus umbris.
Q uem ſimul attollens rutilantem lampada titan
Obruit: & uitæ rediit mortalibus uſus:
Pœnus adeſt. nec ſe caſtris œnotria pubes
Continet. haud dũ enſes ſtricti mediumqꝫ iacebat
Tantum ad bella loci: quantũ tranſmittere iactæ
Sufficerẽt haſtæ: cum fulgor hebeſcere cæli
Per ſubitum cœpit: denſæque ſubire tenebræ:
Atque dies fugere: atque armari ad prælia rurſus
Iuppiter: incumbunt uenti. craſſuſque rotante
Auſtro nimborum feruet globus. intonat ipſe
Q uo tremat & rhodope tauruſqꝫ & pindus & atlas
Audiuere lacus herebi. merſuſque profundis
Agnouit tenebris cœleſtia bella typheus
Inuadit notus. ac piceam cum grandine multa
Intorquens nubem cuntantem & uana minantem
Circũagit. caſtriſque ducem ſuccedere cogit.
Verum ubi depoſitis ſepſit ſeſe aggere telis:
Læta ſerenati facies aperitur olympi.
Nullaque tam mitem credas habuiſſe tonãtem



Fulmina: nec placido commota tonitrua cœlo
Dura: & affirmans non ultra ſpondet in ipſos
Venturam crebroque diem: modo patria uirtus
In dextras redeat: nec romam excindere pœni
Credãt eſſe nefas. ubi nam tunc fulmina tandem
Inuicti iacuiſſe iouis cum ſternerет enſis
Etolos campos: ubi cum tyrrhena natarent
Stagna cruore uirũ? pugnat pro mœnibus inq̃t
Si rector ſuperum tot iactis fulmine telis
Inter tot motus cur me contra arma ferentem
Afflixiſſe piget uentis hyemique fugaces
Terga damus. remeet quæſo mens illa: uigorqꝫ
Q ua nobis cũ pacta patrũ cũ fœdera adeſſent
Integrare acies placitũ. ſic pectora flammat
Donec equum titan ſpumantia frena reſoluit:
Nec nox compoſuit curas ſomnus ue frementẽ
Auſus adire uirum: & redeunt cum luce furores.
Rurſus iarma uocat trepidos: clypeoqꝫ tremẽdũ
Increpat: atque armis imitatur murmura cœli
Vt uero accepit tantum conſidere diuis
Auſonios patres ſummiſſaque betis ad oras
Auxilia: & noctu progreſſum mœnibus agmen
Sic agitare fremẽs obſeſſos ocia: iamque
Securam annibalis romam. uiolentior inſtat.
Iamqꝫ propiquabat muro: cum iuppiter ægram
Iunonem alloquitur curis mulcetque monẽdo.
Nulla ne ſidonio iuueni coniunxque ſororque
Cara mihi: non ulla unq̃ ſine fine feroci
Addes frena uiro? fuerit delere ſagunthum.
Exæquare alpes: imponere uincula ſacro
Eridano: fœdare lacus: etiam ne parabit
Noſtras ille domos noſtras perrũpere in arces?
Siſte uirum. nãque ut cernis iam flagitat ignes.
Et parat accenſis imitari fulmina flammis.
His dictis grates agit: ac turbata per auras
Deuolat: & prenſa iuuenis ſaturnia dextra.
Q uo ruis o uecors? maioraqꝫ bella capeſſis
Mortali q̃ ferre datur? iuno inquit: & atram
Dimouit nubem: ueroque apparuit ore.
Non tibi cum phrygio res laurenti ue colono.
En age. nanque oculis amota nube parumper
Cernere cuncta dabo: ſurgit qua celſus ad auras
Aſpice montis apex uocitata palatia regi
Parrhaſio plena tenet & reſonante pharetra
Intenditque arcũ: & pugnas meditatur apollo:
At qui uicinis tollit ſe collibus altæ
Molis auentinus. uiden ut latonia uirgo

Tyrrhena ſtagna. traſimenus. Clypeoqꝫ tremendum increpat. concutiebat clypeum uocãs ſuos ad pugnam & collidebat arma ad ſtrepitũ faciẽdum: ut imitaretur iouem tonantem. Vt uero accepit. dum ãnibal ad mœnia urbis armatus ſederet milites ſub uexillis ſupplementum his qui erant in hiſpania ꝓfectos audiuit. Oras betis. hiſpaniam. Vincula. quoniam ponte traiecit padum. Lacus. traſimenũ. Flagitat ignẽ. quoniam annibal uolebat imitari iouem ſonitu armorũ: & poſcebat iam ignes: ut fulmīa imitaretur: ut de ſalmoneo canit Virgi. Vecors. imprudens qui id audes qđ mortalibus non conceditur. Regi parrhaſio. euãdro qui fuit arcas: & arcadia parrhaſia dicitur: & palatium dictũ eſt a phalanto urbe arcadiæ ut alias opiniones omittamus.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Latonia uirgo. diana cuius templum erat in auentino. Hinc. ex ianiculo. Inde. ex colle quirinali.

Titania. gigantea. i. noli pugnare cum ſuperis more gigantũ. Modi. moderationis: & menſuræ.

Terris & cœlo. hominibus & ſuperis: nam romani pacẽ adepti ſunt profectiõe annibalis. & ſupi etiam qui urbem defendebant. Hammon. ideſt ipſi naſamones milites.

Luſtratis. uiſis. circumluſtrare hic ſignificat circũire: ſic Virgi. Et dum luſtrabimus agros.

Petri marſi interpretatio in. xiii. uolumen Sillii italici.

Segne iter emenſo. Annibal d̃poſita ſpe urbis potiundæ ad templũ feroniæ illa tempeſtate diuitiis inclytum profectus eſt: capenates id templum accolebãt diuitias eo aliaq; dona pro facultate portantes: hoc templum annibal ſpoliauit: inde in bruttios magnis itineribus ſe recepit. romani capua potiti ſunt. duo fulmĩa belli ſcipiones. P. & gneus in hiſpania ceciderunt: quorum caſu Scipio. P. ſcipiõis filius: ut par erat: & filii pietatem decebat: concuſſus ad iferos deſcẽdit. ut patris patruiq; umbrã aſpiceret: tandem ad ſuperas rediens oras portum ſocioſq; reuiſit.

Segne iter. quoniam annibal reſpiciebat ad urbem.

Accenſas quatiat phlægetontis gurgite tædas
Exertos auidæ pugnæ nudata lacertos.
Parte alia cerne ut ſeuus gradiuus in armis
Implerit dictum proprio de nomine campum.
Hic ianus mouet arma mãu: mouet ĩde q̃rinus:
Quiſq; ſuo de colle deus. ſed enim aſpice quãtũ
Egida commoueat nimbos flammaſq; uomẽtẽ
Iuppiter: & quantis paſcat ferus ignibus iras.
Huc uultus flecte: atq; aude ſpectare tonantem
Quas hyemes quantos concuſſo uertice cernis
Sub nutu tonitrus oculis qui fulgeret ignis.
Cede deis tandem: & titania deſine bella.
Sic effata uirum indocilem paciſq; modiq;
Mirantem ſuperum uultus & flammea mẽbra
Abſtrahit. ac pacem terris cœloq; reponit.
Reſpectans abiit: & caſtris auulſa moueri
Signa iubet ductor: remeaturumq; minatur.
Redditur extemplo flagrantior æthere lãpas.
Et tremula infuſo reſplendent cærula phœbo.
At procul e muris uidere ut ſigna reuelli
Aeneade: uerſumq; ducem tacita ora uiciſſim
Oſtentant: nutuq; docent quod credere magno
Non audent hærente metu: nec abire uolentis
Sed fraudem inſidiaſq; putant: & punica corda
Ac tacitæ natis infigunt oſcula matres:
Donec procedens oculis ſeſe abſtulit agmen
Suſpectoſq; dolos dempto terrore reſoluit.
Tum uero paſſim ſacra in capitolia pergunt.
Inq; uicem amplexi permixta uoce triumphum
Tarpeii clamant iouis: ac delubra decorant.
Iamq; oẽs pandunt portas: ruit undiq; lectum
Non ſperata petens dudum ſibi gaudia uulgus.
Hi ſpectant quo fixa loco tentoria regis
Aſtiterint: hi qua celſus de ſede uocatas
Affatus fuerit turmas: ubi belliger aſtur
Atq; ubi atrox garamas ſeuuſq; tetẽderit hãmõ
Corpora nunc uiua ſparguntur gurgitis unda.
Nunc anienicolis ſtatuunt altaria nymphis.
Tũ feſta repetunt luſtratis mœnibus urbem.

Segne iter emenſo uix dũ tarpeia uideri
Culmina deſierant: toruos cũ uerſus ad urbẽ
Ductor agenoreus uultus remeare parabat.



Caſtra locans nulla ledens ubi gramina ripa.
Tutia deducit tenuem ſine nomine riuum.
Et tacite tuſcis inglorius affluit undis.
Hic modo primores ſocium: modo iuſſa deorum.
Nunc ſeſe increpitat. dic o cui lydia cæde
Creuerunt ſtagna. & concuſſa eſt daunia tellus
Armorum tonitru: quas exanimatus in oras
Signa refers? qui mucro tuum: quæ lancea tandem
Intrauit pectus? ſi nunc exiſteret alma
Carthago ante oculos turrita celſa figura:
Quas abitus miles cauſas illeſe dediſſes?
Himbres o patria & mixtos cum ſanguine nimbos:
Et tonitrus fugio: procul hanc expellite gentis
Fœmineam tyriæ labem: niſi luce ſerena
Nec ſcire ac liquida mauortem agitare ſub æthra:
Terror adhuc inerat ſuperum: ac redolentia in armis
Fulmina: & ante oculos irati pugna tonantis.
Parendi tamen: & cuicunque incumbere iuſſo
Durabat uigor: ac ſenſim diffuſus ad aures:
Signa reportandi creſcebat in agmine feruor.
Sic ubi perrumpit ſtagnantem calculus undam
Exiguos format per prima uolumina gyros.
Mox tremulum uibrans motu gliſcente liquorem
Multiplicat crebros ſinuati gurgitis orbes:
Donec poſtremo laxatis circulus oris
Contingat geminas patulo curuamine ripas.
At contra agrippæ haud paruum decus. iclyta nãque
Semina ab æneì ductoris ſtirpe trahebat
Oetolidas interfuit: haud ignobile nomen:
Lætus opum: ſed clauda fides. ſeſeque calenti
Addiderat pœno latiæ diffiſus habenæ.
Is uoluens ueterum memorata antiqua parentum
Longo miles ait quateret cum teucria bello
Pergama: & ad muros ſtaret ſine ſanguine mauors
Sollicitis calchas: nam ſic fortiſſimus heros.
Poſcenti ſocero ſæpe inter pocula dauno
Narrabat memori diomedes condita mente.
Sed calchas danais: niſi clauſum e ſedibus arcis
Armiſonæ curent ſimulachrum auellere diuæ
Nonnunquam affirmant theramneis ilion armis
Ceſſurum: aut ledæ rediturum nomen amiclas.
Quippe deis uiſum: ne cui perrumpere detur
Effigies ea quas unquam poſſederit urbes.
Tum meus adiuncto monſtratam euaſit in arcem
Tydides itacho: & dextra molitus in ipſo
Cuſtodes aditu templi cæleſte reportat

Tutia. eſt riuulus uia appia q̃ diſtat ab urbe ſex milibus paſſuum. Tuſcis undis. tyberinis. Iuſſa deo℞. ipſius iunõis quæ monuit annibalẽ ut nõ ſperaret. id quod non eſſet fas homini. Primores ſociũ. ipſos duces. Lydia ſtagna. traſimenus. Creuerũt. ſanguine cæſo℞. ſ. Turrita figura. quoniã eſt ĩ ædito loco ſita & in ſummitate habet byrſã. Abitus. diſceſſus. Illeſæ. intactæ uulneribus.

Labẽ. dedecus fœmineũ. Liquida ætra. puro ac ſereno aere. Cuicũq; iuſſo. i. parere annibali optabant in oĩbus: quæ ille iuſſiſſet: q̃uis adhuc timerent fulmĩa iouis. Sic ubi perrũpit. feruorem militũ paulatim diffuſũ p oĩa caſtra: cõparat circulo qui fit iacto lapide ĩ aquã: & dilatat ſeſe quouſq; ad extremũ perueniat marginem. Calculus. lapillus. Gyros. circulos. Vibrans. cõmouens aquam.

Sinuati. aquæ uoluẽtis ſeſe in ſinũ. Laxatis oris. diffuſis extremitatibus. nã dilatãt ſeſe circuli uſq; ad ip̃m marginẽ. A ſtirpe ænei ductoris. Diomedis filii Aenei. ſupra dixit. Aeneæ miſeræ domus œtolaq; tyde. Oetolidas. appulos: quibus imperauit Diomedes œtolus. hic Agryppa docuit ãnibalem romã nõ poſſe capi ꝓpter palladiũ. Pœno. annibali. q tũc proſpa fortuna utebat̃ deſperans de romão ĩperio. & narrat militibus hiſtoriam de palladio. Heros. Diomedes. Socero. Dauno. Inter pocula. in ip̃a menſa. E ſedibus arcis. uaria eſt opinio de palladio. Calliſtratus & Satyrus dicũt autore Dionyſio palladiũ accepiſſe dardanũ a chryſe filia pallãtis: quã duxit uxorem. & ex ſamothracia ſecum ĩ phrygiã aſportauit: iſq; oraculo accepit urbẽ illam ĩ æternũ duraturam: in qua palladium ſeruaretur. poſtea ilienſes ilium traduxerũt: & in arce locauerũt. capto ilio ferunt æneam ex adytis ſuſtuliſſe. aliq ſcribunt noctu a Diomede ac Vlyxe furto ablatum. Arretinus ait palladiũ datũ fuiſſe Dardano a ioue: ac locatũ in loco inacceſſibili: ſed fabricata alia in eius ſimilitudinem: & poſita in aperto: & hæc græcos eripuiſſe. Illud accepiſſe æneã. quod Romæ uirgines ueſtales cuſtodiebant: & ignem troianum. Diuæ. dianæ deæ belli. Terãneis. lacedæmoniis: quo℞ tũc reges erãt Agamemnon: & Menelaus. Nomen ledæ. helenam filiam Ledæ. Amyclas. urbem laconiæ: ex qua rapta fuit Helena a paride. Papinius. Soluerat œbalio claſſem de littore paſtor. Dardanus icautas blãde populatus amyclas. Meus tydides. Diomedes: a quo ẽ mea origo inquit agryppa. Molitus. cũ interfeciſſet. Vir. Cæſis ſummæ cuſtodibus arcis.

Noſtris fatis.diſpoſitioni fato℞: quæ græci expectabant: noſtris aũt dicit: quoniá ipẽ agryppa: propter Diomedem græcum ſe profitebatur. Nã poſtq̃. narrat agryppa ut diomedes palladiũ æneæ reſtitue/rit. Vrbem.argiripá. Aeger delecti.mœſtus ꝙ palladiũ rapuerit.

Phrygiũ numen.palladiũ troianis datum.& ipãm palladá. Ingrata.quoniam illic noluit pallas locari palladiũ. Troiæ.quá Aeneas cœpit ædificare in agro laurenti.

Penetrale.palladiũ quod ĩ penetrali ſeruabat. Saturnia regna. latium ubi latuit Saturnus. Phryx uictor.æneas ſupatis rutulis ac mezentio. Fluminis tyrrheni.tyberis. Pignora pacis.ramum oliuæ: quæ erat ſignum pacis. Canẽtis. albicantis. Pone anchiſiadæ. uerbum Diomedis ad æneam. Sceæ portæ. hæc erat una ex portis troianis. Vir. Sceas ſeuiſſima portas prima tenet. Haud noſtrum.ſ. fuit: quaſi dicat.pugnauimus ad Troiá uolentibus diis: nunc aũt tẽpus eſt pacis: & ſic reiicit illud bellum ad deos & ſorores duras.i. parcas inexorabiles. Aegre.impulerũt nos fata. Auſpiciis.pace q̃ eſt bello melior: quoniam ad pacem & concordiá nati ſumus. Celtas.gallos ſenones: quos tãdem deleuit Camillus. His.uerbis agryppe cõmotus ánibal diſceſſit. Feronia.templũ feroniæ erat ultra põtinas paludes prope Tarracinã: circa quod capenates habitabant. Horatius in ſermonibus deſcribens iter ſuũ a Roma brunduſiũ dicit. Ora manuſqꝫ tua lauimus feronia lympha. Sacer.cuſtos & accola ipſius templi.

Fauni.antiquiſſimi regis ĩ latio.

Pauore. reuerentia numinis.

Auia lõginqua.regiones ab urbe remotæ. Porrectis. ſe extendentibus uſque ad fretum ſiculum: ubi eſt regium.inde littora rhegina.

Palladium ac noſtris aperit mala pergama fatis.
Nam poſtquã œnotris fundauit finibus urbem.
Aeger dilecti phrygium placare colendo
Numen:& iliacos parat exorare penates:
Ingens iam templum celſa ſurgebat in arce.
Laomedonteæ ſedes ingrata mineruæ.
Cum medios inter ſomnos: altamque quietem:
Nec celata deam:& minitans tritonia uirgo:
Non hæc tydide tantæ pro laudis honore
Digna paras non garganus:nec daunia tellus
Debentur nobis:quære in laurentibus aruis:
Q ui nunc prima locant melioris mœnia troiæ.
Huc intra captumque refer penetrale parentum.
Q uis trepidus monitis ſaturnia regna capeſſit.
Iam phryx condebat lauinia pergama uictor:
Armaque laurenti figebat troia luco:
Verum ubi tyrrheni peruentum ad fluminis undas:
Caſtraque tydides poſuit fulgentia ripa
Priamidæ intremuere metu:tum pignora pacis
Prætendens dextra ramum canentis oliuæ
Sic orſus. dauni gener inter murmura teucrum
Pone anchiſiadæ memores:iraſque:metuſque.
Q uicquid ad idæos xanthum:ſimoentaque nobis
Sanguine ſudatum:ſceæque ad limina portæ.
Haud noſtrum eſt:egere dei:duræque ſorores.
Nunc age quod ſupereſt cur non melioribus æui
Ducimus auſpiciis:dextras iungamus inertes.
Fœderis en hæc teſtis erit:ueniamque precatus
Troianam oſtentat trepidis de puppe mineruam.
Hæc auſos celtas irrumpere mœnia romæ
Corripuit læto:neque tot de milibus unum
Ingentis populi patrias dimiſit ad oras.
His fractus ductor conuelli ſigna maniplis.
Optato lætis abitu iubet:itur in agros
Diues ubi ante omnis colitur feronia luco.
Et ſacer humectat fluuialia rura capenas.
Fama eſt intactas longæui ab origine fauni
Creuiſſe in medium congeſtis undique donis.
Immenſum per tempus opes:luſtriſque relictum
Innumeris aurum ſolo ſeruante pauore.
Hec auidas mentes:& barbara corda rapina
Polluit:atque armat contemptu pectora diuum.
Auia tunc longinqua placent: quæ ſulcat aratro
Ad freta porrectis trinacria bruttius aruis.
Dum libys:haud lætus rhegina ad littora tendit
Victor ſummoto patriis a finibus hoſte



Fuluius infauſtam campana ad mœnia clauſis
Portabat famam:miſerique extrema mouebat.
Dum prenſans paſſim cuicunqꝫ eſt nomen in armis
Dedecus hoc defende manu.cur perfida & urbi
Altera carthago noſtræ poſt fœdera rupta
Et miſſum ad portas pœnum poſt iura petita
Conſulis alterni ſtat adhuc:& turribus altis
Hannibalem ac libycas expectat lenta cohortes:
Miſcebat dictis facta:& nunc robore celſas
Educi turres:quis uinceret ardua muri
Cogebat:nunc coniunctas adſtringere nodis
Inſtabat:ferroque trabes:quo frangeret altos
Portarum poſtes:quateretque morantia clauſtra.
Hic latera intextus ſtellatis axibus agger.
Hic grauida armato ſurgebat uinea dorſo.
Ac poſtq̃ properata ſatis:quæ commonet uſus:
Dat ſignum:atque alacer ſcalis tranſcendere muros
Imperat:ac ſæuis urbem terroribus implet.
Cum ſubito dextrum effulſit conatibus omen.
Cerua fuit raro terris ſpectata colore:
Q uæ candore niuem:candore anteiret olores:
Hanc agreſte capis donum cum mœnia ſulco
Signaret:grato paruæ mollitus amore
Nutrierat.ſenſuſque hominis donarat alendo.
Inde exuta feram:dociliſque accedere menſis.
Atque ultro blanda attactu gaudebat herili.
Aurato matres aſſuetæ pectine mitem
Comere:& humenti fluuio reuocare colorem.
Numen erat iam cerua loci:famulamque dianæ
Credebant:ac thura deum de more dabantur.
Hæc æui:uitæque tenax:fœlixque ſenectam
Mille indefeſſos uiridem duxiſſe per annos.
Sæclorum numero troianis condita tecta
Aequabat:ſed iam longo mors uenerat æuo.
Nam ſubito incurſu ſæuorum agitata luporum:
Q ui noctis tenebris urbem miſerabile bello
Prodigium intrarant:primos ad luminis ortus.
Extulerat ſeſe portis:pauidaque petebat
Conſternata fuga poſitos ad mœnia campos.
Exceptam læto iuuenum certamine ductor
Mactat diua tibi:tibi enim hæc gratiſſima ſacra
Fuluius:atque adſis orat latonia cœptis.
Inde alacer:fidenſque dea cirundata clauſis
Arma mouet:quaque obliquo curuantur in ore
Mœnia flexa ſinu ſpiſſa uallata corona
Alligat:& tælis in morem indaginis ambit:

Fuluius.Capua inquit Liuius & ſi nihil ſegnius oppreſſa per eos dies fuerat:tamen aduẽtum Flacci ſenſit:& admiratio orta eſt: non ſimul regreſſum Hannibalem.inde per colloquia ſe derelictos intellexerũt.Fuluius omnis qui in caſtris romanis erãt alicuius nominis ĩ bello prẽſabat:& ad capuæ euerſionem prouocabat. Iura conſulis.nam petierant ut alter conſulum eſſet campanus. Lenta.ocioſa:& nihil timens. Educi.erigi quæ urbis muros æq̃rent. Ferro.clauis ferreis parabat arietem Fuluius ad deiiciendas portas.

Stellatis.affixis:ut ſtellæ. Agger.uallum.uinea erat inſtrumentũ militare ex tabulis cõnexum:cuius dorſum erat adeo munitum:ut noceri non poſſet illis:qui intus pugnaſſent. Dextrum omen. fœlix oſtentum. Tenax æui. quoniam cerua diu uiuit.Vita inquit Pli.in cõfeſſo longa eſt. Troianis. a capi troiano qui condidit Capuam. Poſitos ad mœnia.uicinos muris.

Ductor.fuluius mactauit ceruam Dianæ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Taurea.iubelius taurea Campanus ſingulari certamine cum Claudio aſello romano pugnauit:ſed tauream fugientē Claudius per mediam urbem eſt inſectatus:perque alteram portā intactus euaſit. Ductor.Hannibal præponebat tauream cæteris. Autololes & mauri erāt cū Hannibale. Aeneade.Claudio aſello romano. Daret auſpicium.faceret fuluius poteſtatem pugnandi:& pugnā auſpicaretur. Vetitum enim ante fuerat:ne aliquis iiuſſu ducis pugnaret ſub pœna capitis.

Soluit imperio.quoniā iam poterat pugnare cum ductor auſpiciū dediſſet. Nudis.nullo amento adiutis. Rutulo.Claudio romano.

Ferrata calce.admotis calcaribus. Nec.ꝓnum cuiquam.nō erat facile alicui poſſe alios ſuperare:quoniam unuſquiſque uolebat eſſe primus:& iræ æq̄runt dextras:quibus ferebantur in cāpanos. Dictea harundo.ſagitta cretenſis.

Dum pauitant ſpumantis equi fera corda fatigans
Euehitur porta ſublimis taurea criſtis
Bellator:cui ſidonius ſuperare lacerto
Ductor:& autololas dedit:& maurufia tæla:
Is trepido alituum tinnitu ſtare neganti
Imperitans uiolenter equo poſtq̄ auribus hoſtis
Vicinum ſeſe uidet:ac clamore propinquo
Claudius:huic inquit præſtabat claudius arte
Bellandi:& merita mille inter prælia fama:
Huic inquit ſolum:ſiqua eſt fiducia dextræ
Det ſeſe campo:atque ineat certamina mecum.
Vna mora æneadæ:poſtq̄ uox attigit aures.
Dum daret auſpicium:uſque in certamina ductor.
Præuetitum nanque capiti committere martem
Sponte uiris:erumpit ouans ut fuluius arma
Imperio ſoluit:patulumque inuectus in æquor
Erigit undantem glomerato puluere nubem.
Indignatus opem amenti:ſocioque iuuare
Expulſum modo iaculum:atque acceſſere uires
Taurea uibrabat nudis conatibus haſtam.
Inde ruens ira tælum contorquet in auras.
At non idem animus rutulo ſpectatur:& omni
Corpore perluſtrat:qua ſit certiſſima ferro
In uulnus uia:nunc uibrat:nūc comprimit haſtam:
Mentiturque minas:mediam nunc tranſigit ictu
Parmam:ſed grato fraudata eſt ſanguine cuſpis.
Tum ſtrictum propere uagina detegit enſem:
Et iam ferrata rapiebat calce uolantem.
Taurea cornipedem fugiens minitantia fata.
Nec rutulus leuior cedentis perdere terga.
Nam profugo rapidus fuſis inſtabat habenis.
Vtque metus uictum ſic ira & gloria portis
Victorem immiſit:meritique cupido cruoris.
Ac dum uix oculis:uix credunt mentibus hoſtem
Confiſum nullo comitante irrumpere tectis
Per mediam propere trepidantum īterritus urbem
Egit equum:aduerſaque euaſit ad agmina porta.
Hinc ardore pari:niſuque incurrere muris
Igneſcunt animi:penetrataque tecta ſubire:
Tæla ſimul:flammæq; micant:tunc ſaxeus hymber
Ingruit.& ſummis aſcendunt turribus haſtæ.
Nec pronum audendi uirtutem excellere cuiq̄.
Aequarunt iræ dextras:dictea per auras
Tranat:& in medium perlabitur urbis arundo.
Lætatur non hortandi:non plura monendi
Fuluius eſſe locum:rapiunt ſibi quiſque laborem.



Quos ubi tam erectos animi uidet:& ſupereſſe
Fortunam ſibi quenque ducem ruit impete uaſto
Ad portam:magnæque optat diſcrimina famæ:
Tres clauſtra æquæuo ſeruabant corpore fratres.
Quis delecta manus centeni cuique ferebant
Excubias:unaque locum ſtatione tenebant.
Forma ex his numitor:curſu plantaque uolucri
Præſtabat laurens:membrorum mole laburnus.
Sed non una uiris tæla:hic mirabilis arcu.
Ille haſtam quatere:ac medicatæ cuſpidis ictu
Prælia moliri:& nudo non credere ferro.
Tertius aptabat flammis ac ſulfure tædas.
Qualis athlantiaco memoratur littore quondam
Monſtrum geryones immane tibi corporis iræ:
Cui tres in pugna dextræ uaria arma gerebant.
Vna ignes ſæuos.aſt altera pone ſagittas
Eundebat.ualidam torquebat tertia cornum:
Atque uno diuerſa dabat tria uulnera niſu.
Hos ubi non æquis uariantes prælia conſul.
Conſpexit tælis:& portæ limina circum
Stragem:& perfuſos ſubeuntum ſanguine poſtes:
Concitat intortam furiatis uiribus haſtam.
Lætum triſte ferens auras ſecat itala taxus.
Et qua nudarat:dum fundit ſpicula ab alto
Arcum protendens numitor latus:ilia tranſit.
At non obſepto contentus limine martem
Exercere leuis bello:ſed turbidus auſi
Virrius incauto feruore eruperat amens
Recluſa in campum porta:miſeramque furori
Vincentum obtulerat pubem:ruit obuia in arma
Scipio:& oblatum metit inſatiabilis agmen:
Tiſata umbriſero generatum monte calenum
Nutrierant audere trucem:nec corpore magno
Mens erat inferior:ſubſidere ſæpe leonem:
Nudus inire caput pugnas certare iuuenco:
Atque obliqua trucis deducere cornua tauri
Aſſuerat:crudoque oblique ſe attollere fato.
Is dum præcipites expellit uirrius urbe
Seu ſpreto:ſeu ne fieret mora:nudus in æquor
Thorace exierat:leuiorque premebat anhelos
Pondere loricæ:& palantes uictor agebat.
Iamque ueliternum media tranſegerat aluo:
Iam ſolitum æquali ludo committere equæſtris
Scipiadæ pugnas marium tellure reuulſo
Perculerat ſaxo.miſer implorabat amicum

Tres clauſtra æqueuo.nūc canit de numitore laurente:ac Laburno fratribus cuſtodientibus portam campanam:hi erant tergemini:& quiſque habebat ſub ſe centum homines. Membroꝝ mole.magnitudine corporis apta ad pugnam ſtatariā.

Medicatæ.carminibus & ueneno ībutæ. Qualis athlantiaco.hos tergeminos comparat gerioni:quem Hercules īteremit:ut dictum eſt. Cornum.haſtam ex corno arbore.

Conſul.fuluius:qui erat illic cum conſulari poteſtate. Tiſata.monticulus iuxta Capuam:ut dictum eſt.in quo hic Calenus fuerat educatus:qui exiens cum Virrio ſine lorica cum interfeciſſet Veliternum & Marium ſocium Scipionis ab ipſo in ultionem amici interfectus eſt. Audere.ad audendum terribilē. Subſidere.ſternere. Nudus caput.ſine galea. Anhelos.romanos defatigatos curſu. Palantes.effuſe fugientes. Perculerat.uulnerauerat.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Scopulus.ideſt ſaxum. Quanta eſt uis agili. haſtam Scipionis uelociter perforātem pectus Caleni:comparat liburnicis nauibus:quæ ſunt uelociſſimæ: tale genus nauium inuentum fuit a liburnis populis: qui ſunt mixti iliricis. Tonſæ.remi. Ictu.impulſu remorum. Non pariter ceſſere.quoniā romani ſine pauore dormiebāt:campani autem timore concutiebantur Muſſat.dubitat.Muſſare ꝓprie eſt uelle loqui: & non audere. Qui cordi.apud Liuium ait: Itaque quibus ueſtrum ante fato cedere q̄ hæc tot tanq; acerba uideant ī animo eſt his apud me hodie epulæ inſtructæ paratæque ſunt ſaciatis uino ciboque poculum quod mihi datum fuerit circūferetur ea potio corpus a cruciatu aīum a cōtumeliis: oculos:aures a uidendis audiēdiſque omnibus acerbis indignis quæ manent uictos uīdicabit:& ſic uirrium ſequuti ſunt.vii.& xx.ſenatores & cum eo epulati & alienatis mentibus uino uenenū ſumpſerunt. Necis morſu.dolore mortis amoto propter uinum. Placidis.placide ac ſine dolore necantibus.

Cum gemitu expirans:ſcopuluſq; premebat hiantē
Sed ualidas ſæuo uires duplicante dolore
Effundit lachrymas pariter:cornumque ſonantem
Scipio ſolamen properans optabile in armis
Hoſtem proſtrato morientem oſtendere amico
Tranauit liquidas uolucris ceu ſcinderet auras:
Haſta uiri pectus:rupitque immania membra.
Q uanta eſt uis agili per cærula ſumma liburnæ:
Q uæ pariter quotiens reuocatæ ad pectora tonſæ
Percuſſere fretum uentis fugit ocior:& ſe
Q uam longa eſt uno remorum præterit ictu.
Aſcanium uoleſus proiectis ocius armis:
Q uo leuior peteret muros per aperta uolantem
Aſſequitur planta deiectum protinus enſe
Ante pedes domini iacuit caput.ipſe ſecutus
Corruit ulterior procurſus impete truncus.
Nec ſpes obſeſſis ultra.reſerata tueri
Mœnia conuertunt greſſus:recipique petentes
Infandum excludunt ſocios:tum cardine uerſo
Obnixi torquent obices munimina ſeræ.
Acrius hoc inſtant itali:clauſoſque fatigant
Et ni cæca ſinu terras nox conderet atro:
Perfractæ rabido patuiſſent milite portæ.
Sed non in requiem pariter ceſſere tenebræ.
Hinc ſopor impauidus:qualem uictoria nouit:
At capua:aut mœſtis ululantum flebile matrum
Q ueſtibus:aut gemitu trepidātum exterrita patꝝ
Tormentis finem:metamque laboribus orat.
Muſſat perfidiæ ductor:caputque ſenatus
Virrius.a pœno nullam docet eſſe ſalutem:
Vociferans pulſis uiuendi e pectore curis.
Speraui ſceptra auſoniæ:pepigique ſub armis:
Si dexter pœnis deus:& fortuna fuiſſet:
Vt capuam iliaci migrarent regna quirini:
Q ui quaterent muros:tarpeiaque mœnia miſi.
Hoc mihi poſcendi uigor affuit:alter ut æquos
Portaret faſces noſtro de nomine conſul.
Hactenus eſt uixiſſe ſatis.dum copia noctis
Q ui cordi comes:æterna eſt acherontis ad undam
Libertas:petat ille meas menſaſque dapeſque.
Et uictus mentem fuſo per membra lyeo
Sopitoque necis morſu medicamina cladis
Hauriat:& placidis exarmet fata uenenis.
Hæc ait:& turba repetit comitante penates.
Aedibus in mediis conſurgens ilice multa
Extruitur rogus hoſpitium commune peremptis.



Nec uulgum ceſſat furiare dolorque pauorque
Nunc menti feræ decius redit:& bona uirtus
Exilio punita truci:deſpectat ab alto
Sacra fides agitatque uirum fallacia corda
Vox occulta ſubit paſſim diffuſa per aures.
Fœdera mortales ne ſæuo rumpite ferro:
Sed caſtam ſeruate fidem:fulgentibus oſtro
Hæc potior regnis:dubio qui frangere rerum.
Gaudebit pacta:ac tenues ſpes linquet amici
Non illi domus aut coniunx aut uita manebit.
Vnq̄ expers luctus lachrymæq;:aget æquore ſemꝑ
Ac tellure premens.aget ægrum nocte dieque.
Deſpecta ac uiolata fides:adit omnia iamque
Concilia ac menſas contingit & abdita nube.
Accumbitque toris epulaturque improba erinnys
Ipſa etiam ſtygio ſpumantis pocula tabo
Porrigit:& large pœnas lætumque miniſtrat.
Virrius interea dum dat penetrare medullas
Exitio:aſcenditque pyrā:atque amplexibus hæret.
Iungere tum fata & ſubiici iubet ocius ignes.
Stringebant tenebræ metas:uictorque ruebat.
Iamque ſuperſtantem muro ſocioſque milonem
Voce attollentem pubes campana uidebat.
Pandunt attoniti portas:trepidoque capeſſunt
Caſtra inimica gradu.quis læto auertere pœnas
Defuerant animi:patet urbs confeſſa furorem:
Et reſerat tyrio maculatas hoſpite ſedes.
Matronæ puerique ruunt:mœſtumque ſenatus
Cōcilium.nulliq; hominum lachrymabile uulgus.
Stabant innixi pilis exercitus omnes.
Spectabantque uiros:& læta & triſtia ferre
Indociles:nunc propexis in pectora barbis
Verrere humum.nunc fœdantes in puluere crinem
Canentem:& turpi lachryma precibuſq; pudendis
Fœmineum tenues ululatum fundere in auras.
Atque ea dum miles miratur:inertia facta:
Expectatque ferox ſternendi mœnia ſignum:
Ecce repens tacito percurrit pectora ſenſu
Religio:& ſæuas componit numine mentes:
Ne flammam tedaſque uelint:ne templa ſub uno
In cinerem tranſiſſe rogo ſubit intima corda
Perlabens ſenſim mitis deus.ille ſuperbæ
Fundamenta capyn poſuiſſe antiquitus urbi.
Non cuiq̄ uiſus paſſim monet ille refuſis
In ſpacium immenſum campis habitanda relinqui
Vtile tecta docet:paulatim atrocibus ire

Sacra fides.fingit poeta fidei numen corda perfida campanorum agitaſſe. Fœdera mortales.uox fidei ad mortales. Potior. melior & ātiquior regnis ac diuitiis. Erynnis.furia ibat ad menſas eorum qui ebrii uolebant mori. Stygio tabo.ueneno accepto ex ſtyge palude. Iūgere fata.impletæ uino:ut ait Liuius: cibiſque uenæ minus efficacem in maturanda morte uim ueneni fecerunt:itaq; noctem totam pleriq; eorum & diei inſequentis partem cum animā egiſſent:omnes tamen priuſquam aperirentur hoſtibus portæ expirarunt. Stringebant metas.iam ſurgebat aurora. Pandunt portas.maior pars ſenatus autore Liuio multis ſæpe bellis expertā populi ro.clementiā haud diffidentes ſibi quoq; placabilem fore legatos ad dedēdam romanis Capuam decreuerūt:miſerūtq; poſtero die.porta iouis quæ aduerſus caſtra romana erat iuſſu procōſulis aperta eſt.ea intromiſſa legio una & duæ aliæ cū.Qu. fuluio legato. Nulli lachrymabile:indignum aliqua commiſeratione propter defectionem ad pœnos. Indociles.qui neſciebant aſſueti deliciis æquo animo ferre utranque fortunam.hæc uirtus tūc romanorum erat: deſcribit igitur muliebrem animū cāpanorum. Deus.fingit poeta iouem miſiſſe pana qui eſt deus paſtorum cuius habitum & effigiem deſcribit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Tecta troia.campana condita a troianis. Cornu.ungula pedis. Tegeatide capra.arcadica:tegea urbs arcadiæ ubi pan colebatur. Verbera læta.nam luperci uerberabant manus matronarum uolentium concipere ac parere pelle hirci ſiue zona ex tali pelle.unde Iuuenalis: Nec prodeſt agili palmas præbere luperco. Pinus.corona pinea quā gerit pan. Stant.erectæ ſunt. Præciſa.prærupta & ſcrupuloſa. Rabiem.qua romani ferebantur ad incendium Capuæ. Menala.montem arcadiæ ubi colebatur. Egeritur præda.C.fuluius legatus cum omnium primum tæla quæ capuæ erant ad ſe conferenda curaſſet cuſtodiis autore Liuio ad omnis portas diſpoſitis ne quis exire aut emitti poſſet præſidium punicum comprehendit:ſenatum campanum ire in caſtra iuſſit:quo cum ueniſſent:his omnibus ex templo cathenæ iniectæ:iuſſique ad queſtores deferri:quod auri argētique haberēt. auri pondo.lx.argenti tria milia pōdo.cc. ſenatores.v.&.xx.cales in cuſtodiam duo de.xxx.theanū miſſi quorum de ſententia maxime deſtitum a romanis conſtabat. Superbi uictus.uitæ lautioris & luxurioſæ.

Alia tellure.ideſt menſæ citreæ aduectæ ex athlante monte mauritaniæ. Eoa gemma.aduecta ex oriente: quoniam india:ut ſcribit Pli.maxime gemmifera eſt gēmis antiqui utebantur in poculis ad luxum:unde Iuuenalis:cum pocula ſumis gemmata & præclara illic laudatur iaſpis.nam uitro ut multi gemmas ad pocula tranſfert. Nec modus.non erat menſura. Celata.ſculpta.

Tantum epulis.ſolum comparata ad gulæ menſaq; uſum. Deprompta.accepta. Longinquum.diuturnum:tanta erat uis pecuniæ. Ere belligero.tuba ænea.

Suggeſtu.toro & loco edito. Non futilis.ideſt prudens & ornatus.uirtutē pro meritis donauit fuluius.milonem murali corona.quoniam primus aſcēderat mœnia:& alludit poeta ad illum milonem qui in ſylua aricina clodium interfecit & fuit ex lauino:ſupra dixit milonem ſtantem ſuper murum pubes campana uidebat.

Soſpita iuno.quoniam lauini erat templum iunonis ſoſpitæ. Tempora turrita.quoniam ut ſcribit Gellius: muralis corona qua donabatur ab imperatore is qui primus murum ſubiiſſet aut ī oppidum hoſtium per uim aſcendiſſet quaſi muri pinnis decorata erat.& ideo caput tali corona cinctum Syllius appellat turritum. Tum ſontes procerum.fuluius autore Liuio theanum profectus quo campanos præmiſerat prima luce portam intrauit atque in forum perrexit cōcurſuque ad primum equitum ingreſſum facto magiſtratum ſidicinum citari iuſſit imperauitque ut produceret campanos quos in cuſtodia haberet:producti omnes uirgis cæſi ac ſecuri percuſſi ſūt:& ſic de aliis quos tales præmiſerat ſupplicium ſumptum eſt. Sontes.nocentes & autores defectionis ad pœnos. Hic atrox uirtus.deſcribit fortitudinē ipſius taureæ de quo Li.conſurgentem iam fuluium taurea campanus per mediam uadens urbem turbam nomine inclamauit:& cum mirabundus quid nam uellet inquireret reſidens flaccus:me quoq; inquit iube occidi ut gloriari poſſis multo fortiorē q̄ ipſe es uirum abs te occiſum eſſe. Atrox.horrida & fortis:nam ſpernebat mortem & fuluium. Vel.etiam in hoſte. Spectatum.clarum.

Langueſcunt animis:& uis mollita ſeneſcit.
Pan ioue miſſus erat ſeruari tecta uolente.
Troia.pendenti ſimilis pan ſemper:& uno
Vix ulla inſcribens terræ ueſtigia cornu.
Dextera laſciuit cæſa tegeatide capra
Verbera læta mouens feſta per cōpita cauda.
Cingit acuta comas & opaca tempora pinus
Ac parua erumpunt rubicunda cornua frōte.
Stant aures:ſūmoq; cadit barba hiſpida mēto
Paſtorale deo baculum:pelliſque ſiniſtrum
Velat grata latus teneræ de corpore damæ.
Nulla in præruptū tā ꝑna & īhoſpita cautes:
In qua non librans corpus ſimiliſque uolanti
Cornipedem tulerit præciſa per auia plātam.
Interdum inflexus medio naſcentia tergo
Reſpicit arridens hirtæ ludibria caudæ.
Obtendenſq; manum ſolē inferueſcere fronti
Arcet:& umbrato perluſtrat paſcua uiſu.
Hic poſtq̄ mandata dei perfecta malamque
Sedauit rabiem:& permulſit corda furētum:
Arcadiæ uolucris ſaltus & amata reuiſit
Menala:ubi argutis longe de uertice ſacro
Dulce ſonat calamis:ducit ſtabula oīa cantu.
At legio auſonidum flammas ductore iubēte
Arceri portis:ſtanteſque relinquere muros.
Mite decus mentis:condunt enſeſque faceſq;
Multa deum tēplis domibuſq; nitētibus auro
Egeritur præda:& uictus alimenta ſuperbi.
Q uiſq; bonis pariere uiq; de corpore ueſtes
Fœmineæ menſæque alia tellure petitæ
Poculaque eoa luxum irritantia gemma.
Nec modus argento.celataque pondera facti
Tantum epulis auri:tū paſſim corpora longo
Ordine captiua & domibus deprōpta talenta
Paſcere longinquum non deficientia bellum.
Immēſiq; greges:famulæ ad cōmunia turbæ.
Fuluius ut finem ſpoliandis ædibus ere
Belligero reuocante dedit:ſublimis ab alto
Suggeſtu magnis fautor non futilis auſis.
Lauino generate inquit quem ſoſpita iuno
Dat nobis milo:gradiui cape uictor honorem
Tempora murali cunctis turrita corona.
Tum ſontes procerū meritoſq; piacula prima
Accit:& interea punit commiſſa ſecuri.
Hic atrox uirtus.nec enim occuluiſſe precat̃
Spectatum uel in hoſte decus:clamore feroci



Taurea tunc inquit ferro ſpoliabis inultus
Te maiorem animam:ꝰ & iuſſo lictore reciſa
Ignauos cadet ante pedes fortiſſima ceruix:ꝰ
Haud unq̄ hoc nobis dederit deus.inde minaci
Obtutu toruum contra & furiale renidens
Bellatorem alacer per pectora tranſigit enſem:
Cui ductor patriam moriens comitare cadentem
Q ui nobis animus:quæ dextera:quid ue uiritim
Decernet mauors tibi ſi rebare pudendum
Iuſſa pati:licuit pugnanti occumbere lætum.
Dum capua īfauſtam luit haud ſine ſanguine culpā
Interea geminos terra crudelis ibera
Fortuna abſtulerat permiſcens triſtia lætis
Scipiadas:magnumq; decus magnumq; dolorem.
Forte dicarchea iuuenis conſedit in urbe
Scipio poſt belli repetens extrema penates.
Huc triſtis lachrymas & funera acerba ſuorum
Fama tulit:duris q̄q̄ non cedere ſuetus:
Pulſato lacerat uiolenter pectore amictus.
Non comites tenuiſſe ualent:non ullus honorum.
Militiæ ue pudor:pietas irata ſiniſtris
Cœlicolis furit:atque odit ſolatia luctus.
Iamque dies iterumque dies abſumpta querelis.
Verſatur ſpecies ante ora oculoſque parentis.
Ergo excire parat manes:animaſque ſuorum.
Alloquioque uirum tantos mulcere dolores.
Hortatur uicina palus:ubi ſignat auerni
Squalentem introitum ſtagnans acheruſius humor
Noſcere uenturos agitat mens protinus annos.
Sic & gryneam quæ tum ſub nomine phœbi
Autonoe tripodas ſacrum antrumque tenebat:
Fert greſſus iuuenis:conſultaque pectoris ægri
Pandit:& aſpectus orat contingere patrum.
Nec cuntata diu uates mactare repoſtis
Mox umbris inquit conſueta piacula.nigras
Sub lucem pecudes:recluſæque abdere terræ
Manantem iugulis ſpirantum cede cruorem.
Tunc populos tibi regna ſuos pallentia mittent.
Cætera quæ poſcis maiori uate canentur.
Nanque tibi elyſio repetita oracula campo
Eliciam:ueteriſque dabo inter ſacra ſibyllæ
Cernere fatidicam phœbei pectoris umbram.
Vade age & a medio cum ſe nox humida curſu
Flexerit:ad fauces uicini caſtus auerni
Duc prædicta ſacris duro placamina diti.
Mella ſimul tecum & puri fer dona lyei.

Renidens.reſplendens oculis ira ſcintillantibus gladio inquit Liui.quem ueſte texerat per aduerſum pectus tranſfixus ante pedes īperatoris procubuit moribundus.

Decernet mauors.diiudicabit inquit fuluius bellū & pugna qui nobis ſit animus quæ manus:& qd uiritim ualeamus.ideſt ad ſingulare certamen. Interea geminos.dum hæc in italia agerent̃ in hiſpania duo fratres clariſſimi duces.P.& Gneus Scipiones ceciderunt ut in principio dictum eſt.

Iuuenis.Scipio filius.P.Scipionis. Dicarchea.puteolana. Poſt belli extrema.poſt finem belli campani ſiue Capua recepta & de ſontibus pœna ſumpta: Huc puteolos ubi tum forte erat Scipio repetens Romam. Non ullus pudor honorum.non habebat rationem honorum nec uidebatur decoꝶ ſeruare:quoniam uir fortis non debet frangi aduerſis. Siniſtris.īfœlicibus. Furit.furore quodam luctus ob pietatem corripitur. Excire.euocare ab inferis. Vicina palus.acheruſia quæ eſt prope puteolos & cumas dicta ab acherōte fluuio īferno:cuius aquis uidetur refundi:ideo humorē acheruſium appellat ipſius paludis. Squalentem introitum auerni.quoniam ad auernum lacum eſt palus acheruſia alto cœno referta ut inquit Strabo. Squalentem.īcultum & cœnoſum.auernus clauditur arduis ſupciliis uno oſtio aditur quod reſtagnat palus acheruſia.

Mens Scipionis uolebat prænoſcere futura & ſuos euentus & huius denique belli quod italiam quaſſabat. Ad gryneam autonoen.ſacerdotem phœbi:gryneū eſt nemus phrygiæ ubi apollo colebatur.inde grynea uates.tripodes erāt ſacri phœbo & tripodem foramini delphico ſuperimpoſitum phœbi ſacerdos aſcendens uaticinabatur:factitauere īquit Pli.ex ære cortinas tripodum nomine delphicas:quoniā donis maxime apollinis delphici dicabantur.

Egri.mœſti. Conſulta.ſententiam & uoluntatem. Patrum.p.&.gn.Scipionū

Repoſtis.ſubterraneis & a nobis remotis. Sub lucem.in aurora. Suos populos.umbras defunctorum. Cætera.ſcilicet quæ futura ſūt.nam Scipio futuros annos cognoſcere auebat. Maiori uate.ſibylla. Eliciam.euocabo umbram ſibyllæ a campis helyſiis. Phœbei.apollinei & uaticinātis. Fauces.īgreſſum & oſtiū.

Caſtus.purificatus. Diti.plutoni.



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Promiſſæ uatis.ſibyllæ quā autonoe
promiſerat euocare ab inferis. Occul
to cœpto.ſociis ignorantibus. Acer/
bam.diram & grauē ꝓpter fœtorem.
Laxo ore.patulo meatu.cocytus eſt
fluuius inferorum qui luctum ſignifi/
cat. Suſpirans.emittens. Arcanum
murmur.magicum carmen quo ma/
nes euocabat. Operto regi.Plutoni:
mactatur taurus plutoni & iuuenca ꝓ/
ſerpinæ. Fundunt mella.ſic circe mo
net ulixē apud Home℞ ſparges inquit
libationem primum melle:deīde dul/
ci uino:tertio aqua & immiſcebis fari/
nam. Omni herebo.toto inferorum
tractu:uerba ſunt autonoes monentis
Scipionem ne umbrarum aduentum
timeat. Ab imo chao.a prima mun
di origine cum mens diuina confuſio/
nem illam ſegregauit. Equos.ſcilicet
diomedis threiicii quos ille humāo ui
ſcere pauit. Contende.conare illuc
aſpicere. Interea cerne ut greſſus.pri
ma uenit umbra appii Claudii de quo
Liuius.mortuum appium claudiū ſub
deditionem Capuæ quidam tradunt:
Appius claudius cum obſideretur Ca/
pua uulneratus fuit:ex quo uulnere ut
quidam aiunt interiit ſub Capuæ dedi
tionem:ut quidam poſt cōtrouerſiam
quæ fuit inter eum & fuluium de ſup
plicio campanorum:quidam ante ca/
puæ deditionem. Cui datur.conce/
ditur anteq̄ ſit corpus crematum emit
tere uoces ut prius.qppe Appius adhuc
iacebat inſepultus. Atros ignes.rogi
.ſ.per quos corpus cremabatur. Nō
tacto.non epoto ſanguine hic infoſſo.
Auertit equos.ademit mihi ſolem
& gratam uitā dies proxima illi in qua
me uidiſti. Atris aquis.infernis & ſty
giæ paludi:dū mei inquit ceſſant meū
corpus comburere non datur mihi tra
nare ſtygiam paludem. Vanos ritus.
morem referendi cadauer ad auita ſe/
pulchra qui mos eſt uanus & nihil ꝓ/
deſt umbris:& ideo talem ritum uanū
appellat & uulgare ſolēne:quoniam un
decunque ad inferos tantūdem uiæ eſt
& non refert ubi cremetur corpus ſed
opinio uulgaris gentilicia ſepulchra po
ſcit & reperit. Longum.per longam
diſtantiam a Capua Romam.

Hoc alacer monitu & promiſſæ nomine uatis
Apparet occulto monſtrata piacula cœpto:
Inde ubi nox iuſſam procedens contigit horam:
Et ſpacia æquarunt tenebras tranſacta futuras:
Conſurgit ſtratis.pergitque ad turbida portæ
Hoſtia tartareæ penitus quis abdita uates
Promiſſa implerat:ſtygioque ſedebat in antro.
Tum qua ſe primum rupta tellure recludit
Inuiſum cœlo ſpecus atque eructat acerbam
Cocyti laxo ſuſpirans ore paludem.
Inducit iuuenem:ferroque cauare refoſſam
Ocius urget humum:atque arcanum murmur anhelans
Ordine mactari pecudes iubet:acer operto
Ante omnes taurus regi:tum proxima diuæ
Ceditur enneæ caſta ceruice iuuenca.
Inde tibi allecto tibi nunquam læta megera
Corpora lanigerum procumbunt lecta bidentum.
Fundunt mella ſuper:bachique & lactis honorem.
Stat iuuenis:faciemque erebo quæ ſurgit ab omni
Exclamat uates.patere accedentia cerno
Tartara:& ante oculos aſſiſtere tertia regna.
Ecce ruunt uariæ ſpecies:& quicquid ab imo
Natum hominum extinctumque chao eſt:iā cūcta uidebat.
Cyclopas ſcyllamque & paſtos membra uirorum
Odryſiæ telluris equos:contende tueri:
Eductumque tene uagina interritus enſem.
Q uæcunque ante animæ tendūt potare cruorem
Diſiice:dum caſtæ procedat imago ſibyllæ.
Interea cerne ut greſſus inhumata citatos
Fert umbra:& properat tecum coniungere dicta:
Cui datur ante atros abſumpti corporis ignes
Sanguine non tacto ſolitas effundere uoces:
Aſpicit:& ſubito turbatur ſcipio uiſu.
Q ui nam te qui caſus ait dux maxime feſſæ
Eripuit patriæ: cum tales horrida poſcant
Bella uiros:nec enim dextra conceſſerit ulli
Appius:aut aſtu:decimum lux rettulit ortum
Vt te cum capua remearem uulnera uidi
Mulcentem hoc uno mœſtum ꝙ adire nequires
Saucius ad muros & martis honore careres.
Contra quæ ductor:feſſo mihi proxima tandem
Lux gratos phaetontis equos auertit:& atris
Aeternum demiſit aquis.ſed lenta meorum
Dum uanos ritus curat:& ſolēnia uulgi
Exequitur:ceſſat flammis imponere corpus.
Vt portet tumulis per longum membra paternis.



Q uod te per noſtri martis precor æmula facta
Arce quæ patriis artus medicamina ſeruant.
Daque uago portas quam primum acherōtis adire.
Tum iuuenis.gens o ueteris pulcherrima claudi
Haud ulla ante tuam q̄q̄ non parua fatigent
Curarum prior extiterit.nanque iſta per omnis
Diſcrimen ſeruat populos:uariatque iacentum
Exequias.tumuli & cinerum ſententia diſcors.
Tellure ut perhibent is mos antiquus ibera
Exanima obſcœnus conſumit corpora uultur.
Regia cum lucem poſuerunt membra:probatum ē
Hyrcanis adhibere canes.ægyptia tellus
Claudit odorato poſt funus ſtantia ſaxo
Corpora:& a menſis exanguē haud ſeparat umbrā.
Exhauſto inſtituit pontus uacuare cerebro
Ora uirum.& longum myrrhata reponit in æuum.
Q uid qui recluſa nudos garamantes harena
Infodiunt: quid qui ſeuo ſepelire profundo
Exanimes mandant libycis naſamones in oris:
At celtæ uacui capitis circundare gaudent
Oſſa nephas auro:& menſis ea pocula ſeruant.
Cecropidæ ob patriam mauortis ſorte peremptos
Decreuere ſimul communibus urere flammis.
At gente in ſcythica ſuffixa cadauera truncis
Lenta dies ſepelit putri liquentia tabo.
Talia dum memorant umbra ueniente ſybillæ:
Autonoe finem hic inquit ſermonibus adde
Alternis:hæc hæc ueri fœcunda ſacerdos.
Cui tantum patuit rerum: quantum ipſe negarit
Plus nouiſſe deus:me iam comitante tuorum
Tempus abire globo:& pecudes imponere flammis.
At grauida arcanis cymes anus attigit ore
Poſtq̄ ſacrificum delibauitque cruorem
In decus egregium uultus intenta iuuentæ
Etherea fruerer cum haud ſegniter inquit
Cymeo populis uox noſtra ſonabat in antro
Tum te permixtum ſæclis rebuſque futuris
Aeneadum cecini:ſed non ſat digna mearum
Cura tuis uocum:nec enim conquirere dicta
Aut ſeruare fuit proauis ſollertia ueſtris.
Verum age diſce puer:quando cognoſcere cordi
Iam tua deque tuis pendentia dardana fatis.
Nanque tibi cerno properantum oracula uitæ
Hinc petere:& patrios uiſu contingere manes.
Armifero uictor patrem ulciſceris ibero:
Creditus ante annos marti:ferroque reſolues

Arce:remoue medicamina quibus
meum corpus perfuſum ſeruat ne pu
treſcat ut poſſit in patriam referri. Pa
triis: ſcilicet ſepulchris. Vago: mihi
errāti. Veteris claudi:illius appii clau/
dii ſabini de quo dictum eſt. Ante
tuam: prima mea cura inquit erit tuū
funus. Diſcrimen: uarietatem. Diſ
cors ſententia cinerum:uarius mos ſe
peliendi. Obſcœnus: quia cadauera
ſectatur & comedit. Probatū:iam re
ceptum ī uſum adhibere canes qui de
uorēt membra regia qui apud illos ca
nes ſepulchrales appellantur. Odora
to:perfuſo aromatibus. Stantia poſt
funus.durantia poſt mortem. Et a
menſis:habent inquit ægyptii ipſa cor
pora cōdita aromatibus ad mēſas ubi
comedunt. Pontus : prouīcia ubi re
gnauit mitridates:extrahebant illic ce/
rebrum e capitibus mortuorū. Myr
rhata:myrrha condita quæ præſeruat
a putrefactione.garamantes infodiunt
harenis:naſamones in mare abiiciunt:
celtæ faciebāt pocula ex capitibus mor
tuorum addito auro.Sermonibus al/
ternis:cum appio ſcilicet. Globo tuo
rum.ſociis tuis qui mihi faueant ad ſa
cra peragenda. Cymes anus: cumea
ſibylla Egregiæ iuuentæ : ſcipionis.
cecini iquit ſibylla quondam geſta tua:
ſed romāi cōtempſerunt meos libros.
nam ut dictum eſt uenit ad Tarquini/
um ſuperbum & attulit nouem libros
quos eſſe dicebat diuina oracula.ſex cō
buſtis tres emit rex:& in ſactario poſu
it:appellatique ſunt ſibyllini.ad hos in
quit gellius quaſi ad oraculum.xv.uiri
adibant cum dii immortales publice
conſulendi eſſent. Proauis ueſtris:
tarquinio ſuperbo. Fata dardana:ro
mana quæ pendent a tuis. fatis magna
laus Scipiōis a quo tota res romana pē
dere uidebatur cum eſſet illum ſupera
turus qui rem romanam prope ad īte
ritum perduxerat. Armifero uictor.
uaticinatur ſibylla uentura fata roma/
norum: & Scipionis. Armiſero: bel
licoſa hiſpania. Ante annos : nam ut
ait Liui. natus erat ferme. xxiiii.annos
cum in hiſpaniam miſſus eſt ubi patris
& patrui mortem ſtrage hoſtium pia/
uit. Creditus marti. miſſus ad bellū
hiſpanum.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Miſſum omen: auſpicium quoniam expugnata noua carthagine in hiſpania carthaginem libycam & romani æmulam imperii ad tributum rediges. Hiberiacis: hiſpanis. Maius imperium: conſulatum. Scipio ex hiſpania uictor rediens non triumphauit: quoniã ſine imperio rẽ geſſerat: ſed magno centuriaꝝ cõſenſu creatus fuit conſul cum. P. Licinio craſſo pontifice maximo. Rectorem: Hãnibalẽ quem uicit ad zamam magno prælio

Pudet urbis iniquæ: ꝑdicit nunc ſibylla Scipioni exilium. Hoc decus: poſt liberatam italiam & carthaginẽ ad tributũ redactã uicto Hãnibale Liui. li. viii. decadis belli macedonici ait: uitam linterni egit ſine deſiderio urbis morientẽ ruri eo ipſo loco ſepeliri ſe iuſſiſſe ferunt: monumentumq; illic ædificari: ne funus ſibi i ingrata patria fieret. uir memorabilis bellicis tamẽ q̃ pacis artibus memorabilior linterni iquit monumentum uidimus monumentoq; ſtatua ſuperimpoſita fuit quã tẽpeſtate diſiectam nuper uidimus ipſi. Atros lacus: infernos. Tũ iuuenis: reſpondet Scipio: cuius hæc eſt magna laus ꝙ ſine audito non ceſſauit uir magnus pro patria pugnare cuius ingratitudinem iã cognouerat & ait: modo ego uacem culpa patiar libẽter & erecto animo quicq̃d duri imminet. Obnitemur: patiemur omnia dura & reſiſtam oĩbus difficultatibus. Cauſa uitæ. i. quoniã uoluiſti diu uiuere non tibi ſed ut prodeſſes mortalibus: & ſic animũ ſibyllæ emeret. Inane: uacuũ. deſcribit iferos: huc inq̃t deſcẽdit oẽ quod cõſtat ex q̃ttuor elemẽtis: ſed tria põit terrã: aquã: & aerem: ſed cũ dicit igneus aer itelligit utrũque elementũ: ignis. ſ. ſiue ætheris & aeris: q eſt inter ignẽ & aquã. & aer ſpiſſior fit aq̃. aqua ſpiſſior fit terra. & ecõtra: rarefacta terra fit aq̃. & aq̃ aer. & aer rarefactus ignis. ſpiſſior aer: iõ ait ariſtoteles prĩo phyſicoꝝ: Aliq ex raritate: & dẽſitate oĩa ꝓcreant. i. ꝓcreari dicũt. Mũdi gñis genitalis. i. a prĩa origine mortaliũ. Iners: iutilis: & ſine aliqua uoluptate. Receptat: recipit. deſcribit decẽ portas inferoꝝ: quaꝝ prima recipit i bello cæſos: ac per hoc fortes & magnos quos aliis ꝑponit: quoniã fortitudo ꝓprie ut placet Ariſtoteli uerſatur circa mortem: quæ ẽ i bello

Qui leges: quoniã ſũt fundamẽta rerump. & ad bene beateq; uiuendũ: & iõ tales homines cõmodis humanis cõſulentes i ſecũdo loco ponũt: ſed Cice. i officiis conſilia urbana: & leges gloriæ bellicæ ꝑponit. Illeſa uenẽo fraudũ: quoniã agricolæ nõ ſũt fraudulẽti. Vitæ colẽdæ: ornãdæ. quoniã artes fuerũt iuentæ: ut adiuuarẽt naturã & artiũ diſciplinarũq; iuẽtores đ humão geneꝛ benemeriti ſũt: & ipi ẽt poetæ: q & delectãt & ꝓſũt. Exercet mortẽ ianẽ: uexat tormẽtis ipas ũbras. Liuẽtes: nigros. Virginibus paſſis tædas uerſas ad funera. i. illis uirginibusq̃ paſſe matrimoniũ & tædas iugales in ipo partu periere. ſic enĩ tædæ uertunt ad funus. In limĩe lucis: i ipo prĩo ortu: & pricipio uitæ. Tum ſeducta loco: nũc deſcribit campos elyſios: quos a tenebris infernis ſecretos ait. Laxata nocte: diſſolutis tenebris: & inſula luce. Nec ſtygio in regno. campos elyſios dicit non eſſe apud iferos: nec ſub axe cœli: ſed extra ãni ſoliſq; uias: ut poetice loq̃r: ad oceanũ: ubi erãt fortunæ iſulæ: de cãpis elyſiis ſic cecinit Home. i quarto odiſ. Elyſium in campum terrarumque ultima tandem. Dii te tranſmittent: ſtat flauus ubi rhadamantus: Exiſtitque uiris ubi uita facillima durans. Nõ hyemis uis multa niues: non ingruit imber. Stridula ſed ſemper zephirorum flamina mittit

Gaudia pœnorũ: & miſſum lætabere bello
Omen hiberiacis uicta carthagine terris.
Maius ad imperium poſt hæc capiere: nec ãte
Iuppiter abſiſtet cura: q̃ cuncta fugarit
In libyam bella: et uincendum duxerit ipſe
Sidonium tibi rectorem: pudet urbis iniquæ:
Qđ tu poſt decus hoc prĩaq; domoq; carebis
Sic uates greſſumq; lacus uertebat ad atros.
Tum iuuenis quæcunq; datur ſors durior æui
Obnitemur ait: culpa modo pectora ceſſent.
Sed te oro: quando uitæ tibi cauſa labores
Humanos iuuiſſe fuit: ſiſte inclyta uirgo
Pauliſper greſſum: & nobis: maneſq; ſilẽtum
Enumera: ſtygiæq; aperi formidinis aulam.
Annuit illa qdẽ: ſed nõ optanda recludis (bras
Regna ait: hic tenebras agitãt: uolitãtq; ꝑ um
Innumeri quõdam populi: domus oĩbus una
In medio uaſtum late ſe tendit inane.
Huc quicq̃d terræ: q̃cq̃d freta: & igneus æther
Nutriuit primo mundi genitalis ab æuo:
Mors cõmunis agit: deſcendũt cũcta: capitq;
Campus iners quantũ interiit: reſtatq; futurũ
Cingũt regna decẽ portæ: quarũ una receptat
Belligeros dura gradiui ſorte creatos.
Altera qui leges poſuere atque inclyta iura
Gẽtibus & primas fundarũt mœnibus urbes:
Tertia ruricolas cereris iuſtiſſima turba:
Quæ uenit ad manes: & fraudũ illeſa uenẽo.
Exin qui lætas artes: uitæque colendæ
Inuenere uiam: nec dedignanda parenti
Carmina fuderunt phœbo: ſua limina ſeruãt.
Proxima quos uenti: ſæuæq; hauſere ꝓcellæ
Naufraga porta rapit: ſic illam nomĩe dicũt.
Finitia huic noxa grauido: & peccaſſe fatẽti
Vaſta patet populo. pœnas rhadamãtus i ip-
Expetit introitu: mortẽq; exercet inanem. (ſo
Septima fœmineis reſeratur porta cateruis:
Liuentes ubi caſta fouet proſerpina lucos.
Infantũ hinc gregibus: uerſas ad funera tædas
Paſſim uirginibus: turbæque in limine lucis
Eſt iter extinctæ: & uagitu ianua nota:
Tum ſeducta loco: & laxata lucida nocte
Clauſtra nitent: quæ ſecreti per limitis umbrã
Elyſios ducunt campos. hic turba piorum.
Nec ſtygio in regno cœli: nec poſta ſub axe.
Verum ultra oceanum ſacro certamina fonti



Lætheos potat latices obliuia mentis.
Extrema hinc auro fulgens iam lucis honorẽ
Sentit: & admoto ſplendet ceu ſydere lunæ.
Hac animæ cælum repetunt: ac mille pactis
Oblitæ ditem redeunt in corpora luſtris.
Has paſſim nigrũ pandens non lurida rictũ
Itque reditque uias: & portis omnibus errat.
Tũ iacet in ſpaciũ ſine corpore pigra uorago:
Limoſique lacus late exundantibus urit
Ripas ſæuus aq̃s phlegetõ: & turbine anhelo
Flammarum reſonas ſaxoſa incẽdia torquet.
Parte alia torrens cocytos ſanguinis atri
Vorticibus furit: & ſpumanti gurgite fertur.
At magnis ſemper diuis: regique deorum
Iurari dignata palus. picis horrida riuo
Fumiferum uoluit ſtyx inter ſulphura limũ
Triſtior his acheron ſanie: craſſoque ueneno
Aeſtuat: & gelidã eructãs cũ murmuꝛ harenã
Deſcendit nigra lentus per ſtagna palude.
Hanc optat ſaniem non uno cerberus ore:
Hæc & teſſiphões ſunt pocula: & atra megera
Hic ſitit: ac nullo rabies extinguitur hauſtu.
Vltimus erũpit lachrymarũ fontibus amnis.
Ante aulam: atque aditus: & inexorabile limẽ
Quarta cohors oĩ ſtabulante ꝑ auia mõſtro
Excubat: & manes permixto murmure terret
Luctus edax: macieſq; malis cões addita mor-
Et meror paſtus fletu: & ſine ſãguie pallor (bis
Curæq;: iſidiæq;: atq; hic queribũda ſenectus.
Hinc angens utraq; manu ſua guttura liuor.
Et deforme malũ. ac ſceleri procliuis egeſtas.
Errorque infido greſſu: & diſcordia gaudens
Permiſcere fretum cœlo: ſed & hoſtia ditis
Centenis ſuetus briareus recludere palmis:
Et ſphynx uirgineos rictus infecta cruore.
Scyllaq; centauriq; truces: umbræq; gygãtũ.
Cerberus hic ruptis peragrat cũ tartara uĩclis
Non ipſa allecto: nec fœta furore megera
Audet adire ferum: dũ fractis mille cathenis
Viperea latrans circunligat ilia cauda.
Dextrã uaſta comas: nemoroſaq; brachia fũ-
Taxus cocyti rigua frondoſior unda. (dit
Hic diræ uolucres: paſtuſque cadauere uulẽ:
Et multus bubo ac ſparſis ſtryx ſãguie pẽnis
Harpygiæq; fouent nidos: atq; oĩbus hærent
Condenſæ foliis: ſæuit ſtridoribus ardor.

Ingens oceanus lenimina grata uirorum. Aeris enim inquit Stra. ſalubritas & ſuauis zephyri ſpiritus eius regionis peculiaris eſt: quæ i occaſum uergens nunq̃ tepore caret: nominatimque inſulas quaſdã celebrant fortunatas quas in præſentia monſtratas nouimus nõ longe admodum a mauritaniæ promontoriis diſiunctas: quæ gad ibus oppoſita ſunt. Nec ſub axe cœli: poetice loquitur: nihil enim poteſt eẽ ẽt ultra oceanũ: qđ nõ ſit ſub axe cœli quod oĩa ambit. ſic locutus ẽ Vir. Iacet extra ſydera tellus: extra anni ſoliſque uias. Lætheos latices: aquam inducentem obliuionẽ: iõ ait Vir. Animas redituras ad corpora potare aquã lætheã: ut oblitæ malorũ uelint iterũ redire ad noua corpora. Certamina: appoſitio eſt: turba priorũ certamina fonti ſacro potat latices. nã certatim bibunt. Hac: per hanc uiam. & decimam portam

Oblite ditem: plutonem. & inferos. Mille luſtris: mille annis. nam ſol ſingulis annis luſtrat ſuum curſum. Imitatio eſt Vir. canentis in ſexto. Has omnis ubi mille rotam uoluere ꝑ ãnos Lætheum ad fluuium deus euocat agmine magno. affectate loquitur poeta: ſiue luſtrum intelligit ſpatium quinque annorum. Lurida: turpis ab effectu: quoniam mors facit corpora lurida & putrida.

Omnibus portis: quoniam omnes moriuntur qui i mundo ſunt hac lege nati. Pigra: limoſa & cœnoſa. Sine corpore: aliqua effigie corporis: hoc dicit propter mortem. phlegeton fluuius habet aquas ignitas. Palus: ſtyx per quam non licebat peierare diis: qui iurabant per ſtygiam paludem. Acheron ſignificat ſollicitudinem magnam: ideo ipſum appellat triſtem. Non uno ore: triplici. tenuit tria cerberus ora inquit Vir. cerberus ſignificat canem: qui uorat omnia minutatim inciſa. & eſt ipſa terra. Tiſiphone. allecto. & megera ſunt furiæ. Luctus edax: deſcribit omnia quæ ſunt ad limina inferorum.

Edax: conficiens lugẽtem. luctus eſt ægritudo ex eius: qui carus fuerit interitu acerbo. Comes addita: nam macies comitatur morbos: & omnia hæc quæ dicit naturalia ſunt: & præcedunt mortem. Paſtus fletu: quoniam mœſti plorant. nam mœror eſt ægritudo flebilis

Queribunda: quoniam ſenio confecti queruli ſũt: cũ etiam ipſa ſenectus morbus ſit: ut inquit Teren. Liuor inuidia: quæ eſt dolor ſuſceptus ex alienis bonis. Angẽs comprimens. angor enim eſt ægritudo premens. Deforme: ab effectu: quia facit homines deformes. Sceleri procliuis: quoniam inopia interdum ad ſcelera pauperes impellit. Briareus: fuit Titani & terræ filius numinum contemptor: habens centum manus. Virgilius ait Et centum geminus briareus. Horatius: Nec ſi reſurgat centimanus gigas. Sphynx: monſtrum habens os uirgineum prope Thebas olim proponebat enigma: quod Oedipus ſoluit. Scylla fuit filia Phorci uerſa in monſtrũ marinum. Ferum: ipſum cerberum. ſic Virgilius ſubſtantiue. In latus inque feri curuam compagibus aluum

Taxus: eſt arbor funebris & dira. Diræ uolucres: mali ominis: ut bubo. & cæteræ aues diræ. Stryx: auis eſt quam Oui. in faſtis dicit noctu ſugere ſanguinem infantium. harpyæ tres fuerunt Aello: occipete: & celeno. tenuerunt ſtrophadas inſulas.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Has inter formas coniunx iunonis auernæ
Suggeſtu reſidens cognoſcit crimina regum.
Stant uincti.ſeroque piget ſub iudice culpæ.
Circumerrant furiæ:pœnarumque omnis imago:
Quam uellent nunquā ſceptris fulſiſſe ſuperbis.
Inſultant duro imperio:non digna nec æqua
Ad ſuperos paſſi manes:quæque ante profari
Non licitum uiuis:tandem permiſſa queruntur.
Tunc alius ſæuis religatur rupe cathenis.
Aſt alius ſubigit ſaxum:perque ardua montis.
Vipereo domat hunc æterno megera flagello.
Talia lætiferis reſtant patienda tyrannis.
Sed te maternos tempus cognoſcere uultus:
Cuius primo uenit non tardis paſſibus umbra:
Aſtabat fœcunda iouis pomponia furto.
Nanque ubi cognouit latio ſurgentia bella
Pœnorum uenus inſidias ante ire laborans
Iunonis fuſa ſenſim per pectora patrem
Implicuit flamma:quæ improuiſa fuiſſent:
Sydonia iliacas nunc uirgo accenderet aras.
Ergo ubi guſtatus cruor:ammonuitque ſybilla
Et dedit alternos ambobus noſcere uultus:
Sic iuuenis prior:o magni mihi numinis inſtar
Cara parens:quam te ut nobis uidiſſe liceret
Optaſſem ſtygias:uel lætho intrare tenebras:
Quæ ſors noſtra fuit:cui te cum prima ſubiret:
Eripuit ſine honore dies:& funere carpſit:
Excipit his mater:nullos o nate labores
Mors habuit noſtra:æthereo dum pondere partum
Exoluor:miti dextra cyllenia proles
Imperio iouis elyſias deduxit ad oras.
Attribuitque pares ſedes:ubi magna moratur
Alcidæ genitrix:ubi ſacro munere læda.
Verum age nate tuos ortus:ne bella paueſcas
Vlla:nec in cælum dubites te tollere factis:
Quando aperire datur nobis:nunc denique diſce:
Sola die caperem media cum forte petitos
Ad requiem ſomnos:ſubitus mihi membra ligauit
Amplexus:non ille meo ueniente marito
Aſſuetus:faciliſque mihi:tum luce coruſca
Implebat quanquam languentia lumina ſomnus.
Vidi crede iouem:nec me mutata fefellit
Forma dei:quod ſqualentem conuerſus in anguem
Ingenti traxit curuata uolumina gyro.
Sed mihi poſt partum non ultra ducere uitam
Conceſſum:heu q̄tum gemui:quod ſpiritus ante

Coniunx:Pluto maritus Proſerpinæ quæ dicitur ad differētiam Iuno inferna. Suggeſtu:pulpito ſiue toro:ut decet regem. Quam uellent:inſultat regibus:quos dicit optare apud inferos nunquam habuiſſe regna cum tot tormenta patiatur:& ipſæ umbræ regibus inſultant:quæ in uita paſſæ ſunt ab ipſis iniuſtitiam. Manes:ipſæ umbræ

Ad ſuperos:ſub hoc cœlo diu uiuerent ſub regibus. Religatus rupe:hic eſt prometheus:qui fuit ligatus caucaſo. Aſt alius:hic eſt ſiſyphus:qui ſaxum aduerſo monte uoluit. Maternos uultus:pomponiam matrem. Furto:occulto concubitu.Furta dicuntur adulteria.unde Iuuenalis. Me nemo miniſtro fur erit.& dulcia furta canūt poetæ. Nanque ubi cognouit:fictio poetæ in laudem.Scipionis.

Patrem.iouem.erat enim filia iouis uenus. Flamma:amoris ſcilicet:niſi hæc inquit prouiſa fuiſſent a uenere iam uirgines punicæ i aris romanis ſacrificarent:ideſt iam carthaginenſes romano imperio potiti eſſent. O magni.uerba Scipionis ad umbram maternā apud Homerum i odiſſea:mater Vlyxis prior alloquitur filium his uerbis:Fili mi quomodo tenebras ſubiſti cum tu ſis uiuus:difficile eſt enim hæc iſpici a uiuentibus. Inſtar magni numinis:quā ueneror:ut magnum numen optaſſem inquit mori mater:ut te uidere licuiſſet. Vel:etiā morte guc uenire. Pietas laudatur Scipionis erga matrē. Quæ ſors noſtra fuit:quæ fortuna:ut prima dies qua natus ſum eriperet te mihi.nam i partu periit pomponia:& cæſa matre homíes auſpicatius naſcuntur:autore Plinio. Aethero pondere:diuina prole.ideſt te qui eras filius Iouis. Cyllenia proles mercurius qui deducebat animas ad loca inferoꝝ Genitrix alcidæ Alcmena mater Herculis. Læda :mater Caſtoris & pollucis regia laconum. Sola dícaperē:aperit pomponia:quomodo ex iouerſo in anguem cōceperit Scipionem:ſic olympias cōcepit alexandꝛ magnum.



Hæc tibi q̄ noſcenda darem diceſſit in auras.
His alacer colla amplexu materna petebat.
Vmbraqꝫ ter fruſtra per inane petita fefellit.
Succedūt ſimulacra uirum concordia patris:
Vnanimiqꝫ ſimul patrui:ruit ipſe per umbrā
Oſcula uana petens iuuenis:fumoqꝫ uolucri.
Et nebulis ſimiles animas apprendere certat.
Quis te care pater:quo ſtabant itala regna:
Exoſus latio deus abſtulit:hei mihi nam cur
Vlla fuere adeo:quibus a te ſæuus abeſſem
Momenta:oppoſito mutaſſē pectore mortē.
Quātos funeribus noſtris gens itala paſſim
Dat gemitus:tumulus uobis cenſente ſenatu
Mauortis geminus ſurgit per gramina cāpo.
Nec paſſi plura in medio ſermone loquentis.
Sic adeo incipiūt:prior hæc genitoris imago.
Ipſa qdē uirtus ſibimet pulcherrima merces.
Dulce tamen uenit ad manes:cum gloria uitæ
Durat apud ſuperos:nec edunt obliuia laudē.
Verum age fare decus noſtrum te q̄ta fatiget
Nilitia:heus quotiēs itrat mea pectora terror:
Cum repeto q̄ ſæuus eas:ubi magna pericla
Contingunt tibi:per noſtri fortiſſime læti
Obteſtor cauſas martis moderare furori.
Sat tibi ſūt documēta domus octaua terebat.
Arentem culmis meſſem crepitantibus æſtas:
Exquo cuncta mihi calcata:meoque ſubibat
Germano deuexa iugum tartheſia tellus.
Nos miſeræ muros & tecta renata ſaguntho:
Nos dedimus betin nullo potare ſub hoſte.
Nobis indomitus conuertit:terque quaterqꝫ
Germanus terga ānibalis.proh barbara nunq̄
Impolluta fides:peterem cum uictor adeſum
Cladibus aſdrubalē:ſubitoqꝫ uenale cohortes
Hiſpanæ uulgus:libyco quas fecerat auro
Aſdrubal:abrupto liquerunt agmine ſigna.
Tunc hoſtis ſocio deſertos milite multum
Ditior ipſe uiris ſpiſſo circundedit orbe:
Non ſegnis nobis:nec inultis nate peracta
Illa ſupræma dies:& aude nidiſſimus æuum:
Excipit inde ſuos frater coniungere caſus.
Excelſæ turris poſt ultima rebus in arctis
Subſidium optaram:ſupremaqꝫ bella ciebā.
Fumantes tædas:ac lata incendia paſſim
Et mille iniecere faces:nil nomie læthi (chro
De ſupis queror:haud puo data mēbra ſepul

Diſceſſit in auras:ante iquit mortua ſum.q̄ potuerim tibi aperire te eē iouis filium. Ter fruſtra:ſic Vir. Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago.& Vlyxes apud Homerū de matre inqt: Sed ego cupidus uolui umbrā mortuæ matris capere ter cōatus erā.animus hortabat ter ex manibus ſimilis ūbræ euolauit. Simulacra:umbræ.P.& Gn.Scipionū. Virum:uirorū. Campo mauortis:campo martio:tali ſepulchro ornabant hi:qui ꝑ patria ſine magiſtratu:aut i magiſtratu mortui eēnt quē admodū his ſcipionibus acciderat. Ipſa quidē uirtus: uerba Scipionis ad filiū.& loquitur maxime ex ſentētia ſtoicorum:qui dicebant uirtutem ſeipſa contentam eſſe & contemnere caſus humanos:culpaque omni uacantē præter ſe ipſam nihil ad ſe pertinere. Virtus eſt ſibi merces pulcherrima:quoniā expetenda eſt propter ſe.& ipſū honeſtum etiam ſi a nullo laudetur:tamē natura ſua laudabile ē.Honeſtum inquit Seneca ob nullam aliam cauſam:q̄ quia honeſtū ſit colit.& alibi dicit:Recte facti feciſſe merces eſt. Dulce tamen:q̄uis inquit Scipio uirtus ſit contenta ſe ipſa:& nō pendeat a laude populari:tamen dulce eſt cum remanet apud ſuperos gloria.& gratia defunctorum:& nec memoria illoꝝ uenit i obliuionem. Per cauſas noſtri lœthi:ideſt oro te per omne id qđ fuit cauſa noſtræ mortis:ideſt per ardorē belli.& cupiditatē moriendi ꝑ patria:& ꝑditiones:q̄ nos i cladē traxerunt.ergo inqt moderare furori bellico:ne & tu idē patiaris. Furori martis:noli nimiū idulgere bellico furori:ne cadas ut nos.Adhibe inqt modū ꝑliis ineundis.

Tarteſſia tellus.hiſpania a Tarteſſo oppido.de quo dictū ē.& nos etiā iqt fecimus ne ſagūthini eſſent amplius ſub hoſte. Miſeræ:ꝑpter incendiū:quod ab Hannibale perpeſſa ē. Germanus:Aſdrubal. Peterē cū uictor .P.& Gn.Scipiones ex hybernis profecti copias cōiunxerunt:conſiliumque iniere:ut Aſdrubalem tendentem i italiam retinerent.Tres hoſtium exercitus erant:& imperatores Aſdrubal giſgonis filius.Mago.& aſdrubal frater Hānibalis.Gneus cum quarta parte ueteris exercitus celtiberis adiunctis cum Aſdrubale bellū gerebat.P.Scipio aduerſus Magonem:& alterum Aſdrubalem.aſdrubal cum exiguum exercitum in caſtris romanorum uidiſſet.& ſpem omnem in celtiberorum auxiliis eſſe:peritus omnis barbaricæ perfidiæ facili linguæ cōmercio:cū utraque caſtra plena hiſpanorum eſſent:per occulta colloquia paciſcitur magna mercede cum celtiberorum pricipibus:ut copias ab exercitu romano abducerent:ſignis repente ſublatis celtiberi abeunt:nil aliud reſpondentes romanis quærentibus cām diſceſſus q̄ demeſtico ſe auocari bello.P.ſcipio pari terrore concutiebatur.nam aderat Maſiniſſa amicus carthaginēſium:& tunc nouus hoſtis:qui caſtra romana obequitabat.tandem cum uentum eſſet ad pugnam:ſcipionis ſuos hortantis & offerentis ſe ubi plurimus labor eſſet latus dextrum lancea traiicitur.Gneus poſtea cecidit in quadam turri obſeſſus ut i principio dictum eſt. Cohortes hiſpanæ:celtiberi milites. Venale uulgus:nam precium & mercedem acceperunt pro diſceſſu. Excipit:ſubſecutus eſt Gneus ſcipio:qui fuerat obſeſſus in turri. Poſt ultima:iam acie noſtra uerſa in fugam. Nil nomine læthi:non queror de tali genere mortis:quod forte uidetur ignauum:quoniam fui crematus in ipſa turri armatus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Noſtra cremauerunt in morte hærentibus armis:
Sed me luctus habet:geminæ ne clade ruinæ
Ceſſerit affuſis oppreſſa hiſpania pœnis.
Contra quæ iuuenis turbato fletibus ore.
Dii quæſo ut merita eſt dignas pro talibus uſis
Carthago expendat pœnas:ſed continet acres
Pyrenes populos:qui ueſtro marte probatus
Excepit feſſos:& notis martius armis
Succeſſit bello:fuſos quoque fama ferebat
Victores acie:atque exacta piacula cædis.
His læti rediere duces loca amœna piorum:
Proſequiturque oculis puer aduenerarus euntes:
Iamque aderat multa uix agnoſcendus in umbra
Paulus:& epoto fundebat ſanguine uerba.
Lux italum:cuius ſpectaui martia facta
Multum uno maiora uiro:deſcendere nunc te:
Atque habitanda ſemel ſubigit quis uiſere regna?
Q uem contra tales effundit ſcipio uoces.
Armipotens ductor:q̃ ſunt tua fata per urbem
Lamentata diu:q̃ pene ruentia tecum
Traxiſti ad ſtygias œnotria tecta tenebras.
Tum tibi defuncto tumulum ſydonius hoſtis
Conſtituit:laudemque tuo quæſiuit honore.
Dumque audit lachrymans hoſtilia funera paulus
Ante oculos iam flaminius:iam gracchus:& ægro
Abſumptus cannis ſtabat ſeruilius ore.
Appellare uiros erat ardor:& addere uerba:
Sed raptabat amor priſcos cognoſcere manes.
Nunc meritum ſæua brutum immortale ſecuri
Nomen:nũc ſuperis æquantem laude camillum.
Nunc auro curium:nonnunq̃ cernit amicum:
Ora ſybilla docet uenientum:& nomina pandit.
Hic fraudes pacis:pyrrheumque a limine portæ
Deiecit uiſus orbus:tulit ille ruentem
Tybridis in ripas regem.ſoluſque reuulſo
Pone ferox ponte excluſit redeuntia regna.
Si tibi dulce uirum:primo qui fœdera bello
Phœnicum pepigit uidiſſe:hic medius ille
Aequoreis uictor cum claſſe luctatius armis.
Si ſtudium:& ſæuam cognoſcere amilcaris umbrã:
Illa eſt cerne procul.cui frons nec morte remiſſa
Irarum ſeruat rabiem:ſi iungere cordi eſt
Colloquium:ſine guſtato det ſanguine uocem.
Atque ubi permiſſum:& ſitiens ſe impleuit imago:
Sic prior increpitat:non miti ſcipio uultu:
Talia ne o fraudum genitor ſunt fœdera uobis?

Sed me luctus habet:laus ẽ Gnei a pietate patriæ. Affuſis:ſparſis poſt noſtrã cædem per omnem hiſpaniam. Martius:poſt mortem Scipionum cum deletus exercitus:amiſſæque hiſpaniæ uiderẽtur:uir unus has reſtituit.erat in exercitu.L.Martius Septimii filius eques romanus impiger iuuenis Gnei per tot annos diſciplina edoctus:qui iunctus cũ T.Fonteio.P.Scipionis legato rem romanam uſque ad Scipionis aduentum tutatus eſt. Ferebat.dicebat. Ductores.Aſdrubalem & Magonem fuſos eſſe a Martio:& fama etiam ferebat Martiũ ſumpſiſſe piaculum ueſtræ cædis. Exacta.ſumpta. Lux italum:uerba Pauli ad Scipionem. Oenotria:romana.Flaminius cecidit ad Traſimenũ.Gracchus in Lucania.Seruilius in pugna cannenſi

Priſcos manes:umbras priſcorũ.Brutus primus cõſul ſecuri filios percuti iuſſit:cum de reducendis tarquiniis agerẽt cum aquiliis:& uitelliis.Filii Bruti erãt: Titus & tyberius. Seua:crudeli i necẽ filiorum. Camillum:qui recuperauit romã captã a Gallis:ũde laude æquabat ſuperos. Curiũ:Manius curius de Pyrrho & ſamnitibus triũphauit:cui ad focum ſedenti cum magnum auri põdus attuliſſent ſamnites repudiati ab eo ſũt. non enim aurum habere ſibi uideri preclarum dixit:ſed habentibus aurum imperare:iõ dicit poeta Curium nunq̃ fuiſſe amicum auro. Orbus uiſus:cæcus. Appius.Claudius cæcus pacem inire cũ pyrrho grauiſſima oratiõe diſſuaſit.ad Appii Claudii ſenectutem inquit Cice. Accedit etiam ut eſſet cæcus:tamẽ is cũ ſententia ſenatus inclinaret ad pacem:& fœdus faciundum cum Pyrrho non dubitauit dicere:Quo uobis mentes rectæ quæ ſtare ſolebant.Antehac dementi ſeſe flexere ruina.quibus uerbis perſuaſit non eſſe ineundam pacem cum Pyrrho

Tulit ille:Horatius cocles:de quo ſupra. Regem:Porſenam: qui romam obſedit poſitis i ianiculo caſtris:ut reduceret targnios. Pone:poſt ſe reſciſſo põte ſublitio.tandem deſiluit in aquam:& ad ſuos enauit. Redeuntia regna.tarquinios cupientes redire in regnum.

Luctatius:uicit pœnos nauali pugna apud egates.& triumphauit: de fœdere tunc icto cum Amilcare dictum eſt.



Aut hæc ſicania pepigiſti captus in ora?
Bella tuus toto natus contra omnia pacta
Exercet latio:& perruptis mollibus alpes
Eluctatus adeſt.feruet gens itala marte
Barbarico:& refluunt obſtructi ſtragibus amnes.
Poſt quæ pœnus ait:decimum modo cœperat annũ
Exceſſiſſe puer noſtro cum bella latinis
Concepit iuſſu:licitum nec fallere diuos
Iuratos patri:quod ſi laurentia uaſtat
Nunc igni regna.& phrygias res uertere temptat.
O pietas:o ſancta fides:o uera propago:
Atque utinam amiſſum reparet decus.inde citato
Celſus abit greſſu:maiorque receſſit imago.
Exin deſignat uates:qui iura ſub armis
Poſcenti dederint populo:primique petitas
Miſcuerint italis pyreo littore leges.
Lætatur:ſpectatque uirum inſatiabilis ora
Scipio:& appellet cunctos:ni magna ſacerdos
Ammoneat turbæ innumeræ :quot milia toto
Credis in orbe puer luſtras cum ſingula uiſu
Deſcendiſſe herebo :nullo non tempore abundans
Vmbrarum huc agitur torrens:uectatque capaci
Agmina mole charon:& ſufficit improba puppis.
Poſt hæc oſtendens iuueni ſic uirgo profatur.
Hic ille eſt tellure uagus:qui uictor in omni
Curſu ſigna tulit:cui peruia bactra dachæque:
Q ui gangem bibit & pelleo ponte nyphaten
Adſtrinxit:cui ſtant ſacro ſua mœnia nilo.
Incipit æneades.libyci certiſſima proles
Ammonis quanto exuperat tua gloria cunctos
Indubitata duces? ſimilique cupidine rerum
Pectora noſtra calent quæ te uia ſcire ſuperbum
Ad decus & ſummas laudum perduxerit artes:
Ille ſub hæc.turpis lenti ſollertia martis.
Audendo bella expedias:pigra extulit aſtris
Haud unq̃ ſeſe uirtus:tu magna gerendi
Præcipita tempus:mors atra impendet agenti:
Hæc effatus abit:creſi mox aduolat umbra.
Atque hic elyſio tendentem limite cernens
Effigiem iuuenis caſtæ cui uitta ligabat
Purpurea effuſos per colla nitentia crines:
Dic ait hic qui nam uirgo:nam luce refulget
Præcipua frons ſacra uiro:multæque ſequuntur
Mirantes animæ:& læto clamore frequentant.
Q ui uultus quem ſi ſtygia non eſſet in umbra
Dixiſſem facile eſſe deum:non falleris inquit

Eluctatus:conatus tranſcendere.

Amnes:Ticius Trebia aufidus. Decimum modo:uerba Amilcaris. Maior:q̃ uenerat:audito bello quo Hannibal romãos urgebat. Qui iura ſub armis:de decemuiris loquitur.Romani.P.poſthumium album.M.Manliũ.P.Sulpitium camerinum legatos athenas miſerunt:ut iclytas leges deſcriberent.& aliarum græciæ ciuitatum inſtitura mores:iuraque noſcerent: quibus Romam reuerſis decemuiri creati fuerunt:Appius Claudius.T.Genutius.P.Sextius.L.Vetrurius.C.Iulius.A.Mãlius.P.Sulpitius.P.Curiatius.T.Romuleus.Sp.Poſthumius. Pyreo littore:athenienſi:eſt enim pyreus portus athenarum. Iura ſub armis:quoniam decemuiri gubernabant rempublicam.& habebãt habenas rerum.& ideo dicit ipſos ſub armis dediſſe iura populo. Charon:portitor ad ſtygem paludem. Improba:inſatiabilis

Hic eſt ille.Alexander magnus ſcilicet.Bactra magna ciuitas:quæ nomẽ dedit Bactrianæ regioni ſupra perſidẽ.

Dachæque.dachæ ſunt populi oriẽtis ſupra bactrianos qui ſe alexãdro dederũt cæſo eorum duce Spitamene ut ſcribit Curtius li.vii.ab uxore peremptro capiteque eius alexandro oblato. ganges eſt fluuius indiæ. Niphatem: fluuium armeniæ. Pelleo:conſtructo ab alexãdro pelleo ad ipſum niphatem. Sua mœnia:alexandria egyptia alia erat ad radices caucaſi. Sacro: oĩa flumina magna appellantur ſacra a poetis. Aeneades.Scipio. Lybici certiſſima proles:uerba ſcipionis ad alexãdrum qui habitus eſt filius iouis hammonis. Turpis.reſpondet alexãder.

Lenti:pigri. Turpis: infamis quoniam decet imperatorem eſſe diligentem & ſollertem ne circũueniatur:ſed armis & cõſilio hoſtibus præualeat.pigra uirtus inquit nunq̃ cœlũ petiit:ſed ardens & ſollers. Præcipita tempus: accelara.q.d.propera ad gloriã ſine aliq̃ cuntatione priuſq̃ mors impediat quæ lege naturæ ſingulis horarum momentis impendet. Creſus:rex lydorum ditiſſimus fuit ſed apud inferos æquatus erat pauperibus. Vitta purpurea:quoniã uates erant phœbi ſacerdotes:unde papinius in achille : Nec mea nunc primis albeſcunt tempora uittis. deſcribit umbra Homeri. Sacra:dicata phœbo & diuina.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Comes triuiæ:ſybilla comes proſerpinæ. Non paruum numẽ:ſpiritus ille diuinus & furor poeticus. Hæc cuncta:loca iferorum quæ cecinit Home.i.xi.odyſſeæ. Veſtrã troiam:a qua romani ducunt originem. Fœlix eacide:hæc eadem fuerant uerba alexãdri magni cum ueniſſet ad ſepulchrum achillis in ſigeo promontorio:dixit enim.o fortunate adoleſcẽs qui geſtorum tuorum præconem homerum habuiſti. Eacide: achille. Aiacis: thelamonii:ſcilicet qui fuit heros fortiſſimus & ſecundus ab achille. Atridas:agamemnona & menelaum. Ithacum:ulixem. Corde:ſapientia & prudentia. Peleia facta:geſta achillis filii pelei. Alternam lucem:quoniã alternis menſibus uiuũt. Victuram: paulo poſt. Lauinia:uxor æneæ filia latini regis aboriginum. Lux:dies ſuperueniens:herſilia fuit uxor romuli & nurus martis. Gens uicina:ſabini cæterique finitimi ſpernebant affinitates romanorum quos tũc latrones appellabant. Hirſutos procos:horridos & paſtorales. Reuocauit ab armis:nam procedens in mediam aciem cum aliis mulieribus prælium diremit:Plutarchus ait:cum utrinq̨ acies conſtitiſſent ſabinæ mulieres cum gemitu & ululatu habẽtes in ulnis infantulos iter media tela prouolant clamantes ut ſanguini parcerẽt quo ſpectaculo fœdus ictum fuit. Carmẽtis:aliter dicitur nicoſtrate mater fuit euãdri fatidica & a carmine appellata eſt:ideo præſaga ideſt uaticinatrix. Tanaquil:fuit uxor tarquini priſci & ipſa uates. Ventura regna: nam cum lucumo maritus comitante uxore romam migraret ex tarquiniis urbe hetruriæ & ad ianiculum perueniſſet aquila cœlo lapſa pileum ex capite lucumonis eripuit ac deinde repoſuit uxor tanaquil regnum urbis marito portendi tali augurio dixit:qđ poſtea ſequutũ eſt:& ipſe lucumo tarquinius priſcus appellatus eſt. In alite:aquila. Dextros.propitios. Lucretia uxor collatini pudiciſſima & per ui atque fraudem ſtuprata a Sexto tarquinio ſibi mortem conſciuit quam principem romanæ pudiciciæ appellat Valerius. Non datur heu tibi roma:exclamat cum dolore poeta q̨ roma non habeat mulieres talis pudiciciæ tẽpore ſuo. Hanc laudem:ſcilicet pudiciciæ: quoniam luxuria iam irrepſerat in locum pudiciciæ. Virginia:quam appius decemuir ardens claudio libidinis miniſtro pro tribunali ut ſerua natam adiudicauit:pater uirginius ab algido accitus a lanio cultro abrepto pectus filiæ confodit pudicæque interemptor inquit Valerius q̃ corruptæ pater eẽ maluit:& ſic alienæ libidini filiam eripuit. Illa eſt:clelia ẽ hæc de qua dictum eſt. Lydia.porſenæ hetruſci.

Docta comes triuiæ:meruit deus eſſe uideri.
Et fuit in tanto non paruum pectore numen:
Carmine complexus terram:mare:ſydera:manes:
Et cantu muſas.& phœbum æquauit honore.
Atque hæc cuncta priuſq̃ cerneret ordine terris
Prodidit:& ueſtram tulit uſque ad ſydera troiam.
Scipio perluſtrans oculis lætantibus umbram
Si nunc fata darentur romula facta per orbem
Hic caneret uates quanto maiora futuros.
Facta eadem intrarent hoc inquit teſte nepotes:
Fœlix æacide cui tali contigit ore
Gentibus oſtendi:creuit tua carmine uirtus.
Sed quæ tanta adeo gratantum turba requirens
Heroum effigies maioreſque accipit umbras.
Inde uiro ſtupet æacide:ſtupet hectore magno:
Aiaciſque gradum:uenerandaque neſtoris ora
Miratur geminos aſpectans lætus atridas
Iamque ithacum corde æquantem peleia facta.
Victuram hinc cernit ledei caſtoris umbram
Alternam lucem peragebat in æthere pollux.
Sed ſubito uultus monſtrata lauinia traxit.
Nam uirgo admonuit tempus cognoſcere manes
Fœmineos ne cunctantem lux alma uocaret
Fœlix hæc inquit ueneris nurus ordine longo
Troiugenas iunxit ſociata prole latinis.
Vis & martigenæ thalamos ſpectare quirini:
Herſiliam cerne:hirſutos cum ſperneret olim
Gens uicina procos paſtori rapta marito
Inſtrauit caſæ culmique e ſtramine fultum
Preſſit læta torum:& ſoceros reuocauit ab armis.
Aſpice carmentis greſſus euandria mater
Hæc fuit.& ueſtros tetigit præſaga labores.
Vis & quos tanaquil uultus gerat:hæc quoq̨ caſtæ
Augurio ualuit mentis:uenturaque dixit
Regna uiro:& dextros agnouit in alite diuos.
Ecce pudiciciæ latium decus inclyta læti
Fert frontem:atque oculos terræ lucretia fixos.
Non datur heu tibi roma:nec ẽ quod male deceret
Hanc laudem retinere diu.uirginia iuxta
Cerne cruentato uulnus ſub pectore ſeruat
Triſtia defenſi ferro monumenta pudoris.
Et patriam laudat miſerando in uulnere dextram
Illa eſt quæ tybrim quæ fregit lydia bella.
Nondum paſſa marem quales optabat habere
Q uondam roma uiros contemptrix clælia ſexus:
Cum ſubito aſpectu turbatus ſcipio poſcit



Q uæ pœnæ cauſa:& qui ſint in crimine manes.
Tum uirgo patrios fregit quæ curribus artus:
Et ſtetit adductis ſuper ora trementia frenis.
Tullia non ullos ſatis exhauſtura labores
Ardenti flegetonte natat fornacibus atris.
Fons rapidus furit:atque uſtas ſub gurgite cautes
Egerit:& ſcopulis pulſat flagrantibus ora.
Illa autem quæ tondetur præcordia roſtro
Alitis:en quantum reſonat plangentibus alis
Armiger ad paſtus rediens iouis:hoſtibus arcem
Virgo immane nephas adamato prodidit auro
Tarpeia:& pactis reſerauit clauſtra ſabinis.
Iuxta nonne uides:neque enim leuiora domantur
Delicta:illatrat ieiunis faucibus orcus.
Armenti quondam cuſtos immanis iberi
Et morſu petit:& polluto euiſcerat ungue.
Nec par pœna tamen ſceleri:ſacraria ueſtæ
Polluit exuta ſibi uirginitate ſacerdos.
Sed ſatis hæc uidiſſe ſatis:mox deinde uidenti.
Nunc animas tibi quæ potant obliuia paucas
In fine enumerare paro:& remeare tenebris.
Hic marius:nec multa dies iam reſtat ituro
Etheriam in lucem:ueniet tibi origine parua
In longum imperium conſul:nec ſylla morari
Iuſſa poteſt:aut amne diu potare ſoporo.
Lux uocat:& nulli diuum mutabile fatum
Imperium hic primus rapiet:ſed gloria culpæ
Q uod reddet ſolus:nec tanto in nomine quiſquam
Exiſtet ſyllæ qui ſe uelit eſſe ſecundum.
Ille hirta cui ſubrigitur coma fronte decorum
Et gratum terris magnus caput:ille deum gens
Stelligerum attollens apicem troianus iulo
Cæſar auo:quantas moles cum ſede recluſa
Hac tãdem erumpent:terraque marique mouebũt.
Heu miſeri quotiens toto pugnabitur orbe.
Nec leuiora lues q̃ uictus crimina uictor.
Tum iuuenis lachrymans reſtare hæc ordine duro
Lamentor rebus latiis ſed luce remota
Si nulla eſt uenia & merito mors ipſa laborat:
Perfidiæ:pœnus quibus aut flegetontis in undis
Exuret ductor fœdus:aut quæ digna renatos
Ales in æternum laniabit morſibus artus:
Ne metue exclamat uates:non uita ſequetur
Inuiolata uirum:partia non oſſa quieſcent.
Nanque ubi fractus opũ magnæ certamine pugnæ
Pertulerit uinci turpemque orare ſalutem.

Tullia.filia Seruii Tullii fuit ſuper cuius interẽpti corpus carpentũ egit.unde ſcelerata dicta eſt & etiam uicus ubi id fuit ſceleratus dictus. Adductis.contractis:& ſic atrocitas immo feritas tulliæ deſcribitur quæ contrahebat habenas equoꝝ ut ſuper paternum cadauer diutius immoraretur:in undis ergo phlegetontis dabat huius ipietatis pœnas. Furit.feruet æſtuat:quoniam bulit aqua.

Egerit.emittit ſaxa ignita. Pulſat.uerberat & tundit ora ipſius tulliæ. Tarpeia.prodidit arcem ſabinis tempore Romuli capta armiliis quas illi i brachiis geſtabãt:& illic obruta hoſtium ſcutis nomen loco dedit:nam capitolina arx & rupes denominata eſt tarpeia ab hac uirgine.poſtea capitoliũ nomen accepit a capite humano illic effoſſo cum fundamenta iacerentur. Cuſtos armentis hiberi.gerion ceſus ab Hercule de quo ſupra.hunc appellat orcũ qui & morſu & unguibus lacerat inceſtas.ideſt ſacerdotes ueſtæ quæ uirginitatem non ſeruarunt.Tria igitur ſunt ſupplicia tarpeiæ & ſacerdotis inceſtæ. Ieiunis.rabidis. Euiſcerat.laniat. Polluit.uiolauit depoſita uirginitate.inceſtæ quondam uiuæ defodiebantur. Marius.arpinas fuit & ſepties conſul. Origine parua.obſcuris natalibus & municipio arpinati. In longum.quoniam fuit ſepties conſul. Iuſſa.leges fatorum quibus cogitur redire ad ſuperas horas.L.Cornelius ſylla ubi uictor marianos oppreſſit dictaturã inuaſit:& ſic a rebus geſtis fœlicem appellauit.

Quod reddet ſolus.quoniam ſylla tandẽ depoſuit dictaturam dicens ſe uelle reddere rationem adminiſtratæ reipu.poterit iquit gloriari q̨ ipẽ ſolus reſtituit imperium:nõ enim habuit ſecundũ. Cæſar poſt ipſum uoluit eſſe perpetuus dictator & gladius ciuium illi dictaturam eripuit. In tanto nomine.dictatoria poteſtate. Magnus.Pompeius:qui a deuicta aphrica magnus cognominatus eſt:tãdem uictus a Cæſare in theſſalia ægyptũ malis auibus contendens ab achila & phorino iuſſu Ptolemæi obtruncatus eſt. Ille deum gens.Iulius Cæſar qui originẽ habebat a iulo ueneris nepote. Stelligerum apicem.hoc dicit propter cometem qui erat in frõte Cæſaris ſtatuæ:apparuit aũt cometes in ludis funebribus.C.Cæſaris quos celebrabat Auguſtus in patris honorem. Quãtas moles.bella ciuilia & pluſquã ciuilia quæ fuerunt inter Cæſarem & Pompeium. Hac ſede.inferna ſcilicet:ideſt cum ibunt ad ſuperos pugnabunt terra mariq̨. Nec leuiora lues.quaſi dicat. Pompeius uictus a te Cæſar interficietur & tu interficieris. Victor.Cæſar. Tum iuuenis.ægre ferebat Scipio futura bella ciuilia. Latiis rebus. romano imperio. Remota luce.poſt mortem. Laborat.dat pœnas ut meruit. Mors ipſa.ideſt umbra mortuorum ſi ita eſt inquit ut nulla ſceleris uenia ſit apud inferos Hãnibal crudelis ac perfidus quas dabit pœnas. Renatos.renaſcentes ut dixit de umbra tarpeiæ & de titio fingit. Ne metue.uaticinatur ſibylla Hannibalis fatũ. Magnæ pugnæ,quæ fuit ad zamam cum Scipione.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Rurſus bella.tentauit Hannibal ſuſcitare bellū pollicens auxilia macedonum ob quā rem exilio mulctatus eſt unica naue ut ſcribit æmylius probus prius cretam deinde in ciliciam peruenit:hinc in ſyriam ꝓfectus hæſit antiocho & bellum contra romanos molitus eſt:quidam uolunt ſtatim a Scipione uictū conſcendiſſe nauim & nauigaſſe ad antiochū.uerior fama tenet factū exulē.Plutarchus dicit cum ſatis conſtet eum deſperatis iam rebus in aſiā ꝓfectum exilio mulctatū ad antiochū perueniſſe. Coniuge.himilce. Nato.aſpare. Cilicis tauri:quoniā cilicia eſt pars aſiæ minoris ad tauꝝ montem & Hannibal ꝓfectus eſt ad antiochum regē ſyriæ quem hoſtē fecit populo romano. Proh q̃to leuius.accuſat Hannibalē poeta qui dulcedine uitæ potius ſeruire q̃ mori uoluit qđ ꝑter decoꝝ tāti īperatoris erat qppe nō tāti facere uitā debebat ut ſeruitiū toleraret. Aſſyrio regi.antiocho. Falſus cupiti.deceptus uoti:non.n.res ei ex ſentētia ſucceſſerat & uoto .ſuccubuit qppe antiochus.& Hānibal repetitus eſt a romanis. Cupiti motus auſoniæ.belli illati romanis ab antiocho Hānibalis ſuaſu. Petet æquora.nauigauit ad pruſiā regē bithynniæ. Dubio.incerto quo tēdat & quē portū petat. Perſtantibus.ꝑſeuerātibus in repoſcēdo Hānibale romani.T.Quītiū flaminiū ad pruſiā regē bithyniæ miſerūt cum Hannibal euadere nō poſſet uenenū iam ante ꝑparatū popoſcit liberemus īquiēs diuturna cura populū romanū quādo mortē ſenis expectare longū cēſent:nec magnā nec memorabilē ex īermi ꝓditiq; flaminius uictoriam feret:deīde pruſiam execratus uenenum hauſit. Furtiuo.clam præparato ad tales caſus ne in manus romanorum ueniret.

Rurſus bella uolet macetum iſtaurare ſub ar-
Dānātuſq; doli deſertis cōiuge fida (mis.
Et dulci nato linquet carthaginis arces.
Atque una profugus luſtrabit cærula puppe
Hinc cilicis tauri ſaxoſa cacumina uiſet.
Proh quanto leuius mortalibus ægra ſubire
Seruitia:atq; hyemes:æſtus:fugamq;:fretūq;:
Atque famem:q̃ poſſe mori? poſt itala bella
Aſſyrio famulus regi:falſuſque cupiti
Auſoniæ motus dubio petet æquora uelo:
Donec pruſiacas delatus ſegniter oras
Altera ſeruitia imbellis patiatur in æuo.
Et latebram munus regni:perſtantibus inde
Aeneadis reddique ſibi poſcentibus hoſtem:
Pocula furtiuo rapiet properata ueneno.
Ac tandem terras longa formidine ſoluet.
Hæc uates.herebique cauis ſe rettulit umbris.
Tum lætos ſocios iuuenis portumque reuiſit

PETRI Marſi īterꝑtatio in.xiiii.uolumē Syllii Italici.

Lectite nunc uřos.Romani cū bellū neq̃q̃ cōtēnendū in Sicilia orireť:morſq; tyrāni duces magis īpigros dediſſet ſyracuſanos q̃ cām aut aīos mutaſſet.M.marcello Siciliā decernūt:nā poſt Hieronymi tyrāni cædē primo tumultuatum in leōtinis apud milites fuerat:uociferatūq; parētādū regi ſanguine cōiuratoꝝ eē.Marcellus in Siciliā ꝓfectus ſyracuſas tādē expugnauit.poeta in hoc pricipio tāgit capita reꝝ q̃s narraturus eſt:& deſcribit ſitū & formā Siciliæ urbeſq; etiā quæ milites ad bellū miſerūt:repetitq; uota ꝓpter difficultatē & uariū martē quē romani tūc exercuerūt ut patebit. Numina heliconis.muſæ quaꝝ ſedes eſt helicon mons boetiæ.Vir.Pādite nūc helicona deæ cantuſq; mouete. Ortigyæ pelagus.enumerat ea circa quæ muſæ debēt iā uerſari ut poſſit canere.ſ.bellū ſiculū:appulū:macedonicū:ſardoū:achaicū:hiſpanū:& poſtremo libycum ortigya eſt parua īſula ante ſyracuſas in q̃ fons eſt arethuſa. Muneris.officii:quoniā deſcripturus eſt bellū ſiculū & Siciliæ urbes & antiquitatē. Daunia regna.bellū' appulū & italū quod erat cū Hānibale poſt pugnā cānēſem dū hæc in Sicilia agereť. Domos macetū.bellū geſtū cū philippo rege macedonū:miſerūt.n.romani qui tū cū ætolis erāt milites ad tutandā maritimā orā cōtra philippū ut poſtea narrabit.hæc.n.eſt ꝓpoſitio reꝝ narrandaꝝ uſq; ad calcē opis. Achaica rura.bellū achaicū & ætolū.

Regnata mapalia.bellū libycū cū Scipio in aphricā traiecit. Tyriæ gēti.quoniā tyrii cōdiderūt carthaginē & nonnullas alias urbes in libya.mapalia:& magalia lingua punica dicuntur uiles domus & paſtorales. Extremū diem.ideſt hiſpaniam quæ eſt ad ſolem occidentem ubi Scipio ultus eſt mortem patris & patrui. Metas.finem quoniā ultra hiſpanias & gades eſt oceanus. Sic poſcit.ſic reqrit ipſum bellū quod uariis regionibus a romanis geſtum eſt. Auſoniæ pars magna iacet.deſcribit ſiciliam quæ italiæ quondam iuncta erat inde ui uentoꝝ & terremotus mare ſeparauit:fecitq; inſulam a qua diuiſione oppidum regium nomen accepit.ambitus inſulæ ut placuit thucydidi non multo minor eſt nauigatione.viii.dierum.poſſidonius ait circuitum eius eſſe.iiii.milia.&.cccc.ſtadi.Agrippa terminauit autore Pli.dc.&.xviii.milibus paſſuum:triquetra dicta & trinacria a forma triangulari quam habet cum tribus promontoriis peloro:pachino:& lilibeo:inde ſicania dicta eſt a ſicanis populis po-

Lectite nūc ueſtros heliconis numina cantus
Ortygiæ pelagus ſiculique ad littoris urbes.
Mūeris hic uřī labor ē:mō daunia regna
Aeneadū:mō ſicaios accedere portus.
Aut macetū luſtrare domos:& achaica rura.
Aut uaga ſardoo ueſtigia cingere fluctu.
Vel tyriæ quondam regnata mapalia genti.
Extremumq; diem & terraꝝ inuiſere metas.
Sic poſcit ſparſis mauors agitatus in oris.
Ergo age qua litui qua ducunt bella:ſeq̃mur.
Auſoniæ pars magna iacet trinacria tellus.



ſtea ſicilia:quondam inquit Pli.Brutio agro cohærebat:mox interfuſo mari auulſa. Noto.uento ſæuiente. Vaſtātibus.irrūpentibus per mediū. Accepit:ipſa terra ubi nūc eſt fretū ſiculū. Propulſa.diuiſa & ſūmota neptuni ſceptro. Semel.quoniā poſt illa nō potuit cōiungi. Cæca ui turbinis.occulto ipetu. Impactū.imiſſum fretū quod italiā a ſicilia diuidit. Diſcidit.diuiſit. Medio ꝓfundo.aqs per mediū imiſſis. Trāſtulit.ſegregauit.

Rapidus nereus.illud fretū quod diuidit.nereus eſt numē maris quē ponit pro ipſo freto quod habet fluxū & refluxū:& ideo rapidū nereū appellat. Diuortia.ſegregationē & diuiſioné. Diuiduos.populos ſemel diuiſos nō ſinit cōiungi. Seuo æſtu.illo freto quod æſtuat fluitq; & refluit.Lucre.ait.Quā fluitās circū magnis anfractibus æquor Ioniū glaucis aſpergit uirus i undis:Italiæ terraꝝ oras a finibus eius:Anguſtoq; freto rapidū mare diuidit undis. Fama eſt.adeo inq anguſtū eſt fretū ut ex italia latratus canū cantuſq; galloꝝ exaudianť. Multa ſolo uirtus.deſcribit ſiciliæ dotes quas etiā Stra.celebrat: Lucre.ait.li.i.Rebus opima bonis multa munita uiꝝ ui.

Virtus.fertilitas agroꝝ.ꝓuentus oleaꝝ & copia uini.

Bacho.uino.Strabo loquēs de mamertinis ait.cūq; feraciſſimus uini ager ipſe ſit uinū ipſum mamertinū nūcupauit quod cōtra italica cūcta & qdē ꝑſtātiſſima æmulatione certat. Cornipedē.equū.Vir.Arduus ide aggragas oſtētat maxima lōgꝫ Mœnia magnanimū quōdā generator equoꝝ.ideo ait Syllius lituis ferendis:quoniā eq aggrigēti erāt apti bellis & clāgoribus tubaꝝ. Hybleo nectare.dulci melle:hybla mons ſiciliæ in quo apes optime mellificāt:unde mel hybleū dr̄ certare cū melle cecropio.i.hymeto & attico ab hymeto monte atticæ terræ.

Accēdere.dixit ꝓpter flauū colorē ipſius mellis. Cecropias.atticas.a cecrope rege attico: Pœnios fontes.remedia afferētes.i.aquas calidas ſanantes morbos ut fecit peon medicus.Vir.dixit.peoniis reuocatus herbis.Strabo ait.calidaꝝ aquaꝝ ſcaturigines habet iſula multis in locis e qbus ſelenūtiæ ad hymerā ſalſæ ſunt.egeſtanæ uero potabiles. Hic phœbo digna ora.hoc dicit in laudē theocriti ſyracuſii qui bucolica ſcripſit:quē Vir.imitatus eſt.unde dixit.Prima ſyracuſio dignata eſt ludere uerſu.

Ora.eloq̃a uatū digna phœbo. Helicona.i.ipſam poeticen. Gēs.ſicula eſt prōptæ līguæ ac potēs bello nauali

Aequoreis tropheis.uictoriis naualibus. Poſt diꝝ ſceptꝝ.deſcribit ſiciliæ habitatores:leſtrigones & cyclopes in quadā īſulæ parte quæ uergit ad pelopōneſum habitauerūt.& leſtrigonū rex fuit antiphates crudelis:inde ſicani gēs hiſpana ſicaniā appellarūt:cum trinacria prius diceretť:inde ligures duce ſiculo ſiciliā dixerūt.phœnices etiā plurima loca icoluerūt:græciq; quoq; primi cretenſes:qui minois auſpicia ſequuti ſūt:quoꝝ duce apud cocalū calidis aquis necato illic ſedes poſuere ſuas. Dirū iperiū.crudele quoniā leſtrigones & cyclopes carnibus humanis ueſcebantur. Pyrenæ.hiſpania quæ eſt ultra pyreneos mōtes. Ab amne.ſicori fluuio hiſpano. Terræ uacāti.ſiciliæ uacuæ habitatoribus. Liguꝝ pubes.philiſtus ſyracuſanus ait.xx.annis ante bellū troianū traieciſſe in īſulā ligures duce ſiculo ſilio dedali & feciſſe nomen inſulæ.Dionyſius ait li.i.ſiculi abſumptis facultatibus peragrata īferiori italia per mōtana cum undiq; pellerētur traiecere in ꝓximā inſulā ſicaniam quē ſicani gēs hiſpana pulſi a liguribus obtinebant antea dictā trinacriā a forma:& ſiciliam dixere.ſed philiſtū ſequitur Syllius.

Nec res dedecori fuit.hic deſideraťaliquod carmē:nullus qppe in his uerbis eſt ſenſus. Actos mœnibus eteretū.cretenſiū.eteretes enim fuerūt primi habitatores cretæ:minos cum dedalū inſectaretur cretenſes duxit ſecū qui minoe uita functo in ſicilia remanſerunt. Non fauſta.infœlicia quoniam periit minos fraude cocali ſed poeta dicit periiſſe inſidiis cocalidum.Ouidius in ibim:Vel tua maturet ſicut minoia fata Per caput infuſæ feruidus humor aquæ. Aceſtes.capto ilio aceſte ſiue ſegeſto & helymo ducibus plerique troiani in ſiciliam nauigarunt & helymi omnes dicti ſunt quorum urbes fuerunt eryx & egeſta:ideo dixit poſuiſſe nomina ſuis muris.

Vt ſemel expugnāte noto & uaſtātibꝰ undis
Accepit freta cæruleo propulſa tridente.
Nanque per occultum cæca ui turbinis olim
Impactum pelagus laceratæ uiſcera terræ
Diſcidit:& medio perrumpēs arua profundo:
Cum populis pariter cōuulſas trāſtulit urbes.
Ex illo ſeruans rapidus diuortia nereus.
Sæuo diuiduos coniungi pernegat æſtu.
Sed ſpacium quod diſſociat conſortia terræ:
Latratus fama eſt ſic arcta interuenit unda:
Et matutinos uolucrum tranſmittere cantus
Multa ſolo uirtus iam reddere ſemen aratris
Iā montes umbrare olea dare nomina bacho.
Cornipedemq; citum lituis generaſſe ferēdis
Nectare cecropias hybleo accendere cæras.
Hic & peonios arcano ſulphure fontes.
Hic phœbo digna & muſis uenerabile uatum
Ora excellentum:ſacras qui carmine ſyluas
Quiq; ſyracuſia reſonant helicona camœna.
Prōptæ gens linguæ.aſt eadem cū bella cieret
Portus æquoreis ſueta inſignire tropheis
Poſt diꝝ ātiphatæ ſceptꝝ & cyclopeia regna
Vomere uerterunt primum noua rura ſicano
Pyrenæ miſit populos:qui nomen ab amne
Aſcitum patrio terræ impoſuere uacanti.
Mox ligurum pubes ſiculo ductore nouauit
Poſſeſſis bello mutata uocabula regnis
Nec res dedecori fuit:accola duxerat actos
Mœnibus eteretū nō fauſta ad prælia minos
Dedaleā repetens pœnā:qui fraude nephāda
Poſtquā perpetuas iudex cōceſſit ad umbras
Cocalidum inſidiis feſſo minoia turba
Bellandi ſtudio ſiculis ſubſedit in oris.
Miſcuerunt phrygiam prolē troianus aceſtes
Troianuſq; helimus ſtructis q pube ſequuta
In longum ex ſeſe donarunt nomina muris.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Nec zanclea gerũt obſcuram mœnia famam
Dextera quam tribuit poſito ſaturnia telo:
Sed decus enneis haud ullum pulchrius oris:
Q uã quæ ſiſyphio fũdauit nomẽ ab iſthmo
Et multum ante alias ephyreis fulget alũnis.
Hic arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat
Alpheon ſacræ portantem ſigna coronæ:
At non æquus amat trinacria mulciber antra.
Nam lipare uaſtis ſubter depaſta caminis
Sulphureum uomit exeſo de uertice fumum.
Aſt etna eructat tremefactis cautibus ignes.
Incluſi gemitus pelagique imitata furorem
Murmure per cæcos tonat irrequieta fragores
Nocte dieq; ſimul:fonte e phlegetõtis ut atro
Flammaꝶ exundat torrens piceaque procella
Semiambuſta rotat liquefactis ſaxa cauernis.
Sed q̃q̃ largo flammarum exæſtuat intus
Turbine:& aſſidue ſubnaſcens profluit ignis:
Summo cana iugo cohibet mirabile dictu.
Vicinam flammis glaciem æternoque rigore
Ardentes horrent ſcopuli ſtat uertice celſi
Collis hyems.calidaq; niuẽ tegit atra fauilla.
Q uid referam eolio regnatas nomine terras:
Vẽtoꝶq; domos atq; addita clauſtra ꝑcellis:
Hic uerſi penitus pelopeia ad regna pachyni
Pulſata ionio reſpondent ſaxa profundo.
Hic contra.libycamq; ſitũ:chauroſq; furentes
Cernit deuexas lilybeon nobile chelas.
At qua diuerſi lateris frons tertia terris
Vergit in italiam prolato ad littorra dorſo
Celſus harenoſa tollit ſe mole pelorus.
His longo mitis placide dominator in æuo
Præfuerat terris hieron:tractare ſereno

Nec zanclea gerũt.meſſanam intelligit:lege Strabonem.li.vi.zancle cumanoꝶ opicoꝶ opus chalcidenſibus deide aduenietibus ex euboea duces fuerũt prieres & craſſimenes qui nomẽ loco non mutauerunt quia falce dictus eſt:quã zanclen ſiculi dicebãt.prius iquit Strabo zancle uocabaẽ cum curua eſſent loca.anaxilas reginoꝶ tyrãnus eiectis a zancle ſamiis qui cumanos expulerãt:& ab antiqua patria ſua meſſenia quæ eſt in pelopõneſo meſſanã appellauit.Strabo ait.Meſſenios peloponneſiacos meſſanæ ſiculæ nomẽ dediſſe.ab hac urbe meſſala coruinus traxit cognomẽ cum eã uiciſſet:ſed prius meſſana ide uulgo permutãte lĩas:ut ſcribit Seneca ad Paulinũ de breui tate uitæ. meſſala dictus. Oui.in faſtis:Hũc numidæ faciũt illũ meſſana ſuperbum:inde mamertini natio cãpana meſſanã habitarũt:& ideo uinũ meſſeniũ mamertinũ dicimus:lege Strabonẽ. Dextra ſaturnia.quoniã falx dicata eſt Saturno:unde falcifer deus dr̃. Telo.falce. Sed decus enneis.nũc de ſyracuſis quas ut autor eſt Strabo archias condidit e corintho ꝓfectus quæ eſt in iſthmo ubi regnauit ſiſyphus corithus prius dicta eſt ephyre ĩde era ephyrea celebrata a poetis.ſyracuſæ ut iquit Stra.ad tantum culmẽ diuitiaꝶ peruenerũt ut iã in ꝓuerbio eſſet cũ de locupletibus ſermo eẽt:uobis ne decima quidẽ ſyracuſanoꝶ adeſt. Enneis.ſiculis ab enna. Ab iſthmo ſiſyphio.A coritho ubi regnauit ſiſyphus:eſt corithus in faucibus iſthmi peloponeſiaci. Ephyreis.corinthiis.arethuſa ut dixi fons eſt i ortygia iſula ante ſyracuſas ex quo manat alpheus labẽs ex pelopõneſo ꝑ ſubterraneos meatus in ſiciliã & portat ſigna coronæ:quoniã ꝓpe piſam & elin urbes pelopõneſi labit̃ ubi olympia qnquenalia celebrabanẽ & uictores coronabantur oleaſtro:talibus de rebus iquit Strabo cõiecturã faciunt:quoniã poculũ qddã in ludis olympicis in amnẽ ipm decidẽs ex arethuſa demũ emerſit. Nõ æquus.nõ ꝓpitius:quoniam emittit ignẽ ipſe uulcanus quo plurima loca æſtuãt. Lipare.iſula ꝓpe ſiciliã ubi fuit officina uulcani dicta a liparo rege q eolo ſucceſſit montẽq; habet iſtar etnæ ignes euomentẽ etna mons a poetis celebratus maxime habet in uertice craterẽ ex quo flãmã erũpit & pumices in illũ craterẽ empedocles aggrigẽtinus famã anhelãs præcipitem ſe dedit. Incluſi gemitus.rẽ naturalẽ tãgit:nã ui uentoꝶ ſeuiẽte ſub etna monte cauernoſo ac ſulphureo ignis generat̃ & ſonitus. Cæcos.ſubterraneos & occultos:quoniã ignis quærẽs maiorẽ locũ exire luctat̃. Vt.ſicut e phlegetõte qui habet aquas ardẽtes. Picea.ꝓcella.nigro fumo egrediẽte cũ ĩpetu. Liq̃factis.calore reſolutis i pumices:ſed q̃q̃ ingt etna euomit aſſiduos ignes tamẽ in cacumine habet niues:quod mirabile eſt. Cana.niuibus obducta. Cohibet.dẽſat & cõſtrigit. Horrẽt.rigeſcũt ꝓpter niues. Eolio noĩe regnatas terras.i.eolias iſulas quæ ſeptẽ ſunt. Clauſtra.carcerẽ quo eolus uẽtos coercebat. Hic uerſi penitus.deſcribit formã ſiciliæ cũ tribus ꝓmontoriis. Hic.in ſicilia. Ad regna pelopeia.ad pelopõneſũ uergit pachynus.pelopõneſus dicta eſt a pelope tantali filio q illic regnauit ducta uxore hippodamia filia enomai. Reſpõdẽt.ſunt e regione.ſic Vir.Cõtra elata mari reſpõdet gnoſia tellus.& ſupra dixit:reſpõdet imagine flammæ æquor. Ionio ꝓfundo.mare ionio:qd icipit a tarẽto:& extẽdit̃ uſq; ad pelopõneſum & Siciliã:exciditq; ſinu adriatico. Hic cõtra.ex alia parte iſulæ:quæ uergit ad aphricã.eſt lilybeũ. Chauros.uẽtos occidẽtales.& chauꝶ ꝓ aliis ponit. Nobile.ſublime. Deuexas chelas.ſignũ cœleſte.chelæ.n.ſunt brachia ſcorpii:& faciunt librã:quæ uideẽ ſuſtinere circulũ eqnoctialẽ reliquũ corpus ſcorpii ſubiacet pedibus ophiulci:quẽ latini appellãt ſerpẽtariũ. Deuexas.accliues:& q̃ſi pendẽtes:ſiue chelæ oppidũ fuit deuexũ in dorſo lilybei:cuius nõ meminerũt coſmographi:qd qdẽ legeri.ego intelligo ſignũ cœleſte:cui ſubiacet aphrica:quã reſpicit lilybeũ. At q̃ diuerſi.nũc deſcribit eã partẽ:quæ uergit ad italiã:ubi eſt pelorus. Terræ.Siciliæ. Prolato dorſo.peloro extẽſo in aquã ſiculi freti. His lõgo mitis.laudat hieronẽ pacis ſtudioſũ:q in Sicilia regnauit magna comitate in ſubditos.T.Sẽpronio iteꝝ.Qu.Fabio.iii.cõſ.Hieron morit̃ anno q̃rto huius ſcdi belli punici:cui Hieronymus nepos ex filio gelone q uiuo hierone deceſſerat ſucceſſit.xv.ãnos natus ſub tutoribus:quoꝶ aius erat oĩa turbare. Lõgo æuo.lxxxx.annis. Sereno.miti & pacifico:ut decebat optimũ pricipẽ.



Imperio uulgum pollens:& pectora nullo
Parentum exagitare metu:pactamq; per aras
Haud facilis temerare fidem:ſocialia iura
Auſoniis multos ſeruarat caſta per annos.
Verum ubi fata uirum fragili ſoluere ſenecta
Primæuo ceſſit ſceptrum exitiale nepoti:
Et placida indomitos accepit regia mores.
Nanq; bis octonis nondũ rex præditus annis:
Caligare alto in ſolio:nec pondera regni
Poſſe pati:& nimium fluxis confidere rebus.
Iamque breui nullum delicta tuẽtibus armis
Fas notum:ignotumq; nephas.uiliſſima regi
Cura pudor:tam præcipiti materna furori
Pyrrhus origo dabat ſtimulos.ꝑauiq; ſupbũ
Eacidæ genus:atq; æternus carmine achilles.
Ergo ardor ſubitus pœnoꝶ incepta fouendi.
Nec ſceleri mora:iungit noua fœdera pacto
Cederet ut ſiculis uictor ſidonius oris.
Sed ſtabãt pœnæ:tumulũq; negabat erynnis
Q ua mõ pactus erat ſociũ non cernere terra.
Sæuos:nanq; pati faſtus:iuuenemq; cruento
Flagrantem luxu:& miſcentem turpia duris
Haud ultra faciles:quos ira:metuſq; coquebat
Iurati obtrũcant:nec iã modũ enſibus addũt.
Fœmineã cædem:atq; inſontum rapta ſoroꝶ
Corpora ꝓſternunt ferro:noua ſæuit in armis
Libertas:iactatque iugum:pars punica caſtra
Pars italos:& nota uolunt nec turba furẽtum
Deſit:quæ neutro ſociari fœdere malit.
Tali trinacriæ motu:rebuſque ſicanis
Exitio regis trepidis ſublimis honore.
Tertia nam latios renouarat purpura faſces
Marcellus claſſem zancleis appulit oris.
Atque ubi cũcta uiro:cædeſq; expoſta tyrãni.
Ambiguæq; hoĩum mẽtes carthaginis arma
Q uos teneãt:& q̃te locos:qd' uulgus amicũ
Duret troiugenis quantos arethuſa tumores

Parentum.eoꝶ qui parebant ipſius imperio. Pactam per aras.quã iuraſſet ad aras in ſedere.amicitia hieronis ſeruata eſt cũ romanis annis.l.& moriẽs mãdauit:ut amicitia ꝑſeuerareẽ:qd nequaq̃ factũ eſt. Auſoniis.romanis. Caſta.iuiolata. Fragili ſenecta.ætate decrepita:quoniã uixit.lxxxx.annos. Nepoti.Hieronymo ex gelone filio hieronis. Exitiale.quoniã ipſe Hieronymus cæſus fuit.& ſyracuſæ icenſæ. Placida.prius.ſ.tpe hieronis:q iuſte ac legitime iperabat.Hieronymus has uertit ĩ tyrãnice. Indomitos.feros.& tyrãnidẽ ſapiẽtes. Caligare.caligabat:quoniã ꝓpter annos nõ habebat prudẽtiã:quæ maxime decet principẽ:ut ſcribit Ariſtoteles:hic aũt caligine quadã erat obductus:nec qd eẽt agendũ optimo pricipi cognoſcebat:nullo mõ reꝶ põderi ſufficiẽs:nõ.n.habebat oculũ animæ ipreſſũ.i.prudentiã:qua & ſe & alios regere ſciret.& ideo in regio ſolio caligabat.unde Dioclitianus Auguſtus dicere ſolebat nil eſſe difficilius q̃ bene iperare. & Pla.ut eſt in qnto de repu.dicebat beatã fore ciuitatẽ:ſi guberneẽ a philoſophis:aut a regibus:qui philoſophenẽ:& ſi ciuilis potẽtia cũ philoſophia cõgruerit:& iõ Hieronymus nõ poterat pati põdera regni:cũ regno eẽt ieptus. Fluxis rebus.luxu labẽtibus.gaudebat inquit luxu:& oĩa fiebãt apud ipm per nefas:& delicta nõ puniebantur. Tuẽtibus armis:ſatellitibus armatis:qui defenſores ſceleꝶ erãt.ita curãtibus tutoribus:quoꝶ uitia regnũ illud ꝓcipitabãt. Viliſſima.minima quæ debuiſſet eẽ prima in illa ætate:quã pudor decet:q nil aliud eſt niſi color uirtutis.& eſt timor iuſtæ rephẽſionis.adoleſcẽte igit̃ ſine pudore nihil eſt turpius.Hora.in ſermo.appellat pudiciciã primũ honorẽ uirtutis.Pudicũ ingt:qui primus uirtutis honor ſeruauit ab omni:nõ ſolũ facto:ueꝝ opprobrio quoq; turpi. Materna origo.hieron ut dixi fuit pater gelonis ex demarata.gelonis ex hermione:quæ habebat originẽ a regibus epyri filius fuit Hieronymus.& ſic maternũ genus Hieronymi ab Achille erat & Pyrrho. Eacidæ.Pyrrhi filii Achillis nepotis Eaci. Aeternus carmine.adeptus imortalitatẽ carmine Homeri. Ergo ardor ſubitus.iprudẽtia Hieronymi notat̃:qui ſine aliq̃ cõſultatiõe fœdus cũ pœnis ꝑcutere feſtinauit.Miſit Hieronymus legatos carthagineẽ ad fœdus ꝑcutiendũ his cõditionibus:ut pulſis ex Sicilia romanis himera flu.finis eẽt regni ſyracuſani ac punici. Victor ſydonius.carthaginẽſis cederet tota Sicilia:hoc popoſcit Hieronymus in ſecũda legatione:ut.ſ.oĩs Sicilia eẽt ſua. Stabãt.fixa erãt ſupplicia ipſius Hieronymi.nã cæſus iacuit inſepultus:nec habuit tumulũ in ſicula terra:quã ſibi totã poſcebat. Erynnis.furia. Nõ cernere ſociũ.quoniã ſolus uolebat oẽm iſulã.Relata iquit Li.tyrãni fœda ſcelera:fœdioreſq; libidines adeo mutauerũt animos:ut iſepulti iacere corpus paulo ante deſiderati regis non paterentur.obtrũcatus eſt ab illis:qui eius iſolentiã pati non poterãt:duce Indigimene. Duris.crudelitatibus. Coquebat.ſtimulabat:uexabat. Fœmineã cædẽ:ut deleretur omnis regia ꝓgenies etiã in mulieres ſæuitũ eſt.Demaratã.ſ.heracliã:& harmodiã.Liui.ait.Miſſiq; a ꝑtoribus demaratã hieronis & harmoniã gelonis filiã cõiuges andrenodori.& Themiſtii iterfecerũt.heraclia erat filia hieronis uxor Zoſippi:qui cũ legatus ab Hieronymo miſſus ad Ptolæmeũ eẽt ſpõte exulauit. Iactat iugum.reiicit ſeruitutẽ. Neutro fœdere.nec romanoꝶ:nec pœnoꝶ. Tertia purpura.Qu.Fa.maximo.iiii.M. Claudio Marcello.iii.cõſu.ãno qnto huius ſecũdi belli punici Sicilia Marcello decernit̃:cũ iã tãti motus in ea iſula poſt cædẽ Hieronymi pararent̃:aliq.n.romanos:aliq pœnos appetebãt:aliq neutros. Purpura.quoniam cõſules erant purpurati. Zãcleis oris.ad meſſanam:quæ freto ſiculo incumbit claſſem appulit Marcellus. Ambiguæ.dubiæ quos potiſſimum ſocios aſciſcerent. Troiugenis.romanis.ideſt ubi cognouit:qui eſſent amici romanis:quoſue iam haberent carthaginenſes. Arethuſa.ſyracuſæ:prope quas eſt arethuſa. Tumores.ſuperbiam & animi elationem cæſo iam tyranno:& parta quaſi libertate.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Concipiat:perſtetque ſuas nō pādere portas:
Incumbit bello:ac totam per proxima raptim
Armorum effundit flammato pectore peſtē.
Nō aliter boreas rhodopes a uertice præceps
Cum ſeſe immiſit:decimoq; uolumine pontū
Expulit ĩ terras ſequitur cum murmure molē
Eiecti maris:& ſtridentibus affremit alis.
Prima leontinos uaſtarunt prælia campos.
Regnatam duro quōdam leſtrigone terram.
Inſtabat ductor:cui tarde uincere graias
Par erat:ac uinci turmas:ruit æquore toto
Fœmineū credas maribus concurrere uulgū.
Et cereri placitos fœcundat ſanguine campos.
Sternuntur paſſim :pedibuſque euadere lætū
Eripuit rapidus mauors:ut cuique ſalutem
Promiſit fuga:præueniens dux occupat enſe.
Ite gregem metite ĩbellem:ac ſuccidite ferro
Clamat cunctantes urgens umbone cateruas
Pigro luctandi ſtudio certamen in umbra
Molle pati docta:& gaudēs ſplēdeſcere oliuo
Stat mediocre decus uĩcentū ignaua iuuētus
Hæc laus ſola datur:ſi uiſo uincitis hoſte
Ingruit audito ductore exercitus omnis:
Solaque quod ſupereſt ſecū certamina norūt.
Quis dextra ātiſtet:ſpoliiſq; excellat opimis
Euboici non per ſcopulos illiſa caphareo
Eurypi magis unda furit:pontum ue ſonantē
Eiicit auguſto uiolentius ore propontis:
Nec feruet maiore fretum:rapiturq; tumultu
Quod ferit herculeas extremo ſole colūnas.
Mite tamen dextræ decus inter prælia tanta
Enituit:fama miles tyrrhenus:aſylo
Nomē erat:captus quōdā ad traſimena fluēta
Seruitium facile:& dominantis mollia iuſſa
Expertus berræ patrias remeabat ad oras
Sponte fauentis heri:repetitiſq; ĩpiger armis
Tum ueteres ſiculo caſus mauorte piabat:
Atq; is dum medios inter fera prælia miſcet
Illatus berræ:cui pacta ad regia miſſo
Pœnorum a populis:ſociataque bella gerenti
Erato caſſis munimine clauſerat ora:
Inuadit iuuenem ferro:trepideque ferentem
Inſtabiles retro greſſus proſternit harena.
Ac miſer audita uictoris uoce trementem:
Cūctantēq; aīam ſtygia tunc ſede reducens
Caſſidis a mento malefidæ uincula rupit:

Perſtet.perſeueret nolle aperire portas romanis bis cū Marcello de pace ſyracuſani egere:reſq; trāquillæ fore uidebātur:ut ĩquit Liui.Hypocrates ſyracuſanus finitima ꝓuiciæ romanæ depopulat':ſuccurrit' ab Appio & Marcello:cōſul etiā de rupta pace querit':aſſerēs nō quieturā ĩſulam donec hyppocrates & epicides in Sicilia eēnt:qui per id tēpus prætores ſyracuſanoꝝ erant. Proxima.loca uicina ſyracuſanis. Peſtē.bellū ſyracuſanis peſtiferꝝ.

Non aliter boreas.ĩpetū Marcelli cōparat boreæ ſæuo flatu agitanti marinos fluctus.boreas ſpirat e regione ad thraciā ubi eſt boreas. Decimo.magna reuolutiōe undaꝝ.decumanus fluctus dicit' maximus:& oua decumana magna. Pontū.aquā. Molē.magnitudinē fluctus.

Eiecti.ĩpulſi. Affremit.ſtridet. Leōtinos.Marcellus cum omni exercitu leōtinos ĩuaſit:& tātus ardor militū fuit:ut primo ĩpetu leontioꝝ urbs expugnaret'.Hyppocrates & epicides clam noctu ex arce herbeſſum perfugerūt.leontios naxii ĩdigenæ cōdiderūt. Diro.efferato.quoniā leſtrigones ueſcebātur:ut dictū eſt:humanis carminibus. Cui tarde uincere.ſenſus:Putabat Marcellus idē eē tarde uincere ĩbelles & græcos origine leōtinos:& uinci.quoniā nulla laus eſt molles uĩcere:niſi celeriter uincantur. Graias turmas.leōtinos:quoniā chalcidenſes.vii.poſt cōditas ſyracuſas āno leōtios ĩcoluerūt. Aequore.cāpo. Vulgū.ipſos leōtinos effœminatos. Placitos cæreri.quoniā agri leōtini tritici copia abundāt. Fœcūdat.fertiliores facit. Rapidus mauors.repētina ĩcurſio romanoꝝ:qui aſſecuti ſunt leōtinos fugiētes. Ite gregē.uerba Marcelli ad ſuos milites. Vmbone.clypeo. Pigro luctandi ſtudio.deſcribit ſtudia leontinoꝝ:qui cum eſſent imbelles non magnam laudē afferebāt uictoribus. Exercebant paleſtram ungentes ſe oleo:ut lubrica eſſent membra.unde Papi.in thebaide appellat unctam palen.

Si uiſo hoſte.ideſt ſi ſtatim uincitis:aliter nulla eſt laus tarde uincere imbelles. Ingruit.irruit. Antiſtet.præſtantior ſit cæſo hoſtiū duce:ut referat opima ſpolia:hoc ſolum reſtabat certamen. Euboici nō per ſcopulos.triplici comparatione impetum probat romanorum militum. Caphareus eſt promontoriū eubeæ inſulæ:quā nunc Nigropontum appellamus:& illic eſt eurypus habens fluxum & refluxum ĩter eubeam & boetiam.Propontis eſt ultra anguſtias helleſponti:ubi mare dilatatur.inde iterum conſtringitur prope Cōſtantinopolim.Eſt igitur propontis inter duas anguſtias:per quas admittit:& eiicit mare magno impetu. Extremo ſole occidente ad fretum gaditanum:per quod oceanus mediterraneū ĩgreditur mare.& ſic tria poſuit freta. Mite tamē.ꝗuis inquit romani magno furore ruerēt in leontinos:tamē Aſylus gloriam adeptus eſt:quoniam fuit in berram:cui ſeruierat mitis. Tyrrhenus.hetruſcus & ad lacum peruſinum captus a pœnis. Mollia.lenia:& facilia.

Remeabat.redibat in hetruriam permittente berra.

Repetitis.reſumptis antequam ex Sicilia diſcederet.

Veteres caſus.ſuam captiuitatem ac ſeruitutem.uolebat expiare bello & ulciſci. Ad pacta regia.ad fœdera cum Hieronymo firmanda miſſo a carthaginenſibus.

Sociata.cōiuncta cum ſyracuſanis & leontinis. Ora.ipſius berræ non cognoſcebantur ab Aſylo propter galeam. Iuuenem.berram inuaſit Aſylus:& eum proſtratum ac cognitū uita donauit beneficii ſuſcepti memor.

A mento.barba ſiue rictu: Vincula.ligulam caſſidis:quæ eſt ſub mento.



Tyrrhenus.Aſylus hetruſcus. Ne quæſo.uerba Aſyli ad Berram. Lucem.uitam. Poſtremum.ultimū.& primū.ultima cui eſt & prima cura ſeruare fidē.Ego inquit a te ſeruatus te ſeruo. Haud equidē.ſenſus.nō negabo me ĩdignum reuolui iterꝝ in ſeruitutē:ſi tibi non parcerē:qui me ſeruaſti nondū a me ſeruatus. In peiora.peiorē ſeruitutem:ac ſortē. Vita.ſ.conceſſa Berræ æquauit munera uitæ acceptæ ab eo:& ſic par pari relatū eſt:cū turpe ſit officio uinci:& non reſpōdere illis in amore a quibus fueris ꝓuocatus. At cōpos ſicula.uictis leontinis Marcellus caſtra ad ſyracuſas mouit:ſed cupiens iram ſyracuſanoꝝ monendo ſedare legatos miſit qui extra urbē auditi ſunt:& cum romanos nō bellum ſed opem ſyracuſanis ferre docuiſſent:nec uelle pati inultam cædem ſocioꝝ.ferociter ab hyppocrate & epicide reſponſum eſt.

Iungebatq; preces:atq; addere uerba parabat:
Sed ſubito aſpectu:& noto conterritus ore
Tyrrhenus:ferrūq; manu reuocauit:& ultro
Talia cum gemitu lachrymis effudit abortis.
Ne quæſo ſupplex lucem:dubiuſque precare
Fas hoſtem ſeruare mihi:multo optimus ille
Militiæ:cui poſtremum eſt:primumque tueri
Inter bella fidem:tu lætum euadere nobis
Das prior:& ſeruas nōdum ſeruatus ab hoſte.
Haud equidē ĩdignū memet:quæ triſtia uidi
Abnuerim:dignumq; iterꝝ in peiora reuolui.
Si tibi per medios ignes:medioſque per enſes.
Non dederit mea dextra uiā:ſic fatur et ultro
Attollit uitaque exæquat munera uitæ.
At compos ſicula primum certaminis ora
Marcellus cepti uictricia ſigna quieto
Agmine ꝓgrediens ephyrea ad mœnia uertit.
Inde ſyracuſias caſtris circūdedit arces.
Sed ferri languebat amor ſedare monendo
Pectora cæca uirꝝ:atq; iras auellere auebat.
Nec renouant ſi forte ſibi:& ſi mitia malle
Credant eſſe metum laxis ſeruatur omiſſa
Obſidio clauſtris:quin contra intentior ipſe
Inuigilat cautis fronte imperterritus armis.
Et ſtruit arcana nec opima pericula cura.
Haud ſecus eridani ſtagnis ripa ue cayſtri
Innatat albus olor:pronoque ĩmobile corpus
Dat fluuio:& pedibus tacitas eremigat ūdas.
Interea dum incerta labat ſententia clauſis
Exciti populi:atque urbes ſocia arma ferebāt.
Incūbens meſſana freto minimūque reuulſa:
Diſcreta italia atque oſco memorabilis ortu:
Tum catine nimium ardenti uicina typheo:
Et generaſſe pios quōdā celeberrima fratres:
Et cui non licitum fatis camarina moueri.

Marcellus igitur his auditis terra:mariq; oppugnare ſyracuſas cepit. Quieto.quoniam uolebat experiri ſi poſſet reuocare ſyracuſanos ad officium. Ephyrea mœnia.ſyracuſas conditas a corinthiis duce archia ut dictū eſt.& corinthus ephyre dicebat'. Arces.quæ erant quatuor.

Cæca.improuida. Mitia malle.id eſt ſi putarent metus cauſa Marcellum uelle eos mitigare potiuſꝗ aggredi armis:ordo eſt.Nec obſidio omiſſa ſeruatur laxis clauſtris:quoniā terra mari obſidebat ſyracuſanos.ſ: forte renuant ea quæ monebat Marcellus.mitius ĩquit agebat cum eis:nō tamē omittebat obſidionē nec relaxabat clauſtra quæ occupauerat:ne ſyracuſani arbitrarent' Marcellū timere cum mitius ageret & monendo eos ad fidē.atq; officiū reuocare tentaret. Quin.imo inquit iuigilabat Marcellus & omnia ad bellu cōficiendū neceſſaria parabat. Arcana cura.ſecreta.moliebatur Marcellus ea quæ ſyracuſani nō opinabant':ſed clam agebat ut facit cygnus qui pedibus remigat cum corpus nō uideat' moueri:& ſic ſollers prudētia ducis Marcelli laudat'. Eridani.padi.caiſter eſt fluuius phrygiæ.Mar.Sic niger in ripis errat cum forte caiſtri Inter lædeos ridet' coruus olores.

Prono.labēti. Clauſis.obſeſſis ſyracuſanis.i.dū ſpes pacis traheret'. Exciti.euocati ad bellū a Marcello.deſcribit urbes quæ milites in caſtra miſerūt:& urbiū antiquitatē euoluit. Meſſana.urbs ad fretum ſiculū iacet ad orientem flexa.prius zancle dicebatur locus ut dictū eſt:Ouidius.Quiq; locus curuæ nomina falcis habet.meſſenii ex peloponneſo ſuam fecere coloniā.poſt mamertini natio campana ob peſtilentiā pulſi ita monente oraculo Apollinis in Siciliam traiecerūt & prius conſedere in tauromintano agro.Inde implorantibus Meſſeniis auxilio fuere.& ob id beneficium ĩ ciuitatem recepti.ſub uno titulo deinde utraq; gens fuit.mamertini appellātur:& uinum meſſenium mamertinum.tantum aūt inquit Strabo in meſſana inualuere mamertini ut in eoꝝ manu ciuitas conſiſteret:potiuſq; mamertinos ꝗ meſſenios uocant omnes.Mamertini appellati ſunt a marte qui ligua oſcorum mamers dicitur.Oſci autem fuerunt campani.

Diſcreta.diuiſa quoniam parꝝ diſtat meſſana a columella quæ eſt ad italiā & regium diſtantia eſt fere.v.mil.paſſ. Oſco ortu.mamertino:quoniam mamertini fuerunt oſci. Catane.urbs ædificium Naxioꝝ:cui iminet etna.chalcidenſes cōdiderunt.naxum naxii in radicibus etnæ mōtis catinam.eam hieron renouatis colonis etnā appellauit poſt cuius obitum priſtinū reſumpſit nomē:autor eſt Strabo. Typheo.etnæ ſub qua ſepultus eſt typheus gigas euomit ignes & pumices etna per illū craterē ut dictū eſt. Pios fratres.Amphimon & Anapias:ut autor eſt Strabo cū clades inferretur.ſic enim neptuno uiſum erat:parentes humeris incolumes eduxerunt:& ideo eoꝝ pietas laudata eſt.Queq; inquit.loquens de catina de filioꝝ in parentes pietate fama diſſeminat amphimonis:& anapiæ hic geſta ſunt. Camarina.colonia fuit ſyracuſanorum.Virgilius.Et fatis nunquam conceſſa moueri apparet camarina procul.Syracuſani ducibus daſcone & menecolo camarinam condiderūt:qui ob defectionem paulopoſt deiecti ſunt.Inde hyppocrates reſtituit:& hi ſedibus moti.tertio a gelone colonia deducta eſt.

Non licitum moueri.quoniam ſæpius inſtaurata fuit.nec fata patiebantur ut urbs illa penitus moueretur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Hybla.parua urbs megara dicta a dorienſibus qui eam tenuerunt.de melle hybleo atq; hymetro dictum eſt. Audax.ꝑpter mellis hyblei præſtantiā. Selinys urbs iuxta lilybeū a copia palmaꝶ dicta.unde Virg.Palmoſā ſelinyn appellauit in tertio. Myle.urbs ſiciliæ littoralis cum portu:ſed tēpore Sylii ſolo littore dabat īſidū ſubſidiū maria fugiētibus.Mylas & hymerā zāclei condiderūt.Mylis nomē eſt a myla fluuio qui portum faciebat:de quo Oui.in faſtis.Sacratūq; mylā paſcua læta boū. Eryx.collis eſt ſiciliæ habitatus in quo ueneris tēplū quondā fuit ut autor eſt Strabo frequētia īſigniū mulieꝶ undiq; cōuenientiū illuſtre.inde uenus erycina celebratur a poetis.dictus eſt eryx ab eryce filio ueneris colonia fuit troianoꝶ.erycinæ ueneris ſimulacꝶ extra portā collinā cū tēplo poſitū fuit:in quo pulcherrima porticus erat. Centuripæ.ſupra catinam iacent ignibus etneis propinquæ: & ſymeto amni qui per catinenſem agꝶ labitur:Auguſtus centuripas inſtaurauit. Entella.urbs nomen ſortita eſt ab entello qui ceſtibus pugnauit cum darete hortāte aceſte a quo plurimum diligebatur:ut in quinto Virg. cecinit. Lyeo.uino quod laudatū habet entella. Hectoreo.Troiano. Tapſus.urbs in humili loco ſita:ex q̄ miſſi coloni in aphricam condidere aliam tapſum clade romana inclitā:de qua ſupra.& uberior rutuloꝶ ſanguine tapſus.Vir.Tapſum iacentem appellauit. Acræ.oppidum in montibus niuoſis ſitum.acræ cōditæ fuerunt a ſyracuſanis in collibus.lxx.anno poſt cōditas ſyracuſas.& caſmene.lxxx.in plano. Agathirnum oppidum ꝓpe ſoleuntem:a quo manus agathirna. Tyndaris.oppidū cōditum a laconibus denominatū a tindaro patre lædæ matris caſtoris & pollucis:ideo tindaris cēſetur gemino lacone.i.caſtore & polluce geminis.nam eodē ouo ut eſt in fabulis prognati ſunt. Agragas.nunc dicitur agrigētum in ædito loco ſitum nobilitatum empedocle philoſopho & ſeuiſſimo tyranno phalaride notū.optimos gignebat equos ad olipica certamina:ut ait pīdarus ex agrigentino grege cappadoces emptis admiſſariis equinam prolem reparauerunt:quæ pene defecerat iubente oraculo delphico.geloi poſtq̄ gela a lidiis qui ex rhodo uenerūt condita eſt agragantem incoluerunt:appellaueruntq; ab Agragāte fluuio autoribus coloniæ Ariſtono & piſcillo. Altus.in edito loco ſitus.unde arduum appellat Virg. Pulueream nubem.excitatam ungulis equoꝶ agrigētoꝶ. Ad mœnia ſiracuſana.ſ.quæ obſidebant. Trucem.crudelem. Monumenta pœnæ uetuſtæ.perillus faber ſtatuarius ut phalaridis tyranni ſeuitiæ morē gereret in pœnas noxioꝶ æneum tauꝶ excogitauit:ut ſuppoſito igni qui intus erant mugitum bouis edere uiderent. primus perillus in illo dedit pœnas:& ipſum tauꝶ ꝓprio ſupplicio ībuere coactus a tyranno eſt. Corpora.eoꝶ q intus clauſi adurebantur. Gela.Antiphemus ex lindo urbe rhodi:& eucinius e creta una cum ſuis cōdiderunt gelam:anno.xlv.poſt cōditas ſyracuſas aſcito a uicino fluuio nomine. Heſa.oppidum fuit ſub ditione catinenſium. Palici.ideſt ipſi habitatores palicarum:quæ urbs eſt poſita ab oraculi palicoꝶ celebritate.breui coaluit.breui periit ut Diodorus.li.xi.antiquitatum meminit.Ducetius ſiculoꝶ dux condidit.C.Nautio rutilio.L.Minutio carutiano conſ.Templum palicoꝶ illic fuit uetuſta religione:ac miraculis horrendum in quo periuri ſtatim obeſcabantur:ideo iuriſiurandi trutina illic poſita erat:palicoꝶ fabula ſic narratur autore Macrobio.Thalia nympha ioue grauida metu iunonis optauit:ut ſibi terra dehiſceret factum eſt:ſed ubi uenit tempus maturitatis infantium:quos aluo illa geſtauerat recluſa terra eſt:& duo fratres de aluo Thaliæ emiſerunt:appellatiq; ſunt palici.quoniam prius in terram merſi denuo inde regreſſi ſunt.alii qui dicunt etnam poſt concubitum a ioue commendatam terræ:& illic enixam. Aceſta.urbs ab aceſto troiano denominata.æneas ſenes ac debiles in ſicilia relinquens urbem eis condidit:commendauitque aceſtæ troiano hoſpiti ſuo:& urbem in illius gratiam dixit aceſtam. Acys.fluuius labitur prope etnam nomen accepit ab Acy puero in ipſum demutato:quem amauit galathea nympha.puer cum urgeretur a Poliphemo ī aquam uerſus eſt & dulci aqua nympham petiit:ideſt ipſam galatheam maris nympham. Gratam nereida.galatheam a ſe amatam. Perluit.lauat. Calori.amori. Agreſtem.duram & immitem iram Poliphemi. Et hoſtem ipſum Poliphemum. Victricem.adeptam id quod cupiebat perluere.ſcilicet galatheam & illi admiſceri. Nec non qui portant:deſcribit nunc accolas fluuiorum:ut nactus opportunitatem Siciliæ flumina celebret:quæ ſunt ſimetus plemmirius.gela:helorus:Acis:Alabis:hiſpa:Achates:uagedruſa:hippates:pantagia:himera.

Tumq; nectareis uocat ad certamē hymeton
Audax hybla fauis.palmis quoq; onuſta ſelynis
Et iuſti quondā portus nūc littore ſolo
Subſidium īfidum fugientibus æquora myle.
Nec non altus eryx.nec non e uertice celſo
Centuripæ.largoque uirens entella lyeo.
Entella hectoreo dilectum nomen aceſte.
Non tapſos non e tumulis glacialibus acre
Defuerūt. agathyrna manus.geminoq; lacōe
Tindaris attollens ſeſe:affuit altus equorum
Mille rapit turmas atq; hīnitibus aera flāmat
Pulueream uoluēs agragas ad mœnia nubē.
Ductor groſphus erat cuius celata gerebat
Tauꝶ ꝑma trucē pœnæ monumēta netuſtæ:
Ille ubi torreret ſubiectis corpora flammis
Mutabat gemitus mugitibus:actaque ueras
Credere erat ſtabulis armēta effundere uoces.
Haud impune quidem:nam dire cōditor artis
Ipſe ſuo moriens immugit flebile tauro.
Venit ab āne trahēs nomē gela.uenit & heſa:
Et qui præſenti domitant periura palici
Pectora ſupplicio.troianaque uenit aceſta.
Quique per etneos acys petit æquora fines:
Et dulci gratam nereida perluit unda:
Emulus ille tuo quondam polypheme calori
Dum fugit agreſtem uiolenti pectoris iram:
In tenues liquefactus aquas euaſit.& hoſtem
Et tibi uictricem galathea immiſcuit undam
Nec nō qui potant hyſpāq; alabynq; ſonoros



Perlucentem achatem : alludit ad achatem lapidem precioſum qui in huius fluuii ripis primum repertus ab eo nomen accepit.Achates inquit Pli.in magna fuit auctoritate nunc in noſtra reperta primum ī ſicilia iuxta flumen eiuſdem nominis. Simetus:fluuius rapido curſu labens per agrum catinenſem fertur in æquor.Ouidius.Quaque ſymere tuas accipit æquor aquas. Littora thermarum:therme oppidum ad mare colonia romanorum:ubi comœdia primum reperta fuiſſe tradit̄ autore ſolino his uerbis.Quicquid ſicilia gignit proximum eſt his quæ optima iudicantur hinc primum inuenta comœdia.Hinc & cauillatio inimica in ſcæna ſtetit:& ideo poeta dicit littora thermarū dotata fuiſſe priſca camœna:ideſt priſca comœdia.Himera:fluuius & oppidum eiuſdem nominis.urbem zanclei condiderunt ducibus euclide & ſacone:eo etiam uenere multi chalcidēſes & exules ſyracuſani lingua ibi peculiaris fuit mixta ex euboica & dorica:ſed iura chalcidēſia habuere.nomē a flumine impoſitū ē qd̄ i·duas ꝑtes diuidit̄: & ſingulæ pari ferūtur īpetu.hec ī ortū:illa in occaſū. Eolio:ad occaſū ubi ſūt eoliæ īſulæ. Diuiduas oras:diuerſas regiones ortū .ſ.& occaſū. Incita:rapido curſu. Nebrodes: mōticulus ex quo orit̄ himera:q̄ poſtea geminat̄.Nebrodes ſiluoſus ē & a copia hinuloꝶ q nebrides dn̄t nomē accepit autore ſolio. Diuortia: diuiſiones. Enna deū lucis.ī excelſo loco ac prærupto undiq; ſita ē ī media īſula urbs enna quæ umbilicus ſiciliæ uocat̄.Poſſidonius dixit autore Strabone duas q̄ſi maris arces ſitas eē ſyracuſas uidelicet & erycē.mediā uero ennā īminere circūſtantibus cāpis.ſedes fuit cereris:& proſerpinæ inſigne naturæ monumētū cuius ꝓcipue meminit Liuius ī decade belli macedonici planitiē habet fertilē & uarietate florū cōſpicuam.adeoq; odoribus fragrantē ut canes illic obtuſas nares habere credant̄: unde a plutone raptam ꝓſerpinam ſcribūt:cāpi ennenſes omni tempore uerni ſunt.Oui. in faſtis.Grata domus cereri multas ea poſſidet urbes: In qbus eſt culto fertilis enna ſolo.noſtro tempore dicitur caſtrum ennæ:ubi totius inſulæ concilium a præſide habetur.ſpelunca illic erat per quā plutonem aſportaſſe proſerpinam fabulantur.quoniam igitur etna ſacra erat cereri & proſerpinæ:ideo dicit dextram ennēſium fuiſſe ſacram lucis dearum.Lucus quippe eſt ad ueneratiōem & alicui dicatus numini. Ardua:in arduo loco ſita. Laxans:aperiens. Cæcum: occultum & obſcurum. Limite:uia obſcura. Nouus hymenæus:pluto qui rapuit ꝓſerpinam. Ignotas:ſuperas cū ſoleat ipſe latere apud inferos. Rector:pluto. Diē:ſuperas oras:& ſub ſole. Inania:loca ſuper terrā. Ennea:proſerpina ab enna illi ſacra & inde rapta In ſtyga:ad iferos. Petrea:urbs ſiciliæ & colonia fuit theſſalorum qui in petreis habitabant campis.In agro petrenſi ſtagnum eſt ſerpentibus noxium homini ſalubre.callipolis oppidum conditum a naxiis. Eugion:leontini condiderunt.Ouidius libro quinto faſtorum.Hinc camatinan adit tapſonque eugeaque tempe. agros habet amœniſſimos.prope fuit cocali regia:ubi Minos periit:a cuius militibus minoia condita eſt quæ ut Liuius ait heraclea eſt appellata.in ſaxoſo monte ſitum eſt oppidum:ideo dicit ipſum habere artus lapidoſos.Hadranum & hergetum oppida fuerunt:unde hadrani & hergetani apud Plinium. Melite inſula ſiculi maris eſt uerſus aphricam optimum gignit leuconicum ideo ſuperbam id eſt nobilem tela dicit.inde etiam catelli ad mulierum delitias afferebantur melitei dicti.Ouidius in faſtis.Fertilis eſt melite ſterili uicia coſiræ Inſula quam libyci uerberat unda freti. Melacte:maritimum oppidum piſcationes habebat. Piſcoſa littus:ideſt habens littus piſcoſum. Ora cephaledias.cephaledium oppidum ad mare inter lilybeum:& pelorum in quo tractu etiam ſunt:haleſa:tyndaris:agathyrna:egeſta & omnium nobiliſſima panormus. Procelloſo:tempeſtatibus & fluctibus agitato.unde cāpi prope cephaledium aquis marinis obruunt̄:& cete piſces depaſcuntur campos: Horret:timet tanq̄ rem monſtroſam:ſiue in cāpis ceruleis.i.ī mari. Verticis:aquæ gurgitis. Taurominitana. Taurominiū oppidū inter pelorū & pachinum iacet ubi & meſſana:in ædito loco ſitū.Naxū uetuſtas appellauit. Thucydides ait chalcidenſes duce Theocle icoluiſſe naxō & extra urbē poſuiſſe arā appollini archigeto:cui nauigaturi ſacrificabāt.Strabo dicit zācleos ex hybla cōdidiſſe taurominiū.colonia deīde fuit romanoꝶ:āte taurominiū inqt Strabo&.Meſſanā charybdis oſtēditur profundum immenſum quo inundationes freti mirū in modū nauigia trahunt:magnas ꝑ circūductiones ac uortices precipitans.q̄bus abſorbtis ac diſſolutis naufragiorū fragmēta ad tauriminitanū littus attrahuntur.

Et perlucentem ſplendenti gurgite achaten:
Qui fontes uagedruſa tuos & pauperis aluci
Hypaten:ac facilem ſuperari gurgite parco
Pantagyā.rapidiq; colūt uada flaua ſimethi.
Littora thermarum priſca dotata camœna
Armauere ſuos qua mergitur hymera ponto
Eolio:nam diuiduas ſe ſcindit in oras:
Nec minus occaſus petit īcita qua petit ortus.
Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis
Quo mons ſicania non ſurgit ditior umbra.
Enna deum lucis ſacram dedit ardua dextrā.
Hic ſpecus ingentem laxans telluris hyatum
Cæcum iter ad manes tenebroſo limite pādit.
Qua nouus ignotas hymeneus uenit ī oras.
Hac ſtyguus quōdā ſtimulāte cupidīe rector
Auſus adire diē:mœſtoque acherōte relicto
Illicitas egit currum per inania terras.
Tum rapta præceps ennea uirgine ceſſit.
Attonitos cæli uiſu lucemque cauentes
In ſtyga rurſus equos & prædā cōdidit ūbris.
Romanos petrea duces romana petiuit
Fœdera callipſos:lapidoſique eugion artus
Hadranum hergentumq; ſimul telaq; ſupba
Lanigera melite & littus piſcoſa melacte
Quæq; procelloſo caphaledias ora ꝓfundo
Cæruleis horret campis paſcentia cete.
Et qui correptas ſorbentem uerticis hauſtu:
Atq; iterū e fūdo iaculantē ad ſydera puppes.
Tauromínitana cernunt de ſede charybdim

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hæc latiũ manus & laurẽtia ſigna mouebat.
Cætera elyſeis aderat gens ſicana uotis.
Mille agathyrna dedit pflataqꝫ ſtrongilos auſtris.
Nille thoanteæ ſedes faſcellina diuæ.
Tergemino uenit numero fœcũda panormos
Seu ſiluis ſectare feras:ſeu retibus æquor
Vertere:ſeu cœlo libeat traxiſſe uolucrem.
Non herbeſos iners: nõ naulocha pigra picli
Sederunt:non frondoſis morgentia campis
Abſtinuit marte infido, comitata nemeis
Venit amaſtra uiris:& paruo nomine thiſſe:
Et netum & micite pubeſque liquentis acheti.
Sidõias drepane:atqꝫ unde clamoſus helorus.
Et mox ſeruili uaſtata triochala bello
Sidonios arabeia ferox:& celſus ietas:
Et bellare tabas docilis coſyraque parua
Nec maior megara mute concordibus auſis
Iuuere:& ſtrato caulum ſpectabile ponto
Cum ſonat halcyones cantu nidoſqꝫ natãtes
Immota geſtat ſopitis fluctibus unda:
Ipſa ſyracuſæ patulos urbs inclyta muros
Milite collecto uariiſque impleuerat armis.

Hæc manus:hi populi ſupradicti romana ſigna ſequebantur:reliqui fauebant pœnis. Eliſeis:carthaginenſibus. Strongylos:inſula eſt una ex eoliis in qua ut inquit Strabo eoli domicilium fuiſſe memoriæ proditum eſt,qui fuit rex uentorum:ideo dicit :ſtrongylon perflatam auſtris:quos ponit pro aliis uentis,quos: ut fabuloſe loquar :illic eolus carcere coercebat. Sedes facellina diuæ:id monumentum teſtaſ adnauigaſſe oreſtem cum iphigenia.& pylade in ſiciliam expiationis gratia cuius meminit probus in commentario bucolicorum. Lucilius.iii.ſatyrarum. Et ſæpe quod ãte optaſti freta Meſſanam Regina uidebis mœnia tum liparas: faſcelitis templa dianæ.faſcellis dicta eſt diana quoniam eius ſimulacrum in faſce e taurica regione tranſtulit oreſtes.Vbi iphigenia & thoas rex lemni templo præerant : & ſacris ĩde ad Aricinum lacum uentum eſt.de rege aricino & ritu ſacrorum dictum eſt. Thoanteæ:tauricæ dianæ:cuius templo præfuit thoas. Tergemino numero:tribus milibus militum. Fœcunda: colonorum copia abundãs unde cum alia oppida dediſſent mille ipſa tria dedit milia:phœnices negociandi gratia in ſiciliam nauigauerunt & ĩcoluerunt aliqua oppida inter quæ panormon.quæ deĩde fuit græcorum colonia,poſtea romanorum.clara eſt ciuitas etiam noſtro tempore:& piſcatu:uenatu:aucupio:& harundineo melle inſignis:hæc omnia ſyllius tangit & celebrat. Herbeſos:oppidum prope hyblam:nõ longe etiam eſt naulocha: herbeſos inquit non ſedit iners:& naulocha non ſedit pigra pericli:id eſt non diſtulit mittere milites propter periculum. Morgentia:oppidum conditum a morgetibus gente itala:ſed tẽpore Strabonis non extabat:ſiculi ſicani morgetes ſiciliam incoluerunt. Marte infido:bello pro carthaginenſibus qui ſunt infidi. Amaſtra : & Nemeæ grecæ ſunt urbes Achei & archades poſuerũt,Amaſtra colonia ẽ ponticæ regionis ubi eſt amaſtris urbs in peninſula habens portus ex utraque parte,quam condidit & cui nomen dedit Amaſtris oxiartis filia uxor dionyſii heracliẽſis.Nemeæ colonia fuit argiuorum apud quos in peloponneſo eſt Nemeæ ſylua inter cleonas.&phliuntem, Vbi hercules interemit leonem.amaſtra igitur erat comitata uiris nemeis. Thiſſe:oppidum fuit conditum a ſiculis: a quo thiſſimenſes apud Pli.Netum oppidum adhuc retinet nomen mutata una lr̃a.dicitur enim notum. Mycite: oppidum:a quo micitenſes quorum meminit Plinius.

Acheti:Achetum oppidum ſub claro cælo & ſereno.

Liquentis:puri aeris.& alludit ad achatem fluuium & lapidem de quibus dictum eſt. Drepane:ſiue drepanum,nomen impoſitum uidetur a curuo ſitu,græci ſic appellant curua tela.ſcribunt aliqui inditum nomen cum ſaturnus cælo patri amputaſſet uirilia proieciſſe telum hoc eſt nouaculam:& cecidiſſe ubi poſtea drepane fuit condita:imminet deprano mons eryx.clarum eſt oppidũ etiam noſtro tempore. Helorus:fluuius labitur e pachyno inter ſaxa:& ideo clamoſus. Triocala:in agro triocalino bellum ſeruile maxime fuit:quod ſiciliam crudelius attriuit q̃ punica certamina. fugitiui duce ſyro libertatem petebant.mox fractis ergaſtulis ad.lx.milia conuenerunt.prætorum caſtra expugnata,Manlii piſonis lentuli hipſei.M.perperna uicit & obſeſſos ennæ conſumpſit,hinc ouans urbem ingreſſus eſt paulo poſt idem incendium excitatum eſt.Themio cylix paſtor interfecto domino ergaſtula aperuit,prætoriana caſtra ſeruilii & Luculli ſuccubuere.M.Aquilius exemplo perpernæ bellum confecit: & fame maceratos cœpiſſet omnis ni metus ſupplicii fuiſſet,itaque magna ex parte mortem ſibi conſciuerũt.dux aufugit,Cicero in.vii.actione in uerrem ait In triocalino quem locum fugitiui ante tenuerunt. Arabeia:oppidum ſiciliæ fuit. Ferox:bellicoſa. Ietas: oppidum in edito loco ſitum cuius meminit Ply. Tabas:oppidum. Coſyra:parua inſula prope melitã.Oui. in faſtis.fertilis eſt melite ſterili uicina coſyræ:eſt etiam coſyra oppidum in ſicilia:de quo intelligit. Megara:oppidum inter catinam:& ſyracuſas.Mute nomen eſt oppidi. Gaulum:inſula. Strato ponto:tranquillo mari

Cum ſonat halcyones cantu:halcyon ut ſcribit Pli,auis eſt paulo amplior paſſere colore cyaneo,alterum eſt halcyonum genus: magnitudine diſtinguitur:& cantu,minor in harundinetis canit.nidificat hyeme mari tranquillo,quartodecimo die edit pullos,nidus inſtar pilæ eſt,ore eminet anguſto.ferro reſiſtit:ictu ualido frangitur raro ſe conſpici ſinit,dies ab ea halcyonii uocantur tranquillitatem nidificantes portendunt ſiculo præſerti mari.halcionii dies incipiunt.vii.calen.Martii,tunc in athlantico mari tranquillitas nota eſt. ſi aliquando fluctu agitatur nidus ſuperuolat halcyon & ſuaui cantu gemere uidetur.& inclinaſ.hæc alchyon.& hæc halcyones. Ipſa ſyracuſe: anno primo poſtq̃ chalcidenſes condidere naxum archias corinthius pronepos herculis condidit ſyracuſas. Patulos muros:quoniam ambitus urbis,xx mil.paſſuum finiebatur.



Ductores facilem impelli lætamqꝫ tumultus
Vaniloquo pubem furiabant inſuper ore.
Nunq̃ hoſte ĩtratos muros:& quattuor arces:
Et ſalaminiacis quantam eoiſque tropheis
Ingenio portus urbs inuia fecerit umbram.
Spectatũ proauis ter centũ ante ora triremes.
Vnum naufragiũ merſaſqꝫ impune ꝓfundo
Clade pharetrigeri ſubnixas regis athenas.
Flammabant uulgũ geniti carthagine fratres
Pœni matre genus.ſed quos ſub crimĩe pulſus
Vrbe ſyracuſia libycis eduxerat oris
Trinacrius genitor.geminaqꝫ a ſtirpe parentũ
Aſtus miſcebant tyrios leuitate ſicana.
Quæ cernẽs ductor:poſtq̃ ĩmedicabile uiſũ
Seditio:atqꝫ ultro bellum ſurgebat ab hoſte:
Teſtatus diuos ſiculorum amneſque lacuſque
Et fontes arhetuſa tuos:ad bella uocari
Inuitum qui ſponte diu non ſumpſerit hoſtẽ
Induere arma ſibi:telorum turbine uaſto
Aggreditur muros:atque armis intonat urbi.
Par omnis ſimul ira rapit:certantqꝫ ruuntqꝫ.
Turris multiplici ſurgens ad ſydera tecto
Exibat.tabulata decem cui creſcere graius
Fecerat:& multas nemorꝫ cõſumpſerat ũbras.
Armatam hinc igni molem & deuoluere ſaxa
Certabant:calidæquæ picis diffundere peſtẽ.
Hĩc procul ardentẽ iaculatus lãpada cimber
Coniicit:& lateri telum exitiabile figit.
Paſcitur adiuto uulcanus turbine uenti:
Gliſcentẽqꝫ trahens turris per uiſcera labem:
Perque altam molem:& turris naſcentia tecta
Scãdit ouãs:rapidiſqꝫ uorat trepidãtia flãmis
Robora:& ingenti ſimul exundante uapore
Ad cælum uictor nitentia culmina lambit.
Implentur fumo & nebula caliginis atræ

Ductores:impellebant ipſos ſyracuſios iactantia quadam uerborum & commemoratione priſtinæ uictoriæ quã habuerant de athenienſibus bello nauali:dicebantqꝫ nunq̃ captas ſyracuſas:& ſpectatum ab antiquis eſſe.ccc. triremes athenienſium merſas in mari,ut oſtenderent facile poſſe romanos pelli longe ipſis athenienſibus gloria nauali inferiores. Facilem impelli:aptam ut moueatur:cum nouitate gaudeat imperita multitudo:& nullam habeat conſtantiam. Vaniloquo ore:iactabundis uerbis. Nunquam hoſte intratos muros:ſcilicet dicebant ipſi ductores impellentes plebem ad reſiſtendum romanis,maiores noſtri dicebant prælio nauali uicerunt athenienſes claros:& ſuperbientes uictoria nauali & prælio quo xerxem uicerunt apud ſalamina duce Themiſtocle. Quattuor arces:quas ſyracuſæ habebant. Salaminiacis:athenienſes bis auxilio fuerunt catinenſibus contra ſyracuſanos:qui duce gilippo Lacedæmone terreſtri prælio uicerunt athenienſes,mari tentauere fortunam quæ nõ minus aduerſa fuit,c.xxx,naues amiſere in portu ſyracuſano:demoſthenes dedecus uolũtaria morte fugit,Nicias captus contumelia carceris cladem auxit omnes naues demerſæ ſunt in mari ſuadente gilippo.

Salaminiacis tropheis:ipſis athenienſibus ſubnixis clade illata barbaris apud ſalamina. Eois:quoniam xerxes ab oriente irruit in græciam. Ingenio:natura ipſius portus de quo in ultima actione in uerrem ſic ſcribit Cicero.Non enim portu illud oppidum clauditur,ſed urbe portus ipſe cingitur ut non abluantur a mari mœnia extrema:ſed influat in urbis ſinum portus.In hoc portu inquit Cicero athenienſium claſſis ſola poſt hominum memoriam: ccc,nauibus ui ac multitudine ĩnuaſit:quæ ĩ eo ipſo portu:loci ipſius:portuſque natura uicta : atque ſuperata eſt,in hoc portu athenienſium nobilitatis imperii gloriæ naufragium factum exiſtimatur. Vrbs inuia:ipſæ ſyracuſæ inuiæ athenienſibus multiplici uictoria claris. Vmbram:quam ſua amplitudine portus effundebat,uicta fuit claſſis athenienſium in portu cuius fauces occupauerant naues hoſtiles & etiam piſcatoriæ cymbæ pueris cõplectæ:ut nullo modo athenienſes euadere poſſent:ut ſcribit Plutarchus in Nicia. Proauis: priſcis ſyracuſiis qui ſpectarunt naues illas demergi ita ſuadente gilippo. Impune:ſine aliquo damno ſyracuſanorum. Athenas ſubnixas clade regis pharetrigeri: ideſt ipſos athenienſes elatos clade quam xerxi intulerãt ad ſalaminem. Pharetrigeri:xerxis quoniam perſæ & alii qui ſunt ad orientem arcu utuntur. Geniti carthagine fratres:hippocrates & epicides.Liuius ait. Arcadina quoque primo impetu capitur prætoreſque niſi qui inter tumultum effugerunt omnes ĩterficiuntur, noxque cædibus finem fecit.poſtero die ſerui ad pilleum uocati: & carcere uincti emiſſi cõfuſaque omnis multitudo hippocratem atque epicidem prætores creant.Iſti ergo inflãmabant uulgum:repetitque poeta horum originem, de quibus ſic ait Liuius.Hippocrates & epicides nati carthagine,ſed oriundi a ſyracuſis exule auo,pœni ipſi materno genere per hos iuncta fuit amicitia Hannibalis & hieronymi tyranni.nec inuito Hannibale apud tyrannum remanſerunt. Sub crimine:quoniam fuit actus in exilium. Eduxerat:nutriuerat. Trinacrius:ſiculus. Leuitate ſicana,quoniam ſiculi leues ſunt.pœni autem aſtuti. Ductor,Marcellus. Diuos ſiculorum:proſerpinã cererem: mineruam:dianam palicos:& cætera numina ſicanorum. Turris multiplici: deſcribit turrim conſtructam ingenio archimedis geometria:& ſcientia ſolidorum iclyti,qui tot milibus romanorum arte obſtitit ſua:terra marique ſimul romani oppugnare ſyracuſas ceperunt,illinc hexapylo hinc acradine:cuius murus fluctu alluitur:& tanto ardore irruerunt ut primo impetu cepiſſent niſi fuiſſet ingenium archimedis. Multiplici tecto:frequenti contignatione, Grauis:archimedes. Multas umbras:arbores ut turrim erigeret. Armatam molem igni:phalaricam de qua dictum eſt. Cymber.nomen militis romani. Telum:ardentem lampada. Labem:incendium:& ſic turris eſt abſumpta igni.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ne cuiq̃ euaſiſſe datur:ceu fulminis ictu
Correptæ rapido in cineres abiere ruinæ.
Par contra pelago miſeris fortuna carinis.
Nãque ubi ſe propius tectis urbique tulere:
Q ua portus muris pacatas applicat undas:
Improuiſa nouo peſtis conterruit aſtu.
Trabs fabre teres atque eraſis undiq; nodis.
Nauali ſimilis malo:præfixa gerebat
Vnce tela manus:ea celſo ex aggere muri
Bellantes curui rapiebat in aera ferri
Vnguibus:& mediã reuocata ferebat ĩ urbẽ.
Nec ſolos uis illa uiros: quin ſæpe triremem
Belligeræ rapuere trabes:cum deſuper actũ
Incuterent puppi chalybẽ:morſuſq; tenaces:
Q ui ſimul affixo uicina in robora ferro
Suſtulerant ſublime ratem:miſerabile uiſu:
Per ſubitum rurſus laxatis arte cathenis
Tanta præcipitem reddebãt mole profundo
Vt totã haurirent undæ cum milite puppẽ.
His ſuper inſidiis anguſta foramina murus.
Arte cauata dabat:per quæ confundere tæla
Tutũ erat oppoſito mittentibus aggere ualli.
Tum ſine fraude labos arcta ne rurſus eodem
Spicula ab hoſte uia uicibus contorta redirẽt.
Calliditas graia atque aſtus pollentior armis
Marcellum tantaſque minas terraque mariq;
Arcebat:ſtabatque ingens ad mœnia bellum
Vir fuit iſthmiacis decus immortale colonis.
Ingenio facile ante alios telluris alumnos.

Par contra pelago:ex altera parte urbis qua mari alluitur.nam Acradinæ murum qui mari alluitur ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat & ſagittarii funditores.& uelites quorum telum inhabile ad remittendum imperitis eſt uix quenq̃ ſine uulnere conſiſtere in muris patiebantur:naues:turres contabulatas:macchinamẽtaque alia quatiendis muris portabant. Nouo aſtu:quoniam archimedes illud inſtrumentum inauditum excogitauerat.qđ poeta deſcribit.Liuius ait.Aduerſus hunc naualem apparatum archimedes uariæ magnitudinis tormenta in muris diſpoſuit.in eas quæ procul erant naues ſaxa ingenti pondere mittebant. Fabre:ingenioſe & per artem. Manus:Liuius ait.quæ propius quidem ſubibant naues quo interiores ictibus tormentorũ eſſet in eas tollendas deſuper eminentem murum ferrea manus firmæ cathenæ illigata cum iniecta proræ eſſet grauique libramento plumbi recederet ad ſolum ſuſpenſa prora nauem in puppim ſtatuebat.deĩde ſubito uelut ex muro remiſſa cadentem nauem cum ingenti trepidatione nautarum ita undæ affligebat ut etiam ſi recta recideret aliquantum aquæ acciperet.ita maritima oppugnatio eſt eluſa:omniſque uis eſt uerſa:ut totis uiribus terra aggrederentur. Reuocata:reducta plumbeo libramento. Chalybem:ferream manum ideo ait morſus tenaces. In robora:naues propiores muro. Laxatis:reſolutis:& ſic nauis magno impetu decidebat ĩ mare. Pro fundo:mari. Mole.ĩpetu: Vndæ:aquæ abſumerẽt puppi & milites. His ſup inſidiis:deſcribit nũc quædã foramia ab ipſo archimede excogitata:nam ut ſui uulnere intacti tela ĩ hoſtem ingererent murum ab imo ad ſummum crebris cubitalibus fere cauis ut ait Liuius perforauit per quæ caua pars ſagittis pars ſcorpionibus modicis & occultis petebant hoſtem. His ſuper:præter hæc

Confundere:emittere: hæc foramina fiunt noſtro ẽt tempore in muris oblonga & anguſta in parte exteriori. ſed in interiore latiora ut commodius tela emittãtur & hoſtes propter os exterius anguſtum nocere non poſſũt

Oppoſito aggere uali:ideſt oppoſito uallo romanorũ ideſt tutum erat ſyracuſis tela emittere in uallum & propugnacula romanorũ per illa foramina. Nec ſine fraude labos.ſcilicet erat.labor ille archimedis ĩquit erat cum fraude:quoniam ideo talia excogitauit foramina ne hoſtium tela per illas anguſtias remitti poſſent. Vicibus:per uices remiſſa. Pollentior:potentior quoniam archimedes ſolus arte ſua & ingenio romanis obſtabat & eos ludificabaẗ. Terra.nã ea quoq; ps ut ait Liuius:oĩ apparatu tormẽtorũ ĩſtructa erat hierõis ĩpẽſis curaq; p multos ãnos archimedis unica arte. Vir fuit iſthmiacis. deſcribit poeta archimedẽ ſyracuſiũ de quo Li.romãi urbẽ cœpiſſent niſi unus hõ ſyracuſis ea tẽpeſtate fuiſſet archimedes:is erat unicus ſpectator cæli ſyderũq;: mirabilior tamẽ iuẽtor ac machinator bellicorũ tormẽtorũ operumq; q ea quæ hoſtes ingẽti mole agerẽt ipſe p leui momẽto ludificareẗ Iſthmiacis:ſyracuſiis ab iſthmo corinthio unde habuerũt originẽ ſyracuſæ. Facili ĩgenio:apto ad oĩs diſciplinas & potiſſimũ mathematicas. Nudus opũ:nõ habebat bona fortũæ ſed aĩ q̃ lõge p̄ſtabiliora ſũt & p ſe expetẽdæ cũ diuitiæ ob aliud expetanẗ. Cælũ terræq; paterẽt:Mathematica ſcĩa habet q̃tuor ptes: Arithmeticã:Geometriã:Muſicã:& Aſtrologiã:q̃s poeta dicit calluiſſe archimedẽ.Aritmetica eſt q̃ rationes:affectus:affinitateſq; ĩter ſe nũerorũ docet:ſub q̃ collocaẗ muſica.nã ubi arithmeticus nũeros abſolute cõſiderat atq; ſeiũctos ab oĩ materia ſẽſibili:muſicus numerũ ut ſonorũ ſibi ſubiicit:affectuſq; eius cõſiderat ſub quo ẽt & his q demulcet aures cõcentu muſicus collocaẗ. Geometria ẽ q̃ uniuerſã magnitudinũ naturã figurarũq; explicat:cuius prĩa fundamenta Pythagoras iecit: & arithmeticã ĩ artẽ diſciplinamq; redegit.Sub geometria collocatur perſpectiua:quæ conſiderat lineas nõ abſolute ſed uiſibilitatis: ita dicam.ratione:nam arithmeticus & geometra puri mathematici formas ſenſibiles a materia penitus ſeparãt: geometria.n.conſiderat lineas:puncta:ſupficies:ſeu plana corpora ſeparata oĩo a materia uiſibili.Aſtrologia uerſatur circa numeros & magnitudines non omnio abſtractas ut arithmetica & geometria ſed ut accommodatas ad corpora cœleſtia quæ ſenſui ſubiiciũẗ:ex qbus patet arithmeticã & geometriã puras eſſe mathematicas:reliquas uero duas non puras ſed parti mathematicas parti naturales ut Ariſtoteles in naturalibus uideẗ aſſerere. hæc oĩa Syllius cõplexus ẽ:ſed p̄cipue ualebat archimedes ſcĩa ſolidorũ & tormentorũ conficiendorũ arte qbus ĩ bello utimur.ſed hæc ad geometriam referuntur opus quippe ẽ menſuris & figuris quibus ipſe geometra utitur



Nudus opem:ſed cui cœlum terræq; paterẽt.
Ille nouus pluuias titan ut proderet ortu
Fuſcatis triſtis radiis:ille hæreat:anne
Pendeat inſtabilis tellus:cur fœdere certo
Hunc affuſa globum tethys circũliget undis:
Nouerit atque una pelagi lunæque labores:
Et pater oceanus qua lege effunderet æſtus.
Non illũ mundi numeraſſe capacis harenas
Vana fides.puppes etiam conſtructaq; ſaxa
Fœminea traxiſſe ferunt contra ardua dextra.
Hic dũ italum ductorẽ aſtu teucroſq; fatigat
Adnabat centum late ſidonia uelis
Claſſis ſubſidio:& ſcindebat cærula roſtris.
Erigitur ſubitas in ſpes arethuſia proles.
Adiungitque ſuas portu progreſſa carinas.
Nec contra auſonius tonſis aptare lacertos
Addubitat:merſiſq; celer fodit æquora remis.
Verberibus torſere fretum:ſalis icta frequẽti
Albeſcit pulſu facies.perque æquora late
Spumat canenti ſulcatus gurgite limes.
Inſultant pariter pelago:at neptunia regna
Tẽpeſtate noua trepidant:tũ uocibus æquor
Perſonat:& clamat ſcopulis clamoris imago.
Ac iam diffuſus uacua bellator in unda
Cornibus ambierat patulos ad prælia fluctus
Nauali claudens humentẽ ĩdagine campum.
At ſimili curuata ſinu diuerſa ruebat
Claſſis:& arctabat lunato cærula gyro.
Nec mora.terrificis ſeuæ ſtridoribus æris
Per uacuum late cantu reſonante profundum
Incubuere tubæ:quis excitus æquore triton
Expauit.tortæ certantia murmura conchæ
Vix meminere maris:tã uaſto ad prælia niſu
Incumbunt proni:poſitiſq; ĩ margine puppis
Extremæ plantis nutantes ſpicula torquent.
Sternitur effuſis pelagi media area telis
Celſaque anhelatis exurgens ictibus alnus
Cærula nigranti findit ſpumantia ſulco.
Aſt aliæ laceræ atque incuſſi roboris ictu

Cui cœlum:& ſic innuit aſtronomiam aſtrologiamque. Terræ:innuit geometriam. Paterent:manifeſta eſſent omnia quæ cœlo continentur.calebat inquit per geometriam metiri terras. Ille nouus titan:cognoſcebat ex ortu ſolis an eſſet futura pluuia & hæc eſt aſtrologia nautica & practica:ita dicam ruſtici quadam aſſuetudine aſpicientes qualitatem cœli & ſolis futuras tempeſtates prouident.ſigna ſolis occidentis orientiſque & etiã lunæ Vir.cecinit in georgicis.& Plinius non omiſit. Proderet.ſignificaret. Triſtis:non lucidus ſed fere pallidus. Hæreat anne:globus terræ non pendet:ſed hæret & fixus eſt in medio firmamenti & in loco ſuo cum ipa terra grauiſſimum ſit elementum.Ignis ob leuitatem ſupremum obtinet locum.duo ſunt media aer & aqua.aer comparatione aquæ leuis eſt & ſic ſupra aquam & infra ætherẽ:& aqua ſubeſt aeri:eſt autem leuior q̃ ſit terra.& ideo eſt ſuper ipſam:ſed non totam operit prouidẽtia diuina ut ſcilicet animalia uiuere poſſint. Aliqui dixerunt terram eſſe ſuſpenſam:ſed ut dixi eſt in loco ſuo nec poteſt naturaliter moueri:aſcenderet enim ſi moueret.qđ eſt abſurdiſſimum niſi fiat motu uiolento:cũ omnia grauia ſua natura deorſum ferantur.unde ait Cicero ĩ prima tuſculana:Tum globum terræ eminentem e mari fixum in medio uniuerſi mundi loco. Fœdere certo:lege:nam deus glorioſus opifex uniuerſi circundedit mari terminum ſuum & legem poſuit aquis ne tranſirent fines ſuos. Affuſa thetis:ipſe oceanus fuſus circum terræ globum. Pelagi & lunæ labores:quoniã motus lunæ & affectus eſt cauſa æſtus ipſius oceani q creſcit & decreſcit ut dictum eſt.luna etiam circa proprium defectũ laborat inquit Macrobius nõ accipiendo ſolis lumẽ:cuius beneficio noctem colorat:quod ſciens Vir.diſciplinarum omnium peritiſſimus ait:Defectus ſolis uarios lunæque labores. Aeſtus:ipſius maris ebullitiõem & ĩcrementum. Pater:ſic Vir.oceanum patrem rerum dixit ex illorum opinione qui putauerunt aquam fuiſſe prĩcipium generationis.i.ipſam humiditatem cum ex calido & humido omnia p̄creenẗ. Nũeraſſe harenas.nũc inuit ariſmethricã q̃ uerſaẗ circa nũeros. Capacis:magni. Puppes ẽt:nũc innuit ſciẽtiã ſolidorũ q̃ bellica conficit tormenta:& q̃ ingentia pondera artificioſe fœmiea manu trahunẗ: ut Archimedes ſaxa cõſtructa & puppes p aduerſa mõtis trahebat nullis pœne uiribus. Ductorẽ marcellũ. Teucros:romãos. Fatigat:ludificaẗ ſua arte archimedes. Sidonia claſſis:deſcribit nũc pugnã naualẽ:ſed a liuio diſſentit q ſic narrat:Sub idẽ fere tẽpus & naues longæ quinq; & .l.carthaginẽſiũ cũ bomilcare claſſis p̄fecto ĩ magnũ portũ ſiracuſiũ ex alto decurrerũt:& romana claſſis.xxx.quĩqueremes legionẽ primã panormii expoſuere: & bomilcar ſimul parũ fidẽs nauibus ſuis duplici facile nũero claſſe aduentantibus romanis ſimul inutilem morã cernẽs nil aliud ab ſuis q̃ iopia aggrauari ſocios uelis ĩ altum datis in aphricam trãſmiſit.Syllius canit acerrimã pugnã & romanorũ uictoriam p̄lio nauali.

Erigiẗ:attollit animos. Arethuſia:ſyracuſia p̄les & iunxit naues ſuas cum nauibus pœnorum. Tempeſtate noua:trepidabant maria nouo impetu nauium expedientium ſe ad pugnam. Imago:ipſa eccho. Cornibus:nam ſtructa erat claſſis eo modo ut extenderetur in gyrum tanq̃ cornua quæ milites noſtri temporis appelant.alas ideſt acies ambientes exercitum hoſtilem. Indagine:curſu. Simili ſinu:paribus cornibus. Tortæ conchæ:quoniam triton concha marina perſonat quæ torta eſt. Media area:ſpacium quod erat inter utranq; claſſem. Alnus:nauis. Anhelatis:ictu remorum cũ labore ac anhelitu remigantium: & ſic naues uidebãtur uolare remis ĩpulſæ. Aſt aliæ:deſcribit naues inuicẽ cõcurrẽtes & frãgentes remos attritu & colliſione laterũ & roſtris ſe mutuo pforantes:ob quod innexæ retinebanẗ nec poterant diuelli. Incuſſi:adacti in nauem hoſtilẽ:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Detergent:elidunt & frangunt. Quo retinẽt naues perforatæ roſtris detinebantur tali uulnere & inuicem hoſtiles & uulnerantes detinebant

Sublimior ibat puppis:deſcribit nauem himilconis quæ ob ſui magnitudinem quadrigẽtos remos habebat. Tonſis:remis. Cornibus:ſcilicet antennarum quæ uela ſuſtinent. Lento robore:tarda mole q̃uis plena eſſent uela propter ſui magnitudinem non plus mouebatur q̃ ſi ſolis remigantium ictibus impelleretur. Agili leuitate:quia triremes erant romanæ quæ facile uoluebantur ab illo qui clauum regit.irruebant igitur puppes romanæ in naues pœnorum graues.

Regentis:magiſtri tenentis clauum ideſt temonem. Incurrere:ſcilicet in ſuam nauim qua himilco uehebatur:hic numine inuocato ſagitta clauo affixit manum gubernatoris:inde uulnerauit taurum ſubeuntem munus gubernatoris prius uulnerati:qđ cum corbulo uidiſſet impulit ſuam nauim & ſuis auxilio fuit. Calamo: ſagittæ. Vir.pariterque oculos telumque tetendit. Vultu comitante:quoniam proſequebaſ oculis emiſſam ſagittam.Deduxit:immiſit. Magiſtri:regẽtis clauum. Plectro:clauo & temoni quem a ſimilitudine:quia manu tenetur:plectrum appellauit:quemadmodum plectrum mouet fides citharæ. Immortua:affixa clauo ut munus regẽdi obire non poſſet. Orba:priuata ſuo rectore Littore ſtabiarum:ſtabiæ uetus campaniæ oppidum deletum bello ſyllano patria huius corbulonis:& alludit poeta reſpiciens ad tempora ſua ad illum corbulonem qui tempore nerõis armeniæ præfuit. Vicina dionæ:uenus quam uicinã dixit propter templum ueneris quod erat in eryce monte ſiciliæ. Sed ſuper ingeſtis:ſenſus: illa nauis romana quæ propior erat naui himilconis & magis ſub ictu merſa ẽ & uix extarẽt manus nautarum tunc corbulo aſcendens ſuprema tabulata nauis ignem iaculatus eſt in nauem himilconis dolens uicem ſuorum qui mergebãtur. Subſedit:merſa eſt. Damnatum:qđ romani tunc damnabant cum nauis mergeretur. Palmæ luctantum:manus nautarum qui luctabantur aqs. ſed fruſtra.ipſum quippe profundum eos trahebat. Nereus:ipſum mare:numen pro mari ponitur. Extant.apparent. Hic:tunc cum cerneret caſum ſuorum corbulo. Magno ſaltu:quia inſiluit in turrim nauis quæ ſubſederat & ip̃a turris erat connexa alteri cathenis ut nõ poſſent auelli:hoc etiam fit noſtro tempore. Appulerant: coniunxerant copulauerant. Nexæ:illigatæ.

Compage ferri:cathenis. Comantem:accenſam. Paſtos:nutritos bitumine qđ ardet ut dictum eſt & naſcitur ĩ aſphaltite lacu iudeæ. Noto:uento auxiliante:Apluſtria ſunt ornamẽta nauium:Fori ſunt tabulata nauium per quæ propugnatores curſitant.Summis:ab his qui erant ĩ prima parte nauis. Arctis:periculoſis. Ad imos ad eos qui erant in ima parte: Vnguine: unctione picis: & bithuminis unguen diciſ ab ungẽdo.

Detergent remos:aliæ per uiſcera pinus
Tranſmiſſis ipſo retinentur uulnere roſtris
Quo retinent:medias inter ſublimior ibat
Terribilis uiſu puppis qua nulla per omne
Egreſſa eſt libycis maior naualibus æuum.
Sed quater hæc centum numeroſo remige pontum
Pulſabat tonſis: ueloque ſuperba capaci:
Cum rapidum hauriret boream:& cornibus omnes
Colligeret flatus:lento ſe corpore agebat:
Intraret fluctus ſolis ſi pulſa lacertis.
Procurrunt leuitate agili docileſque regentis
Audiuiſſe manum latio cum milite puppes
Has ut per leuum uenientes æquor himilco
In latus obliquas:iuſſamque incurrere proram
Conſpexit:propere diuis in uota uocatis
Aequoris:intento uolucrem de more ſagittam
Aſſignat neruo:utque oculis librauit in hoſtem
Et calamo monſtrauit iter:diuerſa relaxans
Brachia deduxit uultu comitante per auras
In uulnus telum:& reſidentis puppe magiſtri
Affixit plectro dextram:nec deinde regenda
Puppe manus ualuit flectenti immortua clauo.
Dumque ad opem accurrit ceu capta nauita puppe
Ecce iterum fatoque pari neruoque ſagitta
In medium perlapſa globum tranſuerberat ictu
Orba gubernacli ſubeuntem munera taurum.
Irrumpit cumana ratis:quam corbulo ductor
Lætaque complebat ſtabiarum littore pubes.
Numen erat celſæ puppis uicina dionæ.
Sed ſuper ingeſtis propior quæ ſubdita telis
Bella capeſſebat:media ſubſedit in unda.
Diuiſitque fretum:clamantem ſpumeus ora
Nereus implet aquis:palmæque trahẽte profundo
Luctantum fruſtra ſummis in fluctibus extant.
Hic audax ira magno per cærula ſaltu
Corbulo tranſgreſſus:nam textam robore turrim
Appulerant nexæ ferri compage triremes.
Euadit tabulata ſuper flammaque comantem
Multifida pinum celſo de culmine quaſſat.
Inde atros alacer paſtoſque bitumine torquet
Aduentante noto pœnorum apluſtribus ignes.
Intrat diffuſos peſtis uulcania paſſim
Atque implet diſperſa foros trepidatur omiſſo
Summis remigio:ſed enim tam rebus in arctis
Fama mali nondum tanti penetrarat ad imos.
Et rapidus feruor per pingues unguine tedas



Illapſus flammis uictricibus inſonat alueo
Qua nõdũ tamẽ intulerat uĩ dardana lãpas.
Parcebatque uapor:ſaxorum grandine dirus
Arcebat:fatumque ratis retinebat himilco.
Hic miſer igniferam dum uentilat aere pinũ
Murali ſaxo per lubrica ſanguine tranſtra
Voluitur in fluctus lichei uulnere cidnus.
Fax nidore graui fœdauit cominus auras.
Ambuſto inſtridens pelago:ferus inde citatũ
Miſſile adorata contorquet ſabrata puppe.
Ammon numen erat libycæ gentile carinæ.
Cornigeraque ſedens ſpectabat cærula frõte.
Fer pater afflictis fer ait garamantice uates
Rebus opẽ:inq; italos da certa effũdere tela.
Has inter uoces tremulo uenit agmĩe cornus:
Et neptunicolæ tranſuerberat ora telonis
Vrgebat nihilo leuius iam in limine mortis
Quosfuga præcipites partẽ glomerarat ĩ unã
Puppis adhuc uacuã tedæ:ſed proxima curſu
Fulmineo populatus ineuitabilis ardor
Correptam flammis inuoluit ouantibus alnũ
Primus ope æquorei funis delapſus in undas
Qua nõdũ ſtygios glõerabat mulciber æſtus
Ambuſtus ſocium remis aufertur himilco.
Proxima nudarunt miſerandi fata bathonis
Deſertam ductore ratem:bonus ille per artẽ
Crudo luctari pelago:atque exire procellas.
Idem quid boreas quid uellet craſtius auſter
Anteibat:nec peruigilem tu fallere uultum
Obſcuro quanuis curſu cynoſura ualeres.
Is poſtq̃ aduerſis nullus modus accipe noſtrũ
Ammon ſanguinẽ ait ſpectator cladis iniquæ:
Atq; acto ĩ pectus gladio dextra deĩde cruorẽ
Excipit:& large ſacra inter cornua fundit.
Hos inter daphnis deductũ ab origine nomẽ
Antiqua fuit infœlix cui linquere ſaltus
Et mutare caſas infido marmore uiſum:
At princeps generis quanto maiora parauit
Intra paſtorem ſibi nomina:daphnin amarũt
Sicilides muſæ:dexter donauit auena
Phœbus caſtalia:& iuſſit proiectus in herba
Siquando caneret lætos per prata per arua
Ad daphnin properare greges:riuoſq; ſilere.
Ille ubi ſeptena modulatus harundine carmẽ
Mulcebat ſiluas:non unquam tempore eodẽ
Syren aſſuetos effodit in æquore cantus.

Alueo:carinæ nauis:& ideo dixit tepidatur a ſummis. quia nondum ignis deſcenderat ad carinam:& illos qui erant ſub primis tabulatis. Dirus:crudelis urgente piculo:& horrendus nouitate mali. Fatum:incendium & excidium. Cydnus:immittens facem in nauem hoſtilem interficitur a lycheo:& in mare cadit. Murali: magno. Lubrica dicuntur loca ĩ quibus nõ poſſumus firmare pedes. Tranſtra ſunt nauium ſedilia ĩ tranſuerſum locata. Nidore graui:fœtore propter picem ac bithumen. Auras:aerem. Sabrata:erat pœnus nomẽ deductum ab oppido.ſupra dixit.Sabrata tum tyrium uulgus hic immiſit haſtam qua telonem confecit cum prius iouem hammonem imploraſſet qui erat depictus in puppi. Gentile numen:quoniã nauis erat libyca: & ipſe hammõ libycus:& illic colebatur ſub effigie arietis. Sedens:locatus in puppi cornigera imagine. Vates:quoniam dabat illic reſponſa ut dictum eſt. Certa.inferẽtia ictum. Cornus:haſta ex corno arbore. Neptunicolæ:incolentis mare.nã capreas incolebat:& alludit poeta ad Telonem qui capreis regnauit. Vrgebat.ſenſus & ordo. puppis himilconis flagrans urgebat ipſos nautas iam prope mortem coactos in eam partem:quæ nondũ ardebat. himilco tandem ſemiuſtus per funem euaſit. Nihilo leuius:non minus q̃ ãte.q̃uis ille iouem nauis numen imploraſſet. Vacuam tædæ:ſine incẽdio. Proxima:uicina illi parti adhuc intactæ igni. Curſu fulmineo:celeri inſtar fulminis. Ouantibus:uictricibus totam quippe nauim iam occupauerant. Stygios:peſtiferos.Socium:ſociorum qui eum remis exceperunt.

Batonis:qui erat rector nauis quem a peritia gubernãdi laudat. Crudo procelloſo:& concitato. Luctari: pugnare per artem nauigandi:& nauticam ſollertiam.

Exire: euadere ingenio & induſtria. Anteibat:prouidebat.longa nauigandi experientia edoctus. Peruigilem:diligentem uultum & optimum iudicium in cognoſcendis ſtellis:& ſignificationibus. Cynoſura: urſa maior.nunc dicitur tramontana.adeo inquit callebat nauigandi artem:ut in maximis obſcuritatibus cum cælum & ſydera non uiderentur nunquam a cynoſura deciperetur. Nullus modus:nullus finis incendii. Impie locutus in iouem hammonem ſe interfecit: Cornua: iouis hammonis:qui erat in effigie arietis Hos inter. daphnis filius mercurii ex nympha autore Diodoro Thermitanus fuit & educatus in montibus ſiliciæ qui erii uixitque inter paſtores.nomen accepit a ſylua lauri ĩ qua eſt natus.carmen bucolicum inuenit.ideo Vir.ĩ ſuis buco. daphnim ſæpius inculcauit.ab apolline fiſtulam accepit.In agro thermitano ut ſcribit ſolinus eſt arundinum ferax:quæ ad fiſtulas optimæ ſunt. ad hũc daphnĩ poeta alludit. Marmore:mare id eſt propter mare reliquit ſyluas. Princeps generis:primus ille daphnis filius mercurii ĩuentor bucolici carminis. Intra paſtorẽ. in uita paſtorali caſtalius fons parnaſi muſis ſacer. Caſtalia:phœbea. Dexter:fauens & propitius. Syren:de ſyrenibus dictum eſt:quæ ſuauiſſime canebãt.daphnis tamen eas ſuperabat. In æquore:quoniam habitabãt ĩſulas e regione ad ſurrentum. Eodem tempore:quo canebat paphnis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Scylei canes:quoniam ſcylla monſtrum marinum in freto ſiculo tenus inguine habet canes latrãtes. Stetit:nõ abſorbuit aliquid. Atra:obſcura uorago quæ in freto ſiculo dicitur charybdis.cyrce apud Homerũ xii.odyſſee.ſic monet ulyſſem.duo ſunt ſcopuli.cacumen montes exuperat in quod nemo mortalium aſcẽdit unquam.In medio ſcopulo ſpelunca erebi inſtar.habitat illic ſcylla monſtrum immane: cui præter deum occurreret nemo.aſpectu triſtis.xii.habet pedes:colla prælonga ſex.totidem capita.dẽtes triplici ſerie pectinatos capita exerens beluas ingentes piſcatur: & paulopoſt.Tremenda charybdis ter nigrantem undam & abſorbet & eructat:cum attrahit aquam caueto.nam ne ipe quidem Neptunus liberare te poſſet.ad ſcyllam impelle nauim.ſed ex tuis tantum deuorabit quos perdere ſatius eſt q̃ omnis.charybdis: ut fabulæ uolunt femina uoraciſſima fuit:q̃ boues herculis fert rapuiſſe: & ideo a ioue fulmine icta eſt & in mare deiecta conuerſaque in monſtrum: quod omnia uorat & abſorbet.ſcylla ẽ uerſus italiam.charybdis autem uerſus ſiciliam. Cyclops:polyphemus. Lentus:ocioſus.Iubila:cantilenas:& carmen. Progeniem:hunc daphnin ab illo antiquo progenitũ conſumpſit ignis.

Aequore:aqua quæ nõ permittebat: ut ſtatim igni abſumeretur. Qualis oilides:ut aiax oileus quẽ pallas fulmine perdidit. Medius alui: id eſt tranſfoſſus per mediam aluum.loquutio eſt ſyllii.dixit enim ĩ primo uolumine:concidit exacti medius per uiſcera teli.

Marmarides:libycus. Rigido:duro roſtro nauis.

Ductor rheteius:marcellus romanus: Seuis. magnis & ualidis ictibus remorum. Eoliden:pronepotem eoli. Ephœbos:pueros ĩ prima adoleſcentia

Leui:ſiniſtri & aduerſi. Feruida:calẽtia martis ardore. Nec maturus:nondum plane aptus armis & bello. Chimera nauis:in qua erat chymera pro inſigni.eſt etiam nauis apud Virgilium. Rutula:romana. Garamantide:libyca naui. Turrigerum:procerae ſtaturæ. Male ſuada:quæ male ſuadebat. Rudi:imperito.non enim callebat bellandi diſciplinã.appetebat quippe impoſſibilia exuuias ſeilicet marcelli. & ideo erat imprudens & nimius in uoto. Trucis: horrendæ. Pro qualis:deſcribit poeta ſtudia huius podeti. Qualis:q̃ pulcher:q̃ nitidus & cõſpicuus cũ luderet diſco.diſcus ẽ pila ænea retũda ſiue ex alio metallo quæ in altum iacitur. Splendentem:politum.

Exigeret:emitteret in altum. Aligeras: ueloces ĩ curſu. Improba:magna. Flatu:uno ſpiritu. Docuere labores:antiqui & maxime cretenſes & ſpartani ex diſciplina lycurgi & Minois laboribus erudiebãt iuuentutem:& ſic romani in campo martio in quo fiebant etiam exercitatiões armiferæ quæ arma campeſtria appellantur.Horatius.Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis. Tuto diſcrimine:exercitationibus uariis:quibus cenſebatur ſine pꝑiculo. Fraudatum oſſa:id eſt cuius oſſa erant fraudata ſepulchro. modus eſt loquẽdi.cyane & anapus fontes ſunt ĩ agro ſyracuſano. Aretuſa eſt fons ortygiæ paruæ ĩſulæ ante ſyracuſas. Præſes:qui naui præerat. Io:eſt interiectio lætantis & bacchantis.

Scylei tacuere canes:ſtetit atra charybdis:
Et lætus ſcopulis audiuit iubila cyclops.
Progeniem hauſerunt & nomen amabile flãmæ
Innatat ecce ſuper tranſtris fumantibus aſper
Ornytos.ac lõgam ſibimet facit æquore mortẽ.
Qualis oilides fulmen iaculante minerua
Surgentes domuit fluctus ardentibus ulnis.
Tranſigitur ualida medius dum ſe alleuat alni
Cuſpide marmarides ſcyron pars ſubnatat unda
Membrorum.pars extat aquis:totumq; p æquor
Portatur rigido miſerandum immortua roſtro.
Accelerant puppes utrinque:atque ora ruẽtum
Sanguinei feriunt remorum aſpergine rores.
Ipſe adeo ſeuis ductor retheius ibat
Pulſibus:& ualido ſuperabat remige uentos.
Quam rapidis puppem manibus frenare lileus
Dum temptat:ſeua truncatur membra bipenni.
At fert hærentes trabibus ratis incita palmas.
Sicania eoliden portabant tranſtra podentum.
Hic æuo quanq̃ nondum exceſſiſſet ephœbos:
Seu leui traxere dei:ſeu feruida corda:
Nec ſat maturus laudum bellique cupido
Arma puer niueis aptarat picta lacertis.
Et freta gaudebat celſa turbare chimera.
Iamque ſuper rutula ſuper & garamantide pino
Ibat ouans melior remo:meliorque ſagitta.
Et iam turrigerum demerſerat æquore neſſum.
Heu puero male ſuada rudi noua gloria pugnæ.
Dum criſtam galeæ trucis exuuiaſque precatur
De duce marcello ſuperos temerarius haſta
Excepit raptim uulnus lætale remiſſa
Proh qualis ſeu ſplendentem ſub ſydera niſu
Exigeret diſcum:iaculo ſeu nubila ſupra
Surgeret:aligeras ferret ſeu puluere plantas
Vix tacto:uel dimenſi ſpatia improba campi
Tranſiret uelox ſaltu:docuere labores
Sat prorſus ſat erat decoris diſcrimine tuto
Sat laudis:cur facta puer maiora petebas?
Illum ubi labentem pepulerunt tela ſub undas
Oſſa ſyracuſio fraudatum naufraga buſto
Fleuerunt freta:fleuerunt cyclopeia ſaxa.
Et cyanes & anapus & ortygiæ arethuſa
Parte alia præſes puppem tyberinus agebat
Quaque ferebatur ductor ſydonius io
Concurrunt iniecta ligant hinc uincula ferri
Atque illinc ſteteruntque rates ad prælia nexæ



Nec iaculo:aut longe certatur harundine fuſa
Cominus:& gladio terreſtria prælia miſcent.
Perrumpunt itali qua cædes prima recluſit:
Monſtrauitque uiam uaſtas & mæla cathenas.
Hortatur ſocios & uincla abrumpere ferri
Ac parat hoſtili reſoluta puppe receptos
Auchere & paribus pelago diducere ab armis.
Etneo polyphemus erat nutritus in antro.
Atque inde antiquæ nomen feritatis amabat.
Vbera præbuerat paruo lupa.corporis alti
Terribilis moles:mens aſpera:uultus in ira
Semper:& ad cædes cyclopeia corde libido.
Iſque relaxatis membrorum pondere uinclis
Impulerat puppim.& mergebat gurgite tonſas.
Duxiſſetque ratem:preſſa laronius haſta
Ni propere duro nitentem exurgere uelox
Affixet tranſtro:uix morte incepta remittit.
Nanque manus ſeruat dum ſuetos languida ductus
Ignauum ſumma attraxit ſuper æquora remum:
Percuſſi cuneo pœni denſentur in unum.
Quod caret hoſte latus:ſubito cum ponere uictus
Inſiliente mari ſubmergitur alueus undis.
Scuta uirum criſtæque & inerti ſpicula ferro
Tutelæque deum fluitant:hic robore fracto
Pugnat inops chalybis:ſeſeque in prælia rurſus.
Armat naufragio:remis male feruidus ille
Feſtinat ſpoliare ratem:diſcrimine nullo
Nautarum interdum conuulſa ſedilia torquens
Non plectro ratis aut frangendæ in uulnere proræ
Paſcitur:& pelago repetuntur nantia tela.
Vulneribus patulis intrat mare:mox ſua ponto
Singultante anima propulſa refunditur unda.
Nec deſunt qui correptos amplexibus arctis
Immergant pelago:& iaculis ceſſantibus hoſtem
Morte ſua perimant:remeantum gurgite mentes
Crudeſcunt:ac pro ferro ſtat fluctibus uti.
Haurit ſanguineus contorta cadauera uertex.
Hinc clamor:genitus illinc:morteſque:fugæque.
Perfuſum bello feruet mare:feſſus acerbis
Terga fuga celeri libyæ conuertit ad oras
Exigua ſeſe furatus himilco carina.
Conceſſere mari tandem graiuſque libyſque:
Et iam captiuæ uinclis ad littora longo
Ordine ducuntur puppes flagrantibus alto.
Stant aliæ tedis ſplendet lucente profundo
Mulciber:& tremula uibratur imagine pontus.

Terreſtria.ac ſi in terra eſſent:nauibus inuicem implicitis. Perrumpũt.inſiliunt in nauem hoſtilem. Recluſit.aperuit:quoniam cædibus aperuerunt ſibi uiam.Mela nomẽ proprium illius qui hortabatur ſocios abrumpere uincula:ut receptos romanos in alto remotius obtrũcarẽt.Polyphemus uaſtus corpore cum nauim ipellere cepiſſet ab laronio interfectus eſt. Diducere.ſeparare. Lupa.alludit ad illũ antiquum polyphemũ qui fuit a lupa nutritus. Cyclopeia libido.efferatus appetitus cædis. Corde.animo multum refert quo quis lacte nutriatur. nã quemadmodum uis & natura ſeminis ad fingendas animi:corporiſque ſimilitudines ualet:ſic ad eãdem rem ut ait phauorinus lactis quoque ĩgenia & proprietates ualent quod in beſtiis animaduertitur.non mirum igitur ſi ferinum animũ habebat polyphemus ferino lacte altus. Relaxatis.ſolutis uinculis quibus alligata erat nauis. Tonſas.remos.i.remigabat.quod uix morte remiſit. Ductus.motus remorum.

Somno.morte.nam mors eſt perpetuus ſomnus. Ignauum.inutilem.

Cuneo.multitudine:& ſic nauis ea parte in qua erãt coacti merſa eſt. Inerti.inutili:quoniam mergebãtur nullo uulnere hoſti illato. Tutelæ deũ.numina in quorum tutela erat nauis.

Hic.aliquis pugnat fractis remis cũ non habeat ferrum. Torquens.immittens in hoſtẽ. Non paſcitur.non ſatiatur accipere fragmenta carinæ.etiã accipiebant tæla quæ uaga ferebantur aquis. Vulneribus.ingrediebatur aq̃ per uulnera pugnantum inde aqua pellebatur ab anima iam ſingultante. Remeantũ.emergẽtium ab imo:ad ſummitatem maris. Stat.placet uti aqua cum non poſſent uti ferro. Acerbis.aduerſa fortuna himilco exigua carina ſalutem ſibi comparauit:ĩ libyamque tranſmiſit. Graius.ſyracuſanus oriundus a corintho. Libyx.carthaginenſis.Romani captiuas puppes abduxerunt.illas uero incenderunt quæ adduci non poterãt & ignis reſplendebat in undis. Mulciber.ignis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cyane nomẽ eſt nauis a fõte. Pẽnata.uelox hẽns ſyre
nẽ ꝓ iſigni. Europæ.nauis in q̃ erat imago europæ filiæ
agẽoris uectæ a ioue uerſo ĩ tauꝝ ex phœnicia ĩ cretã iſu/
lã:& europæ nomẽ dedit tertiæ orbis pti. Aequora.ma
ria. Nereis.nauis ĩ q̃ erat nereis depicta moderãs delphi
nũ freno. Curuũ.quoniã delphinus curuũ hẽt dorſũ.
Phytõ.nauis ĩ q̃ erat depictus phytõ ſerpẽs quẽ apollo
ĩteremit. Eliſæ.didonis noĩa ſũt nauiũ ab imaginibus.
Graſſata.q̃ pugnauerat ſex ordinibꝫ remoꝝ. Anapus.
nauis ab anapo fõte ſyracuſani agri.iõ ait cognata littora.
Pegaſus.nauis a pegaſo alato equo quo uectus dr̃ pſeus
cũ meduſã gorgonẽ ĩteremiſſet.libya a puella noĩata eſt:
cuius imago nũc erat ĩ naui. Rogus.appoſitio ẽ.ſub etna
ſepultus erat enceladus ut fabulæ canũt. Cadmea.quo/
niã apud ſydonẽ regnauit cadmus. Nec mora.captæ iq̃t
fuiſſent ſyracuſæ poſt naualẽ pugnã ni peſtis ꝓhibuiſſet.
Iã iam.ſtati. Importuna.pnicioſa & ĩpediẽs romanoꝝ
opportũitatẽ potiũdæ urbis. Lues.peſtis. Labore.pp la
borẽ quẽ paſſi fuerãt in bello nauali & ĩpa cadauera ĩfece
rãt aerẽ unde lues tãta exarſerat. Inuidia deũ.q̃ iuidebãt
romanis celerẽ uictoriã. Miſeris.romanis tali peſte affli
ctis. Polluto cœlo.corrupto aere.Li.ait.accedit & peſti
lẽtia cõe malũ qd̃ facile utroꝝq; aĩos auerteret a belli cõſi
liis.nã tpe autũni & locis natura grauibꝫ multomagis ex/
tra urbẽ q̃ ĩ urbe ĩtolerãda uis æſtus.p utraq; caſtra oĩum
fere corpa mouit & primo tpis ac loci uitio & ægri erãt &
moriebãt:poſtea curatio ĩpa & cõtactus ægroꝝ uulgabat
morbos:& aut neglecti:deſertiq; q̃ icidiſſent morerent.
aut aſſidẽtes curãteſq; eadẽ uis morbi repletos ſecum tra
heret:quotidianaq; funera & mors ob oĩum oculos eẽnt
& undiq; dies nocteſq; ploratus audiret.poſtremo ita aſ
ſuetudine mali efferauerat aĩos ut nõ mõ lachrymis.iu/
ſtoq; cõploratu nõ pſeq̃rent mortuos.ſed ne efferrẽt qdẽ
aut ſepelirẽt iacerẽtq; fracta & exaĩata corpa ĩ cõſpectu ſi/
milẽ quoq; mortẽ expectãtiũ:mortuiq; ægros:ægri uali/
dos cũ metu cũ tabe ac peſtifero odore corpoꝝ cõficerẽt:
& ut ferro potius morerent qdã ĩuadebãt ſoli hoſtiũ ſta
tões:multo tamẽ maior uis peſtis pœnoꝝ caſtra q̃ roma
na affecit:& Li.dicit hãc peſtẽ fuiſſe poſt captã ptẽ ſyracu/
ſaꝝ. Criniger.hẽns radios q̃ ſũt crines ſolis:q̃ tũc æſtua/
bat & ĩficiabat aerẽ:aq̃ſq; paluſtres odore ſtygio replebat.
Patulã.latã.cyane ẽ fõs hẽns aquã ſtagnãtẽ. Stygio.pe
ſtifero q̃lis ẽ ĩ cocyto fluuio ĩferno. Lætis donis.pomis.
Fœdauit.corrupit ĩpe ſol.poſt utꝝq; ſolſtitiũ p cẽtũ di/
es corpa magis ægrotãt q̃ aliis tpibꝫ pp tẽpoꝝ mutatões:
& cruditas pomoꝝ ĩ autũno generat morbos. Vitiato
dorſo.maculata eius ſupficie. Ater ua.peſtifera exhala/
tio accẽdebat aerem. Picea æthra.aere iam corrupto:&
primi q̃ ceciderũt fuere canes:& hoc fuit pp odoratũ quo
canes ualẽt. Sterni.ſternebant. Populari.populabat.
Hauſtis.cõſũptis militibus. Arebat.deſiccabat nimio
æſtu febris.ſigna mortis ſiccitas & nigredo lĩguæ atq; ſu
dores frigidi:quoniã pcordia & ĩternæ ptes retrahunt ad
ſe calorẽ iã deficiẽtẽ:& illæ ſupfluitates & humores colle
cti ſub cute calore deſtituti frigidi egrediũt.unde ait hyp
pocrates.In ſudore rigor malũ. Siccæ.pp abſẽtiã humi/
ditã cõſũpti adeo ſiccatæ erãt fauces ut cibũ nõ admitte/
rẽt. Quatit pul.pp nimiũ calorẽ a corde uſq; ad os.& iõ
ſpũs.i.flatus erat igneus. Vnca na.hyppocrates ait.naſus
acutus & adũcus tpa caua & cutis frõtis arida mortale ſi/
gnũ. Sanies expuit.& hoc pp ptiſim & tabẽ. Tegit oſſa.
pp diminutionẽ ſubſtãtiæ. Heu dolor.deplorat poeta

Ardet nota fretis cyane:pennataque ſiren.
Ardet & europe niuei ſub imagine tauri
Vecta ioue:ac prẽſo tramittẽs æquora cornu.
Et quæ fuſa comas curuum per cærula piſcẽ
Nereis humenti moderatur roſcida freno.
Vrit undiuagus phyton:& corniger ammon.
Et quæ ſidonios uultus portabat eliſæ.
Bis ternis ratis ordinibus graſſata per undas:
Ac uinclis trahitur cognata in littora anapus:
Gorgoneaſque ferens ad ſydera pegaſus alas.
Ducitur:& libycæ puppis ſignata figuram.
Et triton captiuus:& ardua rupibus etnæ
Spirãtis rogus enceladi:cadmeaq; ſidon. (ros
Nec mora.q̃n trepidos hac clade irrũpere mu
Signaq; ferre deum templis iam iamq; fuiſſet
Ni ſubito importuna lues:inimicaq; peſtis.
Inuidia diuum:pelagique labore parata
Polluto miſeris rapuiſſet gaudia cœlo.
Criniger aſtriferis titan feruoribus auras:
Et patulam cyanen lateq; paluſtribus undis
Stagnantem ſtygio cocyti oppleuit odore.
Temporaque autumni latis florentia donis
Fœdauit:rapidoque accendit fulminis igni.
Fumabat craſſus nebulis caliginis aer.
Squalebat tellus uitiato feruida dorſo.
Nec uictũ dabat:aut ullas lãguẽtibꝫ umbras:
Atque ater picea uapor expirabat in æthra.
Vim primi ſenſere canes:mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente uolucris:
Inde feræ ſiluis ſterni:tum ſerpere labes.
Tartarea atq; hauſtis populari caſtra mãiplis
Arebat lingua:& gelidus per uiſcera ſudor
Corpore manabat tremulo: deſcẽdere fauces
Abnuerant ſiccæ uiſorum alimenta ciborum.
Aſpera pulmonem tuſſis quatit:& per anhela
Igneus efflatur ſitientum ſpiritus ora.
Lumina ferre grauem uix ſufficientia lucem
Vnca nare iacent:ſanieſque immixta cruore
Expuitur:membriſq; cutis tegit oſſa pereſis.
Heu dolor inſignis notis bellator in armis:
Ignauo rapitur læto:iactantur in ignem
Dona ſuperba uirum multo mauorte parata.
Succubuit medicina malis:cumulant accruo
Labẽtum & magno cineres ſeſe aggere tollũt.
Paſſim etiam deſerta iacent inhumataq; late
Corpora:peſtiferos tetigiſſe timentibus artus.



Serpit paſcendo creſces acheruſia peſtis.
Nec leuiore quatit trinacria mœnia luctu:
Pœnorumq; parem caſtris fert atra laborem.
Equato par exitio & communis ubique
Ira deum:atque eadem læti uerſatur imago.
Nulla tamen latios fregit uis dura malorum
Incolumi ductore uiros:cladeſque rependit
Vnum iter ſtrages tutũ caput.ut grauis ergo
Primum lætiferos repreſſit ſyrius æſtus:
Et poſuere auidæ mortis contagia peſtes:
Ceu ſidente noto cum ſe maria alta reponunt:
Propulſa inuadit piſcator cærula cymba.
Sic tãdem ereptã morbis graſſantibus armat
Marcellus pubem luſtratis rite maniplis.
Signaq; circũſtant alacres:auidiſq; tubarum
Reſpirant læti clangoribus:itur in hoſtem
Et ſi fata ferant:iuuat inter prælia ferro
Poſſe mori:ſocium miſeret:qui morte pudẽda
In morem pecudum effudere cubilibus atris
Illaudatã animã: tumulos inhonoraq; buſta
Reſpiciunt:& uel nullo iacuiſſe ſepulchro:
Quã debellari morbis placet:ardua primus
Ad muros dux ſigna rapit:tenuata iacendo
Et maciem galeis abſcondunt ora:maluſque:
Ne ſit ſpes hoſti:uelatur caſſide pallor:
Infundunt rapidũ cõuulſis mœnibus agmen.
Condenſique ruunt tot bellis inuia tecta
Tot uno introitu capiuntur militis arces.
Totum qua uehitur titan non ulla p orbem
Tum ſeſe iſthmiacis æquaſſent oppida tectis.
Tot delubra deum:totque ĩtra mœnia portus
Adde fora:& celſis ſuggeſta theatra colũnis.
Certanteſq; mari molles:adde ordine longo
Innumeras ſpatioq; domos æquare ſuperbas
Rura:quid incluſos porrecto limite longis
Porticibus ſacros iuuenum certamine lucos.
Quid tot captiuis fulgentia culmina roſtris
Armaq; fixa deis:aut quæ maratonius hoſtis
Perdidit:aut libya quæ ſunt aduecta ſubacta.
Hic agathocleis ſedes ornata tropheis.
Hic mitis hieronis opes:hic ſancta uetuſtas
Artificum manibus:non uſquam clarior ullo
Gloria picturæ ſæclo:non æra iuuabant:
Quæ ſcirent ephyren:fuluo certaret ut auro
Veſtis ſpirantis referens ſubtegmine uultus.
Quæ radio celat babylon:uel murice picto

ignauam mortẽ.nam peſte abſumpti fortitudinem oſtẽ
derent nõ poterant. Succubuit.uicta eſt:quoniã nõ inue
niebat remediũ. Acheruſia.infernalis & fœtida ex fer
uore. Nec leuiore.peſtis uexabat etiã ſyracuſanos:& pœ
nos. Eadẽ imago.ſimile genus morbi & læti. Nulla
tamẽ latios:laudat fortitudinẽ romanoꝝ qui tanta ſtra/
ge afflicti animos non demiſerunt.imo ſeſe erigebãt ĩco
lumi Marcello ductore:cum quo mortuos rep̃debant.
Vnũ caput.ipſius Marcelli.ſyrius eſt ſtella in lingua ca
nis.grauis & peſtifer.Cum primũ ceſſauit peſtis Marcel
lus iuſſit ĩferri ſigna:& ſyracuſas expugnauit. Ceu ſidẽ
te.Marcellũ ſedata peſte repetentẽ oppugnationẽ ſyracu
ſaꝝ cõparat piſcatori repetenti piſcationẽ ſedata tẽpeſta/
te. Sidẽte.ponente uento:& cadente. Luſtratis.reco
gnitis & diſpoſitis in claſſes. Sorte pudẽda.ignaua mor
te. Cõuulſis.diruta parte mœniũ. Inuia tecta.ſupra
dixit.Nuſq̃ hoſte intratos muros. Tot arces.quatuor
enim erant. Iſthmiacis.ſyracuſanis:peruenerãt ſyracu
ſæ ad maximas opes:ut ſcribit Strabo & deſcribit opera
magnifica quibus cẽlebant ſyracuſæ. Suggeſta.ſubni
xa. Certãtes mari.oppoſitas marinis fluctibus. Rura.
uillas. domorum magnitudo & laxitas æquabat uillas.
Quid icluſos.nũc gymnaſia dicit in quibus iuuenes ſe
exercebãt. Porrecto.in longũ ducto. Sacros.cõſecra
tos certamine. Fulgẽtia culmina.nũc tãgit ſpolia quæ
in porticibus tẽploꝝ ſuſpẽdebat olim. Marathonius.
atheniẽſis.marathon campus atticæ regionis:& atheniẽ
ſes uicti fuerunt a ſyracuſanis pugna nauali:ut dictum ẽ:
duce gilippo lacedæmonio. Subacta libya.uictis bello
nauali carthaginẽſibus. Hic agatocleis.Agatocles Dio
nyſio tyrãno ſucceſſit ex humili & ſordido genere natus:
pater.n.figulus fuit:& ipſe ſuã pueritiam ĩpudicitiæ addi
xit.inde cum adoleuiſſet gregarius miles fuit ſeditioſus:
& ad omnia facinora prõptiſſimus manu ualebat & elo/
quentia.Inde centurio.poſtea tribunus militũ factus in
damaſconis ducis mortui locũ ſuffectus eſt:cuius uxorẽ
adulterio coquinitã duxit uxorem.Inde pyrata fuit.ſyra
ſas patriam ſuam ex tyrannide inuaſit ſenatoribus truci
datis:& cum ſyracuſæ obſiderent a carthaginenſibus du
ce Amilcare giſgonis filio:ipſe in aphricã traiecit.ubi hã/
nonem pœnoꝝ ducem uicit:& prædas ingẽtes egit mul
tis hoſtium milibus trucidatis:aphri ad eum defecerũt.
poſtea tradito exercitu filio in Siciliam propere tranſmi
ſit:& omnem Siciliam in ditionem accepit.In aphricam
iteꝝ traiecit.tandẽ cũ carthaginenſibus pacem æquis cõ/
ditionibus fecit.diuitiis & omni regali inſtrumento reli
quos ſuperauit autore trogo.Agatocles igit uictoriis:&
tropheis ſuis ĩſigniuit ſyracuſas.Mitis opes.In pace com
paratas:quoniam hyeron placide uixit:& in amicitia ro
manoꝝ perſeuerauit. Ephyren.i.æra corinthia:quæ ĩ
maximo quondam erant precio.corinthium æs inquit
Pli.caſus miſcuit corintho cum euerteretur incenſa.mi/
reque circa id multorum affectatio fuit. Radio.radius
nauicula eſt qua trama immittitur per ſtamen.nunc ap
pellãt druam.Babylon eſt caput chaldæorum in aſſyria.
Acu facere ueſtes autore Plinio:idei phryges inuenere.in
deque phrygiones appellati ſunt.Aurum intexere in ea/
dem aſia inuenit Attalus rex.inde nomẽ attalicis.colores
diuerſos picturæ intexere babylon maxime celebrauit.
nomenq; impoſuit. Celat.componit effingit texendo.



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Memphitide tela.lino ægyptio.Memphis eſt caput ægypti. Quis.quibus poculis erant additæ gēmæ. Nu/
men datū ab arte.ab artificii pſtantia adeo bene ſimulachra deoꝝ erant expreſſa:ut ob id uiderētur habere numē
& coli. Munera.gēmas:& margaritas aduectas ex mari rubro. Depexa uellera:ſericū quod naſcitur in arbo/
ribus apud ſeres. Vir.Velleraq; ut foliis depectāt tenuia ſeres:qui ſunt contigui indis uergentibus ad ſeptentrionē
apud quos lanigeræ ſunt arbores.Vnde ſericum primum factum ex quo fiebant ueſtes ſubtiliſſimæ quibus mu
lieres pellucebant.Vnde Seneca. uideo inquit ſericas ueſtes quibus ſumptis mulier paꝝ liquido nudam ſe nō eſſe
iurabit.Marcellus poſtea ouans Romam rediens cum cætera pda multa nobilia ſigna ſtatuaſq; itulit.quibus iter
primas græciæ urbes ſyracuſæ ornatæ fuerant.Intulit &
uaſa ex argento æreq; & pcioſas ueſtes. Ductor.Mar/
cellus qui ut autor eſt Li.ſyracuſas ingreſſus ex ſuperiori
bus locis urbem ferme omnium illa tempeſtate pulcher
rimā ſubiectam oculis ut uidit illachrymaſſe dicitur par
tim gaudio perpetratæ tātæ rei:partim uetuſta gloria ur
bis:athenienſium claſſes demerſæ:& duo ingentes exer/
citus cum duobus clariſſimis ducibus deleti occurrebāt:
& bella cum carthaginenſibus tanto cum diſcrimine ge/
ſta.tot tam opulēti tyranni regeſq; præter cæteros hiero
cum recentiſſimæ memoriæ rex beneficiis in populum
romanū inſignis. Aggere.muro & loco edito. Clan
goribus.ſonitu tubaꝝ:& militum irrumpētiū clamore:
ac ſtrepitu. Poſitum in ſuo nutu:poteſtate atq; arbitrio
an ſtent mœnia ſyracuſana & an ardeāt ut ſequēti die nul
la domus appareat. Horruit.horrore quodam affectus
eſt reputans ſecum tantum licere mortalibus:ut.ſ.in po
teſtate unius ſit tanta urbs.Videbat quippe uolente for/
tuna poſſe accidere ut Roma eſſet in poteſtate unius qui
eam poſſet funditus delere.Ideo angebaſ Marcellus hu/
mani officii & reꝝ humanaꝝ non ignarus tātum homi/
ni licere:& ſic prohibuit incendi domos & templa. In/
dulgens.permittens. Se planxit.percuſſit geſtiens læti
tia.uictoria alata depingitur. Tu quoq;.archimedē in/
quit Li.memoriæ proditum eſt in tanto tumultu q̄tum
captæ urbis diſcurſu diripientium militum cieri poterat
intentum formis quas in puluere reſcripſerat ab ignaro
milite quis eſſet interfectum ægre id Marcellum tuliſſe
ſepulturæq; curam habitam :& propinquis etiam inqui
ſitis honori pſidioq; nomen eius & memoriā fuiſſe. At
reliquum uulgus.gaudebant & certabant gaudio ſyracu
ſii uicti cum romanis uictoribus cum uidiſſent non incē
di ſyracuſas.quas uiſus eſt Marcellus denuo cōdere cum
illis parceret. Ipſe.Marcellus. Aemulus.imitator deoꝝ.
Tropheum.ſignum tantæ clemētiæ. Antiquos mo
res.in capiendis & diripiendis urbibus:& ſic tempora ſua
notat Syllius quibus per fas & nefas imperatores omnia
agebant:quondā inquit bella non tantum exhauriebant
urbes quantum nunc pax ſæuiente auaritia tyrannoꝝ.iā
uero iquit Cor.Tacitus nouis cladibus uel poſt longam
ſæculoꝝ ſeriem repertis afflictæ:hauſtæ:aut abruptæ ur
bes:fœcundiſſima campaniæ ora:& urbs incendiis uaſta
ta conſumptis antiquis delubris:ipſo capitolio ciuiū ma
nibus icenſo:pollutæ cærimoniæ:plenū exiliis mare:in/
fecti cædibus ſcopuli. At ni cura uiri.adulatur Domitiano Syllius quo imperante floruit:niſi Domitianus in/
quit qui ſua prudentia & clementia dedit oria mundo:urbeſque a rapinis uindicauit proibuiſſet direptiones pro/
uinciæ urbeſque penitus denudarentur. Fretum.ipſas inſulas.adulatur ut dixi:cum Domitianus turpis:& cru
delis fuerit quem caluum Neronem appellat Iuuenalis.

Læta tyros:quæq; attalicis uariata per artem
Auleis ſcribuntur acu:aut memphitide tela.
Iam ſimul argento fulgentia pocula mixta
Quis gēma q̄ſitus honos.ſimulachra deoꝝ
Numen ab arte datū ſeruantia .munera rubri
Præterea ponti:depexaque uellera ramis:
Fœmineus labor.his tectis opibuſque potitus
Auſonius ductor poſtq̄ ſublimis ab alto
Aggere diſpexit trepidam clāgoribus urbem:
Inque ſuo poſitum nutu ſtent mœnia regum
An nullos oriens uideat lux craſtina muros
Ingemuit nimium:uiris tantumque licere
Horruit:& propere reuocata militis ira
Iuſſit ſtare domos:indulgens templa uetuſtis
Incolere atque habitare deis:ſic parcere uictis
Pro præda fuit:& ſeſe contenta nec ullo
Sāguine pollutis plauſit uictoria pēnis. (liſti
Tu quoq; ductoris lachrymas memorāde tu/
Defenſor patriæ:meditātē in puluere formas
Nec turbatum animi tanta feriente ruina
Ignarus miles uulgi tum forte peremit.
At reliquum uulgus reſoluta in gaudia mente
Certarunt uicti uictoribus:emulus ipſe
Ingenii ſuperum ſeruando condidit urbem.
Ergo extat ſedis:ſtabitq; inſigne tropheum
Et dabit antiquos ductorum noſcere mores.
Fœlices populi ſi quondam ut bella ſolebant:
Nūc quoq; iexhauſtas pax nr̄a lınq̄ret urbes.
At ni cura uiri qui nunc dedit ocia mundo:
Effrenum arceret populandi cūcta furorem.
Nudaſſent auidæ terraſq; fretumq; rapinæ.

PETRI Marſi interpretatio in decimumquintum uolumen Sylii Italici.

AT noua romuleum.Gneo Fuluio Centimallo.P.Sulpitio galba conſſ.comitia de mittendo procō
ſule in hiſpaniam habita ſunt.tum Scipio.xxiiii.annos natus profeſſus eſt ſe ituꝝ ut mortē patris.
ac patrui ulciſceretur.itaq; ingenti fauore miſſus eſt:datuſq; ei adiutor fuit.M.Iunius Syllanus.p/
prætor.cum.xxx.quinqueremibus ab oſtiis tyberinis in hiſpaniā nauigauit.Vbi monitus per no/
cturnam quietem a patre:ut Syllius fingit:carthaginem nouam expugnauit.caſtitatis cōſtātiæq;
romanæ ſeruata uirgine experimentum dedit.bellum in ætolia macedones ſuſcitarunt.Fabi.Ma



ximus tarentum recuperat.Marcellus conſul in brutiis cadit:& aſdrubal ad metauꝝ ceditur.caputq; Hannibali
oſtētat Nero. Trepidas.pter mortē duoꝝ Scipionū.Martē ibeꝝ.bellū hiſpanū. Attritis rebus.mortuis ipe
ratoribus. Geminus Scipio.Publius & Gne. Hoſte ſupbo.aſdrubale.Magone:& alio aſdrubale ducibus tūc
carthaginēſiū. Hic metus.timebāt Romani ne hiſpani deficerēt ad pœnos. Tarteſſia.hiſpana a tarteſſo oppi
do. Propiora.libyca. Circūſpectāt.Liui.ait.At magiſtratus uerſi circūſpectāt ora pricipum alioꝝq; alios ītuē
tiū fremūtq; adeo perditas res.deſperatūq; de repu.eſſe.

AT noua romuleū car
pebat cura ſenatū.
Quis trepidas gētes
martemque ſubiret
iberum
Attritis rebꝰ gemius
iacet hoſte ſupbo
Scipio: belligeri ma/
uortia pectora frēs.
Hic metus in tyrias ne iam tarteſſia leges
Concedat tellus:propioraque bella paueſcat.
Anxia turba patꝝ quaſſo medicamina mœſti
Imperio circūſpectant:diuoſque precantur
Qui laceris auſit ductor ſuccedere caſtris.
Abſterret iuuenem patrios patruique piare
Optantem manes triſti conterrita luctu:
Et reputans annos cognato ſanguine turba.
Si gentem petat infauſtam iter buſta ſuorum
Decertandum hoſti:qui fregerit arma duoꝝ.
Qui cōſulta ducū ac flagret meliorſ gradiuo.
Nec promptum teneris imania bella lacertis
Molliri:regimenque rudi depoſcere in æuo.
Has lauri reſidēs iuuenis uiridāte ſub umbra
Edibus extremis uoluebat pectore curas.
Cum ſubito aſſiſtunt dextra leuaq; per auras
Allapſæ:haud paulum mortali maior imago:
Hinc uirtus:illinc uirtuti inimica uoluptas.
Altera achemenium ſpirabat uertice odorem:
Ambroſias diffuſa comas:& ueſte refulgens
Oſtrum qua fuluo tyrium ſuffuderat auro.
Fronte decor quæſitus acu:laſciuaque crebras
Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.
Alterius diſpar habitus:frōs hirta:nec unquā
Compoſita mutata coma.ſtans uultus & ore
Inceſſuq; uiro propior:lætiq; pudoris.
Celſæ humeros niueæ ſurgebat ſtamie pallæ.
Occupat inde prior promiſſis fiſa uoluptas.
Quis furor hic nō digne puer cōſumerſ bello
Florē æui:cannæ ne tibi grauiorque palude
Meonius ſtigya lacus exceſſere:paduſque?
Quē tādem ad finem bellando fata laceſſes.
Tu ne etiam temptare paras athlantia regna.

Laceris.afflictis morte ducū. Abſterret iuuenē.ſen/
ſus.ppinqui Scipionis eū ab hac puincia deterrebant.ne
.ſ.eo pficiſcereſ ubi pater & patruus occubuerāt.cum ea
puicia uidereſ eſſe infauſta Scipionibus. Piare.ulciſci
mortē ſuoꝝ. Annos.ætatē Scipionis q̄ſi nō ſufficientē
tāto pōderi. Buſta.Sepulchra. Flagret.ardeat ppitio/
re marte. Nec prōptū.nec eē facile. Rudi.inexperto.
Sub umbra lauri.lauro coronabātur triūphātes :& qa
Scipio erat ſuperaturus hiſpaniā:& tādem de carthagine
triūphaturus:ideo ſub lauro quæ in remota pte domus
erat de bello ieūdo cogitabat.Ingenioſa fictio poetæ.uir/
tus hortata eſt Scipionē ad labores tolerādos pter glo/
riā.pollicita triūphū de Hānibale.hoc de uirtute & uolu/
ptate primus finxit pdicus chius & repetiit xenophō ut
dictum eſt in cōmētariis officioꝝ.cogitāti ergo Scipioni
belli euētū apparuerūt uirtus:& uoluptas. Altera.uo/
luptas. Achemenii dicūſ ab achemene antiquo duce.un
de odores:& aromata aduehebāſ.Amomū īquit hippo
crates eſt frutex naſciſ in ſyria:& armenia ſemē reddēs ſi/
bi cōnexū floſ albo ueluti uiolæ.folia ſimilis brioniæ.bo/
nū hēt odorē:ſōnoſq; ſuaues facit. Ambroſias.odora/
tas. Suffuderat.itexuerat.ueſtis erat purpurea itexta au
ro.Nō idignor īquit Seneca ꝙ poſt uoluptatē ponıſ uir/
tus.ſed ꝙ oino cū uoluptate cōferaſ cōtēptrix eius & ho/
ſtis & lōgiſſime ab illa reſiliēs.labori:ac dolori familiari/
or uirilibus icōmodis potius q̄ iſti effœminato bono iſe/
rēda. Acu.calamiſtro iſtrumētū eſt ad cōponēdos cō/
cine crines.hic dixere orōnē nimis faleratā calamiſtratā:
& quoniā calamiſtris cinere calefactis criſpanſ capilli:iō
illi q tali officio funguntſ ciniflones appellanſ.Hora.i ſer
monibus:cuſtodes:lectica:ciniflones. Ancipiti.uacillā
ti.uoluptas.n.motu oculoꝝ laſciuit.quos uirtus hēt ſe/
datos:& ut oportet ituētes ſine aliquo affectu. Alteri/
us.deſcribit nunc imaginē uirtutis.Altū qddā eſt uirtus
inqt Seneca.excelſū:& regale iuictū:ifatigabile:uoluptas
humile:ſeruile:ibecillū:caducū:cuius ſtatio:& domici/
liū fornices:& popinæ ſunt.Virtutē in tēplo inuenies:in
foro in curia:pro muris ſtantē puluerulentā calloſas ha/
bentē manus:uoluptatē latentem ſæpius:ac tenebras ca
ptantē circa balnea:ac ſudatoria:ac loca edilem metuētia
mollē eneruē. Niueæ:cādidæ & puræ.hic habitus con
uenit uirtuti q̄ nihil eſt cādidius:nihil purius. Quis fu
ror.orō uoluptatis ad Scipionē:cui pponit delitias:ſi uo/
luptati uelit iſeruire:& icōmoda.ut magis eum a uirtute
deterreat & icipit a rephēſione:q̄ſi Scipio furore quodā
ductus ad picula ruat:& ſpnat uoluptatē quæ uideſ eſſe
amica naturæ. Nō digne.q nō mereris ut flos tuæ æta
tis i bello cōſumaſ. Cānæ ne tibi.exēplo cladū acceptaꝝ
a romanis deterret Scipionē a bello:oblitus ne es iqt q̄tā
calamitatē acceperit romani ad cānas.traſimenū.Trebiā
atq; ticinū. Lacus meonius.traſimenus. Grauior.fune
ſtior romano noi ipa palude iferna. Padus.ſtrages ad ti/
cinū & trebiā:qui in padū emittūt. Tu ne ēt.exēplo pa
tris & patrui monet Scipionē ut qeſcat nec ſe bellico furo
ri cōmittat. Athlātica.hiſpana:athlas ē i finibꝰ maurita
niæ ubi incipit hiſpania freto gaditano diuiſa ab aphrica.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sidonias.carthaginenſes. Ni fugis.proponit omnia incõmoda quæ uirtus cogit homines ſubire. Ritus.bellicos.ſ. Sæua.horrida cruda & hominẽ crudelitatibus exponens. Decios.patrem:in bello latino.filiũ in bello hetruſco.nepotem in bello contra pyrrhum.hi ſe pro legionibus deuouerunt. Titulum.gloriam ſepulchro.& in morte. Prætendit.ꝑponit. Nec ſenſuræ.i.animæ quæ non ſentiunt funera. non.n.inquit pertinet ad mortuum ſi inſcribuntur eulogia in ſepulchris quippe nihil ſentit. Non limite duro.i.uia amœna & florida:uiam uirtutis:& uoluptatis deſcribit heſiodus. Arctoam.ſeptentrionalem. Furentis cancri.ardores æſtiuos cum ſol aſcendit ad cancꝝ. Cruento gramine.herbis perfuſis ſanguine cæſoꝝ. Albus.fœlix & ſignandus albo lapillo:quod thraces iſtituerunt.Perſius.Hũc macrine diẽ numera meliore lapillo:Qui tibi labentes apponit candidus annos. Serenæ.fœlices & ſine perturbatione.locus eſt ab utili. Molli.dulci ac iocundo. Lenis æui.tranquillæ ac iucundæ ætatis. Illa ego ſum.inquit quæ effeci ut anchiſes cũ uenere coiret:unde natus eſt æneas autor romanoꝝ.Simois fluuius troadis. Parentem.iouẽ qui uerſus in aquilam rapuit ganimedẽ:& in forma tauri aſportauit europam. Quis luce ſuprema.i.in morte

Quas nam iuuenẽ.oratio uirtutis iuehentis in ipſam uoluptatem allicientem iuuenes in fraudẽ.& ſic illius rationes cõfutat.& omnia oppoſita ſuadet agẽda ut gloriã conſequaꝛ hõ ad quã natus eſt & honeſtatẽ:quæ eſt finis ipſius uirtutis: ꝑponitq; utilitatẽ dicẽs.dabo tibi uictum Hãnibalẽ qui nũc uiſcera italiæ adurit. Florẽtibus.iuuenilibus & aptis ad uirtutẽ ſuſcipiẽdam cũ laboribus q animos generoſos nutriunt. Pellicis.allicis & trahis in fraudẽ & uitã reprehẽſione dignã.ide pallacẽ Vlyſſem appellat.Vir. Tenebras.ſine aliqua laude ac nois lumine.

Ratio.itellectus quo a cæteris diſtamus aialibus:& hæc ratio poſtea diſciplinis & artibus efficiꝛ recta ratio & appellaꝛ prudẽtia:qua homo homini antecellit. Cæleſtia ſemina.aius pars diuini ſpũs:ut quibuſdã philoſophãtibus placuit.Empedocles dixit aiam noſtrã eẽ deũ.Hora. appellat aiam:diuinæ auræ particulã:deus glorioſus animã iſundit. Iſti.hoies habẽtes rationẽ:& aiam diuinã.

Minores deos.hoies. Degeneres.degenerãtes a ſua excellẽtia:& oblitos cæleſtis ſeminis uoluptatiq; iſeruiũt: quæ hoibus cum cæteris beluis cõis eſt:& affert exẽpla illoꝝ:qui e natura & uirtutis ꝑſcripto uiuẽtes cælo dicati ſũt.priſcos qppe heroes ꝓ genere humano bene meritos poſteri beneficioꝝ memores cælo ſacrarũt:quoniã deũ imitati ſunt:q oĩum ſaluti proſpicit:& cõmodo:generoſi animi:& magnifici eſt iuuare:& ꝓdeſſe:q dãt beneficia iquit Seneca deos imitanꝛ:q repetũt feneratores. Cũcta domantẽ.Herculẽ q mõſtra domuit & labores qbus cælũ meruit.ex hac nr̃oꝝ opinione iquit Cicero Romulus in cælo cũ diis agit æuũ.Indeq; ꝑlapſus ad nos & uſq; ad oceanũ Hercules tãtus & tã præſens habeꝛ deus.hic liber deus ſemele natus:eademq; famæ celebritate tyndaridæ fratres nõ modo adiutores i præliis po.ro.ſed ẽt nũcii fuiſſe phibenꝛ. Seras & idos.bacchus domuit orientẽ & frenata tygride triũphãs rediit.Taurus mons ut dictũ eſt mediã ſecat aſiã & cũ ſcythiã attigit dr̃ caucaſus. Suſpiratos.iploratos a nautis quoꝝ ſunt numina:& qbus helena dira nocet. Lædeos fratres.caſtorẽ:& pollucẽ filios lædæ. Hora.in carminibus.Quoꝝ ſimul alba nautis ſtella refulſit.Defluit ſaxis agitatus humor.cõcidũt uẽti

Sidoniaſque domos? moneo certare periclis
Deſine:& armiſonæ caput obiectare ꝓcellæ?
Ni fugis hos ritus:uirtus te ſeua iubebit
Per medias uolitare acies:medioſq; per ignes.
Hæc patrẽ patruũq; tuos:hæc ꝓdiga paulũ.
Hæc decios ſtygias herebi detruſit ad undas.
Dum cineri titulum memorãdaq; noia buſtis
Prætendit:nec ſenſuræ quid geſſerit umbræ.
At ſi me comitem puer non limite duro
Iam tibi decurret conceſſi temporis ætas.
Haud unq̃ trepidos abrũpet buccina ſomnos.
Non glaciem arctoam non experiere furentis
Ardorem cancri:nec menſas ſæpe cruento
Gramie cõpoſitas:aberũt ſitis aſpa:& hauſtus
Sub galea puluis:partique timore labores.
Sed current albuſque dies:horæque ſerenæ:
Et molli dabitur uictu ſperare ſenectam.
Quantas ipſe deus lætos generauit in uſus
Res hoi plenaq; dedit bona gaudia dextra.
Atque idem exemplar lenis mortalibus æui
Imperturbata placidus tenet ocia mente.
Illa ego ſũ anchiſæ ueneris ſimoẽtis ad undas:
Quæ iunxi:generis uobis unde editus autor.
Illa ego ſum uerti ſuperum quæ ſæpe parentẽ
Nũc auis in formã:nũc torua in cornua tauri.
Huc aduerte aures:currit mortalibus æuum:
Nec naſci bis poſſe datur:fugit hora:rapitq;
Tartareus torrens ac ſecum ferre ſub umbras
Si qua aio placuere negat:quis luce ſuprema
Demiſiſſe meas ſero non ingemit horas?
Poſtq̃ conticuit:finiſque eſt addita dictis:
Tũc uirtus.quas nã iuuenẽ florentibus inquit
Pellicis in fraudes annis:uitæque tenebras?
Cui ratio & magnæ cæleſtia ſemina mentis
Munere ſunt conceſſa deum:mortalibus alti
Quãtum cælicolæ tantũdem animalibus iſti
Præcellunt cunctis:tribuit nãq; ipſa minores
Hos terris natura deos:ſed fœdere certo:
Degeneres tenebris animas dãnauit auernis.
At quis ætherii ſeruatur ſeminis ortus
Cæli porta patet:referã quid cũcta donantem
Amphytrioniadẽ? qd cui poſt feras & indos.
Captiuo liber cum ſigna referret ab euro
Caucaſeæ currum duxere per oppida tygres?
Quid ſuſpiratos magno in diſcrimine nautis
Lædeos referã fratres? ueſtrumq; quirinum?



fugiuntq; nubes.& minax ſic dii uoluere ponto unda recumbit.Pli.de hoꝝ ſtellis loquens ait.geminæ autem ſalutares & proſperi curſus ꝑnunciæ:quaꝝ aduentu fugari diram illam ac minacem appellatamq; helenam ferunt: & ob id polluci & caſtori id numen aſſignant.eoſq; in mari deos inuocant. Quirinum.Romulũ qui urbis Romæ auſpicato fundamenta iecit. Nonne uides.nunc arguit a præſtãtia formæ ipſius hominis:Cice.li.primo de legibus ait.Artes innumerabiles repertæ ſunt docente natura quã imitata ratio res ad uitã neceſſarias ſollerter cõſequuta eſt.ipſum autem hominem eadem natura non ſolum celeritate mentis ornauit ſed & ſenſus tanq̃ ſatellites attribuit figuramq; corporis habilem:atq; aptam ingenio humano dedit.Nam cum cæteras animantes abieciſſet ad paſtum.ſolum hominem erexit ad cæliq; quaſi cognationis domiciliiq; priſtini cõſpectum excitauit.tũ ſpeciem ita formauit oris ut in ea penitus recõditos mores effingeret.& Oui.lib.i.metamorphoſeos:Pronaq; cũ ſpectẽt animalia cætera terram.Os homini ſublime dedit. Vultus.i.ipſa ora:quoniam uultus a uoluntate fingitur:inde dicimus irato mœſtoq; uultu.Cice.in legibus ait.& is qui appellatur uultus qui nullo in animante eſſe poteſt præter hominẽ idicat mores. Sublimia.erecta ad cælum. Traxiſſet.inclinaſſet ad terram:& uẽtri obediẽtes finxiſſet ipſas pecudes:& cætera id genus. Obſcenam.turpem & plenam fecibus.homo autem inquit ad laudes & ad gloriam natus eſt. Munera diuum.ſi recte uteꝛ muneribus naturæ parentis ratione.ſ.& formæ excellentia. Huc age.argumẽtum ab urbe Roma ſumit: quæ ex tenui aucta principio ardẽtiſſima uirtute ciuium ſuoꝝ orbis regina facta eſt.Inde a contrario docẽs florentiſſimas urbes luxu euerſas.fidena urbs hetruriæ albanoꝝ colonia fuit trãs tyberim:ſtadi.xl.diſtabat ab urbe. uicta a Romulo urbis conditore in coloniã deſcripta eſt idibus aprilis. Aſylo.cõcurſu hominum confugientiũ ad aſylũ quod erat tẽplũ cui ius tale datũ erat nequis inde ullo crimine diuelli poſſet.Romulus cum multitudinẽ deſideraret aperuit aſylũ.Iuue.Et tamẽ ut lõge repetas lõgeq; reuoluas Nomẽ ab iſami gentẽ deducis aſylo.Id cadmus dicitur iſtituiſſe in condẽdis thebis.Templũ dianæ epheſiæ id iuris habuit qđ Alexander magnus ad ſtadiũ ꝓduxit:quod tandẽ ampliatũ ab Antonio Auguſtus ſuſtulit cũ ſcelerati ꝓpoſita tali ipunitate augerenꝛ. Dextris.robore ac fortitudine ciuiũ. Luxus.uoluptates uirtuti inimicæ. Quippe nec ira deũ.ꝓbat ab effectu q̃ ſit ſpernenda uoluptas. Atris.nigris:& ſceleratis. Celſo colle.domus uirtutis:ut ſcribit heſiodus eſt in ædito loco:quoniã uerſatur circa difficile.habetq; radices amaras ipſa uirtus.fructus aũt ſuauiſſimos. Neq; mos fallere. nã uirtutis ꝓpriũ eſt nõ diſſimulare:ſed palã loq & odiſſe atq; amare palã. Intrare.ſ.nr̃os penates.opus eſt maximis laboribus parare uirtutẽ:quoniã delitiis nõ itur ad aſtra.in ſuauẽ & aſperam iquit diuus Hieronymus fecit nobis uiã uirtutis cõſuetudo peccãdi. Nec bona cõſcendũt.nõ attingũt iquit domũ meã bona fortunæ:quæ ſũt quæ habenꝛ extra animũ & corpus:ut diuitiæ:honores: magiſtratus:affines:ꝓpiqui:& cætera id genus. Inſida quoniã dat:& aufert cũ uult.eſt.n.temeraria & cæca:uirtus cõſtãs:& perpetua:& nõ poteſt auferri.loquiꝛ poeta ex ſentẽtia ſtoicoꝝ qui dicebãt uirtutẽ ſatis eſſe ad bene:

Nõne uides hoium ut celſos ad ſydera uultus
Suſtulerit deus? ac ſublimia finxerit ora:
Cũ pecudes uolucꝛq; genus formaſq; feraꝝ
Segnẽ atq; obſcœnã paſſim ſtrauiſſet in aluũ.
Ad laudes genitum capiat ſi munera diuum
Fœlix ad laudes hoium genus:huc age paulũ
Aſpice nec longe repetã modo roma minanti
Impar fidenæ contentaque creſcere aſylo
Quo ſeſe extulerit dextris:idem aſpice late
Florẽtes quondam luxus quas uerterit urbes.
Quippe nec ira deũ tantũ nec tela nec hoſtes
Quãtum ſola noces animis illapſa uoluptas.
Ebrietas tibi fida comes:tibi luxus:& atris
Circa te ſemper uolitans infamia pennis.
Mecum honor:& laudes:& læto gloria uultu.
Et decus:& niueis uictoria concolor alis.
Me cunctus lauro perducit ad aſtra triũphus.
Caſta mihi domus:& celſo ſtãt colle penates.
Ardua ſaxoſo perducit ſemina cliuo
Aſpera principio:nec enĩ mihi fallere mos eſt.
Proſequitur labor:ad nitendũ intrare uolenti
Nec bona cõſcendunt quæ ſors iſida dediſſet:
Atq; eadem rapuiſſe ualet:mox celſus ab alto
Infra te cernes hominum genus:omnia cõtra
Experiẽda manent:q̃ ſpõdet blãda uoluptas:
Stramine proiectus duro patiere ſub aſtris
Inſomnes noctes:friguſq; famemq; domabis.
Idem iuſtitiæ cultor:quæcunque capeſſes
Teſtes factorum ſtare arbitrabere diuos.
Tunc quotiens patriæ reꝝq; pericula poſcent
Arma feres primus:primus te in mœnia tolles
Hoſtica:nec ferro mentem uincere nec auro.
Hinc tibi non tyrio uitiatas murice ueſtes

beateque uiuendum.peripathetici & academici addebant bona corporis:& fortunæ:bias priennenſis direpta patria priena fugiens dixit.omnia mea bona mecum porto.Ille hæc ludibria fortunæ inquit Cicero in paradoxis.ne ſua quidem putauit quæ nos appellamus etiam bona:bonum eſt ſi quid recte fit.& cum uirtute. Mox cum perueneris ad ipſam uirtutem tantum antecelles cæteris hominibus qui uirtute uacant quantum homines beſtiis.

Blanda.illecebris plena:quæ quo eſt maior eo magis mentem a ſua ſede:ac ſtatu dimouet. Domabis.continentia.ſ.animiq; robore. Cultor.amator. Ferro nec auro.i.non debes uinci aliquo timore aut auaritia & cupiditate:ſed in omni actione fortis:& prudentis uiri ſeruare decoꝝ. Vitiatas.tinctas purpureo colore:de Amomo dictum eſt ſupra.dabo tibi inquit ſuperare Hannibalem:& nobilem de carthagine triumphum.Triumphãtes lauro coronati uehebantur curru in capitolium & lauream deponebant in gremio iouis capitolini.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Excisis pœnis.deuictis carthaginensibus:& ad tributum redactis. Quondam.in futurum:& sic dãnat tempora sua Syllius quæ luxu diffluebant.perdebantque optimaque ĩstituta maiorum. Ardua rostra:quoniam erant affixa tribunali in foro. Nullo uolente:nemo quippe audebat in hispaniam proficisci:ubi duo clarissimi ceciderãt imperatores:cum populus autore Liuio fortunam domus horreret:Scipio aduocata concione primum de ætate sua.postea de imperio alto animo ĩ rostris disseruit ut ardorem qui residebat in animis hominum excitaret moueretque omnis & certioris impleret spei. Ancipitis.periculosi:& dubii. Sed quãquam tacitus.ordo & sensus.terror quãuis tacitus.idest ipã tacita cogitatio latenter ingrediebatur pectora romanorum ægra & mœsta tantis periculis:qui belli magnitudinem expendunt.idest considerant & rationem habent ætatis. Fauor anxius.idest hi qui fauebant & anxii erãt timentes malum euentum:numerabant annos Scipionis:qui non uidebantur tanto rerum ponderi sufficere. Ecce per obliquum.augurium describit poeta.Scipio natus erat ex ioue qui cum põponia in formam anguis concubuit.nam fama ut inquit Liui.afferebat conceptum esse Scipionem:ut de Alexandro magno prius diuulgatũ fuerat:concubitu anguis immanis:& in cubiculo matris eius persæpe uisam prodigii eius speciem interuentuque hominum æuolutam repente atque ex oculis elapsam. Quaq; ad cæliferi.uidebatur anguis tendere ad athlantem montem & sic uia ostendebatur Scipioni:ut stella mõstrauit iter æneæ & filio ad idam montem. Cæliferi.quoniam athlas sustinet cælum:ut fabulæ uolunt.

Mundo.cælo. Patrio signo.quoniam iuppiter erat pater Scipionis. Noua classis.quinqueremes.xxx.fuerunt:& ad eas copias quas ex uetere exercitu hispania habebat quæque a puteolis cum.C.Nerone traiectæ erant aliæ copiæ additæ sunt.inde hostiis tyberinis profectus præter oras tusci maris alpes atque gallicum sinum deinde pyrenei circũuectus promontorium emporiis copias exposuit.inde Tarraconem profectus est. Ausonia.ipsa pubes itala & milites:qui auspicia Scipionis sequuti sunt. Vt cum sæua.trãsitum Scipionis in hispaniam cæleri nauigatione uento qui mare Ionium ægeo miscet cõparat.sic Scipio ex littore italo cæleriter littoribus hispanis appulsus est. Chorus.uentus qui flat ab occidente.Mare ionium incipit a tarento:& se extendit usque ad peloponnesum ultra quã est mare ægeũ.Isthmus est q̃si collum ipsius peloponnesi.& hinc ionio ideo ægeo infestatur.Vnde Ouidi.Equora bina suis oppugnant fluctibus isthmon.Et tenuis tellus audit utrunq; mare. Curuata unda:quæ illisa rupibus isthmiacis resilit.& curuatur in sinum.Papinius in thebaide irataq; terræ Curua palemonio secluditur unda lecheo.

Diue potens.oratio Scipionis ad Neptunum.
Pia.iusta & pro patria.

Nec domum deforme uiro flagrantis amomi:
Sed dabo qui uestrum sæuo nunc marte fatigat
Imperium superare manu:laurumq; superbam
In gremio iouis excisis deponere pœnis.
Q uæ postq̃ cecinit sacrato pectore uirtus:
Exemplis lætum uultuque audita probantem
Conuertit iuuenem:sed enim ĩdignata uoluptas
Non tenuit uoces:nil uos iam demoror ultra
Exclamat:ueniẽt uenient mea tempora quondã
Cum docilis nostris magno certamine roma
Seruiet imperiis:& honor mihi habebitur uni.
Sic quassans caput in nubes se sustulit atras.
At iuuenis plenus monitis ingentia corde
Molitur:uisæque calet uirtutis amore.
Ardua rostra petit nullo fera bella uolente:
Et grauia ancipitis deposcit munera martis.
Arrecti cunctorum animi:pars lumina patris
Pars credunt toruos patrui reuisere uultus.
Sed quanq̃ tacitus magnis tamen ægra periclis
Pectora subrepit terror:molemque pauentes
Expendũt belli:& numerat fauor anxius annos.
Dumque ea confuso percẽset murmure uulgus:
Ecce per obliquum cæli squalentibus auro
Effulgens maculis ferri inter nubila uisus
Anguis:& ardenti radiare per aera sulco.
Q uaque ad cæliferi tendit plaga littus atlantis
Perlabi resonante polo bis terque coruscum
Addidit augurio fulmen pater:& uaga late
Per subitum moto strepuere tonitrua mundo
Tum uero capere arma iubent:genibusq; salutãt
Submissi augurium:atq; iret qua ducere diuos
Perspicuum:& patrio monstraret semita signo.
Certatim comites rerum bellique ministri
Agglomerant sese:atque acres sociare labores
Exposcũt:laudũq; loco est iisdem esse sub armis.
Tum noua cæruleum descendit classis in æquor.
It comes ausonia:atque in terras transit iberas:
Vt cum sæua fretis immisit prælia chorus:
Isthmon curuata sublime suberigit unda:
Et spumante ruens per saxa gementia fluctu:
Ionium ægeo miscet mare:celsus in arma
Emicat:ac prima stans scipio puppe profatur.
Diue tridente potens:cuius maria ire per alta
Ordimur:si iusta paro decurrere classi
Da pater:& nostros ne sperne iuuare labores.
Per pontum pia bella ueho:leuis inde secunda



Aspirans aura propellit carbasa flatus:
Iamque agiles tyrrhena sonant qua cærula puppes
Ausonium euasere latus:ligurumque citatis
Littora transmittunt proris.hinc gurgite ab alto
Tellurem procul irrumpentem in sidera cernunt
Aerias alpes:occurrunt mœnia graio
Condita massilæ populis excincta superbis
Barbarus immani cum territat acolla ritu.
Antiquæ morem patriæ cultusque habitumque
Phocais armisonas inter tenet hospita gentes.
Hinc legit ausonius sinuatos gurgite ductor.
Anfractus pelagi nemoroso uertice celsus
Apparet collis:fugiuntque in nubila siluæ.
Pyrenes:tunc emporiæ ueteresque per ortus
Graiorum uulgus.tunc hospita tarraco boccho
Considunt portu.securæ gurgite clauso
Stant puppes:positusque labor terrorque profundi.
Nox similes morti dederat placidissima somnos
Visa uiro stare effigies ante ora parentis.
Atque hac aspectu turbatum uoce mouere.
Nate salus quondam genitoris:nate parentis
Et post fata decus:bellorum dira creatrix
Euastanda tibi tellus:& cæde superbi
Ductores libyæ cauta uirtute domandi:
Q ui sua nunc trinis deducunt agmina castris.
Si conferre manu libeat:coeantque uocatæ
Hinc atque hinc acies:ualeat quis ferre ruentes
Tergemina cum mole uiros:absiste labori
Ancipiti:sed nec segnis potiora capesse.
Vrbs colitur teucro quondam fundata uetusto
Nomen carthago:tyrius tenet incola muros.
Vt libyæ sua sic terris memorabile iberis
Hæc caput est:non ulla opibus certauerit auri:
Non portu celso ue situ:non dotibus arui
Vberis:aut agili fabricanda ad tela uigore.
Inuade auersis nate hanc ductoribus urbem.
Nulla acies famæ tantum prædæ ue pararit.
Talia monstrabat genitor:propiusque monebat:
Cum iuuenem sopor & dilapsa reliquit imago.
Surgit & infernis habitantia numina lucis
Ac supplex patrios compellat nomine manes.
Este duces bello:& monstratam ducite ad urbem.
Vobis ultor ego:& sarrano murice fulgens
Inferias mittam fusis insignis iberis:
Et tumulis addam sacros certamine ludos.
Progreditur:celeratque uias:& corripit agmen

Tyrrhena cærula:quoniam nauigauit per mare tyrrhenum.ide ligusticũ Ausonium:italum. Hinc:ex mari ligustico aspiciebant alpes.Massylia condita fuit a phocensibus.ideo ait graio. Excincta:circundata gallis stolidis:& bellicosis:& q̃uis barbari immani ritu insultent:tamen massylia retinet antiquum morem patriæ.Nã massylienses rem urbanam per optimates regebant:& leges more ionico proponebant:optimis uiuentes institutis:& nobilissimi romãi massyliam ad capessendas bonarum artium disciplinas proficiscebantur.frugales erãt ĩ uictu:& cultu corporis modestissimi.

Immani ritu:quoniam galli placabant numina & maxime tararim humano sanguine. Phocais hospita ipsa massilia condita a phocensibus:& ipĩ phocenses qui ĩ gallia hospites fuerũt.ex eubea quippe illuc nauigarunt. Anfractus:curuos sinus.nam pyrenei circunuectus est promontorium. Collis.ipsi mõtes pyrenei qui gallias ab hispaniis diuidunt.Emporiæ urbs ĩ pricipio hispaniæ prope pyreneos montes.

Veteres ortus:quoniam massylienses a græcis oriundi condiderunt emporias.tarraco urbs celtiberorum uino clara. Viro:scipioni apparuit imago paterna per nocturnam quietem.

Quondam salus:nam scipio adolescẽs patrem uulneratum ad Ticinum liberauit:ut dictum ẽ. Bellorum creatrix.bellicosa hispania. Superbi:elari ac tumidi cæde nostra.tres erant libyci ductores ut dixi. Ancipiti:dubio & periculoso. Vrbs colitur:describit nouam carthagiem. Syrius incola:quoniam pœni fecerunt illam colõiam & appellauerunt carthaginem:& ut carthago ẽ celebris ĩ libya & caput:sic ista in hispania. Situ:posita est noua carthago in colle:& ab uno latere mari alluitur. Fabricanda ad tela:opulentissima erat carthago:& bellicorum instrumentorum plena:qua expugnata a scipione captus est ingens belli apparatus:lege Liuium. Auersis:absentibus.inuade inquit carthaginem nunc cum absunt ductores. Nulla acies:pugna cum hoste. Propius:uehementius. Patrios:paternos. Sarrano murice:tyria purpura. Inferiæ:dicũtur uictimæ quæ mactantur diis inferis.parentabo inquit manibus uestris.sepulchra etiã patri & patruo extruxit scipio:celebrauitque ludos funebres.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sic ubi:celeritatem ſcipionis comparat æquo curren ti in ludis piſeis & olympicis. Ante ſuos:cum quibus eſt ligatus ad currum. Iamque hyperiōia:Scipio a Tarracone carthaginem ſeptimis caſtris exercitum perduxit.hyperiō ſol dicitur.M.claudio Marcello.M.ualerio leuino conſ.Scipio cum a Tarracone ad exercitum ueniſſet habita concione addidit hoc.ſed quoniam uos iſtructos atque ordinatos cognoſco ad carthaginem nouam oppugnandam totis uiribus & bono animo trāſeamus.cumque omnes una uoce hoc faciundum ſucclamarent eos carthaginem duxit. Arces:ipſius carthaginis quā oppugnaturi petebant. Admoto greſſu:quanto magis appropinquabant urbi tanto magis culmia urbis creſcebant. Ac pelago uectus:lælius præerat claſſi & hora temporeque conſtituto claſſem illuc appulit & urbem cīxit:qua mari alluit.Liuius ait.& a nauibus eodem tempore ea quæ mari alluitur pars urbis oppugnari cœpta ē

Hora:die conſtituto a ſcipione ut adeſſet. Subigendæ:admouendæ ad urbem. Carthago impenſo:deſcribit ſitum carthaginis. Impenſo:magno quoniam eſt ī ædito loco ſita in betica regione. Arctatas fauces:clauſtra.deſcribit portū illi ſimilem quem Virgilius lib.primo æneidos finxit.Inſula quippe facit portum claudendo illa clauſtra ut maris impetus nō ingrediatur.hic portus ab oriente eſt.ab occidēte uero ſtagnū ī quod æſtus oceani effunditur.urbs ipſa in dorſo montis porrecta eſt ad ſeptentrionem. Iuga ſera:occaſum ſolis. Pigram planitiem:ſtagnum iners. Egerit.emittit.reciprocare eſt fluere:& refluere:& amorem mutuum reciprocum dicimus:ſupradixit:ſequiturque reciproca tethis. Audax ceu plano:milites romani non aliter ſcandebant iugum q̄ ſi per plana ingrederentur. Liuius ait.Itaque in uulnera:& tela ruunt neque illos muri:neque ſuperſtantes armati arcere queunt quin ſtatim aſcendant. Arris defendebat arcem obſtabatque militibus romanis aſcendentibus:Liuius ait non Arrim:ſed Magonem præſidia impoſuiſſe arci:& tumulum firmaſſe militibus. In arctis:difficultatibus & periculis. Præcixerat:uallauerat militum corona. Excelſa loci:ſummitatem tumuli ut eius milites natura loci adiuti romanos ſubeuntes facile deturbarent. Inſtabiles:cadentes per prona. Verum ubi cum nunciatum eſſet ſcipioni æſtum decedere:ac facilem tranſitum dari militibus ad murum eo armatos duxit & urbem ingreſſus eſt. Reuolubilis:reciprocās.

Conceſſit:abiit æſtus. Impune:tuto. Nereus:deus maris:quem pro mari ponit. Nectens:cogitans.

Informidatus:non enim timebant ab illa parte urbis carthaginenſes propter aquam:& ideo ſcipio informidatus illac irrupit in urbem. Pœnus colla dedit:Liuius ait Mago arcem conatus defendere cum omnia hoſtiū plena uideret:neque ſpem ullam eſſe:ſe arcemque & præſidium dedit.liberorum capitum uirilis ſexus ad.x.milia capta ſunt. Hanc oriens:eodem die quo cœpta eſt oppugnari expugnata eſt carthago priuſq̄ ſol ingrederetur oceanum.Vallari:obſideri & oppugnari. Ocius:citiuſq̄ ſol occideret. Tum merita æquantur:militum uirtutem collaudauit ſcipio q̄ difficultate loci nō eſſent deterriti ab urbis oppugnatione.

Pernici rapidum curſu:campoſque fatigat.
Sic ubi proſiluit piſco carcere præceps
Ante ſuos it uictor equus:currumq; p auras
Nō ſolum ante alios:ſed enim mirabile dictu
Haud ulli durant uiſus æquare uolantem.
Iamq; hyperionia lux ſeptima lāpade ſurgēs
Senſim attollebat propius ſubeuntibus arces
Vrbis:& admoto creſcebant culmina greſſu.
Ac pelago uectus ſeruata lælius hora:
Quam dederat ductor ſubigēdæ ad mœnia (claſſi
A tergo affuſis cingebat tecta carinis.
Carthago impenſo naturæ adiuta fauore
Excelſos tollit pelago circunflua muros.
Arctatas ponti fauces modica inſula claudit.
Qua titan ortu terras aſpergit eoo.
At qua proſpectat phœbi iuga ſera cadentis
Pigram ī planiciem ſtagnantes egerit undas:
Quas auget ueniēs r̄fluuſq; r̄ciprocat æſtus.
Sed gelidas a fronte ſedet ſublimis ad arctos
Vrbs īpoſta iugo:pronūq; excurrit ī æquor.
Et tuta æterno defendit mœnia fluctu.
Audax ceu plano gradiens uictricia campo
Ferret ſigna iugum certabat ſcandere miles.
Arris ductor erat:qui cōtra amplexus ī arctis
Auxiliumque excelſa loci:præcixerat arcem.
Pugnabat natura ſoli:paruoque ſuperne
Bellantum niſu paſſim per prona uoluti
Truncato inſtabiles fundebant corpore uitā.
Verum ubi conceſſit pelagi reuolubilis unda:
Et fluctus rapido fugiebat in æquora lapſu:
Quaque mō excelſæ ſulcarāt cærula puppes
Hac impune dabat nereus tranſcurrere plāta.
Hinc tacite nectens informidatus adire
Ductor dardāius ſubitā trahit æquore pubē.
Perque undas muris pedes aduolat:īde citati
A tergo accelerant:qua fixus fluctibus arris
Incuſtoditam ſine milite liquerat urbem.
Tū proſtratus humi miſerandū uicta cathēis
Pœnus colla dedit:populūq; adduxit inermē.
Hanc oriens uidit titan cum ſurgeret urbem
Vallari caſtris:captamque aſpexit eandem.
Ocius heſperio q̄ gurgite ringeret axem.
Aurora ingrediens terris exegerat umbras.
Principio ſtatuunt aras:cadit ardua taurus.
Victima neptuno pariter:pariterque tonāti.
Tum merita æquant̄ donis:ac præmia uirtus



Muralis coronæ.Qu.Therilium & ſex.Digitium muralibus coronis donauit q̄ pariter murum aſcenderant tum reliquos ut ait liuius prout cuiuſque meritum uirtuſque erat donauit.ante omnis.C.lælium præfectum claſſis & omni genere laudis ſibi æquauit & corona aurea.ac.xx.bubus honeſtauit. Titulo:honore ac laude pugnæ naualis. Pœni rectoris:arris qui fuerat rector cuius arma Scipio donauit lælio. Libamina:principia & primitiæ. Captiuæ opes:præda igens fuit autore liuio.Signa militaria.lxxiiii.argenti & auri magna uis.pateræ aureæ.cc.lxxvi.fere omnes pondo libræ.ex argēto decem & octo milia &.ccc.uaſorum argenteorum magnus numerus omnia data fuerunt.C.Flaminio quæſtori.Scipio duo milia opificum populo roma.aſcripſit. Patribus æraria populi ro. Bello:ad bellum:hæc inquit ſeruata ſunt ærario.cætera præda militibus data eſt. Regi diuum:ioui capitolino. Quin etiam accitus:captiua eximiæ formæ ſcipioni oblata eſt a militibus quæ omniū oculos in ſe conuertebat quacunque iret:cum ſcipio cognouiſſet deſponſatam eſſe principi celtiberorum cui luceio nomen erat extemplo parentibus ſponſoque e domo accitis uirginem intactam reſtituit:& cum parentes aurum attuliſſent pro redemptione puellæ uocato ad ſe luceio.ſuper dotem inquit quam accepturus a ſocero es hæc tibi dona accedent aurumque tollere ac ſibi habere iuſſit:quo beneficio adeo ſibi obnoxium reddidit luceium.ut cum mille &.cc.equitibus itra paucos dies ad romanum ducē redierit. Indelibata:intacta. Gaudenti luceio. Macte o uenerande pudici:uerba lælii in laudē ſcipionis continentia pudicitiaque clari.taxatque intemperantiā agamemnonis qui bryſeida abſtulit achilli.cedat iam tibi Lælius inquit uirtus heroum:quos tu omni genere uirtutis facile ſuperas.Carmine:ſcilicet homeri:qui agamemnona.Menelaum:Achillem cæteroſque celebrauit heroas:qui tempore belli amoribus detinebantur:& captiuis non abſtinuerunt. Rector:agamemnon qui mycenis regnauit. Inachiis:argiuis & peloponneſiacis.Inachus fuit rex argorum. Theſſala arma:propter achillem theſſalum & alios:& ſic uult intelligere agamemnonem armaſſe totam græciam:ut raptum helenæ ulciſceretur. Socium fœdus:quoniam abſtulit bryſeida achilli:qui capta leſbo diomedeam phorbantis regis filiam abduxit.Idem capta lirneſſo urbe cylicum Aſtynomen chryſei filiam:deinde expugnata pedaſo hippodamiā filiam briſei unde briſeis patronymicum.Aſtynomen agamemnoni data eſt:cuius pater ſacerdos ſminthei apollinis fretus religione cum ſimulacro dei ſupplex uenit in caſtra græcorum.ferens etiā p̄ciū redemptionis.cum ois lachrymis mouiſſet ſuis:cenſerentq; græci reddendā eſſe filiam:ſolus Agamemnon obſtetit.hac tādem reſtituta.briſeida:ut ſtomachū achilli faceret uoluit. Captiuis toris.puellis raptis ab hoſtibus.Aiax habuit Tegmeſſam filiā theatrantis. Barbara:hiſpana. Sanctius:īcorruptius & maiore cōtinentia q̄ ſeruauerit agamemnon caſſandrā ueſtæ ſacerdotē.

Phœbade iliaca:caſſandra troiana quæ tēplo ueſtæ p̄erat:quæ capta troia data eſt agamemnoni:quæ cum eſſet fatidica & ab apolline diuinandi peritia donata phœbas appellata eſt:de qua Ouidius.Teque Myceneo phœbas amata duci.ethra obtigit demophōti:clymene achamanti.Andromache neptolemo:hecuba ulyxi.polixenā manibus paternis pyrrhus īferias dedit.ſanctius īq̄ tu ſeruaſti barbarā uirginē q̄ alii ſeruent uirginem uaſtalē.

Sāguie parta capit:falleris hic pectora fulget.
Hic torque aurato circundat bellica colla.
Ille nitet celſus muralis honore coronæ.
Lelius ante omnes.cui dextra clara domuſq;
Terdena boue & æquorei certaminis alto
Donatur titulo:pœnique recentibus armis
Rectoris:tunc haſta uiris & martia cuique
Vexilla & meritum:& prædæ libamina dant̄.
Poſtq̄ perfectæ laudes hominumq; deumq;
Captiuæ ſpectantur opes:digeſtaque præda
Hoc aurum patribus bello hæc martiq; talēta
Hoc regi donis diuum:hoc ante omnia tēplis.
Cætera bellantum dextræ pulchroq; labori.
Quin etiam accitus populi regnator iberi
Cui ſponſa & ſponſæ defixus in oſſibus ardor
Hanc notam formæ conceſſit lætus ouanſque
Indelibata gaudenti uirgine donum.
Tum uacui curis uicino littore menſas
Inſtituunt:feſtoque agitant conuiuia ludo:
Lælius affatur:macte:o uenerande pudici
Ductor macte animi:cædat tibi gloria lauſq;
Magnorum heroū:celebrataq; carmie uirtus:
Mille myceneas qui traxit in æquora proras
Rector:& inachiis qui theſſala miſcuit arma:
Fœmineo ſocium uiolauit fœdus amore.
Nullaque tū phrygio ſteterant tentoria cāpo
Captiuis non plena thoris:tibi barbara ſoli
Sanctius iliaca ſeruata eſt phoebade uirgo:
Hæc atq; his paria alterno ſermone requirūt:
Donec nox atra circundata corpus amictu
Nigrantes inuexit equos:ſuaſitque quietem.
Emathio interea tellus ætola tumultu.
Feruebat macetum ſubitis perculſa carinis.
Proximus huic hoſti dextras iūgebat acarnā:
Cauſa noui motus pœnis regique philippo

Emathio interea:nunc canit bellū geſtū aduerſus Acarnanes & philippū macedōiæ regē:hoc ſupra ꝓpoſuerat.& macetū luſtrare domos.& achaia rura.M.claudio Marcello.T.Quītio chriſpio cōſ.philippus cōtra ætolos īplorantibus auxiliū acheis bellū gerit.romani miſſo ſulpitio & ſocio Attalo rege ætolos defēdūt & græcos. Emathio:macedōico.emathia dicta ē macedōia ab emathiōe. Tellus ætola:ætolis ītulit bellū philippus rex macedonū.Acarnanes ſūt finitimi ætolis:quoq; fines diuidit achelous.

Subitis carinis:miſſis a philip.cui ætoloq; defectio ad romāos pellæ hyemāti nūciata ē q̄ ſubitā expeditionē parauit:& cū.cxx.birēibus appoloniā & oricō īuaſit.Cauſa noui motus:quoniā erat fœdus īter ānibalē & philippū:ut

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

magna claſſe in italiam traiiceret : & maritimam oram depopularetur. bellum pro parte ſua terra marique gereret: ubi debellatum eſſet italia omnis & roma carthaginenſium eſſet : prædaque omnis Hannibali cederet per domita italia nauigarent in græciam: bellumque cum quibus regibus placeret gererent: quæ ciuitates ad macedoniam uergunt philippi eiuſque regni eſſent. ideo philippus & Acarnanes mouerunt bellum ætolis romanorũ amicis. Auſonium.romanorum:& italum. Gente egregius: deſcribit originem:& ſemina philippi. Aeacidum: æpyrotarum. æacidæ pronepotes Achillis ex epyro ubi regnauit pyrrhus achilleides. philippus maternum genus ab Achille ducebat. Tumebat: elatus erat & ſuperbiebat inſcribens generi ſuo achillẽ uirum fortiſſimũ

In bellum auſonium ſotiatæ fœdere uires.
Hic gente egregius ueteriſq; ab origine regni
Eacidum ſceptris proauoq; tumebat achille.
Ille & nocturnis conterruit oricon armis.
Q uaque per illyricũ taulantius incola littus
Exiguos habitat non ullo nomine muros:
Turbidus inceſſit telis ille æquore uectus.
Nunc & pheacum teſprotiaq; arua laceſcens
Epirum caſſis luſtrabat futilis auſis.
Hinc & anactoria ſigna oſtentauit in ora.
Ambracioſque ſinus pelleaque littora bello
Perfundit rapido: pepulit uada feruida remis
Leucatæ:& phœbi uidit citus actia templa.
Nec portus ithacæ laertia regna ſamenque
Liquit inacceſſam: fluctuque ſonantia cano
Saxa cephalenum & ſcopuloſis neriton aruis.
Ille etiam pelopis ſedes & achaia adire
Mœnia gauiſus triſtem calydona dianæ.
Oeneaſque domos curetica tecta ſubibat.
Promittens cõtra heſperiam ſua prælia grais.
Tum luſtrata ephyre patreq; : & regia pleuró.
Parnaſuſque biceps: phœboq; loquentia ſaxa.
Ac ſæpe ad patrios bello reuocante penates
Cũ modo ſarmaticus regna infeſtaret oreſtes:
Aſpera nunc dolopum uis exundaſſet ĩ agros:
Incepto tamen haud facilis deſiſtere uano
Belli: per graias umbram circuntulit oras.
Donec nunc pelago nunc terra exutus omiſit
Spem poſitá in tyriis:& ſupplex fœdera ſãxit.

Nocturnis: armis philippus apolloniam prius tentauit leuibus biremibus.c.xx. flumine aduerſo ſubuectus. inde ad oricũ oppidum ætoliæ in finibus uerſus macedoniam nocte admouit exercitum: quã urbẽ in plano ſitam: neque mœnibus neque uiris neq; armis ualidã primo ĩpetu oppreſſit. Taulantius: Taulantii dicti ſunt: ut appianus ait: a Taulantio filio illyri a quo illyrici nominant. Nõ ullo nomĩe. i. ignobilia oppida & nullius nominis ĩuaſit philippus & cœpit. Pheacũ: pheaces habitatores ſunt corcyræ ĩſulæ claræ hortis alchynoi. Teſproti & chaones ſũt populi epyri. Caſſis auſis: uanis & fruſtra quippe nihil pfecit. Anactoria ora: epyrotica. Anactorium urbs maritima opus moloſſoꝝ : eratque tunc ditionis ætolorũ. Ambracia urbs ad mare dicta ab Ambrace rege: a qua ſinus ambracius. Pellea: macedonica pella oppidum in finibus macedoniæ patria Alexandri magni. Leucatæ. leucata eſt promõtorium epyri:& actiũ in quo erat templum apollinis: Virgilius: Et formidatus nautis aperitur apollo. Ithaca inſula pñia laertis patris Vlyxis. Same inſula eſt prope ithacam. cuius meminere Homerus & Virgilius. Cephalenum: cephalenia inſula ſaxoſa quondam melena dicebatur. Neritus ut dicunt coſmographi:& homerus canit in odyſſea: mons ẽ ithacæ. Neritum pro inſula poſuit Virgilius. Et Neritos ardua ſaxis: quem ſequitur ſyllius: loquitur eni nunc de inſulis. Pelopis ſedes: peloponneſum ubi regnauit pelops tantali filius. achaia incipit ab iſthmo pelopenneſi. Calydon urbs caput ætoliæ inuiſa dianæ: quæ irata calidonibus im miſit aprum: qui totam prouinciam deuaſtauit. Virgilius. conceſſit in iras Ipſe deum antiquam genitor calydona dianæ. Triſtem: inuaſam: Oeneas: ætolas ab oeneo patre tydei rege ætoliæ. Curetica tecta: curetes ætoliam incoluerunt. pulſique fuere in acarnaniam ab ætolis duce ætolo. unde ætolia denominata eſt. Heſperiam: italiam. Grais: græcis quos ſollicitabat ad bellũ cõtra romanos. Ephyre: corinthus ĩ capite Iſthmi. Patre urbs ĩ pmontorio pelopõneſi ſita ex aduerſo ætoliæ. pleurõ urbs etoliæ regia regũ ætoloꝝ. duplex fuit noua & uetus: Parnaſus: mõs ẽ phocidis ĩ quo erant delphi oppidum cum oraculo Apollinis. ideo ait ſaxa ſonantia phœbo. duo habet cacumina parnaſus.

Saxa: Trogus ait libro uigeſimo quarto. Templum Apollinis delphici poſitum eſt in rupe undique pendẽti.

Ac ſæpe: q̃uis inquit philippus reuocaretur ad patriam bello laborantem tamen non ceſſebat uagari per omnem græciam oſtentando belli umbram & ſimulachrum. Oreſtes ſarmaticus: rex ſarmatarum qui macedoniam infeſtabat. Priuſq̃ decederet ab achaico bello philippus reliquit ſupra duo milia omnis generis armatorum ſub Menippo & Polyphonte: qui præſto ſociis eſſent: ſi res poſceret: cum ipſe ad Macedoniam properaret: perueniſſetque demetriadem alius uenit nuncius afferens de motu dardanorum qui ſarmatis propinqui ſunt. Aſpera uis: multitudo crudelis. Exundaſſet: ſeſe effudiſſet. In agros dolopum: theſſalos. nam dolopes fuerunt ĩ theſſalia: militaruntq; ſub pyrrho Achillis filio. Vmbram: ſimulachrum belli. more quippe latronis uagatus fuerat. Donec nunc pelago: uictus fuit philippus tandem:& cum. M. Valerius claſſem ad oſtium fluminis duceret: ne nauibus rex fugeret. philippus uidens ſe imparem romanis & nauali & terreſtri certamine incenſis nauibus terra macedoniam petiit magna ex parte inermi exercitu ſpoliatoq;. Tyriis: carthaginenſibus & Hannibale. Sanxit fœdera. P. Cor. ſcipione. P. licinio craſſo conſ. p. P. Sem. Tuditanũ cũ philippo pax ĩ fine ãni facta ẽ. lã finis quartidecimi anni belli punici erat. & ſtat ĩ idẽ Sempronius &. M. cethegus conſulatũ inuenit. Initiumque.



Dardana: nec legem regno accepiſſe refugit.
Tunc & tyndarii latias fortuna tarenti
Auxit opes: laudemque ſimul: nam perfida tandẽ
Vrbs fabio deuicta ſeni: poſtremus in armis
Ductoris titulus cauti ſollertia tutum.
Tum quoq; adepta decus captis ſine ſanguĩe muris.
Nanque ut compertum qui punica ſigna regebat:
Fœminea exuri flamma: tacituſque quiete
Exin uirtuti placuit dolus. ire ſorori.
Nam caſtris erat in rutulis germanus amatæ:
Cogitur:& magnis muliebria uincere corda
Pollicitis: ſi recluſas tranſmittere portas
Concedat libycus rector uotique potitus.
Euicto fabius pœno circundata telis
Incuſtodita penetrauit mœnia nocte.
Sed quis nam auerſos phœbũ tũc iungere ab urbe
Romuleia dubitaret equos: qui tempore eodem
Marcellum accipere lætum oppetiiſſe ſub armis?
Moles illa uiri ualidaque habitata gradiuo
Pectora:& haud ullis unq̃ tremefacta periclis
Heu quantum annibalem clara fractura ruina
Procubuere: iacet campis carthaginis horror.
Forſan ſcipiadæ confecti nomina belli
Rapturus: ſiquis paulum deus adderet æuo.
Collis agenoreum dirimebat aggere uallum
Auſonio: dauni mauors conſederat aruis.
Curarum comes & ſummi chriſpinus honoris
Marcello ſocius communia bella ciebat.
Ad quem marcellus. geſtit luſtrare propinquas
Mens ſiluas medio uiros imponere monti:
Ne libys occultis tumulum prior occupet auſis:
Si cordi eſt te participem chriſpine laboris
Eſſe uelim. nunq̃ deſunt conſulta duobus.
Hæc ubi ſedere: ardentes attollere ſeſe.
Iam dudum certant in equos: marcellus ut arma
Aptantem natum aſpexit: lætumque tumultu:
Vincis ait noſtros mirando ardore uigores
Sic præmaturus fœlix labor: urbe ſicana
Q ualem te uidi. non dum permitteret ætas:
Cum tibi bella meo tractantem prælia uultu.
Huc decus huc noſtrum lateri te iunge paterno.
Et me diſce nouum martem temptare magiſtro.
Tum pueri colla amplectens ſic pauca profatur.
Summe deum libyco ſaxis de præſide uictor.
His humeris tibi opima feram: nec plura ſereno
Sanguineos fudit cum iuppiter æthere rores

anni. xv. erat. Nec refugit: nõ eſt aſpernatus accipere legem romanorum. Regno: ſcilicet ſuo: id eſt non refugit conditiones impoſitas ſuo regno.

Tunc & tyndarii: nunc narrat poeta quo pacto Fabius tarentũ recuperauit. Tyndarii: lacedæmonii a Tyndaro patre Lædæ reginæ laconiæ. Latias opes: ingens præda tarentina fuit argenti facti ſignatique auri. lxxxiii. milia põdo. ſigna. tabulæ. prope ut ſyracuſarum ornamenta æquauerũt: ſed & maiore animo generis eius præda abſtinuit Fabius q̃ Marcellus. Fabio ſeni ad differentiã filii Qu. Fabio Maxio. V. Qu. Fuluio Flacco. iiii. conſ. tarentũ receptũ fuit. Sollertia: ſumma diligẽtia.

Tũc quoq;: quẽadmodũ prius fregerat Hãnibalẽ aſtu. Nãque ut compertum: ſine cæde ſuorũ: tarentinorũ Fabius uoti compos fuit. præſidium brutiorum ab Hannibale relictũ tarenti erat. eius præfectus mulierem ardebat: cuius frater ſub Fabio militabat. Is certior factus a ſorore conſuli Fabio rem narrauit: qui iuſſit ut tranſfugam ſimularet:& ſic p ſororem præfecto cõciliatus eum muliebribus illecebris ad proditionem loci cui præerat allexit. Inde ad conſulem noctu rediens acta rettulit. Fabius noctu ſcalas admoueri iuſſit ad eã partem in qua brutii erant: quibus adiuuantibus in urbem trãſcenſum ẽ. Autores proditionis cæſi ſunt:& cartalo dux punici præſidii obtruncatus. & multi brutii per errorem. Virtuti : ipſius Fabii. Rutulis: romanis. Sed quis nam auerſos: nũc deſcribit mortem Marcelli: qs inquit dubitaret intelligens eodem tempore cecidiſſe Marcellum fraude punica ſolem auertiſſe ſuos radios & equos ab urbe roma: quaſi dicat. Nemo dubitaret. nam ipſa numina romanis aduerſa erãt cum paſſa ſint tantum ducem tali tẽpore ruere. Calido gradiuo: feruẽti marte. Laus marcelli a fortitudine ĩ ſubeundis laboribus & piclis. Collis agenoreum: ĩter caſtra romana & punica collis ſyluestris a neutris primo occupatus. in hunc collẽ Hãnibal ĩſidias locauit. Marcellus & chriſpinus collega cum ad loca explorãda proficiſcerent. uolebãt . n. tumulum occupare: ne tanq̃ in ceruicibus hoſtem haberent: cũ ĩ ĩſidias icidiſſent Marcellus haſta trãſfixus cecidit. collega duobus iaculis ictus cũ adoleſcente filio Marcelli etiam ſaucio euaſit. Agenoreũ uallũ: caſtra punica romanis. Mauors bellũ. Marcellus:& Chriſpinus conſules ĩ apuliã ſecõ tulerunt. Hannibal ex brutiis apuliam petiit:& ſic omnis belli moles erat in apulia. Geſtit mens: apud Liuium ſic loquitur Marcellus . qn imus ipi cum paucis eqtibus exploratum ſubiecta res oculis noſtris certius dabit conſilium. Luſtrare: explorare. Sedere. placuere. Iam dudum: ſtatim.

Præmaturus: ante legitimum tempus bellicis laboribus aptus. Vrbe ſicana: ſyracuſis. nam ibi militauit ſub patre. Meo uultu: ferocia & ardore meo ſimili. Sanguineos rores: hoc fuit prodigium infauſti itineris. nam Marcellum non pſpere litaſſe aruſpices dixerunt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Lætiferi: in quo Marcellus cecidit. Hannibal aliquot Numidarũ turmas in medio ſaltu condiderat:quorum interdiu nemo a ſtatione mouebatur ne aut arma.aut ipſi procul aſpicerentur.

Quod debeat ſuperis:quoniam erat prope mortem.in uita debemus ſuperis:poſt mortẽ minime:ut poetice loquar:Virgilius de pallante mortuo ait: Nos iuuenem exanimum:& nil iã cæleſtibus ullis Debentem uano mœſti comitemur honore. Latias leges:iura romanorum & imperium. Columẽ ſalus:& fulchrum romani imperii

Magnanima uirtus caret iuidia:quoniam magnanimus & prudens non inuidit:inuidemus quippe maioribus.at uir magnus habet in ſe omnem perfectionem:& ideo honorem alicui inuidere non debet. Superbæ:inclytæ & magnæ. Alterius conſulis: chriſpini qui euaſit uulneratus:& paulo poſt deceſſit. Signa:caſtra romana.Hãnibal reliquias Marcelli in argenteo uaſe filio remiſit. Iberis:nunc tranſit ad hiſpanias ubi Scipio fulminabat. Orſum. incepiſſe pugnam magnis auſpiciis ſtatim expugnata carthagine. Patria fulmina:quoniam habebatur iouis filius. Conſumpto anno: hoc dicitur ad laudem Scipionis. nam octauo mẽſe ſagũthum expugnauerat.maiora igitur erãt auſpicia Scipionis :qui uno die carthaginem expugnauit munitiorem ſaguntho uiris:& opibus. Proximus applicito:Scipio totam hyemem recõciliandis barbarorum animis conſumpſit.primo uere aſdrubal cum hoſtiũ res tantis icremẽtis augeri cerneret: ſuas uero imminui:ac fore ut niſi audendo aliquid moueret: ut omnes ruerẽt: dimicare q̃ primum ſtatuit. Saxoſis ſyluis:proxime inquit Liuius carthaginenſium exercitus aſdrubalis prope urbem betuliam erat pro caſtris equitum ſtationes habebat.romani caſtra poſuerunt prope.aſdrubal noctein tumulũ copias recepit paulo campo in ſummo patentem. Applicito: adiuncto aggere caſtrorum ſyluis.

Atque atris arma aſperſit non proſpera guttis.
Vix dum finitis intrarant uocibus arctas
Lætiferi collis fauces:cum turba uolucris
Inuadunt nomades iaculis:nimboque feruntur
Etherio ſimiles cæca fundente latebra
Armatos in bella globos. circundata poſtquam
Nil reſtare uidet uirtus:quod debeat ultra
Iam ſuperis:magnum ſecum portare ſub umbras
Nomen mortis auet tortæ nunc eminus haſtæ
Altius inſurgit:nunc ſæuit cominus enſe.
Forſitan & euaſſet rapidi freta ſæua pericli
Ni telum aduerſos nati eueniſſet in artus.
Tum patriæ tremuere manus:laxataque luctu
Fluxerunt rigidis arma infœlicia palmis:
Obuia nudatum tranſmittit lancea pectus.
Labenſque impreſſo ſignauit gramina mento.
At poſtq̃ tyrius ſæua inter prælia ductor
Infixum aduerſo uidit ſub pectore telum
Immane: exclamat:latias carthago timere
Deſine iam leges:iacet exitiabile nomen
Auſonii columen regni:ſed dextera noſtræ
Tam ſimilis non obſcuras mittatur ad umbras.
Magnanima inuidia uirtus caret:alta ſepulchri
Protinus extruitur:cæloque educitur ara.
Conuectant ſiluis ingentia robora credas
Sidonium cecidiſſe ducem.tum thura dapeſque
Et faſces clypeuſque uiri pompa ultima fertur.
Ipſa facem ſubdens laus inquit parta perennis.
Marcellum abſtulimus latio:deponere forſan
Gens italum tandem arma uelit:uos ite ſuperbæ
Exequias animæ:& cinerem donate ſupremi
Muneris officio:nunq̃ hoc tibi roma negabo.
Alterius par:atque eadem fortuna laborum
Conſulis. exanimum ſonipes ad ſigna reuexit.
Talia in auſonia. ſed non eſt talis iberis
Armorum euentus campis:carthaginis omnes
Per ſubitum raptæ pernix uictoria late
Terruerat gentes:ducibus ſpes una ſalutis
Si ſocias iungant uires.ingentibus orſum
Auſpiciis iuuenem:patria ceu geſtet in armis
Fulmina:ſublimi uallatam uertice montis
Ex oculis urbem cumulatam ſtrage uirorum.
Non toto rapuiſſe die:qua martius ille
Annibal interea conſumpto uerterit anno.
Nec pube æquandam nec opum ubertate ſagunthũ.
Proximus applicito ſaxoſis aggere ſiluis



Tendebat fratris ſpirans ingentia facta
Aſdrubal:hic robur mixtuſq; rebellibus afris
Cantaber: hic uolucri mauro pernicior aſtur.
Tantaque maieſtas terra rectoris ibera:
Annibalis quantus laurenti terror in ora.
Forte dies priſcum tyrii ſolennis honorem
Rettulerat:quo primũ orſi carthaginis altæ
Fundaméta nouam cepere mapalibus urbẽ.
Et lætus repetens gentis primordia ductor
Feſta coronatis agitabat laurea ſignis.
Pacificans diuos: fraternum lena nitebat.
Demiſſa ex humeris donũ:quã fœderis arcti
Trinacrius libyco rex inter munera pignus
Miſerat:eoliis geſtatum inſigne tyrannis.
Aurata puerum rapiebat in ethera penna
Per nubes aquila:intexto uibrata uolatu.
Antrũ ingens iuxta qđ acus ſimulauit ĩ oſtro.
Cyclopum domus:hic recubãs manãtia tabo
Corpora lætifero ſorbet polyphemus hiatu:
Circa fracta iacent:excuſſaque morſibus oſſa.
Ipſe manu extenta laertia pocula poſcit.
Permiſcetque mero ructatos ore cruores.
Conſpicuus ſiculi tyrius ſubtegminis arte
Gramiceas pacem ſuperum poſcebat ad aras.
Ecce inter medios hoſtilia nuncius arma
Quadrupedãte iuectus equo aduẽtare fere(bat.
Turbatæ mentes:iperfectuſque deorũ
Ceſſit honos:ruptis linquunt altaria ſacris:
Clauduntur uallo: tenuemq; ut roſcida miſit
Lucem aurora polo rapiunt certamia martis.
Audax ſcipiadæ ſtridentem ſabura cornum
Excipit: geminæque acies uelut omine motæ.
Exclamat latius ductor:prima hoſtia uobis
Sacrati manes campo iacet:en age miles
In pugnam & cedes qualis ſpirantibus ire
Aſſueras ducibus:talis rue:dumque ea fatur
Incumbunt : myconum lenas:cirtãque latius.
Et thyſdrum maro:& iceſtum catilina nealcẽ
Germãæ thalamo obtrũcat:cadit obuius acri
Cartalo uaſidio libycæ regnator arenæ.
Te quoque cyrenes uidit conterrita tellus
Permixtum pœnis:& uix credenda furentem
Magnum dardaniæ læli decus:omnia fœlix
Cui natura dedit.nullo renuente deorum.
Ille foro auditus cum dulcia ſolueret ora:
Equabat pyliæ neleia uerba ſenectæ.

Tendebat:tẽtoria explicabat & locabat caſtra.Vir. hic ſæuus tendebat achilles. Spirans: referens Hannibalẽ. uidebatur alter Hannibal.ſupra dixit:& fratrem ſpirat i armis. Hinc robur:deſcribit milites aſdrubalis. Rebellibus:fœdifragis. Volucri.ueloci ad curſum.de aſturibus & cantabris:& mauris dictum eſt. Tantaque:ſẽſus.tanta erat maieſtas aſdrubalis in hiſpania:quanta in italia Hannibalis. Forte dies priſcum:aſdrubal cũ carthaginis natalem celebraret a Scipione turbatus ẽ : ſic romani natalem urbis.x.calen.maias lauro tota urbe redimita celebrabant. Tyrii ſolennis:tyriæ celebritatis: & natalis carthaginis quæ erat libyæ caput . ſolennia ſacra dicuntur:quæ certis temporibus anniſque fieri ſolent.

Orſi:incipientes iecere fundaméta carthaginis. Mapalibus:domibus. Altæ:claræ & multi nominis : erat enim æmula romani imperii. Signis:uexillis & militibus:ſic apđ romanos coronabantur omnes lauro:ad qđ alludit poeta. Pacificans.ſacrificans:& placans deos patrios ſacrificando. Lena:ueſtis quã Hãnibali donauerat hieronymus ſyracuſanus de quo ſupra. Fœderis: qđ percuſſit cum Hãnibale:& carthaginenſibus. Rex:hieronymus poſt mortem hieronis. Eoliis tyrannis.ſiculis.nam prope ſiciliam ſunt eoliæ inſulæ: in hac ueſte regali erat raptus ganymedis;& antrũ polyphemi qui ſocios Vlyſſis deuorauit ut canit Homerus ĩ odyſſea. Acus inſtrumentum quo aurum intexitur. Corpora:duos ex Vlyſſis ſociis polyphemus ita terræ alliſit ut cerebro paſſim humum ſpargeret.Inde membratim diſcerptos cœnam parauit. Laertia pocula.uinum qđ Vlyſſes propinauit:qui proficiſcens ad antrum polyphemi: ut canit Homerus ĩ nono odiſſeæ:utrem uini ſuauiſſimi ſecum tulit:quod maro iſmari accola ſacerdos apollinis dederat:cum polyphemus duas in cœna capras deuoraſſet ei poculum uini ulyſſes blãdis uerbis obtulit:quo guſtato ter iuſſit ad ſe deferri:& exhilaratus de nomie quæſiuit: callidus ulyſſes neminem ſe uocari reſpondit : neminẽ ĩquit polyphemus ultimum comedam. Tyrius.aſdrubal conſpicuus lena auro intexta. Siculi ſubtegminis: ueſtis ſiculæ:ſubtegmẽ proprie dicitur quod ſubit ſtamini in tela. Quadrupedante:currenti inter ſacra nunciatum eſt aſdrubali hoſtem aduentare.pœni clauſerunt ſe uallo ſequenti die prodiere ad pugnam. Audax ſabura:hic irruens ĩ Scipionem tranſſixus ab eo fuit haſta cornea. Prima hoſtia:exclamatio ſcipionis ad manes paternos:quibus iam mactauerat ſaburam.inde hortať ſuos ad pugnam:& decorum romani nominis ſeruandum. Spirantibus ducibus.uiuis Scipionibus pr̃e ac patruo ſub q̃bus militaſtis.& animos militum emeretur & captat:cum dicit eos ducibus operam nauaſſe ſuis

Incumbunt:ruunt in pugnam:lenas erat ex romanis Maro: catilina & Vaſidius. Inceſtum thalamo germanæ:qui ſororem inceſtu polluerat. Regnator:qui regnabat ĩ libya. Te quoque:laudat lælium poeta ab eloquentia:& præſtantia rei militaris:atque uehementia ĩ perſuadendo:ſed alludit poeta: ad.C.Lælium huius nepotem:& amicum aphricani minoris: de quibus ſic ait Cicero ĩ Bruto:ſed &.C.Lælius:&.P.Aphricanus imprimis eloquentes fuerunt:quorum extant orationes ex q̃bus æſtimari de ĩgeniis oratorũ poteſt.de maiore aphricano ait:ipſum Scipionem accepimus non infantem fuiſſe. Dardaniæ:romæ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pyliæ ſenectæ: neſtoreæ. Neſtor nelei filius ſuauiter loquebatur nam ex eius ore ut canit Home. dulcior melle fluebat oratio. Suſpẽſi: dubii. Ducebat corda: mouebat eos ad quẽcunq; uolebat affectũ: erat. n. uehemens orator: ſed ad aliũ ut dixi ſapientẽ & eloquentẽ Læliũ alludit. Cãtu: ſuauitate cãtus. Perſtrinxerat: tetigerat Aures clangor tubarũ. i. cũ erat pugnandũ. Liqueret: cõſtaret oĩbus: & pateret. Sine laude: quoniã & ĩ toga. & ĩ caſtris officio fungebat̃: & actiões ſtudioſas nunq̃ omiſit: ſiue togatus ſiue armatus. E furtiua luce: uita quã furto quodã habuerat. nã cũ debuiſſet mactari ad aras punicas de mor̃ aliũ mater ſuppoſuit. Vnde uita ipſius erat furtiua: ſed numẽ hãc fraudẽ diu nõ pertulit. Frõdoſi collis: cæſa fuerunt ĩ hac acie ad octo milia hominũ. Aſdrubal aleam pugnæ nõ expectauit: rapta pecunia: ut ſcribit Liuius: præmiſit elephãtos quamplurimos potuit: tagoque ſuperato ad pyreneum contendit. Scipio caſtris hoſtiũ potitus eſt. præter libera corpora omnẽ p̃dam militibus cõceſſit: hiſpanos ſine precio dimiſit: pœnos quæſtorem uendere iuſſit. Nepotem Maſiniſſæ captiuum liberauit: & ueſte & equo donatum auunculo remiſit. deinde reliquum æſtatis conſũpſit ĩ recipiendis ĩ fidem hiſpaniæ populis. nomenque regium recuſauit cum rex ab hiſpanis appellaretur: dicens ſibi maximum nomen imp̱atoris eẽ quo ſe ſui milites appellaſſẽt. regium nomẽ alibi magnũ romæ ĩtolerabile eẽ. Collis: p̱pe quẽ pugna fuerat. Inde ad pyreneũ cõtẽdit. Dimiſſa ĩ colles pugna hoc erat edictũ ut dimiſſa pugna oẽs aſcenderẽt colles & pyrenea iuga. Exuto honore armorũ: depoſitis armis p̱priis ſũpta parma hiſpani militis abiit ad pyrenẽ. Celatus: ĩcognitus p̱pter arma mutata. uidebat̃ q̃ppe hiſpãus miles. Palãtia: paſſĩ diffuſa. Nõ urbe r̃cepta: tãta p̃da fuit ĩ caſtris q̃ta nõ fuiſſet ĩ aliq̃ urbe: & p̃da retiuit iras militũ a cæde. nõ. n. ĩſequuti ſũt hoſtes fugientes. & ita futurũ prouiderat aſdrubal & de induſtria opulenta caſtra reliquit: ut ipſe cum ſuis euaderet: ut facit fiber: qui cum uidet ſe peti a uenatoribus teſtes deponit dẽtibus. ob quos petitur. Vnde Iuue. imitatus caſtora qui ſe Eunuchũ ipſe facit. cupiens euadere damno teſticulorum. adeo medicatum intelligit inguẽ. Cauſa pericli: quoniam gnarus eſt ſe ob inguina peti. Auius. fugiẽs. Vmbris: nemoribus & ſyluis. Maiora petunt̃: Scipio nõ eſt inſequutus hoſtẽ fugiẽtem: ſed retro uertit iter: ut hiſpanos pœnoſque domaret: erexitque tropheũ ĩ pyreneo iugo cum titulo quem in clypeo ſcripſerat. Scipio dicat marti ſpolium aſdrubalis. Vir. de ænea: & rẽ carmĩe ſigno. æneas hæc de danais uictoribus arma. Certior: q̃ aſdrubal q fugiebat & ſyluarũ auxilio ſe tutabat̃. Interea: dũ Scipio flexit iter retro aſdrubal pecuniis animos gallorũ ad bella ſollicitauit. Bebricia aula: pyrenea. Bebryx fuit pater pyrenes ut dictum eſt & tenuit illos montes. Largus: nõ parcẽs pecuniis ĩ emẽdis militibus. Prodigere: effũdere. Præmiſſa: nã p̃miſerat pecuniæ magnã uĩ: & elephãtos aſdrubal. Aĩos: audaciã aſdrubalis. Metalliferis: hiſpania aurifera. de metallis hiſpanis dictũ eſt. Lõgo diſcrimine: bello. Hinc. propter hanc pecuniæ uim

Venales: quoniã pecunia alliciebãt̃ & facti ſũt aſdrubalis ſtipẽdiarii. Pigerrimus ũdæ: quoniã leniter fluit arar. ſupradixit: auget opes ſtãti ſimilis. de rhodano: & arari loquens. Affecta: finita & iam ineunte uere. affecta proprie ut ſcribit gellius dicebantur ea quæ non ad finem ipſũ ſed proxima fini progreſſa deducta ue erãt. Quos

Ille ubi ſuſpenſi patres & curia uocem
Poſceret: & cantu ducebat corda ſenatus.
Idem cum ſubitum campo p̱ſtrinxerat aures
Murmur triſte tubæ: tanto feruore ruebat
In pugnam: atq; acies ut natũ ad ſola liqueret
Bella: nihil uitæ peragi ſine laude placebat.
Tunc e furtiua tractantem prælia luce
Deiecit galam: ſacris carthaginis illum
Suppoſito mater partu ſubduxerat olim.
Sed ſtãt nulla diu deceptis gaudia diuis (bras.
Tũc alabim murrũ atq; dracẽ demiſit ad um
Fœmineo clamore dracem extrema rogantẽ.
Huius ceruicem gladio inter uerba præceſq;
Amputat: abſciſo durabant murmura collo.
At non ductori libyco par ardor in armis.
Frondoſi collis latebras ac ſaxa capeſſit
Auia: nec cedes extrema ue damna mouebãt.
Agminis italiam profugus ſpectabat & alpes
Præmia magna fugæ: tacitũ dat teſſera ſignũ:
Dimiſſa in colles pugna ſiluaſque ferantur
Diſperſi: & ſummam quicunque euaſerit arcẽ
Pyrenes culmenque petat: tũ primus honore
Armorum exuto & parma celatus ibera
In montes abit: atque uolans palantia linquit
Agmina. deſertis latius uictricia ſigna
Immittit miles caſtris. non urbe recepta
Plus ulla partum prædæ. tenuitque moratas
A cede: ut libycus ductor prouiderat: iras.
Fluminei ueluti deprenſes gurgitis undis
Auulſa parte inguinibus cauſaque pericli
Enatat intento prædæ fiber auius hoſte.
Impiger occultis pœnus poſtq̃ additur ũbris
Saxoſæ fidens ſiluæ: maiora petuntur
Rurſus bella retro: & ſuperari certior hoſtis
Pyrenes tumulo clypeum cum carmĩe figũt
Aſdrubalis ſpolium gradiuo ſcipio uictor.
Terrore interea poſito tranſardua montis
Bebricia populos armabat pœnus in aula:
Mercandi dextra largus: belloque parata
Prodigere in bellum facilis præmiſſa: feroces
Augebant animos argenti pondera & auri:
Parta metalliferis longo diſcrimine terris:
Hic noua cõplerunt haud tardo milite caſtra:
Venales animæ rhodani: qui gurgite gaudẽt
Quorũ ſerpit arar per rura pigerrimus undæ
Iamq; hyeme affecta miteſcer̃ ceperat annus.



Inde iter ingrediens rapidum per celtica rura
Miratur domitas alpes: ac peruia montis
Ardua: & herculeæ quærit ueſtigia plantæ.
Germanique uias diuinis comparat auſis.
Vt uero uentum in culmen: caſtriſque reſedit
Hannibalis: quos roma inquit quos altius oro
Attolit muros? qui poſt hæc mœnia fratri
Victa meo ſtent incolumes? ſit gloria dextræ
Fœlix tanta precor: neue uſque ad ſydera adiſſe
Inuideat leuus nobis deus: agmine celſo
Inde alacer qua munitum decliuis ab alto
Agger monſtrat iter properatis deuolat armis.
Non tanto ſtrepuere metu primordia belli.
Nunc geminum hannibalem: nunc iactant bina coire
Hinc atque hinc caſtra: & paſtos per proſpera bella
Sanguine ductores italo coniungere martem:
Et duplicare acies: uenturum ad mœnia curſu
Hoſtem præcipiti: & uiſurum hærentia portæ
Spicula eliſeis nuper contorta lacertis.
His ſuper infrendens ſic ſecum œnotria tellus.
Tanto ne heu ſuperi ſpernor contempta furore
Sidoniæ gentis: quæ quondam ſeptra timentem
Nati ſaturnum noſtris conſidere in oris
Et regnare dedi: decima iam hæc uertitur æſtas:
Ex quo proterimur: iuuenis cui ſola ſuperſunt
In ſuperos bella: extremo de littore rapta
Intulit arma mihi: temeratiſque alpibus ardens
In noſtros deſcendit agros: quot corpora texi
Cæſorum ſtratis totiens deformis alumnis?
Nulla mihi floret bacis fœlicibus arbor.
Immatura ſeges rapido ſucciditur enſe.
Culmina uillarum noſtrum delapſa feruntur
In gremium: fœdantque ſuis mea regna ruinis.
Nunc etiam uaſtis qui nunc ſeſe intulit oris
Perpetiar miſeras quærentem exurere belli
Reliquias: tum me ſcindat uagus afer aratro:
Et libys auſoniis commendet ſemina ſulcis.
Ni cuncta exultant quæ latis agmina campis.
Vno condiderim tumulo: dum talia uerſat
Et thalamos clauſit nox atra hominumque deumque
Tendit amyclei præceps ad caſtra nepotis.
Is tum lucanis cohibentem finibus arma
Pœnum: uicini ſeruabat ceſpite ualli.
Hic iuuenem aggreditur latiæ telluris imago.
Clauſorum decus: atque erepto maxima romæ
Spes nero marcello rumpe: atque expelle quietem

roma inquit. uerba aſdrubalis mirantis Romam nõ eſſe iam ſuperatam ab Hannibale qui alpium tãtam molem tranſcenderat: precaturque ut Hannibal ſit incolumis tanta uirtute præditus. Læuus. iniquus nobis & ſiniſter.

Vſque ad ſydera. ideſt ſuperaſſe alpes ad cælum erectas. Primordia belli. aduentum ipſius Hannibalis. Italo ſanguine: quoniam cæſi fuerant Sciones in hiſpania ſuperatique exercitus: & in italia magnas clades ediderat Hannibal. M. Liuio Salinatore. C. Appio Claudio Nerone conſſ. aſdrubal in italiam irrupit. Ad mœnia. romana ſcilicet ut fecerat Hannibal. Spicula. miſſa ab Hannibale & ſuis: cum fuit ad portam collinam. Eliſeis. punicis.

His ſuper. ultra querelas & trepidationem romanorum ipſa italia queſta eſt ſe a pœnis lacerari: & queritur de ſuperis: quos ait eſſe igratos cum ipſa gremio ſuo ſaturnum profugum exceperit regnumque dederit. Oenotria. itala. Iuuenis. Hannibal. Extremo. hiſpano: & occiduo. Bacis. fructibus. quoniam cæſæ erant arbores. Villarum. domorum quæ ſũt in agris: & ruunt. Vaſtis oris: depopulatæ: deſolatæque italiæ. Vagus. inſtabilis: & hoc propter numidas. omnia inquit ſupradicta mihi accedent niſi ego uno ſepulchro condidero omnis pœnos qui nũc arma in italiam moliuntur: & ſic portendit cladem aſdrubalis & ſuorum.

Verſat. loquitur ſecum italia. Thalamos. quoniam quieſcũt animata noctu: adiuit imago italiæ claudium Neronem conſulem dormiẽtem qui iam bis uicerat Hannibalem: & in apuliam inſequutus erat: ille metapontum aufugit: & hic ueſtigia premebat ſequendo. Amyclei nepotis. Claudii Neronis qui originẽ a clauſo ſabino de quo dictum ẽ habebat. amyclei dicit: quoniam lacedæmonii mixti fuerũt cum ſabinis. Amycle oppidum prope ſpartem in laconia. Clauſorum decus. oratio imaginis italiæ ad claudium Neronem. clauſii prius inde claudii dicti ſunt. Erepto. cæſo.

s

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Magnũ aliquid tibi:ſi patriæ uis addere fatis:
Audẽdũ ẽ:qđ depulſo quoq; mœnibus hoſte
Victores feciſſe tremant:fulgentibus armis
Pœnus inundauit campos:qua ſena relictum
Gallorum a populis ſeruat per ſæcula nomẽ:
Ni prope alipedes rapis ad certamina turmas
Serus deletæ poſt auxiliabere romæ
Surge age fer greſſus:patulos regiõe metauri
Dãnaui tumulis pœnoꝝ atq; oſſibus agros.
His dictis abit:atq; abſcedens uiſa pauentem
Attrahere:& factis turmas propellere portis.
Rumpit flammato turbatus corde ſoporem:
Ac ſupplex geminas tendẽs ad ſydera palmas
Tellurem noctemque & cælo ſparſa precatur
Aſtra:ducẽq; uiæ tacito ſub lumine phœbẽ.
Inde legit dignas tanta ad conamina dextras.
Quaque iacet ſuperi larinas accola ponti
Qua duri bello gens marrucina:fidemque
Exuere indocilis ſociis frentanus in armis
Tum qua uitiferos domitat prætutia pubes
Læta laboris agros & pẽna & fulmine & undis
Hybernis:& achemenio uelocior arcu
Euolat:hortator ſibi qſq;:age:perge:ſalutem
Auſoniæ ancipites ſupi & ſtet roma cadat ne
In pedibus poſuere tuis:clamantque ruuntq;
Hortãdi genus acer habet præcedere ductor
Illum augent curſus adniſi æquare ſequendo.
Atque indefeſſi noctemque diemque ferũtur.
Ac roma aduerſi tantum mala gliſcere belli
Accipiẽs trepidare metu:nimiumq; neronem
Sperauiſſe queri:atq; uno ſibi uulnere poſſe
Auferri reſtantẽ animam:non arma nec auꝝ
Nec pubẽ:nec quẽ fundant ſupereſſe cruorẽ.
Scilicet aſdrubalem inuadant:ad prælia ſoli
Hannibali ſatis eſſe nequit.iã rurſus ubi arma
Auertiſſe ſuo cognorit deuia uallo:
Hæſurum portis pœnum:ueniſſe ſuperbo
Qui fratri certet:cui maxima gloria cedat
Vrbis deletæ:fremit amens corde ſub uno
Ordo patꝝ:ac magno interea meditat̃ amore
Seruandi decoris quonam ſe fine minanti
Seruitio eripiat:diuoſque euadat iniquos.
Hos inter gemitus obſcuro noctis opacæ
Succedit caſtris nero quæ coniuncta feroci
Liuius aſdrubali uallo cuſtode tenebat.
Belligeris quondã ſcituſq; accendere martem

Si uis addere fatis patriæ.ſi uis ut patria ſit incolumis: & libera. Quod depulſo.ſenſus eſt:audendũ id tibi eſt quod poſtea uictor miraberis animo uolutans tantæ rei euentũ ſi res ad uotũ nõ ſucceſſiſſet. Fulgẽtibus armis. narrat aſdrubalis aduentum in italiã.Inde docet quid ſit agendũ ſuadẽs ab utili. Inundauit.ipleuit. Sena.oppidũ in agro piceno nũc dicit̃ ſenogallia nomen habuit a gallis ſenonibus. Ni propere.ꝓponit periculũ:& ſimul oſtẽdit ab utili non eſſe cũctandũ.ne patria ruat quæ cæteris rebus bono ciui debet eſſe antiquior. Metauri.fluuii de quo dictum eſt ad metauꝝ cecidit aſdrubal. Tumulis.ſepulchris carthaginenſiũ. Pauentẽ.Neronẽ timentem iuſſa:& educere milites e caſtris ut ꝓperaret in galliã ciſalpinã.timebat.n.ne Hãnibal caſtra ſuaderet:aliqui codices habẽt uiſa:ut ſit.uiſa eſt ipſa imago attrahere pauentẽ Neronem:& ꝓpellere turmas ex apertis caſtris.

Phœbẽ.lunã. Tacito lumine.Vir.Tacitæ per amica ſilẽtia lunæ. Inde legit.Nero ex omni exercitu ciuiũ ſocioꝝq; quod roboris erat delegit.vi.milia peditũ & mille equites:ꝓnunciatq; ſe uelle occupare in Lucanis ꝓximã urbẽ ut ad iter p̃ſto parati eſſent:relicto.Qu.Caſſio ad cuſtodiã caſtroꝝ ꝓfectus noctu flexit in picenũ p̃miſſis qui per agꝝ larinatẽ.marrucinũ frentanũ & p̃tutianũ neceſſaria pararẽt.Marrucini erãt duri bello frẽtani conſtãtes. Prætutia uero uitiſera. Superi ponti.maris adriaci.

Achemenio.pthico de achemeniis dictũ eſt. Ancipites.dubii.poſitũ eſt inquit o milites in ueſtra celeritate an Roma ſtet icolumis an pereat. Acer ductor.cõcitatus.Nero utebat̃ hoc genere exhortationis præcedere.ſ.currẽdo & milites ducem ſequebant̃. Augẽt.erigũt in ſpem:& dãt illi animos cum eum ſtudioſe ſequerentur.

At Roma aduerſi.deſcribit trepidationem romanoꝝ de ꝓfectiõe Claudii Neronis cuius audacia habitura erat famã ex euentu:Romæ multũ fuit terroris ac tumultus cum allatũ eſt Neronẽ relictis caſtris contẽdiſſe in galliã. terrebat etiã romanos ꝙ ſine auſpiciis tantã rẽ ichoaſſet.

Vno uulnere.morte Claudii Neronis & ſi Hãnibal caſtra oppugnaret abſente cõſule:nam exercitu amiſſo nulla erat ſpes ſalutis exhauſta Roma & deficientibus ſociis.

Iam rurſus.poſtq̃ Hãnibal dicebãt cognouerit diſceſſũ Neronis:ueniet rurſus ad portas urbis. Deuia.remota:& lõginqua a ſuo uallo.i.caſtris. Supbo fratri.Hãnibali dicebãt ueniſſe aſdrubalẽ in italiã ut certaret cum fratre cui nã deberet̃ gloria Romæ deletæ. Fremit.cũ fremitu & timore dicit. Amẽs.territus. Sub uno corde.una ſentẽtia.oẽs qppe idẽ ſentiebãt:erigebant̃ tamẽ cõtra aduerſa ut romanos decebat:& conſultabãt qua rõne fortunæ urgẽtis tela declinarẽt. Seruitio.ſeruituti quæ uidebat̃ iminere. Iniquos.ſiniſtros. Noctis opacæ. noctu caſtra Liuii Nero igreſſus eſt:ne aſdrubal ſentiret: & teſſera data eſt a Liuio per caſtra ut tribunus tribunũ: cẽturio centurionẽ:eques equitẽ:pedes peditẽ acciperet: caſtra Liuii ſalinatoris a caſtris aſdrubalis quingẽtis paſſibus diſtabãt. Belligeris quondã.deſcribit mores & ſtudia Liuii ſalinatoris qui multis annis ante ex cõſulatu populi romani iudicio dãnatus fuerat:qđ adeo ægre tulit ut & rus migraret & per multos annos:& omni cœtu careret hoium.octauo poſt dãnationẽ anno.M.Claudius Marcellus:&.M.Valerius Leuinus conſules reuocarunt ipm in urbẽ:ſed erat ueſte obſoleta capilloq; & barba ꝓlixa:præ ſe ferẽs in uultu habituq; iſignẽ memoriã ignominiæ acceptæ.L.Veturius &.P.Licinius cenſores eum



tondere:ac ſqualorem deponere:& in ſenatum uenire fungiq; aliis publicis muneribus coegerunt. Scitus.peritus in re militari. Donauerat iram patriæ.depoſuerat iram propter utilitatẽ patriæ:cui ſuccenſere bono ciui nõ licet. At nõ aſdrubalẽ.aſdrubal autore Liuio ꝓuectus ante ſigna cum paucis eqtibus ſcuta hoſtiũ notauit quæ ante non uiderat:& ſtrigoſiores equos.multitudo quoq; maior ſolita uiſa eſt:ſuſpicatus id quod erat receptui cecinit.Inde fugere tentauit.& uia eluſus pugnando cecidit.

Aſtus.ipſius Neronis noctu ingrediẽtis caſtra collegæ Subſtricti corpus.i.ipſi equi ſtrigoſi.i.ꝓpter laborem anhelantes.& ſtricta habẽtes ilia.Strigoſus iquit nonius apud ueteres morbus dicebatur iumentoꝝ qui corpora aſtrigat:aut fame:aut alia uitii cauſa quaſi ſtrigoſus:monebant ergo aſdrubalẽ ueſtigia pulueris uiſa in clypeis & equi ſubſtricti corpus: quod erat ſignũ ad curſus ꝓpere. oſtẽdebãt equi ſtrigoſi & uiri curſum quo illuc cõtenderãt.milites quippe ſalinatoris erant in caſtris.aliunde ueniſſe putauit equos ſtrigoſiores ſolito. Bis:quoniã utriuſq; cõſulis tuba audita eſt:& ideo creuiſſe exercitũ ſuſpicatus eſt. Prodebãt:idicabant. Præterea.ultra ſigna equoꝝ & hominũ quos labor attriuerat ipſa tuba idicauit. Regi.i.gubernari caſtra. Gemino magiſtro.duobus rectoribus & cõſulibus.retulere exploratores inquit Liuius duplex ſignũ in cõſularibus caſtris ceciniſſe:quod ſignũ erat duos eſſe cõſules. Veꝝ fratri.dicebat aſdrubal ſi uiuit frater Hãnibal quo nam modo alter cõſul ab eo diſceſſit. Qui.i.quomodo licuit cõſulibus ſeſe coniungere unde cũctandũ eẽ dicebat donec ueritas pateret.

Nec cõſulta fugæ.his anxius curis aſdrubal inquit Liuius extinctis ignibus uigilia prima dato ſigno ut taciti uaſa colligerẽt ſigna efferri iuſſit & per tortuoſi amnis ſinus flexuſq; cum errore ſe reuoluẽs non multũ ꝓceſſit:eum Claudius Nero aſſequutus eſt:& Cato qui erat prætor i caſtris cum leui armatura. Erupit.aſdrubal e caſtris.

Suſpẽſa ueſtigia.exprimit habitũ clam fugientis ueſtigia quippe ſuſpẽdunt ne ſtrepitũ faciant. Muta.ſine clamore:ut diſceſſum nõ intelligerẽt hoſtes. Elabi.egredi cito paſſu. Illumẽ.obſcurã ſine lumine.illumis nox obſcura:cum luna nõ lucet. Vitãt ſocios.Agmen iquit Liui.pœnoꝝ primo per agros palat̃:feſſiq; aliquot ſomno ac uigiliis ſternũt corpora paſſim.atq; infrequẽtia reliquũt ſigna. Percita.ꝑcuſſa fugiẽtiũ ictibus. Nequit falli.nõ poteſt decipi a pœnis:imo ipſa tellus & fluminis anfractus eos deluſerũt.Implicat actas:docet quomodo aſdrubal ꝑ noctẽ uia eluſus reuertebat̃ unde diſceſſerat.

Implicat.iuoluit. Actas.quas iam perfecerant curſu iteꝝ repetebãt.errabãt enim noctu:& eodẽ reuertebant̃.

Cæco.nocturno. Circũagit.ducit circum:& iplicat errore uiæ. Ferẽtibus.ducẽtibus eos per tortuoſas ripas fluminis. Arcto.anguſto:quoniã nõ elõgabant̃:ſed reuertebant̃ eodẽ. Amnis.metaurus. Exiguũ orbẽ. breue ſpatiũ:quoniã paꝝ ꝓcedebãt ſequẽtes flexus ripæ.

Turbo.agmẽ iſtar turbinis. Portis.caſtroꝝ.ſ. Tẽpeſtas.ipſi milites tanq̃ tẽpeſtas. Pennæ dicteæ.ſagittæ cretẽſes. Curã abitus.aſdrubal poſtq̃ pugnãdum uidit depoſita omni cura fugiẽdi aciem iſtruxit. Reꝝ dura. periculũ & difficultatẽ. Per decora extremo.oro aſdrubalis ad ſuos milites quos hortat̃ ad operã nauandã cum tot uictoriis in hiſpania claruerit obteſtaturq; eos ꝑ laudẽ Hãnibalis:ut eis fratrẽ in italiã factis ueniſſe oſtẽdant q alpes trãſcendẽs oppoſitũ agmen romanoꝝ ꝓfligauit. Decora.gloriã. Extremo axe.hiſpania quæ eſt ad occaſum ſolis:ubi uicerant duo fulmina belli Scipiones.

Floruerat primo clarus pugnator in æuo.
Mox falſo læſus non æqui crimine uulgi
Secretus ruri triſtes abſconderat annos.
Sed poſtq̃ grauior moles terrorque periclo
Poſcebat propiore uirum:reuocatus ad arma
Tot cæſis ducibus patriæ deuouerat iram.
At non aſdrubalem fraudes latuere recentum
Armorum:quanq̃ tenebris nox texerat aſtus.
Pulueris in clypeis ueſtigia uiſa monebant.
Et propere ſignum ad curſus ſonipeſq; uiriq;
Subſtricti corpus:bis clarum buccina ſignũ.
Præterea gemino prodebãt iuncta magiſtro
Caſtra regi:uerum fratri ſi uita ſuperſit:
Qui tandem licitum ſocias coniungere uires
Cõſulibus:ſed enim ſolum dum uera pateſcũt
Cuntandi reſtare dolum:marteṁq; trahendi
Nec conſulta fugæ ſegni formidine differt.
Nox ſomni genitrix mortalia pectora curis
Purgarat:tenebræq; horrenda ſilentia alebãt.
Erupit ſuſpenſa ferens ueſtigia caſtris.
Et muta elabi tacito iubet agmina paſſu.
Illumen nacti per rura tacentia noctem:
Accelerant:uitant ſocios:ſed percita falli
Sub tanto motu tellus nequit.implicat actas
Cæco errore uias:umbriſq; ferentibus arcto
Circũagit ſpatio ſua per ueſtigia ductos.
Nam qua curuatas ſinuatis flexibus amnis
Obliquat ripas:refluoque per aſpera lapſu
In ſeſe redit:ac caſſo ducente labore:
Exiguũ inuoluunt fruſtratis greſſibus orbem.
Inq; errore uiæ tenebraꝝ munus ademptum
Lux urget:panditque fugam:ruit acer apertis
Turbo equitum portis:atq; omnis ferrea late
Tẽpeſtas operit capos:nõdum arma manuſq;
Permixtæ:iam tela bibunt permiſſa cruorem.
Hinc iuſſæ pœnum fugientem ſiſtere pennæ
Dicteæ uolitant:hinc lancea turbine nigro
Fert lœtum cuicũq; uiro quem prẽdidit ictus:
Deponunt abitus curam.trepidiſq; coactas
Conſiſtunt acies:& ſpes ad prælia uertunt.
Ipſe inter medios.nam rerum dura uidebat
Sidonius ductor:tergo ſublimis ab alto
Quadrupedãtis equi tẽdẽs uoceſq; manuſq;.
Per decora extremo uobis quæſita ſub axe.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Per fratris laudes oro ueniſſe probemus
Germanum hannibalis:latio fortuna laborat
Aduerſis documenta dare:atque oſtendere quantus
Verterit in rutulos domitor telluris iberæ
Suetus ad herculeas miles bellare columnas.
Forſitan & pugnas ueniet germanus in ipſas.
Digna uiro digna obteſtor ſpectacula pleno
Corporibus properate ſolo quicunque timeri
Dux bello poterat fratri:iacet unica nunc ſpes.
Et pœnæ e latebris infracto liuius æuo
Damnatum offertur uobis caput:ite agite oro
Sternite ductorem:cum quo concurrere fratri
Sit pudor:& turpis finem donate ſenectæ.
At contra nero:quid ceſſas cluſiſſe labores
Ingentis belli? pedibus tibi gloria miles
Parta ingens:nunc accumula cepta ardua dextra.
Heu temere abducto rupiſti robore caſtra:
Ni factum abſoluit uictoria:præripe laudem.
Aduentu cecidiſſe tuo memorabitur horis:
Parte alia inſignis nudatis caſſide canis
Liuius huc iuuenes huc me ſpectate ruentem
In pugnas:quantumque meus patefecerit enſis:
Tantum intrate loci:& tandem præcludite ferro.
Iam nimium patulas pœnis graſſantibus alpes
Quod ni ueloci proſternimus agmina marte:
Et fulmen ſubitum carthaginis hannibal adſit:
Quis deus infernis quenquam noſtrum eximat umbris?
Hinc galea capite accepta:dicta horrida ferro
Sancit:& obtectus ſenium fera prælia miſcet.
Illum per cuneos & per denſiſſima campi
Corpora tot dantem læto quot ſpicula torſit
Turbati fugere mace.fugere feroces
Autololes:rhodanique comas intonſa iuuentus.
Fatidicis nabis ueniens ammonis harenis
Improba miſcebat ſecurus prælia fati.
Cæu tutante deo:ac patriis ſpolia improba terris
Fixurum uano tumidus promiſerat ore.
Ardebat gemma garamantide cærula ueſtis.
Vt cum ſparſa micant ſtellarum lumina cælo.
Et gemmis galeam clypeumque accenderat auro:
Caſſide cornigera dependens infula ſacros
Præ ſe terrores:diuumque ferebat honorem
Arcus erat pharetræque uiro atque incocta ceraſtis
Spicula:& armatus peragebat bella ueneno.
Necnon cornipedis tergo de more repoſtus
Suſtentata genu per campum pondera conti

Laborat.nititur oſtendere romanis quales illi ſint qui alpes tranſcendunt.

Aduerſis.calamitatibus totiens accepti?. Verterit.uenerit. Iberæ.hiſpanæ. Pleno ſole.ſtrato cadaueribus romanorum.Iacet fratri.cæſus eſt a fratre Hannibale:& ſic trahit romanos in conteptum. Infracto æuo.ualde debili ſenecta. Damnatum caput.ipſe Liui.ſalinator quem prius romani dánauerant ob male rem geſtam in conſulatu. Sit pudor.pro puderet Claudius Nero ex alia parte ſuos hortabat ſic clamat apud Liuiũ.Quid ergo præcipiti curſu tam longum iter emenſi ſumus o milites? Cluſiſſe.finiſſe.locus eſt ab utili:inde proponit gloriam quá ex uictoria conſequuturi ſunt. Pedibus.celeri curſu ex appulia.ũde huc cõtendimus. Dextra.uiribus & pugna.

Temere.íprudenter:& locus eſt ab honeſto. Adducto robore:delectis militibus ex omni numero. Factum.noſtram profectioné ex caſtris & iter properatum. Huc iuuenes.uerba Liuii hortantis ſuo exemplo iuuenes ad operam patriæ nauandam. Præcludite.claudite alpes cadaueribus hoſtiũ qui nimium in italiam graſſãtur. Patulas.apertas. Fulmen carthaginis.quo utitur carthago tanq̃ fulmine. Quis deus.ſi ueniet Hannibal inquit etiam deus non poſſet nos a morte liberare: locus eſt ab utili. Sancit.firmat. Obtectus.habens tectam canitiem galea.

Rhodani iuuentus.comati galli.

Nabis.erat ſacerdos iouis Ammonis. Securus fati.non timens morté.

Vano.mendaci. Cærula.uiridis & cærulei coloris. Ardebat.radiabat.

Gemma garamantide.de hac gemma loquitur ſolinus dicens illic & lapis legitur Ammonis uocant cornu.nam ita tortuoſus eſt & inflexus:ut effigiem reddat cornu arietis fulgore aureo.iõ dicit poeta ardebat:hoc iõ finxit:quoniam Nabis erat Ammonis ſacerdos: qui etiam in caſſide habebat effigiem iouis cornigeri. Inſula dependens.in humeris.ſcilicet ut nunc ſunt mithræ epiſcoporum habẽtes ſtolas ex humero pendentes. Incocta ceraſtis.infecta ueneno ceraſtæ ſerpentis.



Sarmatici prona aduerſos urgebat in hoſtes.
Tanto tranſfixum telo per membra per arma
Conſulis ante oculos magno clamore ſabellum
Aſportabat ouans:& ouans ammona canebat.
Non tulit hanc iram tantoſque in corde tumores
Barbarico ſenior:telumque intorſit: & una
Prædam animamque ſimul uictori uictor ademit.
Aſtitit audito triſtis clamore ruinæ
Aſdrubal:& ceptantem atabum raptare perempto
Gemmiferi ſpolium cultus auroque rigentes
Exuuias iaculum a tergo perlibrat ad oſſa.
Iam correpta miſer geminis uelamina palmis
Carpebat propere:& tepidos nudauerat artus:
Concidit: & ſacras ueſtes:atque aurea fila
Reddidit exanimo ſpoliatum lapſus in hoſtem.
At canthus rutulum obtruncat:cui mille ſub altis
Lanigeræ balant ſtabulis:ipſe ocia molli
Exercens cura gelido nunc flumine ſoles
Frangebat nimios pecori:nunc lætus in umbra
Tondebat niueæ ſplendentia uellera lanæ.
Aut pecus e paſtu cum ſeſe ad tecta referret:
Noſcentes matres ſpectabat ouilibus agnos.
Occubuit clypei tranſfixo proditus ære.
Et ſero ingemuit ſtabulis exiſſe paternis.
Acrius hoc italum pubes incurrit:& urget.
Vt torrens:ut tempeſtas:ut flamma coruſci
Fulminis:ut boream pontus fugit:ut caua currunt
Nubila:cum pelago cœlum permiſcuit eurus.
Proceræ ſtabant celtarum ſigna cohortes
Prima acies:hos impulſu cuneoque feroci
Laxat ui ſubita:& feſſos errore uiarum:
Nec ſoli faciles longique laboris anhelos
Auertit patrius gentem pauor:addere tergo
Haſtas auſonius:teloque inſtare ſequaci.
Nec donare fugam:cadit uno uulnere tyrus
Non uno rhodanus:profligatumque ſagittæ
Lancea deturbat morinum:& iam iamque cadenté
Cedentemque urget totas largitus habenas
Liuius acer equo:& turmis abeuntibus infert
Cornipedem:tunc auerſi turgentia colla
Dicidit enſe moſæ:diſcuſſit pondere terram
Cum galea ex alto lapſum caput:ac reſidentem
Turbatus rapuit ſonipes in prælia truncum.
Hic cato.nam medio uibrabat & ipſe tumultu:
Si primas inquit bello cum amiſimus alpes
Hic iuueni oppoſitus tyrio foret: hei mihi quanta

Conti ſarmatici.telum ſarmaticum longum erat inſtar conti oblongo ferro. Prædam.ſabellum quem nabis aſportabat.

Triſtis ruinæ.mortis illius ſacerdotis. Gemmiferi cultus.ueſtis gemmatæ. Rigentes.aſperas propter aurum intextũ.

Ad oſſa.ipſius atabi. Tepidos.recenter cæſos. Aurea fila.infulam. Lapſus.cadens ſuper nabim a ſe ſpoliatum. Inuicti phileni.aræ philenoꝝ erãt in maiore ſyrti appellatæ a philenis fratribus:quem locum finem iperii uerſus ægyptum habuere carthaginenſes. Inuicti.fortes:quoniam pro patria mori uoluerunt.illic enim ubi poſtea illorum honori aræ fuerũt erectæ uiui obruti ſũt.cum carthaginenſes:& cyrenaici de finibus agrorum certarent. Aere.clypeo. Proceræ.altæ ſtaturæ.gallos oppoſuerat Aſdrubal Claudio Neroni.non tãtum eis fidens:ut inqt Liuius:quantũ q̃ ab hoſte timeri eos credebat.galli primo ípetu feroces ſunt.inde pauẽt.ubi ad hos gallos cædes puenit minimum certaminis fuit.pars magna ab ſignis aberat q errauerant feſſi itinere:ac uigiliis. Laxat.aperit diſſipat.

Nec ſoli faciles.non idonei ad tolerãdos ſolis calores.nam:ut ſcribit.L.Florus cedunt ſolaribus radiis & reſoluuntur ut glacies. Addere.addebat. Hic.tunc. Cato.prætor laudauit Liuium conſulem dicens ſi hic oppoſitus fuiſſet Hannibali deſcendenti ex alpibus non eſſent cæſi tot imperatores & milites.

Iuueni.Hannibali.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Parui campi.martii in quo erant comitia:& hoc potiſſimum dicit propter Varronem: qui cauſa fuit cladis cannenſis.hei mihi inquit quot dextras amiſimus propter malam electiorem conſulum. Ceſſauit.mortua eſt. Induerat.pauor gallorum fugientium incuſſerat cæteris pauorem. Ruebat.fauebat iam romanis. Alas. pennas ſuas ad romanos. uictoria ſemper alata fingitur. Cohibete fugam. uerba Aſdrubalis ad ſuos: quibus deprimit Liuii ſenectam. Principium.origo.de belo dictum eſt ſupra. Gentes.hiſpanæ q̃s uici æquant me Hannibali. Parce petitum.ideſt haſta Aſdrubalis parũ nocuit Liuio conſuli. Perſtrinxit.uulnerauit. Vana.quoniam uulnus non alte inſederat. Rutuli.romani turbati ſunt conſulis uulnere. Conſul.Liuius increpabat futiles uires Aſdrubalis. Vana cornua.uanas acies hoſtiles. punicum uulnus īquit fœmineum eſt:& ideo hoſti oſtendite quale uulnus romanæ inferant manus.

Ripas.metauri repleti cadaueribus. Vt cum uenatu.ſtragem æditam ad metaurum comparat feris a diana uenatu cæſis.

Dictynna.diana. Matri.latonæ pidus eſt mons theſſaliæ.Menalus arcadiæ. Coryti.ut dictum eſt tegmina arcuum ſunt ex corio:& pro pharetris etiam uſurpātur:ut in hoc loco. Muſco.lanugine illa uiridi quæ naſcitur in locis humidis.

Ceſſauit latio dextra:& quot funera pœnis
Donarunt parui ſuffragia triſtia campi.
Iamque inclinabant acies:cunctiſque pauorem
Gallorum induerat pauor:& fortuna ruebat
Sidonia ad rutulos.uictoria uerterat alas.
Celſus ceu prima refloreſcente iuuenta
Ibat conſul ouans maior:maiorque uideri
Ecce trahens ſecum canentem puluere turmam:
Ductor agenoreus ſubit:intorquenſque lacertis
Tela ſonat:cohibete fugam:cui cedimus hoſti?
Nonne pudet? conuerſa ſenex marcentibus armis
Agmina agit.nūc quæſo mihi nūc dextera in armis
Degenerat noſtrique piget? mihi belus auorum
Principium:mihi cognatum ſidonia dido
Nomen:& ante omnes bello numerandus amilcar
Eſt genitor.mihi cui cedunt monteſque lacuſque
Et campi atque amnes frater:me magna ſecundum
Carthago putat hannibali:me betis in oris
Equant germano paſſæ mea prælia gentes.
Talia dum memorat medios ablatus in hoſtes
Vt noua conſpecti fulſerunt conſulis arma
Haſtam præpropero niſu iacit:illa per oras
Erati clypei & loricæ tegmine ſummo
Incidit haud fœlix humero:parceque petitum
Perſtrinxit corpus:nec multo tincta cruore:
Vana ſed optanti promiſit gaudia pœno
Turbati rutuli confuſaque pectora uiſu
Terrifico:tum increpitans conamina conſul
Fœmineis læſum uana inter cornua corpus
Vnguibus aut palmis credas puerilibus ictum.
Ite docete uiri romanæ uulnera fuerint
Q uanta afferre manus:tum uero effunditur ingēs
Telorum uis:& denſa ſol uincitur umbra.
Iamque per extentos alterna ſtrage uirorum
Corpora fuſa iacent campos: diuerſaque in undam
Iunxerunt cumulos creſcente cadauera ripas.
Vt cum uenatu ſaltus exercet opacos
Dictynna & læte præbet ſpectacula matri:
Aut pindi nemora excutiens aut menala luſtrans
Omnis naiadum plenis comitata pharetris
Turba ruit:ſtridunt ſagittiferique coriti
Tum per ſaxa feræ perque ipſa cubilia fuſæ
Per ualles fluuioſque atque antra uirentia muſco
Multa ſtrage iacent:exultat uertice montis:
Et latam luſtrans oculis latonia prædam.
Audito ante alios ſenioris uulnere rumpit



Per medios nero ſæuus iter uiſaque uirorum
Equali pugna:quid enim:quid deinde relictum eſt
Italiæ fatis? hunc ſi non uincitis hoſtem:
Hannibalem uincetis ait? ruit ocius amens
In medios:tyriumque ducem inter prima frementē
Agmina ut aſpexit:rabidi ceu belua ponti
Per longum ſterili ad paſtus iactata profundo
Cum procul in fluctu piſcem male ſaucia uidit:
Aeſtuat:& luſtrans nantem ſub gurgite prædam
Abſorbet late permixtum piſcibus æquor.
Non telo mora non dictis haud amplius inquit
Elabere mihi:non hic nemora auia fallent
Pyrenes:nec promiſſis fruſtrabere uanis:
Vt quondam terra fallax deprenſus ibera
Euaſti:noſtram mentito fœdere dextram.
Hæc nero:& intorquet iaculum:nec futilis ictus.
Nam latere extremo cuſpis uibrata reſedit
Inuadit ſtricto ſuper hæc interritus enſe.
Collapſique premens umbonem tremētia membra
Siqua ſub extremo caſu mandata referri
Germano uis forte tuo portabimus inquit.
Contra ſidonius.læto non terreor ullo.
Vtere marte tuo:dum noſtris manibus adſit
Actutum uindex:mea ſi ſuprema referre
Fratri uerba paras:mando capitolia uictor
Exurat:cinerique iouis permiſceat oſſa
Et cineres noſtros:cupientem adnectere plura
Feruentemque ira martis tranſuerberat enſe.
Et rapit infidum uictor caput:agmina fuſo
Sternuntur duce non ultra fidentia marti.
Iamque diem ſoliſque uices nox abſtulit atra
Cum uires parco uictu:ſomnoque reducunt.
Ac nondum remeante die uictricia ſigna
Q ua uentum referunt clauſis formidine caſtris.
Tum nero procera ſublimia cuſpide portans
Ora ducis cæſi:cannas penſauimus inquit
Hannibal & trebiam & traſimeni littora tecum
Fraterno capite.i.duplica nunc perfida bella
Et geminas arceſſe acies:hæc præmia reſtant.
Q ui tua tranſmiſſis optarint alpibus arma.
Compreſſit lachrymas pœnus:minuitque ferendo
Conſtanter mala:& inferias in tempore dignas
Miſſurum fratri clauſo commurmurat ore.
Tum caſtris procul amotis aduerſa quiete
Diſſimulans dubia excluſit certamina martis.

Ceu belua ponti.Neronis auiditatem comparat balenæ uorantis in mari piſces laxo hiatu. Male ſaucia.fame laborans. Aeſtuat.furit. Haud amplius īquit.uerba Neronis ad aſdrubalem non euades inquit nunc ut euaſiſti in hiſpania uictus a ſcipione ad pyreneos montes:aut cum uictus a romanis fœdere ſimulato euaſiſti. Nec futilis.non fuit uanus ictus Neronis.

Siqua ſub extremo.uerba Neronis inſultantis aſdrubali proſtrato. Manibus.umbris. Actutum.cito.Liuius ait.poſtremo cum aut dubie fortuna hoſtium eſſet ne ſupereſſet tanto exercitui ſuum nomen cōcitato equo ſe in cohortem romanam imiſit.ibi ut patre Amilcare & Hannibalis fratre dignum erat pugnans cecidit.nunquam eo bello una acie tantum hoſtiũ interfectum eſt.redditaque æqua cannenſi clades uel ducis uel exercitus uidebatur. Clauſis caſtris ſuis.quæ in lucania reliquerat.Nero ut ad caſtra rediit caput Aſdrubalis proiici ante hoſtium ſtationes iuſſit & uinctos aphros captiuos oſtendi:& duos ſolutos ire ad Hānibalem:qui acta narrarent.Hannibal tanto publico:priuatoque ictus luctu agnoſcere ſe fortunam carthaginis dixit.caſtriſque inde motis in angulum italiæ abiit. Minuit ferendo.laus Hānibalis a fortitudine.nam conſtans fuit in tanto dolore.nec eſt aliqua ægritudine conflictatus ut tantum imperatorem decebat.Vicitque fortunam:quæ homines uincit niſi tota uincatur. Ferendo.patiēdo forti animo.auferebat uim præſentibus malis Hannibal robore animi ſubnixus:cum ſciret frangi aduerſis non eſſe clari imperatoris explorant quippe aduerſa uiros:ut ſupra cecinit poeta:& ī aduerſis uirtus cognoſcitur. Inferias.uictimas & exequias. Aduerſa.calamitatem & dolorem ex morte fratris. Quiete.ideſt quieſcendo:& non appetēdo pugnam.

Dubia certamina.dubiam fortunā & belli euentum. Excluſit.remouit quoniam in bruttios abiit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

PETRI Marſi interpretatio in ſextumdecimum uolumen Sylbii Italici.

BRuttia mœrētem:poſt cædem aſdrubalis Hānibal in bruttios ꝓfectus bello abſtinebat:nec eū quieſcētem mœſtum & ſuſpirantem ſe ob inuidiam aduerſæ factionis uinci ꝓuocauere romani tantam in eo uim eſſe cenſebāt q̄uis aduerſa fortuna laboraſſet:qui & ſi exercitū habebat coactum ex colluuione tot gentium & tam diſpari cultu ritu & lingua.tamen tanta erat uiri maieſtas ut ſeditio in caſtris laborantibus interdum commeatus inopia minime orireť:dum hæc in italia agereňť Scipio in hiſpania ſecundo marte pugnauit.pœnus tandem tota hiſpania ceſſit:Maſiniſſa romanoꝝ amicitiam iniuit.Scipio & Aſdrubal apud ſyphacem ſuſcepti amicitiam regis certatim petūt.rediit Scipio in hiſpaniam:& apud carthaginem patri.patruoque funebres ludos celebrauit.inde Romam reuerſus cōſul cum craſſo pōtifice maximo creatus eſt.deque in aphricam traiiciendo exercitu agit. Suoſq;.& mortem fratris. Septus.munitis caſtris ad ſecuritatem.

Coquebat.meditabať animo. Abditus ut.Hannibalem ultionem parātem comparat tauro qui cædit grege ac ſtabulis & in ſolitudine pugnam cōtra uictorem meditatur. Auia.remota. Hauſturus.conſumpturus italiam ſi a carthaginenſibus ſupplemētum habuiſſet.& ſi non obſtitiſſet alterius factionis inuidia. Obtrectante.recuſante & prohibente mitti ſubſidia. Senio rerum.iam præliis ſeneſcentibus & militia.quieſcebat enim i bruttiis Hannibal.

Tamen.q̄uis uigor ille torpeſceret. Manu.præteritis uictoriis. Caput.ipſius Hannibalis:cuius nomē ſat erat pro omnibus auxiliis:& ſua maieſtate milites in officio continuit. Gradu.in ordine ſine aliqua ſeditione aut inter ipſos:aut aduerſus ducem. Retuſis.fractis:& aduerſante fortuna. Nec uero.nunc ad hiſpanias tranſgreditur poeta nō ſolū inquit in italia mars fauebat romanis:ſed etiam in hiſpania. Phœnix.carthaginenſis oriūdus a phœnicia. Auriferis.hiſpanis ubi aurum foditur. Iam mago.Anno nouus Imperator cum nouo exercitu magoni ſe coniūxerat quos Scipio acie ſuperauit:duo aut amplius milia peditum equitatuſq; omnis uis inito prælio cum magone effugerunt.Anno alter imperator uiuus captus eſt.Mago ad gades profectus aſdrubali giſgonis filio ſe coniunxit.poeta canit magonem illico tranſmiſiſſe in libyam. Ecce aliud decus.ſeparat poeta pugnā Scipionis cum annone.ſed Liuius coniungit.

Decus.uictoriam. Duci.Scipioni. Cetris.clypeis:& ſcutis.Liuius ait.Iam ferme omnibus ſcutatis celtiberorum interfectis. Crepitantibus.ſonantibus:ſupra dixit.Ad numerum reſonas gaudentem plaudere cætras. Indigenas.illic genitos. Non ars aut aſtus.laudat annonem ut maior laus uictori Scipioni accedat. Vt phœbe ſtellas.comparatione magnitudinem Scipionis probat. Cærula.maria mediterranea:quibus præeſt Neptunus.Oceanus autē ambit totam terram. Vallantem.Scipio aggreſſus eſt annonem migrantem caſtra. Non æquā.noxiā:quoniam non uidit hoſtes aduentare Aſdrubal.

Bruttia mœrētem caſus patriæque ſuoſque
Hanibalem accepit tellus:hic aggere ſeptus
In tēpus poſita ad renouādū bella coquebat.
Abditus ut ſylua ſtabulis cū ceſſit ademptis
Amiſſo taurus regno gregis auia clauſo
Molitur ſaltu certamina:iamque feroci
Mugitu nemora exterret:perque ardua curſu
Saxa ruit:ſternit ſyluas:rupeſque laceſſit
Irato rapidus cornu:tremit omnis ab alto
Proſpectans ſcopulo paſtor noua bella parantē.
Sed uigor hauſurus latium:ſi cætera martis
Adiumenta forent:praua obtrectante ſuorum
Inuidia reuocare animos:agitare negata
Cogebatur ope:& ſenio torpeſcere rerum.
Parta tamen formido manu:& tot cædibus olim
Q uæſitus terror uelut inuiolabile telis
Seruabāt:ſacrumq; caput proq; omnibus armis
Et caſtrorum opibus:dextriſque recentibus unū
Hannibalis ſat nomen erat.tot diſſona lingua
Agmina barbarico tot diſcordantia ritu
Corda uirum manſere gradu:rebuſque retuſis
Fidas ductoris tenuit reuerentia mentes.
Nec uero auſonia tantum ſe lætus agebat
Dardanidis mauors.iam terra cedit ibera.
Auriferis tandem phœnix depulſus ab aruis.
Iam mago exutus caſtris agitante pauore
In libyam propero tranſmiſit cærula uelo.
Ecce aliud decus haud primo contenta fauore
Nutribat fortuna duci:nam concitus anno
Aduentabat agens trepidantibus agmina cetris
Barbara:& indigenas ferus raptabat iberos.
Non ars aut aſtus belli:uel dextera deerat
Si non ſcipiadæ concurreret.agmina ductor
Magna adeo auſonius maiori mole premebat
Vt phœbe ſtellas:ut fratris lumina phœben
Exuperant:monteſque athlas:ut flumina nilus:
Vt pater oceanus neptunia cærula uincit:
Vallantem caſtra obſcuro iam ueſper olympo.
Fundere non æquam trepidanti cœperat umbrā
Aggreditur latius rector ſubitoque tumultu
Ceduntur paſſim cepti munimina ualli:



Imperfecta ſuper contexere herbida lapſos
Pondera:& in tumuli conceſſit ceſpes honorem.
Vix uni mens digna uiro nouiſſe minores:
Q uam deceat preciumq; operis ſit tradere famæ.
Cantaber ingenio membrorum & mole timeri
Vel nudus telis poterat larus:hic fera gentis
More ſecurigera miſcebat prælia dextra:
Et quanquam fundi ſe circum pulſa uideret
Agmina deleta gentilis pube cateruæ
Cæſorum implebat ſolus loca.ſeu foret hoſtis
Cominus:expleri gaudebat uulnere frontis
Aduerſæ:ſeu leua acies in bella uocaret
Obliquo telum reflexum marte rotabat.
At cum pone ferox auerſi in terga ueniret
Victor nil trepidans retro iactare bipennem
Callebat:nulla belli non parte timendus.
Huic ducis inuicti germanus turbine uaſto
Scipio contorquens haſtam cudone comantes
Diſiecit crines nanque altius acta cucurrit
Cuſpis.& elata procul eſt eiecta ſecuri.
At iuuenis cui telum ingens acceſſerat ira
Barbaricam aſſiliens magno clamore bipennem
Incutit:intremuere acies ſonuitque per auras
Condere belligero pulſati tegminis umbo.
Haud impune quidem:remeans nā dextera ab ictu
Deciſa eſt gladio:ac dilecto immortua telo.
Q ui poſtq̄ murus miſeris ruit:agmina concors
Auertit fuga confeſtim diſperſa per agros
Nec pugnæ ſpecies:ſed pene triſtis imago
Illa erat:hinc tantum cedentum:atque inde ruentū.
Per medios annon palmas poſt terga reuinctus
Ecce trahebatur:lucemque heu dulcia cæli
Lumina captiuus lucem inter uincla petebat:
Tum rector latius.tanta en qui regna repoſcant:
Q uis cedat toga:& armiferi gens ſacra quirini:
Seruitio ſi tam faciles cur bella refertis:
Hæc inter celerare gradum coniungat ut arma
Aſdrubalem ignarum cladis prænuncius affert
Explorator eques.raptat dux obuia ſigna
At poſtq̄ optatam lætus contingere pugnam
Vidit.& ad lætum magno uenientia curſu
Agmina:ſuſpiciens cælum nihil amplius inquit
Vos hodie poſco ſuperi protractus ad arma
Q uod profugus ſatis eſt:in dextera cætera nobis
Vota uiri rapite ite precor:uocat ecce furentes.
Hinc pater hinc patruus gemīa o mihi numīa belli

Herbida pondera:ipſi ceſpites quos ad uallum muniendum portauerant contexere ipſos milites:& præbuerunt eis uicem ſepulchri. Lapſos:milites proſtratos qui pondera herbida portabāt

Vix uni mens digna uiro:uix inter tot celtiberos fuit unus quem deceat minores ideſt poſteros nouiſſe:ſcilicet ex carmīe & hiſtoria.i.uix fuit unus memoria dignus. Mens digna uiro:robur animi quale decet uirum habere. Sit precium operis ideſt ſit operæprecium:& utile poſteris dare famæ:quoniā miores præclara facta imitantur:ideo eſt operæpreciū illa lr̄is mandare.Vnde dicit liuius in proemio ſuæ hiſtoriæ ad octauium auguſtum.unde tibi quæque reipu.q̄d imitere capias. Cantaber larus:hic eſt ille unus memoria dignus. Ingenio:arte bellandi:& uiribus corporis:geſtabat ſecurim de more cātabrorum.

Gentilis:ex eadem gente. Seu foret hoſtis:dexteritatem lari i prælio deſcribit poeta:qui ante retro:leua ſiniſtra:& omni denique ex parte pugnans timendus erat. Obliquo marte:leua pugna. Pone:poſt. Auerſi:lari. Germanus ducis.L.Scipio qui poſtea dictus eſt aſiaticus ab aſia deuicta. Cudone:galea ex cudone ſeu codōe.i.pelle cruda.ſupra dixit.caput his codōe ſerio ſtat cautum. Acta:impulſa ab ipſo laro:qui ſecuri haſtam Scipionis in altum egit. Telum igens:quoniam ira eſt magnum incitamentum ad res agendas:Vnde dicit Home.uires iniecit ira.Ira inquit ariſtoteles neceſſaria eſt:nec quicq̄ ſine illa expugnari poteſt niſi illa impleat animum & ſpiritum accēdat.Vtendum autem eſt illa non ut duce:ſed ut milite. Vmbo:Scipiōis qui lauro manum abſcidit. Telo:ſecuri. Qui murus:larus tanq̄ murus & tutela ſuorum. Per medios ānon:uituperatur annon a poeta:qui ut uiueret hāc ignominiam captiuitatis paſſus eſt:potius debuit pugnādo mori ut fecerat aſdrubal:& ut fortes:& magnanimi faciunt imperatores.Scipio eū deriſit dicens ſi eſtis ita faciles ad ſeruitutem cur pugnatis:romanorum eſt pugnare qui ſeruire neſciunt. Lucem:uitam. Heu dulcia lumīa cæli:damnat poeta tātam uitæ cupiditatem:ꝓ qua turpitudo ſubitur interdum:cum magis hominem deceat pro decoro ſeruando mori q̄ uiuere.

Qui regna:imperium orbis. Toga:romani togati & a romulo habentes originem. Quis quibus. Quirini:romuli bellicoſi. Seruitiū:ſeruituri. Refertis:retractatis. Hæc iter:Scipio.L.Scipionem romam miſit cum ānone & cæteris captiuis:cum audiuiſſet aduētare aſdrubalē ut ſe annoni coniungeret ad pugnam ſe expediuit.Immo ad certam uictoriam uidens hoſtes ad mortem ruere. Nil amplius inquit:uerba ſcipionis ad ſuperos:ſatis inquit mihi dediſtis offerendo hoſtes.Victoria ē in manu noſtra nil aliud optabam niſi poſſe congredi:compos uoti:ut ad uictoriam conſequedam adiuuetis non poſco.

Profugus:hoſtis qui fugiebat. Furētes:umbræ inquit patris & patrui uocāt hoſtes furentes ad mortem pro inferiis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ducite:adeſte:ſequor digna ſpectabitis: haud me
Præſcia mens fallit ueſtro iam nomine cedes
Nam quis erit tandem campis telluris iberæ
Bellandi modus:en unquam lucebit in orbe
Ille dies:quo te armorum carthago meorum
Aſpiciam ſonitus admotaque bella trementem
Dixerat:& raucus ſtridenti murmure clangor
Increpuit:tonuere feris clamoribus aſtra.
Concurrunt:quantumque rapit uiolentia ponti
Et notus & boreas:& inexorabilis auſter.
Cum mergunt plenas tumefacta ſub æquora claſſes:
Aut cum lætiferos accendens ſyrius ignes
Torret anhelantem ſæuis ardoribus orbem
Tantum acies hominumque ferox diſcordia ferro
Demetit:haud ullus terrarum æquarit hiatus
Pugnarum damna:aut ſtrages per inhoſpita luſtra
Vnquam tot dederit rabies horrenda ferarum
Iam campi ualleſque madent hebetataque tela
Et libys occubuere:& amantes martis iberi.
Stat tamen una loco perfoſſis debilis armis:
Luctaturque acies:qua concutit aſdrubal haſtam.
Nec finem daret ille dies animoſaque uirtus
Ni perlapſa foret loricæ tegmine harundo:
Et parco ſummum uiolaſſet pondere corpus:
Suaſiſſetque fugam:rapido certamina linquit
In latebras euectus equo: noctiſque per umbram
Ad tartheſſiacos tendit per littora portus.
Proximus in pugna ductori marte manuque
Regnator nomadum fuerat:mox fœdere longo
Cultuque æneadum nomen maſiniſſa ſuperbum.
Huic feſſo quos dura fuga & nox ſuaſerat atra
Carpenti ſomnos ſubitus rutilante coruſcum
Vertice fulſit apex:criſpamque inuoluere uiſa eſt
Mitis flamma comam:atque hirta ſe ſpargere frōte
Concurrunt famuli:& ſerpentes pectora circum
Feſtinant gelidis reſtinguere fontibus ignes.
At grandæua deum prænoſcens omina mater
Sic ſic cælicolæ portentaque ueſtra ſecundi
Condite ait:duret capiti per ſæcula lumen.
Ne uero ne nate deum tu læta paueſce
Prodigia:aut ſacras metue inter tempora flammas.
Hic tibi dardaniæ promittit fœdera gentis:
Hic tibi regna dabit regnis maiora paternis
Ignis:& adiunget latiis tua nomina fatis
Sic uates:iuueniſque animum tam clara mouebant
Monſtra:nec a pœnis ulli uirtutis honores:

Modus finis belli hiſpani. Luſtra: ſyluas & cubilia ferarum. Ad tarteſia cos portus:aſdrubal nauibus acceptis nec procul inde aberat mare noctu relicto exercitu gades pfugit. Proximus i pugna:iam de maſiniſſa loquitur ſed a Liuio diſſentit:qui ſic ait.poſt fugam aſdrubalis ſcipio.x.milia peditum mille eqtes reliquit ſyllano ad caſtrorum obſidionem ipſe tarraconē rediit.poſt profectionem eius maſiniſſa cum ſyllano clam congreſſus ut ad noua conſilia gentem quoque ſuam obedientem haberet cū paucis popularibus i aphricam traiecit.inde rediens cum ſcipiōe congreſſus amicitiam iniuit:data fide. poeta canit maſiniſſæ reuerſo ex acie noctu ariiſſe capillos:qđ prodigiū mater iterpretata ſuaſit filio ut amicus populi ro.eſſet.& ſic duraret eius capiti lumen & decus.nā conſtantiſſime ad ultimam ſenectam fidem ſeruauit. Ductori:aſdrubali. Nomadum: maſiniſſa rex numidarum. Superbum:nobile ſeruata fide populo romano. Mitis:non adurens. Serpentes:diſcurrentes. Omina:prodigia. Sic ſic. uerba fatidicæ matris maſiniſſæ. Regna maiora:nā ſublato ſyphace regnū eius conceſſum eſt a ſenatu maſiniſſæ. Latiis fatis:fortunæ romani imperii: quoniā appellatus eſt maſiniſſa ſocius & amicus populi.ro. Iuueniſque animum: hæc tria mouerunt animum maſiniſſæ ad ineundam cum romanis amicitiam.clara prodigia : ide ꝙ ſibi a carthaginenſibus meriti honores habiti non fuerant. denique ꝙ iam Hānibal non uidebat̃ amplius fœlici marte uti. īmmo imminui i dies famā eius & uires.



Annibal ipſe etiam iam iamque modeſtior armis.
Aurora obſcuri tergebat nubila cæli:
Vixque athlantiadum rubeſcerat ora ſororum:
Tendit in auſonios:& adhuc hoſtilia caſtra.
Atque ubi ſe uallo intulerat:ductorque benigno
Accepit latius uultu:rex talibus infit
Cæleſtum monita & ſacræ reſponſa parentis:
Diiſque tua o rutulum rector gratiſſima uirtus
Auulſum tyriis huc me duxere uolentem:
Si tibi non ſegnes tua contra fulmina ſæpe
Viſi ſtare ſumus dignam te nate tonantis
Afferimus dextram:nec nos aut uana ſubegit
Incertæ mentis leuitas.& mobile pectus
Aut ſpes & læti ſectamur præmia martis:
Perfidiam fugio:& periuram ab origine gentem:
Et quando herculeis finiſti prælia metis
Hanc ipſam belli nobiſcum inuade parentem:
Ille tibi qui iam gemino laurentia luſtro
Poſſedit regna:& ſcalas ad mœnia romæ
Admouet:in lybiam flammis ferroque trahendus.
Sic nomadum ductor:tunc dextera ſcipio dextram
Amplexus. ſi pulchra tibi mauorte uidetur:
Pulchrior eſt gens noſtra fide:dimitte bilingues
Ex animo ſocios. magna hinc te præmia claræ
Virtutis maſiniſſa manent:citiuſque uel armis
Quam ſtratæ ſtudio uincetur ſcipio mentis.
Cætera quæ libyam portare incendia ſuades
Expediet tempus:nec enim ſunt talia rerum
Non meditata mihi:& mentem carthago fatigat:
Hinc iuueni dona inſignem uelamine picto
Dat clamydem:ſtratumque oſtro.quem ceperat ipſe
Deiecto uictor magone:animumque probarat:
Cornipedem:cum qua diuum libabat ad aras
Aſdrubal ex auro pateram galeamque comantem.
Exin firmato ſociali fœdere regis.
Vertendas agitat iam nunc carthaginis arces.
Maſſylis regnator erat ditiſſimus oris
Nec nudus uirtute ſyphax:quo iura petebant
Innumeræ gentes extremaque littore thetys.
Nulla uiro terra ac ſonipes & belua terror
Bellorum nec non marti delecta iuuentus.
Nec foret aut ebore:aut ſolido qui uinceret auro:
Getulis ue magis fucaret uellus ahenis.
Has adiungere opes reputans:auiduſque laborem
Si uertat rex ad pœnos dare uela per altum
Imperat:atque animo iam tum affrica bella capeſſit.

Modeſtior: minoris famæ ac nominis in re militari.modeſtus a modico dicitur. Sororum:uergiliarum quæ dicuntur athlantides filiæ athlantis &.vii. fuerunt. dicunturque pleiades a matre : & a fratre hiades:illuceſcente iquit aurora:& uix ſole irradiante cacumina montis athlātis qui propter ſuam altitudinem ab idigenis columna celi appellatur : profectus eſt maſiniſſa ad ſcipiōem.heſperides etiam quæ tres fuerūt filiæ athlantis habitæ ſūt:quæ illic habebant hortos: Cæleſtum monita:oratio maſiniſſæ ad ſcipionem. Tua fulmina:ferociam bellicam: & ingentem uirtutem:& fulmen dixit:quoniam ſcipio habebatur filius iouis tonantis. Dextrā: noſtram dignam te o ſcipio:quoniam nō erat degener in bello maſiniſſa: aut indecorus Scipioni. Perfidiam:ſcilicet carthaginenſium.metis:ideſt cum perueneris ad finem hiſpaniæ,columnaſqȝ herculis una mecum inuade carthaginem: quæ eſt parens:& origo huius belli. Quādo : quoniam uiciſti omnem hiſpaniam. Ille:annibal. Si pulchra tibi:uerba ſcipionis ad maſiniſſam.ſi inquit uidemur tibi clari p̄ſtantia rei militaris:clariores tamē ſumus fide. Bilingues:fallaces perfidos. Citiuſque uel armis:citius inquit ſuperabor bello q̄ officio ideſt nō ero ingratus. Iuueni:maſiniſſæ:natus erat maſiniſſa annis .xxiii. Cornipedem ſtratum: ornatum purpura. Animum:audaciam ipſius eq. Maſſylis regnator erat:ſcipio potitus oī hiſpania conciliandis regibus animum applicat.C.Lælium ad ſyphacem miſit autore Liuio maſſylis imperantem quæ gens finitima ē mauris contra hiſpaniá ubi ē noua carthago ſita : q̄uis cū carthaginēſibus fœdus haberet: acceptis donis a. C. Lælio amicitiam romanorum nō recuſauit: ſed cum duce colloqui uelle dixit.fide accepta Lælius ad ſcipionem rediit.L.Martio Tarracone.M.Syllano carthagine relictiscum duabus quīqueremibus comite Lælio ad ſyphacem tranſmiſit ſcipio : & eodem tēpore aſdrubal aduenit.& ābo a ſyphace accepti benigne ſunt. Tethis.ideſt hi qui habitant ad oceanum. magnum īquit liuius in omnia momentum.ſyphax affectanti res aphricæ erat opulētiſſimus eius terræ bello iam expertus ipſos cartaginēſes.finibus etiam regni apte ad hiſpaniam poſitis quo freto exiguo dirimunt̃. Belua:elephāti. Getulis ahenis:purpura quæ apđ getulos tingebatur. Fucaret: tingeret: Ahenis:caldariis. Capeſcit: meditat̃.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Verum ubi peruentum:& portus tenuere carinæ:
Iam trepida fugiens per proxima littora puppe
Aſdrubal afflictis aderat noua fœdera quærens
Rebus:& ad tyrios maſſylia ſigna trahebat.
Audito pariter populorum in regna duorum
Adueniſſe duces:qui tota mole laborent:
Diſceptentque armis terrarum uter imperet orbi:
Celſus mente ſyphax acciri in tecta benigne
Imperat:& tanto regni ſe tollit honore.
Tum lætos uoluens oculos aduerſa per ora:
Sic latium affatur iuuenem:ac prius incipit ultro:
Quam te dardanidæ pulcherrime mente ſerena
Accipio:intueorque libens: quamq; ora recordor
Lætus ſcipiadæ:reuocat tua forma parentem.
Nam repeto herculeas erythrea ad littora gades
Cum ſtudio pelagi:& ſpectandis æſtibus unde
Veniſſem magnos uicina ad flumina betis.
Ductores miro quondam me cernere amore.
Tum mihi dona uiri præda delecta tulere
Arma ſimul regnoque meo.tum cognita primum
Cornipedum frena atque arcus:qui cædere noſtra
Non norunt iacula:& ueteris tribuere magiſtros
Militiæ:qui diſperſas ſine lege cateruas
Veſtro formarent ritu ad certamina martis.
Atque ego cum noſtra in noſtris quæ copia regnis
Nunc auri ferrem: niuei nunc munera dentis.
Nil ualui precibus ſolos ſibi cepit uterque.
Quos cohibebat ebur uaginæ ſectilis enſes.
Quare age lætus habe noſtros intrare penates
Ac mea quando habuit libycum fortuna per undas
Ductorem facili quæ dicam ut percipe mente:
Et uos qui tyriæ regitis carthaginis arces
Aſdrubal huc aures huc quæſo aduertite ſenſus:
Quanta per auſonios populos torrentibus armis
Tempeſtas ruat:& latio ſuprema minetur
Vtque bibant tyrium bis quinos ſæua per annos
Sicana nunc tellus:nunc littora ibera cruorem
Cui neſcire licet? quin ergo triſtia tandem
Conſidunt bella: & depoſitis arma uolentes?
Tu libya tu te auſonia cohibere memento.
Haud deformis erit uobis ad fœdera uerſis
Pacator mediuſque ſyphax.ſubiungere plura
Non paſſus gentis morem arbitriumque ſenatus
Scipio demonſtrat:namque illum abſiſtere cepti
Spe iubet.& patres docet hæc expendere ſolos.
Suadendi modus hic:quodque eſt de parte diei

Fugiens:quoniam pulſus erat ex hiſpania a ſcipione. Tota mole:omni conatu. Tanto honore:q; duo clariſſimi duces ad ſe uenerint. Quam te dardanidæ: uerba ſyphacis ad ſcipiōem. Serena:læta & iucunda. Scipiadæ:ſcipionis patris tui. Reuocat:refert patrem ſcipionem. Erythrea littora.gaditana.nam gades erythræ etiam dicebantur.licet aliqui dicant erythiam eſſe inſulam poſt gades.

Aeſtibus:motu oceani de quo dictum eſt. Vicina:quoniam betis erumpit i fretum gaditanum. Frena.quoniam prius numidæ non utebantur frenis: ſed uirgula regebant equos ut dictum eſt.Magiſtros ueteris militiæ.M.Fabio.C.Sempronio conſſ.Numidiæ rex ſyphax cum res proſperæ ſcipionum i hiſpania eſſent amicus romanorum fit.tres ad eum miſſi centuriones legati:Vnum apud ſe orat remanere ut diſciplinam rei militaris romanorum rudibus numidis oſtenderet fide accepta.Qu.ſtatorius apud eum remanſit: qui morem romanum in inſtruendis peditibus primus barbaras illas gentes docuit.Numidæ quippe tātum equitatu ualebāt.carthaginenſes cum galla fœdus ꝑcuſſerūt qui filium maſiniſſam dedit.natum annos.xvii.qui militauit in hiſpania: uſque ad uictoriam ſcipionis cum quo fœdus percuſſit: & amicus romanorum factus eſt. Dentis:eboris ex dentibus elephantorum. Sectilis:diſtinctæ ac elaboratæ niueo ebore. Libycum ductorem aſdrubalem. Quanta per auſonios:cōmemorat calamitates in genere: quas per tot annos paſſi fuerant: & patiebantur romani:atque carthaginenſes:ut ab utili ambobus ducibus pacem ſuadeat.ſeque medium pollicetur:ſed Scipio id in ſe non eē ſitum dixit: ſed in poteſtate ſenatus. Vtque bibant:hæc eſt calamitas carthaginēſium. Sicana tellus:quoniam uicti fuerunt carthaginenſes in ſicilia. Ibera: hiſpana propter uictoriam Scipionis: & alia prælia quæ illic fuerant. Tandem: poſt tot cædes. Morem gentis: conſuetudinem romanorum. Spe:fœderis percutiendi ut uolebat ſyphax. Expēdere: examinare iudicare ſolos ſenatores romanos. Modus finis hic fuit ſuaſionis non ulterius progreſſus eſt ſyphax audito ſcipione:& quod ſupererat diei uerterunt ad epulas inde quieuerunt.



Exacti ſuper:ad menſas & pocula uertunt.
Atque epulis poſtq̄ finis dant corpora ſomno.
Et dura in noctem curarum uincula ſoluunt.
Iamque nouum terris pariebat lumine primo
Egrediens aurora diem.ſtabuliſque ſubibant
Ad iuga ſolis equi:nec dum ipſe aſcenderat axem:
Sed pro rupturis rutilabant æquora flammis.
Exigit e ſtratis corpus uultuque ſereno
Scipio contendit maſſyli ad limina regis.
Illi mos patrius fœtus nutriſſe leonum
Et catulis rabiem:atque iras expellere alendo
Tum quoque fulua manu mulcebat colla:iubaſque
Et fera tractabat ludentum interritus ora:
Dardanium poſtq̄ ductorem accepit adeſſe:
Induitur clamydem regnique inſigne uetuſti:
Geſtat leua decus:cinguntur tempora uitta
Albente:ac lateri de more aſtringitur enſis.
Hic in tecta uocat:ſecretiſque ædibus hoſpes
Septrigero cum rege pari ſub honore reſidunt.
Tum prior his infit terræ pacator iberæ.
Prima mihi domitis pyrenes gentibus ire
Ad tua regna fuit properantem & maxima cura
O ſceptri uenerande ſyphax:nec me æquore ſæuus
Tardauit medio pontus.non ardua regnis
Quæſumus aut inhonora tuis:coniunge latinis
Vnanimum pectus:ſociuſque accede ſecundis.
Non tibi maſſylæ gentes extentaque tellus
Syrtibus & latis proauita potentia campis
Amplius attulerint decoris:q̄ romula uirtus
Certa inuicta fide:& populi laurentis honores.
Cætera quid referam? non ullis ſcilicet ulli
Aequus cælicolum qui dardana læſerit arma.
Audiuit læto maſſylus & annuit ore:
Complexuſque uirum:firmemus proſpera dixit
Omnia:nec uotis ſuperi concordibus abſint.
Cornigerumque iouem tarpeumque ore uocemus.
Et ſimul extructis ceſpes ſurrexerat aris.
Victimaque admotæ ſtabat ſubiecta bipenni:
Cum ſubito abruptis fugiens altaria taurus
Exiliit uinclis.mugituque excita late
Impleuit tecta:& fremitu ſuſpiria rauco
Congeminat:trepida terrorem ſparſit in aula:
Vittaque maiorum decoramen fronte ſine ullo
Delapſa attactu nudauit tempora regis.
Talia cælicolæ caſuro triſtia regno
Signa dabant:ſæuique aderant grauia omina fati.

Exacti:iam prope finiti. Ipſe.ſol.deſcribit aurorā. Pacator: ſcipio qui pacauit hiſpanias. Prima mihi: exprimit ſcipio ſyphaci cauſam ſui aduentus & ab utili ſuadet:ut fœdus cum romanis percutiat. Prima: maxima. Quæſumus:ideſt nō oramus res difficiles tuo regno. Vnanimum: concors & fidum. Nō tibi maſſyle:non tantum honoris affert tibi tuum regnum: & ꝓauita potentia quantum afferent romani: ꝓ quibus dii pugnant cum nullus alicui deorum acceptus ſit qui arma læſerit romana. Cum ſubito: cum uictima fugiebat malum erat ſignum.ut poeta inueret perfidiam ſyphacis: & fœdus nō duraturum:dicit taurum mactandum ad aras fugiſſe:quoniā ſyphax uiolato fœderē ad pœnos ſe uertit & filiam aſdrubalis duxit uxorem. Decoramen:ornamentum ſuorū maiorum:& per hoc oſtendebatur caſuram eſſe gloriam ſeruatæ fidei ex capite ſyphacis:& eum depoſiturum eē coronam regni quod ſui maiores tenuerant.fuit eni poſtea captus ſyphax:& uiuus ad Scipiōem perductus. Caſuro:qđ paulo poſt cadere debebat. Omnia: ſigna & prodigia futuræ calamitatis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Fractum: uictum a Scipione ſyphacem. Solio: proprio regno. Repetit portum: ſcipio fœdere iacto cum ſyphace profectus ex aphrica die. iiii. portũ carthaginis ingreſſus eſt. Notis terris: hiſpaniæ. Summũ honorem: appellando ſcilicet regem. Munera: nomen regis.

Auſonio romano: quoniam romani oderant maxime nomen regium. ideo dixit Scipio: regium nomen alibi magnum romæ autem intolerabile eſſe.

Patrios romanos peroſos regiam dignitatem. Quando ita cælicolũ. oratio ſcipionis ad milites. Orbe extremo: hiſpania quæ eſt ad occidentẽ. Vmbris: manibus patris & patrui.

Orbita: curſus ſolis. Liuius ait Scipio carthaginem ad uota ſoluenda diis munuſque gladiatorum quod mortis cauſa patris patruique parauerat edendum rediit. Simulatas exequias: fictam pompam exequiarum cũ imaginibus ac ſi cadauera ſuorũ illic comburenda fuiſſent. ludi funebres inquit Liuius additi ſũt ſpectaculo gladiatorum pro copia & prouinciali caſtrenſi apparatu. Tumulis rogis ardentibus. Manes: patris: & patrui euocat. Laudes uirorum: habuit orationem funebrem in illorũ honorem: quod primus apud romanos inſtituit Valerius publicola in funere. L. Bruti. Circo in quo erant celebrandi ludi.

Mobile uulgus: incõſtans multitudo ſpectatorũ. Fores: exitus carcerum ex quibus eq emittuntur ad curſum repagula ut Sex. Pompeius ait: ſunt que patefaciendi gratia ita figuntur ut e contrario oppugnentur repagula dicimus obſtacula quæ ꝑ carceribus ſunt. Signo: ſono tubæ: id eſt poſtquam emiſſi fuerunt equi e carceribus.

Hinc fractum bello regem ſolioque reuulſum.
Tempus erit cum ducet agens ad templa tonantis.
Qui tunc orabat ſocialia fœdera ſupplex
His actis repetit portum: puppemque ſecundo
Dat uento: & notis reddit ſe ſcipio terris.
Concurrunt auidæ gentes: uarioſque ſubacta
Pyrene miſit populos: en omnibus una
Concordes regem appellant: regemque ſalutant.
Scilicet hunc ſummum norunt uirtutis honorem:
Sed poſtq̃ miti reiecit munera uultu
Auſonio non digna uiro: patrioſque uiciſſim
Edocuit ritus: & romam nomina regum
Monſtrauit neſcire pati: conuerſus in unam
Quæ reſtat curam: nullo ſuper hoſte relicto:
Et latium ſimul & uulgum betiſque tagique
Conuocat: ac medio in cœtu ſic deinde profatur.
Quando ita cælicolum nobis propenſa uoluntas
Annuit: extremo libys ut deiectus ab orbe
Aut his occideret campis aut axe relicto
Heſperio: patrias exul luſtraret harenas
Iam ueſtra tumulos terra celebrare meorum
Eſt animus: pacemque dare expoſcentibus umbris.
Mente fauete pari: atque aures aduertite ueſtras.
Septima cum ſolis renouabitur orbita cœlo:
Quique armis ferroque ualent quique arte regẽdi
Quadriiugos pollent currus: quis uincere planta
Spes eſt. & ſtudium iaculis impellere uentos
Adſint: & pulchræ certent de laude coronæ.
Præmia digna dabo: & tyria ſpolia inclyta præda.
Nec quiſq̃ noſtri diſcedet muneris expers.
Sic donis uulgum laudumque cupidine flammat.
Iamque dies prædicta aderat cœtuque ſonabat
Innumero campus ſimulataſque ordine iuſto
Exequias rector lachrymis ducebat obortis
Omnis iber: omnis latio ſub nomine miles
Dona ferunt: tumuliſque ſuper flagrãtibus addunt.
Ipſe tenens nunc lacte ſacro: nunc plena lyeo
Pocula: odoriferis aſpergit floribus aras:
Tum manes uocat excitos: laudeſque uirorum
Cum fletu cantat. ueneratur facta iacentum.
Inde refert ſeſe circo: & certamina prima
Inchoat: & rapidos curſus proponit equorum.
Fluctuat æquoreo fremitu rabieque fauentum
Carceribus nondum reſeratis mobile uulgus.
Atque fores oculis & limina ſeruat equorum.
Iamque ubi prolato ſonuere repagula ſigno:



Et toto prima emicuit uix ungula cornu:
Tollitur in cœlum furiali turbine clamor.
Pronique ac ſimiles certantibus ore ſequuntur
Quiſque ſuos currus: magnaque uolantibus idem
Voce loquuntur equis: quatitur certamine circus
Certantum: ac nulli mentem non abſtulit ardor.
Inſtant præceptis: & equos clamore gubernant.
Fuluus harenoſa ſurgens tellure ſub undas
Erigitur globus: atque operit caligine denſa
Cornipedumque uias: aurigarumque labores.
Hic ſtudio furit acris equi: furit ille magiſtri.
Hos patriæ fauor: hos accendit nobile nomen
Antiqui ſtabuli: ſunt quos ſpes grata fatiget:
Et noua ferre iugum ceruix: ſunt cruda ſenectus
Quos iuuet: & longo ſonipes ſpectatus in æuo.
Euolat ante omnis: rapidoque per aera curſu
Callaicus lampon fugit: atque ingentia tranat
Exultans ſpatia: & uentos poſt terga relinquit.
Conclamant: plauſuque fremunt: uotique peractã
Maiorem credunt præcepto limite partem.
At quis interior cura & prudentia circi
Altior effuſas primo certamine uoces
Damnare: & caſſis longe increpitare querelis
Indiſpenſato laſſantem corpora niſu:
Quo nimius: quo cirne ruis? nam cirnus agebat.
Verbera dimitte: & reuoca moderatus habenas
Heu ſurdas aures: fertur ſecurus equorum.
Nec meminit quantum campi decurrere reſtet.
Proximus a primo diſtans quantum æquore currus
Occupat ipſe loci tantum: ſed proximus ibat
Aſtur panchates: patrium frons alba nitebat
Inſigne: & patrio pes omnis concolor albo.
Ingentes animi: membra aut procera: decuſque
Corporis exiguum: ſed tum ſibi fecerat alas
Concitus: atque ibat campo indignatus habenas.
Creſcere ſublimem: atque augeri membra putares.
Cinyphio rector radiabat fronte peloro
Camphaſus: ipſe aſper: nec qui ceruicis amaret
Applauſe blandos ſonitus: clauſumque cruento
Spumeus admorſu gauderet mandere ferrum.
At docilis freni & melior parere pelorus.
Non unquam effuſum ſinuabat deuius axem.
Sed leuo interior ſtringebat tramite metam.
Inſignis multa ceruice. & plurimus idem
Ludentis per colla iubæ: mirabile dictu.
Nullus erat pater zephyri noua flamina campis

Toto cornu: uix equi extulerãt totum pedem e carceribus amotis repagulis. Ore. uerbis & fauore.

Proni: exprimit habitum eorũ qui fauebãt currentibus & eos oculis proſequebantur. Idem: qui ſequuntur ore currus magna uoce alloquuntur ipſos equos: hortanturque ad curſum ut fit. Nulli non: ideſt ardor & ſtudium reddidit omnis pene iſanos. Præceptis ideſt monent ipſos currentes. Antiqui ſtabuli: generoſitatis ipſorũ equorum. Noua: prima ad curſum. Cruda: uiuida. & adhuc habilis ad curſum. Lampon callaicus. equus adductus a callaicis populis. Præcepto limite: occupato primo ſtadii loco arbitrabantur iam partam eẽ uictoriam quia tenebat primum locum in curſu: ſed hi qui hanc artem callebant aliter putabant. Damnare. damnabant illum primum impetum: & effuſas eſſe omnes uires quæ ſunt moderandæ. Cirne: cirnus erat auriga melampodis equi: panchates erat ſecundus equus: & regebatur ab ibero. Ciniphio peloro equo nutrito apud ciniphios de q bus dictum eſt. Rector: ipſe durius. duo erãt equi pelorus: & camphaſus durius regebat pelorum athlas cãphaſum. Clauſum ferrum: frenum. ideſt non mandebat frena ore ſanguieo. pelorus autem erat patiens freni. Non unquã: ideſt nunq̃ ipſe pelorus deuius ſinuabat effuſum ideſt laxius uagantem currum: quoniam cum pareret frenis adhærebat metæ quam luſtrabat. & ſic minus ſpatium occupans facile ſuperabat. currebant quippe circum metam. unde Horatius: Metaque feruidis euitata rotis. Stringebat quaſi tãgebat metam. Tramite læuo. ſiniſtro curſu. Interior: adhærens metæ qđ cũ fit in leuã eſt reuolutio. Multa: longa. Plurimus iubæ: habẽs longam iubam demiſſam per collum. Ludentis: diſcurrentis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Vectonum:populorum hiſpaniæ. apud quos equæ aperto ore i Zephirũ uerſæ concipiunt. Eductum:nutritum. Harpe:equa mater ipſius pelori. Nobilis durius:alludit ad duriũ amnẽ qui habet ramenta auri. ſupra dixit. Hinc certãt pactole tibi duriuſque taguſque. Antiquo:iam ſeni & aurigandi perito. Vago.erranti.errauit enim Diomedes poſt euerſum ilium & condidit i hiſpania tyden denominatam a nomie patris ut dictum ẽ.

Aeneæ:Diomedes pugnauit cum ænea.& illi equos abſtulit a q̃bus hoc genus equorum in hiſpania propagatum fuerat apud tyden maxime conditam a Diomede.lege Homerum.

Magnis auſis:quoniam congreſſus fuerat cum ænea:& uenerem uulnerauit.ut canit Homerus. In ſpatia addebant:currebant per ſpatia circi.Virgilius.Addũt ſe in ſpatia.nec audit currus habenas. Currum præcedentẽ ſcilicet quem trahebat lampon callaicus. Vngula prima:prima pars ungulæ id eſt iam pede percutiebat pedẽ equi præcedentis. Non ibat ſenior: pares erant hi duo i curſu camphaſus & pelorus. Callaicas uires : lamponis equi callaici. Protentus:extendens ſe ſuper colla equorum. Pendens : incumbens ſuper capita equorum ut fit quoniam eſſet ſecundus in curſu. Te ne:uerba iberi ad panchatem equum: qui uenerat ex aſturia. Aequore:ſpatio in ipſo curſu. Conſurge:erige te i curſu. Anhelo:defatigato. Socios iugales: trahebat alios equos qui ſecũ erãt ligati ad eũdem currum. ideo eos appellat iugales. In orbem:in gyrum nunc uoluebant ſe in dextram:nũc ad ſiniſtram:ut alter alterum impediret. tandem durius per tranſuerſum obiecit currum athlanti ſeni:& ſic proſtratus eſt. Dexter:a parte dextra. Propulit:deiecit currum athlantis.

Vectonum eductum genitrix effuderat harpe
Nobilis. hunc durius ſtimulabat i æquore currum.
Caucaſus antiquo fidebat athlante magiſtro:
Ipſum etola uago diomedi condita tyde
Miſerat. exceptum troiana ab origine equorum
Credebant:quos æneæ ſimoentis ad undas
Victor tydides magnis abduxerat auſis.
Iamque fere medium euecti certamine campum
In ſpatia addebant:niſuſque apprendere primos
Panchates animoſus equos:ſuper altior ire
Et præcedentem iam iamque aſcendere currum
Pone uidebatur:curuatiſque ungula prima
Calliacum quatiens pulſabat calcibus axem.
At poſtremus atlas:ſed non & ſegnior ibat.
Poſtremo durio pacis de more putares.
Equata fronte & concordi currere freno:
Senſit ut exhauſtas qui proximus ibat iberus:
Callaicas cernit uires:nec ut ante ſalire
Præcipitem currum:& fumantes uerbere cogi
Aſſiduo uiolenter equo: ceu morte procella
Cum ſubita ex alto ruit:uſque ad colla repente
Cornipedum protentus:& in capita ardua pendens
Concitat ardentem quod ferret lora ſecundus.
Panchaten:uoceſque addit cum uerbere mixtas.
Te ne aſtur certãte feret quiſquã æquore palmam
Erepto? conſurge:uola perlabere campum.
Aſſuetis uelox pennis decreſcit anhelo
Pectore conſumptus lampon:nec reſtat hianti
Quem ferat ad metas iam ſpiritus:hæc ubi dicta:
Tollit ſe ſonipes:ceu tunc e carcere primo
Corriperet ſpatium:& nitentem opponere leuos
Aut æquare gradus cyrnum poſt terga relinquit
Confremit & cœlo:& percuſſus uocibus altis.
Spectantum cireus:fertur ſublime per auras
Altius attollens ceruicem uictor ouantem
Panchates:ſocioſque trahit prior ipſe iugales.
At poſtremus athlas durius poſtremus in orbem
Exercent artes:leuos nunc appetit ille.
Conatus:nunc ille premit:certatque ſubire
Dexter:& alterni nequicquam fallere temptant.
Donec confiſus primæuæ flore iuuentæ.
Obliquum durius conuerſis pronus habenis
Oppoſuit currum:atque euerſum propulit axem
Athlantis ſenio inualidi:ſed iuſta querentis.
Quo ruis? aut qui nã hic rabidi certaminis ẽ mos?
Et nobis & equis læthum commune laboras.



Dũque ea proclamat perfracto uoluitur axe
Cernuus:ac pariter fuſi miſerabile campo
Diſcordes ſternunt eq:quatit æquore aperto
Lora ſuis uictor:mediaque pelorus harena
Surgere nitentẽ fugiens athlanta reliquit.
Nec longum cyrni defeſſos prendere currus.
Hũc quoq; cũctãtẽ:& ſero moderamia equoꝝ
Diſcentem rapido præteruolat incitus axe.
Impellit currum clamor uoceſque fauentũ.
Iamq; etiã dorſo atq; humeris trepidãtis iberi
Ora ſuperpoſuit ſonipes:flatuſque uapore
Terga premi:& ſpumis auriga caleſcere ſẽtit:
Incubuit campo durius:miſitque citatos
Verbere q̃drupedes:nec fruſtra eq̃re uidetur:
Aut etiam æquauit iuga præcedentia dexter.
Attonitus tum ſpe tanta genitore pelore
Te zephyro eductũ nũc nũc oſtẽdere tẽpus
Diſcant qui pecudũ ducunt ab origine nomẽ:
Quantum diuini præcellit ſeminis ortus.
Victor dona dabis:ſtatueſque altaria patri.
Et ni ſucceſſu nimio lætoque pauore
Proditus elapſo foret inter uerba flagello:
Forſan ſacraſſet zephyro quas uouerat aras.
Tum uero infœlix ueluti delapſa corona
Victoris capiti foret in ſe uerſus ab ira
Auratam medio diſcindit pectore ueſtem.
Ac lachrymæ ſimul & queſtus ad ſydera fuſi.
Nec iam ſubducto parebat uerbere currus.
Pro ſtimulis dorſo patiuntur inania lora.
Interea metis certus iam laudis agebat
Seſe panchates:& præmia prima petebat.
Arduus effuſas lenis per colla per armos
Ventilat aura iubas:tum mollia crura ſuperbi
Attollens greſſus magno clamore triumphat.
Par donum ſolido argento celata bipennis
Omnibus: ac uario diſtantia cætera honore.
Primus equum uolucrẽ maſſyli munera regis
Haud ſpernẽda tulit:tulit hic uirtute ſecũdus.
E tyria quæ multa iacet duo pocula præda.
Aurifero perfuſa tago uilloſa leonis
Terga feri: & criſtis horrens ſidonia caſſis
Tertius ĩde honor ẽ:& poſtrẽo munere athlã(tis
Quãuis perfracto ſenio ſubſederat axe:
Attritum donat uictor miſeratus & æuum:
Et ſortem caſus:famulus florente iuuenta.
Huic datur adiuncto gentilis honore galeri.

Cernuus:præceps. Nec lõgum.ſ.erat:ideſt parum aberat a cyrno cuius equi erant iam defeſſi. Sonipes:pelorus iam ponebat os ſuper dorſum panchatis. Auriga:iberus. Genitore pelore:uerba durii ad pelorũ equum zephyri flatu conceptũ. Pecudum:animalium & equorum. Diuini ſeminis:quoniam ex uento conceptus erat pelorus. Patri.zephyro. Nimio ſucceſſu.gaudio & etiam pauore qui ex lætitia oriebatur excidit flagellum durio:& ſic palmã amiſit.Corona: prima gloria uictoriæ. Subducto uerbere:amiſſo flagello equi non parebant aurigæ. Lora inania.non inferentia dolorem. Arduus effuſas:deſcribit panchatem uictoria geſtientem. Mollia: flexibilia.Superbi:tumidi & uictoria elati.attollebat greſſus præ lætitia: & altius ſolo ingrediebatur cum gaudio crura reponens

Par donum:bipennis data eſt omnibus indifferenter:ſed primus iberus habuit equum quẽ ſyphax ſcipioni muneri muneri dederat. Quæ multa iacet: quoniam ingens præda erat i caſtris romanorum uictoriis parta. Gentilis:hiſpani.nã athlas erat hiſpanus ex uectonibus populis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

His actis: nunc de curſu hominum. Enſem: quem ſcipio pater Scipiōis ademerat hyempſæ a ſe occiſo. Gentile metallum. hiſpanum. Fulgentes pueri: deſcribit pueros q ſeſe ad pugnam expediebant. Fulgentes ora: formoſi. alludit ad heſperum ſtellam. Tyria domo. quoniam gades: ut dictũ eſt tyrii condiderunt. corduba eſt in betica regione Hiſpaniæ.

Haud parco certamine: nam miſit iuuenes qui honori eſſent Scipioni celebranti ludos cum lætitia. Læta: res lætas: ideſt ipſos ludos & ſpectacula. Rutilus comam: habens comā aurei coloris & corpus candidũ. unde propter pulchritudinem clamores omnium excitauit. ſetabis oppidum hiſpaniæ de quo ſupra. Sycoris: eſt fluuius ꝑpe ilerdam a quo denominatur hic iuuenis. Bellacis: hoc dicit poeta reſpiciens ad bellum ciuile. ſupra dixit. nec quæ dardanios poſt uidit ilerda furores. Potator aquæ: ideſt accola lethes fluuii hiſpani de quo ſupra.

Immemori gurgite: aqua quæ obliuionem inducit. Aeſtu: cupiditate laudum. Spatium: campum ad ſonum tubæ. Exiluere: emicuere ad curſum uelocius ſagittis emiſſis ab arcu. Exturbāte corda: impellente. Ire leues: agiles ad curſum. Stringit ueſtigia: ſuo pede premebat pedes euryti præcedentis. Prima planta: prima parte pedis

Cyllenida plantā: pedes Mercuri habentis talaria.

His actis ductor læta ad certamina plantæ
Inuitat: poſitiſque accendit pectora donis.
Hanc primus galeam. hac acies terrebat iberas
Haſdrubal. hũc enſem cui ꝓxima gloria curſu
Accipiet: ceſo pater hunc detraxit hyempſæ.
Tertius extremam tauro ſolabere palmam.
Cætera cõtenti diſcedent turba duobus
Quiſqȝ ferox iaculis: quæ dat gentile metallũ.
Fulgentes pueri tartheſſos & heſperos ora
Oſtendere ſimul uulgi clamore ſecundo.
Hos tyria miſere domo patria inclyta gades:
Beticus hoc dederat puero cognomē ab amne
Corduba: & haud parco certamīe læta fouebat
Inde comā rutilus: ſed cum fulgore niuali
Corporis īpleuit caueā clamoribus omnem.
Eurytus: excelſo nutritum colle crearat
Setabis: atque aderant trepidi pietate parētes.
Tum lamus & ſicoris proles bellacis ilerdæ:
Et theron potator aquæ ſub nomine lœthes.
Quæ fluit īmemori ꝑſtringens gurgite ripas.
Qui poſtq̄ arrecti plantis: & corpora proni
Pulſanteſque æſtu laudum exultantia corda
Accepere tuba ſpacium exiluere per auras.
Ocius effuſis neruo exturbante ſagittis. (tes.
Diuerſa & ſtudia & clamor: pendentque fauē
Vnguibus atqȝ ſuos: ut cuiqȝ eſt gratia anheli
Nomine quēqȝ ciēt: grex īclytus æquore fert:
Nullaqȝ trāſmiſſa ueſtigia ſignat harena.
Omnes primæui flauētiaque ora decori.
Omnes ire leues: atque omnes uincere digni.
Extulit incumbens medio iam limite greſſum
Eurytus: & primus breuib⁹ ſed primus abibat
Præcedens ſpaciis: inſtat non ſegnius acer
Heſperos: & prima ſtringit ueſtigia planta
Progreſſæ calcis: ſatis eſt huic eſſe priori.
Huic ſperare ſat eſt fieri ſe poſſe priorem.
Acrius hoc tendũt græſſus: animique uigore
Corpora agũt: auget pueris labor ipſe decorē
Ecce leni niſu poſtremoque agmine curſus
Poſtquam ſat uiſum ſibi cōcepiſſe uigoris:
Celſus inexhauſtas effundit turbine uires.
Non expectato ſubituſque erumpit ad auras.
Præuehitur theron: credas cyllenida planta
Ethereo nexis curſu talaribus ire.
Iāque hos. iamqȝ illos populo mirante reliquit
Et modo poſtremus nunc ordine tertia palma



Heſperon infeſtat ſua per ueſtigia preſſum.
Nec iam quem ſequitur tātũ: ſed prima coronæ
Spes trepidat tantis uenīētibus eurytus alis.
Quartus ſorte loci: ſed ſi tres ordine ſeruent
Inceptos curſus: nequicquā uana laborans
Tartheſſos fratrem medio therone premebat.
Nec patiens ultra tollit ſeſe æquore theron
Igneus: & plenum præteruolat heſperon iræ.
Vnus erat ſuper: & metæ propioribus ægros.
Vrebat finis ſtimulis quaſcũqȝ reliquit
Hinc labor hinc penetrans pauor ī præcordia. ui
Dũ ſperare licet: breuia ad conamia uterqȝ (res:
Aduocat: æquatur curſus: pariterque ruebant.
Et forſan gemina meruiſſent præmia palma
Peruecti ſimul ad metas ni terga ſequutus
Theronis fuſam late per lactea colla
Heſperos ingenti tenuiſſet ſæuus ab ira
Traxiſſetque comam: tardato lætus ouanſque
Eurythus euadit iuuene: atqȝ prælia uictor
Emicat: & galeæ fert donum inſigne coruſcæ.
Cætera promiſſo donata eſt munere pubes.
Intonſaſque comas uiridi redimita corona
Bina tulit patrio quatiens haſtilia ferro.
Hinc grauiora uirum certamina: cominus enſis
Deſtrictus: bellique feri ſimulacra cientur
Nec quos culpa tulit: quos crimina noxia uitæ
Sed uirtus animuſque ferox ad laudis amorem
Decreuere pares ferro: ſpectacula digna
Martigena uulgo: ſuetique laboris imago.
Hos iter gemini. quidnam nõ regibus auſum:
Aut quod iam regni reſtat ſcelus? impia circo
Innumero fratres cauea damnante furorem:
Pro ſceptro armatis inierunt prœlia dextris
Is genti mos dirus erat: patriumque petebant
Orbati ſolium lucis diſcrimine fratres.
Concurrere animis quātis cõfligere par eſt
Quos regni furor exagitat: multoqȝ cruore
Exatiata ſimul portantes corda ſub umbras
Occubuere: pari niſu per pectora adactus
Intima deſcendit mucro: ſuperaddita ſeuis
Vltima uulneribus uerba. & cõuicia uoluens
Dirus in īuitas effugit ſpiritus auras.
Nec manes pacem paſſi: nam corpora iũctus
Vna cum raperet flamma rogus impius ignis
Diſſiluit: cinereſque ſimul iacuiſſe negarunt.
Cætera diſtincto donata eſt munere turba:

Sua per ueſtigia: quoniam aſſequebatur eum pedibus. Tantis alis: tanta uelocitate teronis. Quartus: ipſe tartheſſus. Nequicquam: fruſtra. laborabat inquit in caſſum tarteſſus: ſi tres primi tenuiſſēt ſuum curſum. Tres: eurytus: heſperus & Teron.

Fratrem: heſperum. teron erat medius iter tartheſſum & heſperum. Plenum iræ: iratum ꝙ a Terone ſuperaretur. Vnus erat ſuper: iam ſuperat unus eurytus & uicinitas metæ incendebat ipſos currētes grauioribus ſtimulis Aegros: timentes ſuperari: & ſuſpenſos animo. Labor: & pauor ademerant uires. tamen id robur quod uterque habebat ad uictoriam: & ultimum conatum aduocabat: ſed heſperus teronem coma retardauit: & ſic eurytus ad palmam emicuit. Breuia conamina: quoniam parum iam diſtabant a meta. Vterque: eurytus & therō. Euadit: præterit. Patrio: hiſpano. Hinc grauiora uirum: nunc de gladiatorio munere: de quo Liuius. gladiatorum ſpectaculum fuit non ex eo genere hominum ex quo laniſtis comparare mos eſt ſeruorũ delectu ac liberorum qui habent ſanguinem uenalem. uoluntaria omnis: & gratuita opera pugnantiũ fuit. nam alii miſſi a regulis ſunt ad ſpecimen inſitæ uirtutis oſtendēdum. alii ipi profeſſi ſe pugnaturos in gratiam ducis alios æmulatio & certamen: ut prouocarent prouocati ue ut non abnuerent traxit. Creuere: pugnauere. inde cernere: & decernere ferro. apud Virgi. ideſt pugnare. Martigena e uulgo: bellicoſo hiſpano. Sueti laboris: quoniam hiſpani ſunt aſſueti dimicationibus & bellis. Hos inter gemini. Liuius ait: quidam quas diſceptando cõtrouerſias finire nequiuerant: aut noluerant. pacti inter ſe: ut uictorē res ſequeretur ferro decreuerunt. neque obſcuri generis homines: ſed clari: illuſtreſque & corbis & orſua patrueles fratres: de ciuitatis principatu ambigentes ferro ſe certaturos profeſſi ſunt. Iras Scipio ſedare uoluit: illi martem iudicem uolebant. cum a tāta rabie dirimi nequirent īſigne ſpectaculum exercitui præbuere: documentumqȝ quantum cupiditas imperii malum inter mortales eſſet. maior corbis uſu armorum & aſtu facile ſtolidas uires orſuæ ſuperauit. Quid non auſum. q. d. reges ut imperare poſſint omnia audent: unde Cæſar ſæpius uſurpabat. ſi uiolādum eſt ius: gratia regnandi uiolandum eſt: in omnibus aliis pietatem colas. Gemini. erāt enī patrueles. Circo innumero: frequentibus ſpectatoribus: īmo exercitu

Cauea. ideſt ipis ſpectatoribus dānātibus talem furorem. cauea appellaṫ concauitas ipſius theatri. ſic ēt circi. & ponitur pro ipſis ſpectatoribus. Pro ſceptro: principatu unius ciuitatis. Mos durus: mos fuit in hiſpania finiri certamē armis eoꝝ qui uolebāt regnare. Soliũ regnum: cum diſcrimine uitæ. Orbati: ſine patre. orſuæ pater: ut ait Liuius. princeps proxime fuerat a fratre maiore poſt mortem eius pricipatu accepto. Pari niſu: mutuis uulneribus ceciderũt a Liuio diſſētit poeta: qui dicit orſuam natu minorē cecidiſſe. Dirus: crudelis. morientes hi duo ſe inuicem conuiciis īceſſebant. Manes: animæ ſeruarunt etiā in morte diſcordiā: ut de ætheocle ac polynice canit Papinius. Turba: gladiatorum ſcilicet.

Mauruſia præda: punica. Libyſſe: libycæ. Tū iaculo: nunc de iaculatoribus q ultima ſpectacula fuerūt. Vincere: ſupare iaculis metam & ſignū poſitū.

Burnus: erat primus iaculator: habebatque claros natales: & erat tagi accola aureas habentis harenas.

Auis: maiorꝝ ſtēmate clarus. Pallet: ꝑpter colorē auri. Inſignis: clarus: & peritus. Lacerto: iaculo lacertis īpulſo. Acontheus: tāto īpetu emittebat haſtilia ut cerni non poſſent. Fugiſſe: euolaſſe per aerem pp fugam rapiendā. Indibiliſque: hic regulus fuit ſueſſanorꝝ & ilergetū in hiſpania q diu cum romanis pugnauit. nam contra. P. Scipionē huius ſcipionis prēm. vii. & qngenta ſueſſanorꝝ in aciem eduxit. Iam ſocius: tpe. ſ. ſcipionis ludos celebrantis indibilis & mandonius frēs cū omni populorꝝ manu relicto aſdrubale ſcipioni occurrerunt: & in amicitiā ſocietatemque recepti ſunt: & fœdere ab his accepta fides: ſed poſt diſceſſum ſcipiōis iterum excitarunt bellum. Victique ſūt ab imperatoribus. L. Lētulo & L. Mālio. in pugna indibilis cecidit cum. xiii. milibus hominū. Mādonius dum p legatos deditionē tentat in concilium uenit ibi captus cū cæteris principibus pœnas dedit. Latinis. i. pugnare cum romanis.

Deprendere: uulnerare. Burni: ſerua noie damū burno data eſt tingēdis lanis docta. Murice: purpura getulica. At quē ꝓxima honorāt pmia. hoc eſt ſecundū pmiū. Ilerdes accepit puerꝝ q curſu ſupabat. damas. Vicinā metæ: burrus metā tetigerat. Ilerdes adegit haſtam metæ uicinā: & ideo ſecūda pmia ipſum ornarūt. Tollere: uincere: & perimere. Nullā non: affirmate. i. uīcere omnis damas. tertia uictoria habuit canes. Germanus ducis. L. Scipio. Iacētū. ſcipionū. Tulit. habuit a ſcipione. Multiplicis auri. multiplicatis lamis aureis ex qbus torax conficitur. Iugales. equos aſtures. Vmbris. manibus patris & patrui. Subitæ frōdes. hoc tractū eſt ab hiſtoria romuli q haſtā ex palatio in auentinū contorſit quæ creuit in magnā arborē cornū. hæc haſta ſcipionis creuit in quercū: quoniā ſcipio liberaturus erat romā & oēm italiā reuocato annibale ī aphricā & ſupato: ciuiū liberatores querna corona donabantur quæ ciuica dicebaſ. Præſagi. futura ꝓuidētes.

Portendere. ſignificare. Repetit auſoniā. Scipio pulſis ex hiſpania carthaginenſibus. L. Lētulo &. L. Manlio prouincia tradita cū. x. nauibus romam rediit. Ducēte triūphū. fama ſcipionis triūphāte. ipē enim nō triūphauit: quoniā ſine magiſtratu rem geſſerat. Nec latium curis. comitiis conſularibus oēs cēturiæ ingenti fauore. P. Scipionē conſulē dixerunt cū. P. Licinio craſſo pōtifice maximo. oēs fere ſcipioni perinde ac in italia debellatū eēt ꝓuinciā aphricam deſtinarūt: quod ſcipio uel maxime cupiebat: ſed Fabi. obſtitit cū ſenioribus. Latiū. ipā roma caput latii. Faſces. conſulatū. Iuuenī. ſcipioni. Nec bello ꝓſpera turba. ipſi ſenes ꝓpter longā rerꝝ expientiā timentes. Nec ꝓſpera. non fauens. Ancipiti. periculoſo bello: & dubio & ſic patrū prudentia laudatur: qui nil temere agendum putabant. Cepta. talem in aphricam profectionem cum uideretur latiis rebus periculoſa.

Vt uirtus & dextra fuit: duxere iuuencos
Impreſſis dociles terram proſcindere aratris.
Duxere aſſuetos luſtra exagitare ferarum
Venatu iuuenes: quos dat maruſia præda.
Nec non argenti nec non inſignia ueſtis
Captiuæ precia et ſonipes: et criſta nitenti
Inſurgens cono: ſpolia exuuiæque libyſſæ:
Tum iaculo petiere decus ſpectacula circi
Poſtrema: & metæ certarunt uincere finem
Q ua tagus auriferis pallet turbatus harenis.
Et glagus inſignis uentos ante ire lacerto:
Et cuius nunq̄ fugiſſe haſtilia cerui
Prærapida potuere fuga uenator aconteus.
Indibiliſque diu lætus bellare latinis.
Iā ſocius: uolucreſque uagas deprendere nube
Aſſuetus iaculis idem & bellator ilerdes
Cui ludus nullam curſu non tollere damam
Tertia palma habuit geminos inſignis aconteus
Nec timidos agitare canes latratibus aprum.
Q uos poſtq̄ clamor plauſuſq ꝓbauit honores
Germanus ducis atq effulgens lelius oſtro
Nomina magna uocant læti maneſq iacentum
Atq haſtas ſimul effundunt: celebrare iuuabat
Sacratos cineres: atq hoc decus addere ludis.
Ipſe etiam mentis teſtatus gaudia uultu
Ductor ut æquauit meritis pia pectora donis.
Et frater thoraca tulit multiplicis auri:
Lelius aſturica rapidos de gente iugales
Contorquet magnis uictricem uiribus haſtam
Conſurgens: umbriſq dari teſtatus honorem
Haſta uolans mirum dictu medio incita cāpo
Subſtitit ante oculos: & terræ infixa cohæſit.
Tum ſubitæ frondes celſoq cacumine rami
Et latam ſpargens quercus dū naſcitur umbram
Ad maiora iubent præſagi tendere uates.
Id monſtrare deos: atq hoc portendere ſignis
Q uo ſuper augurio pulſis de littore cunctis
Heſperio pœnis cultor patriæq domuſq.
Auſoniam repetit fama ducente triumphum.
Nec latium curis ardet flagrantius ullis
Q uā iuueni libyā & ſummos permitteř faſces.
Sed frigens animis nec bello proſpera turba
Ancipiti ſenior temeraria cœpta uetabant.
Magnoſq horrebant cauta formidine caſus:
Ergo ubi delato conſul ſublimis honore
Ad patres conſulta refert: deturq poteſtas



Haud equidē metuiſſe queam. ofo Fabii qua ſcipionis deſiderio aduerſaſ: & incipit a cōfutatione ne audientes putarent Fabiū inuidia ductū talia diſſuadere. Inde expurgata ſuſpitione liuoris ad ſcipionem uerba conuertit ſuadendo ab utili tutandā potius italiā: q̄ ſe ancipiti fortunæ cōmittere. Non poſſum īquit iam timere ne ſcipio conſul credat me loquuturū ꝓpter inuidiam: & obtrectationē laudū ipſius. nā ſolemus inuidere aliis id quod nobis deeſt: at mihi ſuperſunt honores. Vnde uериſimile eſt me non liuore duci: ſed uſu reipu. cui ſemper pro uirili parte ꝓſpexi. Eui. i. plenus annorꝝ & dignitatū. fuerat enī dictator: &. V. conſul. Supereſt. ſuperabundat gloria uſq ad faſtidiū. Obtrectare. repugnare & detrahere. Proſpera. præclara acta mea.

Orat delendæ carthaginis altius orſus:
Hoc grādæua modo fabius pater ora reſoluit
Haud equidē metuiſſe queam ſatiatus & æui.
Et decoris: cui tam ſupereſt & gloria & ætas
Ne credat nos inuidiæ certamine conſul
Laudibus obtrectare ſuis: ſatis inclyta nomē
Geſtat fama meum: nec egēt tam ꝓſpa laude
Facta noua: uerū & patriæ dum uita māebit
Deeſſe nephas: aiumq nephas ſcelerař ſilēdo:
Bella noua in libyæ moliris ducere terras.
Hoſtis enim deeſt auſonia: nec uincere nobis
Eſt ſatis ānibalem? petitur quæ gloria maior.
Littore eliſeo ſtimuli ſi laudis agunt nos.
Hanc ſegetē mete: cōpoſuit ꝓpioribus auſis
Dignum te fortuna parem: uult itala tellus
Ductoris ſeui uult tādem haurire cruorem
Q uo martē aut quo ſigna trahis? reſtīguere
Ardētē italiā: tu feſſos obuius hoſtes (primū ē
Deſeris: ac ſeptem denudas ꝓditor arces.
An cum tu ſyrtin ac ſteriles uaſtabis harenas
Non dira illa lues notis iam mœnibus urbis
Aſſiliet? uacuūq iouem ſine pube ſine armis
Inuadet? quāti eſt ut cedas: romāq relinquas
Emerito: ac tanti perculſi fulmine belli:
Siccinne te ut nuper capua eſt accitus ab alta
Fuluius æquoreis libyæ reuocabimus oris?
Vince domi: & trinis mœrentē funera luſtris
Auſoniam purga bello: tum tende remotos
In garamātas iter: naſamoniacoſq triūphos
Molire: anguſtæ ꝓhibent nunc talia cepta
Res italæ. pater ille tuus qui nomina ueſtræ
Addidit haud ſegnis genti: cum conſul iberi
Tenderet ad ripas reuocato milite primus
Deſcendenti auide ſuperatis alpibus ultro
Oppoſuit ſeſe hannibali: tu conſul abire
A uictore paras hoſte: atque auellere nobis
Scilicet hoc aſtu pœnum: ſi deinde ſedebit
Impauidus: nec te in libyā tuaq arma ſequeť
Capta damnabis conſulta improuida roma.
Sed fac turbatum conuertere ſigna: tuæque
Claſſis uela ſequi: nēpe idem erit hannibal idē
Cuius tu uallum uidiſti e mœnibus urbis.
Hæc fabius ſeniorq māus paria ore fremebāt.
Tum contra conſul: ceſis ductoribus olim

Scelerare. maculare. quippe boni ciuis & ſenatoris ē nihil diſſimulare quod patriæ cōducat. Silēdo. tacēdo ea quæ ex uſu patriæ ſint: & ſic pietas fabii erga patriā laudaſ. Bella noua. narratio eſt. Hoſtis enim. ironice loquitur: q̄ſi dicat ſi tuus animus ardet gloria bellica congredere cū ānibale tibi æquali: & eſt in hac parte cōfutatio. Eliſeo. carthaginenſi. Mete. tolle ānibalē e medio. Cōpoſuit. oppoſuit te fortuna ānibali: nō eſt opus traiicere in aphricā ꝓpiores ſunt hoſtes contra quos potes audere. Auſis. uiribus & audaciæ tuæ. Parē. annibalē cū quo poteris cōgredi: & decorꝝ ſeruare tuū: cum ſit īperator tanti noīs: & inſerit ſemp cōfutationes: reſpondēs tacitis obiectiōibus.

Tandē. poſt tot annos: & clades. Quo martē. ab utili ſuadēdo īpetū ſcipionis latenter accuſat. Septē arces. romā quæ ſuis muris. vii. colles cōplectiť. Dira lues. ipſe ānibal peſtis tabifica. Aſſiliet. inſultabit. Iā notis. quoniā prius fuerat ad portā collinā. Vacuū iouē. ipm capitoliū. Quāti ē. ſenſus. hoc quod tu optas annibal ſi poſſet magno pcio emeret ut. ſ. italiā relinquas. ſic Vir. hoc ithacus uelit: & magno mercentur atridæ. Emerito. annibali iā emerito & quaſi ſeni in italia. Aſt tāto. nos inquit pcuſſi pœnorꝝ īpetu reuocabimus ne te ex libya ut paulo ante fuluiū ex obſidiōe capuæ? apud liuiū ait. quod ſi qd oēs dii omē auertant & dicere reformidat aius: ſed q̄ acciderūt accidere poſſunt: & uictor annibal ire ad urbē pgat tū demū te conſulē ex aphrica ſicut. Q. Fuluiū e capua arceſſemus.

Trinis luſtris. xv. annis. Molire. para meditare. Anguſtæ res. calamitas italiæ prohibet tuā ꝓfectionē.

Pater ille tuus. exēplo ſcipiōis prīs mōet nō eē italiā relinquendā: quippe ſcipio ille rediens e maſſylia quo tranſmiſerat ut patriæ adeſſet annibali ex alpibus deſcendenti ad ticinum occurrit. Nomina. gloriā. qppe dicti ſunt illi fratres duo fulmina belli. Ad ripas iberi. cū nauigaret in hiſpaniā. Auellere. remouere a nobis annibalē hoc aſtu: trāſmittēdo. ſ. ī aphricā. Sed fac turbatū: eſto inqt q ānibal te ſequaſ nō ne idē erit quē tu uidiſti inſultātē mœnibus nr̄is. Turbatū. ægre ferentē te patriā uexare ſuā. Cōuertere ſigna. redire in aphricā. Paria. ſimilia. ſeniores Fabio aſſentiebātur.

Cæſis ductoribus. cōcio ſcipiōis: q̄ ſeniorꝝ tarditatē accuſat cū ipē ſua celeritate hiſpanias uicerit. Vbi ceciderant duo fulmina belli ſcipiōes. apud Liuiū ait. Vnde hæc repēte de me cura exorta cum pater: patruuſq meus interfecti cū amiſſæ hiſpaniæ cū quattuor exercitus pœnorꝝ: quattuor duces oia metu armiſq tenerēt cū q̄ſitus ad id bellū īperator nemo ſe oſtenderet pter me nemo ꝓfiteri auſus eſſet: cū mihi q̄ttuor &. xx. annos nato detuliſſet īperiū populus ro. tū nemo ætatē



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

meam uim hoſtium difficultatem belli. patris
patruiq; recentem cladem commemorauit.
Læthogemino.morte duoꝝ ſcipionũ. Si
donium iugum. imperium punicum .i. cũ oĩs
hiſpania pareret carthaginẽſibus. Ad opẽ. au
xilium ferendum.nemo.n.illuc proficiſci aude
bat. Primoribus. iuuenilibus.natus erat ſci/
pio.xxiiii.annos. Nubem. turbinem & impe
tum belli. Grãdæua manus.tum iquit ſenio
res & potiſſimum Fabius dicebãt mea incepta
eſſe temeraria:& ſic Fabium eludit:quẽ ironice
uatem appellat:& ex ſtomacho. Puer ille.ego
ſcipio quẽ dicebatis eſſe puerũ. Futilis ætas.
inutilis ut uidebatur uobis: & inepta ad tãtam
belli molem: reſtituit romanis hiſpanias. Il/
leſus.nil mali paſſus in tanta rerũ mole. Tro
iugenis.romanis. Pepulit.fugauit ex hiſpania
oĩs carthaginẽſes. Exegit. fugauit & expulit:
ꝓfectus uſq; ad athlantẽ:& ſolis occaſum. Si
gna auri. nec prius rediit romã cũ p̄da ingenti q̃
uiderit oẽm ſubactam hiſpaniã. Romano lit
tore.romanis iam ſubdito.i. donec uidit hiſpa/
niã in ditionẽ romanoꝝ uſq; ad oceanũ ubi ſol
occidit. Aſciuit. ſocios & amicos fecit maſi/
niſſam & ſyphacem ſolum iquit mihi ſupereſt
ut carthaginem expugnem:quod iuppiter pol/
licetur. Senectus. fabius & alii ſenes. Intre
mit.timet annibalẽ:aut ſimulat timorem.ne ac
cedat mihi titulus euerſæ carthaginis. Egros.
ab effectu:quoniam timor facit homĩes ægros.
Longis ruinis.calamitatibus quas per tot an/
nos paſſi ſumus. Ne fabricate.nolite iquit ipe
dire meum iter ad carthaginem ut ulciſcar cla/
des acceptas. Cauto.Fabio cunctatori:q cũ ſi/
bi parauerit magnã gloriam cunctãdo.ſinat me
nunc tendere quo fata uocant. Non uinci.ab
annibale.ſ. Peperit oĩa. rem romanã labantẽ
reſtituit & accuſans Fabii cunctationem ait. nec
ego uiciſſem hãnonem Magonem & aſdrubalẽ
ſi fuiſſem cunctator. Nec amilcarẽ ſatus.aſdru
bal quem uicit prope pyreneos montes alter fu
it aſdrubal uictus ab eo in hiſpania giſgonis fili/
us. Sidonius puer.non ne inquit annibal qua
ſi puer in italiam uenit:& illam conſilio armiſq;
terribilẽ tanto belli turbine uexauit. Troia/
na.romana. Longo bello.iam.xv.annis. Ty
rias.carthaginenſes. Littora.punica.ſ. Illum
ego reuocabo inquit annibalẽ i libyã quem uos
cunctando in italia fouiſtis:& trahit fabiũ in iui
diam. Tertia luſtra.xv.ãnis. Veſtigia. ſigna
.i.haſtas affixas portæ urbis manu hoſtili.

Magnanimus lætho gemino cui tota ſubiſſet
Sidonium poſſeſſa iugum tartheſia tellus.
Non fabio non quis eadem eſt ſentẽtia cordi.
Quoq̃ ad opem uerſo fateor primoribus annis
Excepi nubem belli: ſoluſq; ruenti
Obieci telo caput:atque in me omnia uerti.
Tum grandæua manus puero male credita bella
Atque idem hic uates temeraria cepta canebat.
Dis grates laudẽq; fero:ſub nomine quorum
Gens troiana ſumus:puer ille & futilis ætas
Imbelleſq; ãni nec dum maturus ad arma
Scipio reſtituit terras illeſus iberas
Troiugenis.pepulit pœnos:ſoliſq; ſecutus
Extremas ad athlanta uias:exegit ab orbe
Heſperio nomen libyæ:nec rettulit auri
Signa:priuſq̃ fumantes circa æquora uidit
Romano phœbum ſoluentem littore currus.
Adſciuit reges idem nunc ultimus actis
Reſtat carthago noſtris labor hoc ſator æui
Iuppiter æterni monet:annibalem ecce ſenectus
Intremit:aut ægros ſimulat mentita timores.
Ne finem longis tandem peperiſſe ruinis
Sit noſter titulus.certe iam dextera nobis
Experta:& robur florentibus auximus annis.
Ne uero fabricate moras:ſed currere ſortem
Hanc ſinite ad ueterum delenda opprobria cladum
Quam mihi ſeruauere dei:ſat gloria cauto
Non uinci pulchra eſt fabio peperitq; ſedendo
Omnia cunctator nobis:nec mago:nec hanno:
Nec giſgone ſatus:nec amilcare terga dediſſent
Si ſegnes clauſo traheremus prælia uallo.
Sidonius ne puer uix pubeſcente iuuenta
Laurentis potuit populos & troia adire
Mœnia:flauentẽque ſacro cum gurgite tybrim.
Et potuit latium longo depoſcere bello?
Nos libyæ terris tranſmittere ſigna pigebit:
Et tyrias agitare domos? ſecura pericli
Littora lata patent:& opima pace quiete
Stat tellus:timeat tandem carthago timeri
Aſſueta:& nobis quãuis œnotria nondum
Annibale arua uacent:ſupereſſe intelligat arma.
Illum ego quem uoſmet cauti conſultaque ueſtra
In latio fecere ſenem:cui tertia large
Fundenti noſtrum dicuntur luſtra cruorem
Illum ego ad incenſas trepidantem & ſæua pauentẽ
Aduertam patriæ ſedes:an roma uidebit



Turres.quæ erant ad portã collinã.prius inqt q̃ annibal ueniat iteꝝ ad urbem audiet exuri mœnia carthagi/
nis.apud liuium ait.hic modo nihil moræ ſit.una & traieciſſe me audietis: & ardere bello aphricã: & amolientẽ
hinc annibalem:& obſideri carthaginẽ. Rutulis.romanis. Fato.diſpoſitione fatorum ita uolẽte. patres an/

Turpia agenoreæ muris ueſtigia dextræ?
Carthago immunis noſtros ſecura labores
Audeat interea:& portis bellabit apertis?
Tum uero noſtras iterũ pulſet iprobus hoſtis
Ariete ſidonio turres:ſi templa ſuorum
Non ante audierit rutulis crepitantia flãmis.
Talibus accenſi patres:fatoq; uocante
Conſulis annuerant dictis:fauſtumq; precati
Vt foret auſoniæ:tranſmittere bella dederũt.
HOſtis ut auſõiis diſce/
deret aduena terris.
Fatidicæ fuerãt oracu
la priſca ſibyllæ.
Cælicolũ phrygia ge
nitricẽ ſede petitã:
Laomedonteæ ſacrã/
dã mœnibus urbis
Aduectũ excipet nu/
men q lectus ab oĩ
Concilio patrum præſentis legeret æui.
Optimus heu nomẽ melius maiuſq; triũphis.
Iamq; petita aderat latia portãte cybelem
Puppe:atq; omnis magno cedente ſenatu:
Obuius accitis properabat ſcipio ſacris.
Qui genitus patruo ductoris ad africa bella.
Tunc lecti multa fulgebat imagine auorum.
Iſq; ubi longinquo uenientia numina ponto
Accepit ſupplex palmis thuſcique ſonora
Tybridis adducit ſublimis ad oſtia puppim.
Fœmineæ tum deinde manus ſubiere p amnẽ
Quæ traherent celſã religatis funibus alnũ.
Circum arguta cauis tinnitibus æra ſimulque
Certabant rauco reſonantia tympana pulſu.
Semiuirique chori gemino q dindima mõte
Caſta colunt:q dictæo bacchantur in antro
Quique idea iuga & lucos nouere ſilentes.
Hos inter fremitus ac læto nota tumultu:
Subſtitit adductis renuens ꝓcedere uinclis
Sacra ratis ſubitiſque uadis immobilis hæſit.
Tum puppe media magno clamore ſacerdos
Parcite pollutis contingere uincula palmis.
Et ꝓcul hic moneo ꝓcul hic quæcũq; ꝓfanæ
Ferte gradus:nec uos caſto miſcete labori.

nuerunt uerbis ſcipionis. Fauſtumq; p̄cati. antiqui
oĩbus rebus agendis quod bonũ fauſtũ fœlix:fortuna/
tumq; eſſet p̄ſabantur. Dederunt. conceſſerunt ſci/
pioni ut bellum in aphricã trãſferret bonis auibus: et
ſic ſcipio ex ſicilia ſoluẽs bono ſydere i libyã trãſmiſit.

Petri Mar. iterprætatio i ultimũ uolumẽ Sylii italici.

HOſtis ut auſoniis.Ciuitatẽ inquit Liuius
eo tẽpore recens religio iuaſerat iuento
carmine i libris ſybillinis:quod tale erat
Quãdoq; hoſtis alienigena bellũ italiæ i/
tuliſſet eum pelli italia uiciq; poſſe ſi ma
tris deũ peſſinũte numen romã aduectũ
foret. Itaq; ſcipione &.P. Craſſo conſſ. legati ad Atta
lũ miſſi ſunt.M.Valerius Leuinus.M.Cecilius.Metel/
lus.P.Sul.Galba.& Tremellius Flaccus.M.Valerius fal
co:quos Attalus comiter acceptos deduxit i phrygiã:&
ſacrũ lapidẽ quẽ matrẽ deũ eẽ incolæ dicebãt tradidit:
ac deportari romã iuſſit.Scipio i aphricã traiecit:ſypha
ce:aſdrubaleq; uictis carthaginenſes i patriã reuocaue/
runt Annibalẽ:q nõ ſine idignatiõe ac dolore reſpectãs
italia ceſſit: quẽ ſcipio ad zamã magno p̄lio uicit: car/
thaginẽ tributariã reddidit:& romã ad triũphũ reuer/
ſuſẽ. Hoſtis aduena.alienigena ſic dicebat carmen ſy
billinum. Phrygia ſede.ex peſſinũte urbe phrygiæ.

Laomedonteæ urbis.romæ. Qui lectus.electus a
ſenatoribus uir optimus:q hoſpes eſſet numinis idei.
M.Cor.cethego.P.Semp.Tuditão conſſ.cybeles ſimu
lachrũ romã aduectũ ẽ.Scipio Naſica adoleſcẽs nondũ
q̃ſtor uir optimus a ſenatu iudicatus ẽ.Is uectus naue i
mare a ſacerdotibus deã accepit:& i terrã extulit primo
ribuſq; matronaꝝ dedit iter quas claudia ſuæ caſtita/
tis teſtimoniũ dedit. Matronæ i ædẽ uictoriæ q̃ erat in
palatio tulerunt pridie idus aprilis. Iſq; dies feſtus fuit.
populus frequens dona cõgeſſit : lectiſternium & ludi
fuere inſtituti :quos megalleſia appellarunt. Heu no
men.hoc nomen iquit poeta optimi uiri erat clarius ac
melius omni triũpho. Properabat.cũ nobilibus ma
tronis.ſ.ad excipiendã cybelẽ. Sacris. cũ cerimoniis.
P.Cornelius cũ oĩbus matrõis oſtiam ire iuſſus obuiã
deæ.iquit Liuius ut eã de naui acciperet:& in terrã dela
tã traderet inferendam matronis. Patruo.erat filius
Gnei Scipionis patrui maioris aphricani q tũc ad bellũ
libycũ deſtinabaꝛ. Vnde cognomẽ reportauit. Ima/
gie.nobilitate gẽtis corneliæ. Fœmineæ. quoniã ſcipio
tradidit nobilibus matrõis numẽ urbi iferẽdũ. Alnũ.
naui ex alno arbore. Aera. uaſa ærea ſonãtia: quoniã
i ſacris cybelis erant æra:tympana: & tybiæ ſacerdotes
erãt galli ſemiuiri dicti a gallo fluuio phrygiæ. Semiui
ri chori:ipi galli ſacerdotes caſtrati. Gemio: duo cacu
mina habẽte dindimus mõs phrygiæ ubi cybelle cole/
baꝛ. Caſta:pp ipos ſacerdotes caſtos. Dictæo antro:
cretẽſi.dicte ẽ urbs cretæ ubi curetes:& choribãtes iouẽ
educauerũt obſtrepẽtes circa ne uagitus exaudireꝛ æris
tinnitu. Bacchãꝛ:furore icitanꝛ. Idæo:ida ẽ ſylua cre
tæ. Silẽtes:i qbꝰ educatus fuit iuppiter ne audireꝛ a ſa
turno. Fremitus:æris & tympanoꝝ. Subitis: currẽti
bus ſubſtitit nauis ut eẽt teſtis pudicitiæ claudiæ ueſta
lis. Sacerdos:primus ſacerdos cybellis. Pollutis:ipu
dicis. nolite inqt tãgere funẽ pollutis manibus. Pro/
fanæ:ſceleratæ. Labori:trahẽdæ naui.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Dũ ſatis eſt monuiſſe deæ.i.diſcedite priuſq̃ dea uos puniat:cui hactenus fuit ſatis monuiſſe ſe.ſ.nolle trahi manu ꝓfana: ſed ſiqua eſt hic pudica capiat ſola funẽ: & ratis ſequeť.tunc claudia acceſſit quæ ĩpudica falſo putabať & ꝑcata deam ut ſuæ pudicitiæ teſtis eſſet facili manu nauem traxit. Pia munera.officia nauis trahendæ:ac piũ miniſteriũ. Vel.etiã ſola dextra nõ erit opus inniti humeris. Nõ æqua.iniqua fama. Pli.ait li.vii. pudiciſſima fœmina religionis experimento iudicata eſt claudia inducta ab ea romã deoꝝ matre.huius hiſtoriæ plena ſunt oĩa.nã meminit Valerius.Oui.i faſtis.de q̃ etiã Suetonius ĩ tyberio.claudia ex gẽte claudia fuit quæ nauim cũ ſacris matris deũ cohærentẽ tyberino uado extraxit ꝑcata ꝓpalã ut ita demũ ſequeretur ſi ſibi pudicitia conſtaret. Cælicolũ genitrix.orõ claudiæ ad cybelem. Cũcta numina.quoniã cybele diciť mr̃ deoꝝ. Fretũ.hic ẽ neptunus. Sydera.iupiter. Manes.pluto. Secura.cũ eſſet cõſcia ſuæ pudicitiæ. Fremitus leonũ.hoc fingit poeta:quoniam leones trahebant currũ cybeles. Aduerſas.cõtrarias.

Ducẽtem.claudiã ꝑueniebat ipa nauis claudiã q̃uis undæ obſtarent. Ipſe alacer ſicula.M.Cornelio cethego.P.Sempro.Tuditano conſſ. Scipio ꝓcõſul e ſicilia ĩ aphricã traiecit. priuſq̃ mare cõſcenderet pulcherrimã habuit orõnẽ q̃ apud liuiũ ẽ.maximũ iniecit carthaginenſibus timorẽ ſcipio cũ littoribus aphricæ naues appuliſſet. Numẽ pelagi.neptunũ:cui tauꝝ pro fœlici nauigatiõe mactauerat. Exta.poſt orõnẽ:& cæſam uictimã ſcipio cruda exta uti mos erat in mare proiecit tubaq; ſignũ dedit ꝓficiſcẽdi. A ſede deũ.a lacteo circulo.fingit poeta aq̃las mõſtraſſe uiã nauigãti Scipioni: q iouis filius putabať cui aq̃la ſacra eſt.ſic æneas habuit colũbas duces. Armigeræ.quoniã aq̃læ miniſtrãt ioui fulmina. Clãgor.quẽ edebãt alis ipæ aq̃læ. Sequuti.romani nauigantes ſequuti ſunt oculis uolatus auiũ eatenus quatenus oculi ſpeculari poſſunt. Liquida.puro aere. Nec ſegnis tãta.aſdrubal giſgõis filius timens aduentũ Scipiõis ĩ libyã:Syphacẽ generꝝ ſibi fecit & carthaginẽſium amicũ.erat enĩ aſdrubali nubilis uirgo quã ſyphax duxit uxorẽ amorẽ flagrãs:quoniã numidæ ad libidinẽ ꝓpenſi ſunt. Procella.ĩpetu belli.

Terribilẽ molẽ.maximũ auxiliũ:& hoſtibus timendũ. Sub magno nomĩe.ſyphacis.ſ.regis ea tẽpeſtate ĩ aphrica potẽtiſſimi. Regis opes.appoſitio ẽ.parauerat molẽ opes.ſ.i.potentiã ſyphacis:q maſſylis imperabat. Laurẽtibus.romanis Replerat cãpos.ſyphax cũ q̃nquaginta:milibus peditũ:& decẽ eq̃tũ ĩ auxiliũ carthaginẽſiũ uenit. Nullo tapete.ſine aliquo ornamẽto aut ephippio.nã nudis bellabãt eq̃s numidæ. Dẽſe nubes.multitudo iaculoꝝ iſtar nubis. Dextræ datæ.Scipioni cũ quo fœdus ꝑcuſſerat ſyphax. Prauo.ab effectu:quoniã traxit ſyphacẽ ad prauitatẽ & ſcelus. Regni mercede.pauit ſibi uxorẽ hac mercede: ut eoſdem aĩcos inimicoſq; hẽrẽt & regnũ ſuũ ſyphax paratũ habebat ĩ pœnoꝝ fauorẽ:& ſic effrena libido ſyphacis taxať q ut uxorẽ hẽret regnũ pro mercede dedit. Virgo erat.ſophoniſba uocabať hæc puella q̃ mẽtẽ ſyphacis alienauit penitus a romanis. Gener.ſyphax gener aſdrubalis. Arma dotalia.ut promiſerat tanq̃ pro dote ſe.ſ.allaturum opem pœnis.ideo dixit regni mercede ſyphacem paraſſe ſibi thoros.

Dũ ſatis eſt monuiſſe deæ. quod ſiqua pudica
Mente ualet:ſiqua illeſi ſibi corporis aſtat
Conſcia uel ſola ſubeat pia munera dextra.
Hic priſca ducens clauſorũ ab origine nomen
Claudia non æqua populi male credita fama
In puppim uerſis palmiſque oculiſque ꝓfať:
Cælicolum gẽitrix numẽ quod nũina nobis.
Cũcta creas:cuius ꝓles terramque fretũque
Syderaque & manes regnorũ ſorte gubernat:
Si noſtrum nullo uiolatũ eſt crimine corpus:
Teſtis diua ueni.& facili me abſolue carina.
Tum ſecura capit funem fremituſque leonũ
Audiri uiſus ſubito:& grauiora per auras
Nulla pulſa manu ſonuerunt tympana diuæ.
Fertur prona ratis:uentos impellere credas
Contraque aduerſas ducẽtẽ præuenit undas.
Extemplo maior cũctis ſpes pectora mulcet.
Finem armis tandem: finemque uenire ꝑiclis
Ipſe alacer ſicula diſcedens ſcipio terra:
Abſcondit late propulſis puppibus æquor:
Cui numen pelagi placauerat hoſtia taurus.
Iactaq; cæruleis ĩnabãt fluctibus exta.
Tunc a ſede deum purũq; per ethera lapſæ
Armigeræ iouis ante oculos cepere uolucres
Equoreas monſtrare uias: ac ducere claſſem.
Augurium clangor lætum dabat:inde ſequuti
Tantum progreſſos liquida ſub nube uolatus
Quãtũ non fruſtra ſpeculãtũ lumina ſeruãt
Littora agenoreæ tenuerunt perfida terræ.
Nec ſegnis tanta ĩ ſemet ueniẽte procella.
Affrica terribilem magno ſub nomine molem
Regis opes cõtra:& maſſyla parauerat arma.
Speſq; ſyphax libycis una:& laurẽtibus unus:
Terror erat:campos pariter ualleſq; refuſas:
Littoraq; implerat.nullo decorare tapete
Cornipedẽ nomas aſſuetus: dẽſæq; per auras
Condebãt iaculis ſtridẽtibus æthera nubes.
Immemoris dextræq; datæ: iunctiq; per aras
Fœderis:& menſas teſtis atq; hoſpita iura:
Faſq; fidemq; ſimul prauo mutatus amore
Ruperat:atq; thoros regni mercede pararat.
Virgo erat eximia ſpecie:claroq; parente:
Aſdrubalis ꝓles:thalamis quã cœpit ut altis
Ceu face ſuccenſis prima tedaq; iugali
Vertit opes gener ad pœnos:latiæq; ſoluto
Fœdere amicitiæ dotalia tranſtulit arma.



Sed non auſonio curarum extrema ſyphacẽ
Ductori monuiſſe fuit:miſſique minentur
Stet regno:reputet ſupos: facta hoſpita ſeruet
Longe coniugia ac longe tyrios hymeneos
Inter dardanias acies fore ſanguine quippe:
Si renuat blando nimium facilique marito:
Statura obſeqa:& thalami flagrãtis amores.
Sic latius permixta minis & caſſa mouebat
Ductor: nã ſurdas coniũx obſtruxerat aures.
Ergo aſper monitis fruſtra nitentibus enſes
Aduocat:& caſtas polluti fœderis aras
Teſtatus uaria martem mouet impiger arte.
Caſtra leui calamo canaque intorta paluſtri
Qualia maurus amat diſpſa mapalia paſtor:
Aggreditur furtim armorũ tutãtibus umbris.
Ac tacita ſpargit celata incedia nocte:
Inde ubi collecti rapidam diffũdere peſtem
Cœperunt ignes:& ſe per pinguia magno
Pabula ferre ſono clare expatiãtur in auras
Et frenos uolucri propellũt lumine flammæ
It totis inimica lues cum turbine caſtris.
Atq; alimẽta uorat ſtrepitu uulcanus anhelo
Arida:& ex omni manant incendia tecto.
Sentitur pleriſque priuſq̃ cernitur ignis
Excitis ſomno:multorumque ora uocantum
Auxiliũ inuadunt flãmæ:fluit ũdique uictor
Mulciber:& rapidis ãplexibus arma uiroſq;
Corripit:exundat peſtis ſemiuſtaque caſtra
Ardenti uolitant per nubila ſumma fauilla.
Ipſius ingenti regis tentoria ſaltu
Lugubre increpitans late circunuolat ardor.
Hauſiſſetque uirum: trepidus ni clade ſatelles
E ſomno ac ſtratis rapuiſſet multa precãtem.
Verum ubi mox iuncto ſociarãt aggere uires
Maſſylus tyriuſque duces:accitaque regno
Lenierat pubes infauſtæ uulnera noctis:
Ira pudorque dabant & coniũx tertius ignis
Immanes animos afflataque barbarus ora
Caſtrorum flammis & ſe uelamine nullo
Vix inter trepidas ereptum ex hoſte cateruas
Frẽdebat minitãs.ſed enĩ non luce ſyphacem
Nec claro potuiſſe die nec ſole tuente
A quoq̃ uinci:iactarat talia uecors.
Sed iam claudebat flatus nec plura ſinebat
Atropos & tumidæ ꝓperãtur ſtãina linguæ.
Nanq; ubi ꝓſiluit caſtris ceu turbidus amnis

Sed nõ auſonio.hæc quæ poeta canit Liuius narrat fuiſſe ante profectionem ſcipionis e ſicilia.prima cura fuit ſcipioni monere ſyphacẽ ut in amicitia fideq; ꝑſeueraret. Stet regno.maneat in regno ſuo: nec adhæreat carthaginẽſibus:& meminerit eſſe deos teſtes uiolati ab eo fœderis. Pacta hoſpita.iura hoſpitii q̃ erãt inter ſcipionẽ ac ſyphacẽ. Longe coniugia.monet eũ ab utili ne deſerat romanos.ſi perſeuerabis ĩquit ĩ tua perfidia:& tecũ pugnabimus nihil proderunt tibi carthaginenſes:& aſdrubal ſocer.& ſanguine proprio lues obſequia uxoris tuæ. Si renuat.perſtare.ſ.in fœderẽ.

Statura.i.conſtabunt tibi magno ꝑcio obſequia tua erga uxorem. Obſtruxerat.clauſerat. Ergo aſper.ſcipio cum nihil monitis proficeret ſyphacem adortus eſt bello. Teſtatus.cum appellaſſet deos uiolati fœderis.inuocauerant quippe in iaciendis fœderibus iouem capitolinum & cornigerum. Varia arte.quoniam noctu caſtra:& hybernacula hoſtium incendit q̃ erant ex harundinibus:& materie agreſti. Qualia mapalia.quales caſas paſtoritias. Tacita nocte.Scipio partem copiarum lælio dedit cum maſiniſſa ac numidis edixitq; ut ignem in caſtra ſyphacis conĳceret.ipſe ad caſtra aſdrubalis profectus eſt quæ inuaſit cum primum caſtra ſyphacis accenſa uidiſſet.ita bina caſtra deleta ſunt nonnullis incendio abſumptis. Pinguia pabula.materiam aptam ad incendium nutriẽdum:proximis caſtris hæſit ignis.inquit Liuius: ex templo proxima queq; & deinceps contigua amplexus totis ſe paſſim diſſipauit caſtris. Propellunt.i.extendunt ſe ad auras effuſis habenis.tranſlatio ab equis indomitis et non parentibus lupatis. Lues.incendium. Turbine.ĩpetu. Omni tecto.tabernaculo. Sentitur quoniam cõburebantur dormiendo,multos in ipſis cubiculis ſemiſomnes.inquit Liuius hauſit flamma:multi præcipiti fuga ruentes ſuper alios.alii in anguſtiis portarum obruti ſunt. Albẽti.cineritia. Virum.ſyphacem conſumpſiſſet ignis. Satelles.cuſtos regii cubiculi. Multa precantem.facientem uota pro ſalute.

Iuncto aggere.iunctis caſtris cum aſdrubale. Accita pubes regno.milites euocati a ſyphace in ſubſidiũ a ſuo regno. Coniunx.uxor.inquit Liuius iam non blanditiis:ſed plena lachrymarum obteſtata eſt ſyphacem ne patrem ſuum patriãq; proderet: hiſdemq; flãmis carthaginem quibus caſtra conflauiſſent abſumi ſineret. Afflata ora.ſemiuſta nocturno incendio.

Sed enim non luce.hæc omnia iactabat ſyphax ſe.ſ.non potuiſſe uinci niſi illa fraude.apud Liuium ſic loquitur.ſcire incendio non prælio cladem acceptam eũ bello inferiorem eſſe qui armis uincatur. Vecors.inſanus. Flatus.ſpiritum & animi elationem. Atropos:fatum ipſũ. Tumidæ:inſolentis iactabũdæ ac uentoſæ. Stamina:fatum ipſum & finem. Nãque ubi proſiluit:deſcribit temeritatẽ ſyphacis irruentis in aciem ueluti amnis turbidus contra cuius uanitatẽ rutuli ſeſe erexerunt.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sana manus. ipſi rutuli prudẽtes & ſanæ mentis pugnantes arte non autem temere ut ſyphax. Prima in cornipedis. in ipſa pugna cum maſſeſſyli non modo primum impetum: ſed ne conſpectũ quidem armorum pati poſſent terrore ſuperioris calamitatis: ſyphax hoſtium turmis obequitabat: ſi pudor ſi periculo ſuo fugam ſuorum ſiſtere poſſet: equo grauiter icto effuſus opprimitur & uiuus capitur a romãis: ut lætum ſpectaculum maſiniſſæ præberet. Erexit. effecit ut ipe equus erigeretur & excuteret ſyphacem inſeſſorem. Feſſos artus. adnitebat ſyphax attoller membra. & ſic ligatus ad ducem perductus fuit. Lætis. proſpere fortunæ quæ mutabilis neminem: iquit Seneca: comminuit aduerſa fortuna niſi quem ſecunda decepit. Septriferas. regias. Metuntur. cæduntur milites hoſtiles. Inuiſus marti. infœlix iam in ipa pugna. Notus fugarum. qui prius ĩ hiſpania uictus a ſcipione fugerat. Damnatis auſis. omiſſo prælio iã damnabant ſe produiſſe in aciem aduerſus ſcipionem tam fauſti martis ducem. Trũcatis mẽbris. ſuperatis exercitibus: profligatis ducibus: capto ſyphace. Vni nixa uiro. ſperans in ſolo annibale: cuius nomen retinebat carthaginem ruentem. Molem ruentem. carthaginem ipſam labantem.

Id reliquum. ipſum annibalẽ qui erat ſolum & reliquum ſubſidium patriæ labantis. Rerum extrema. ultimæ neceſſitates. Feſſos opis. carthaginenſes iam omni ope ac auxilio deſtitutos. poteſt ẽt eſſe talis ordo ciere id reliquum opis auxiliiq;. Huc. ad annibalem. Nec mora. miſerunt carthaginẽſes legatos ad annibalem: qui ſecundo uento nauigantes quarto die ad ipſum uenerunt in apulia habentem caſtra. Fera. crudelia mali hominis. uidebat per quietem annibal romanos duces qui in prælio ceciderãt ſtrictis in ſe mucronibus ruere.



Qui ſyluas ac ſaxa trahens per deuia præceps
Voluitur: & ripas ſpumanti gurgite laxat:
Ante omnes præuectus equo: trahit agmina uoce
Contra ſana manus rutuli celſuſq; ruebat
Viſo rege procul raptis exercitus armis.
Ac ſibi quiſq; uides ne uides ait agmine primus
Maſſylus uolitat depoſcens prælia rector.
Fac noſtrum hoc mea dextra decus. uiolauit & aras
Cælicolum & caſti ductoris fœdera rupit.
Sit ſatis hunc caſtris ſemel effugiſſe crematis.
Sic ſecum taciti: & ceratim ſpicula fundunt.
Prima in cornipedis ſedit ſpirantibus ignem
Naribus haſta uolans: erexitq; ore cruento
Quadrupedem elatis pulſantem calcibus auras
Corruit aſper equus: confixaq; cuſpide membra
Huc illuc iactans rectorem prodidit hoſti.
Inuadunt uanãq; fugam atq; attollere feſſos
Adnitentem artus euocato a uulnere tælo
Corripiunt: tum uincla uiro manicæq; pudenda
Addita: & exemplum non unq̃ fidere lætis.
Septriferas arcta palmas uinxere cathena.
Ducitur ex alto deiectus culmine regni
Qui modo ſub pedibus terras & ſeptra patenſq;
Littora ad oceani ſub nutu uiderat æquor.
Proſtratis opibus regni phœniſſa metũtur
Agmina: & inuiſus marti notuſq; fugarum
Vertit terga citus dãnatis aſdrubal auſis.
Stabat carthago truncatis undiq; membris
Vni nixa uiro: tantoq; fragore ruentem
Annibal abſenti retinebat nomine molem.
Id reliquum feſſos opis auxiliiq; ciere.
Rerum extrema iubent: huc confugere pauentes.
Poſtq̃ ſe ſuperum deſertos nomine cernunt.
Nec mora propulſa ſulcant uada ſalſa carina
Quæ reuocent patriæq; ferant mandata monentes
Ne lentus nullas uideat carthaginis arces.
Quarta aurora ratem dauni deuexerat oras.
Et fera ductoris turbabant ſomnia mentem.
Nãq; grauis curis carpit dum nocte quietem
Cernere flaminium gracchũq; & cernere paulum.
Viſus erat ſimul aduerſos mucronibus in ſe
Diſtrictis ruere atq; itala depellere terra
Omniſq; a cannis thraſimeniq; omnis ab undis
In pontum impellens umbrarumq; exercitus ibat.
Ipſe fugam cupiens notas euadere ad alpes
Quærebat; terræq; ulnis amplexus utriſq;



Hærebat latiæ: donec uis ſæua profundo
Truderet: & rapidũ daret aſportare procellis.
His ægrum uiſis adeunt mandata ferentes
Legati: patriæq; extrema pericula pandunt.
Maſſyla ut ruerint arma: ut ceruice cathenas
Regnator tulerit libyæ: læthoq; negato
Seruetur noua põpa ioui: carthago laboret.
Vt trepidi aſdrubalis q rebus agitabat habẽas
Non una concuſſa fuga ſe triſte profatur
Vidiſſe arderent cum bina ĩ nocte ſilenti
Caſtra: & luceret ſceleratis africa flammis.
Prærapidum iuuenem minitari: brutia ſeruet
Littora dũ pœnus detracturũ ignibus atris:
In quã ſe referat patriã ſuaq; inclyta facta.
Hæc poſtq̃ dicta: & caſus patuere metuſq;
Effũdũt lachrymas dextrãq;: ut numẽ adorãt
Audiuit toruo obtutu defixus: & ægra
Expendit tacito cura ſecũ ipſe uolutans
An tanti carthago foret: ſic deinde profatur
O dirum exitium mortalibus. o nihil unquã
Creſcere nec magnas patiẽs exurgere laudes
Inuidia: euerſam iam pridẽ excindere romã
Atq; æquaſſe ſolo potui traducere captam
Seruitum gentẽ: latioq; imponere leges
Dũ ſũptus: dũq; arma duci teſſoſq; ſecundis
Summiſſo tyrone negãt recreare maniplos
Dũq; etiã terere: & uictu fraudaſſe cohortes
Hãnoni placet. induitur tota africa flãmis.
Pulſat agenoreas rheteia lancea portas.
Nũc patriæ decus & patriæ nũc ãnibal unus
Subſidiũ nunc in noſtra ſpes ultima dextra
Vertẽtur ſigna: ut patres ſtatuere: ſimulq;
Et patriæ muros: & te ſeruabimus hannon.
Hæc ubi detonuit celſas elitore puppes
Propellit: multũq; gemẽs mouet æquore claſ(ſem.
Nõ terga ẽ auſus cedẽtũ iuadere quiſq̃.
Nõ reuocare uirũ: cuncti præſtare uidentur
Quod ſpõte abſcedat ſupi: tãdemq; reſoluat
Auſoniã uentos optant: & littora ab hoſte
Nuda uider ſat ẽ: ceu flamia cõprimit auſter
Cũ fera & abſcedẽs reddit mare nauita parco
Interea uoto non auras poſcit amicas
Contentus caruiſſe noto: pacemq; quietam
Pro facili curſu reputat ſalis: omnis ĩ altum
Sidonius uiſu conuerterat undiq; miles.
Ductor defixos itala tellure tenebat

Truderet. impelleret in ipſum mare. Aegrũ. mœſtum. Negato lætho. morte: quoniã ſeruabat uiuus ad triũphũ & iouẽ capitolinũ. Prærapidũ iuuenẽ. Scipionẽ dicebant ĩ arma furẽtẽ: & fauſto marte pugnantẽ dixiſſe carthaginẽ ſe ſolo æquaturum dũ Annibal in bruttiis tẽpus terit ne habeat domũ in quã ſe italia pulſus recipiat. Detractum. cõſumptum icendio. Inclyta facta: clara geſta in italia. inde mouerũt affectus ipi legati.

Toruo obtutu. truci aſpectu. Liuius ait. frẽdẽs fremẽs: gemenſq; ac uix lachrymis tẽperans dicitur legatorum uerba audiuiſſe. Expendit. cõſiderat. An tanti. ſ. eẽt carthago ut dimitteret italia. & pfecto tanti erat patria. cui nõ ſolũ bona externa. uerum etia uitam debemus. unde uituperandi ſunt illi q ne aliquã famæ iacturã faciãt patriã ſinũt perire. & maxime culpãdi ſunt ſi patriæ poſcẽti nolũt adeſſe. In hoc igit laudat pietas Annibalis erga patriã cui ſe reuocãti & laborãti calamitate fauere ac ſuccurrere debebat q̃uis: dimittere italiã p tot annos poſſeſſã uideret indecorum: quoniã patriæ ſalutẽ ppriæ gloriæ pponere æquũ erat & decebat. O dirũ exitiũ mortalibus. deteſtat Annibal inuidiã annonis qui cã fuerat: ut Annibali ſupplementũ cæteraq; ad bellũ fouendũ idonea minime mitterentur. ẽ inuidia magnũ exitiũ ipſis mortalibus: quippe nõ patitur res: laudeſq; creſcere. Seruitũ. ad ſeruiẽdũ. quæ nũc imperat. Gentẽ. romanã. ſ. & italã. Feſſos. ſecũdis uictoriis: & eſt pars cõfutationis.

Tyrone. nouis militibus: nõ petebã iquit auxilia q paterer calamitates: ſed erã uictoriis defatigatus: ut oẽm culpã reiiciat ĩ Annonẽ. Submiſſo. miſſo ĩ ſubſidiũ.

Terere. defatigare cõſumere. Victu. alimẽto. Rheteia. romana. Agenoreas. carthaginenſes. Nunc patriæ decus. obiicit igratitudinẽ & ĩprudentiã tacite ipis carthaginẽſibus: q prius nullam pœne Annibalis rationẽ habuerãt. nũc prementibus malis dicebãt ipm eẽ decus & unicũ patriæ ſubſidiũ. Vertentur ſigna. ibimus inquit: ut ſenatores cenſuerũt. Et te ſeruabimus hãnon ex ſtomacho loqtur: quoniã ãno nõ merebat ab annibale: cuius gloriæ inuidebat ſalutẽ. Detonuit. alta uoce inclamauit. ſeruat decorum Annibalis irati q tonabat non loquebatur. Celſas puppes. Annibal iam hoc ipm pſagiens aĩo pparauerat naues. itaq; qđ robur ĩ exercitu erat ĩ aphricã tranſuexit. Multũ gemẽs. raro quenq̃ aliũ. ĩquit Liuius patriã exilii cã relinquẽtem magis mœſtum abiiſſe ferunt q̃ Annibalẽ hoſtium terrã excedentẽ receſſiſſe ſæpe italiæ littora: & deos homineſq; accuſantem ſe quoq; ac ſui ipſius caput excreatũ q nõ cruentũ ab cannenſi uictoria militẽ romam duxiſſet. Non terga. nemo auſus eſt inuadere diſcedentem Annibalem. Immo romani uentos optabant qui ſtatim ipſum a conſpectu italiæ auferrent. Cuncti ſuperi. putabant romani ſuperos hoc beneficium conſerre q Annibal ſpõte ſua excedat: & liberet italiam tot cladibus attritam. Ceu flamina. romanos non quærẽtes de Annibale uictoriam: ſed contentos illum abire illeſum comparat nautæ qui auſtro quo fuerat iactatus ponẽte nõ requirit auram leuẽ & ferentẽ. Fera flamina. horrendos flatus. Reddit mare. ipſis nauigantibus quod abſtulerat. Parco uoto. moderata optanti. Amicas. ad nauigãdũ aptas.

Salis. maris. Omnis in altum. milites ãnibalis a piciebant mare: ipſe uero reſpectabat italiam.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Triſtes oras.loca exiliis dãnata:& afferẽtia exulibus triſtitiam. Subſidere.abſcondi montes ut nauigantibus accidit cũ in mare prouehũtur.

Mentis ne ego cõpos.uerba annibalis turbati animo: quibus dementiã accuſat ſuam ꝙ italiã dimiſerit quã per tot ãnos lacerauerat & ꝙ poſt pugnam cannenſem non eſt profectus ad urbẽ.

Mentis ne.hæ ĩterrogationes irato cõueniũt.

Hoc reditu.turpi.ſ. ſine triũpho de italia:q̃rit ergo an ſit indignus hoc reditu.q.d.inſanus ſum ꝙ dimiſi italiã etiã ſi carthago romanoꝝ incendio deflagraſſet. A cannis.poſt pugnam cãnẽſem. Solio.ſede ſua capitolina ſeruat decorũ uiri impii. Vacuos bello.ſine præſidio: quoniã ceciderãt romani ad cãnas:& iõ colles urbis erant uacui propter bellum:& ſic annibal ſe execratur & deos qui tunc illi mentem eripuerunt.

Iliacum exitium.quale habuerunt troiani a græcis qui iliũ incenderũt. Proauoꝝ.troianorũ a quibus romani originẽ habent. Cur porro hæc angant?cur hæc me angunt inquit?ibo iterum ad portas urbis.quis prohibet? Nunc nunc.exprimit affectum ipſius annibalis. Monimenta.ſigna. Auertite.ex libya ad italiã uertite. Faxo.efficiam ut obleſſa a me roma Scipio ex aphrica reuocetur. fingit poeta neptunũ timentem romanis concitaſſe tempeſtatem: ut pœnos redire in italiam cogitãtes obrueret: qui tandem uenere ita cupiente in aphricam compulſi ſunt. Eruit.concitat. Eolias procellas.uentos quibus præeſt eolus in ſuo antro & rupe. Condit.abſcondit. Molitus.cum concitaſſet ſuo tridenti mare ab imis ſedibus. Tethyn.mare. Illiſu.ĩpulſu omnis ſcopulus quatiebatur fluctibus uento illiſis. Naſamonũ ſedibus.quoniam auſter flat a meridie:& uidetur habere domicilium apud naſamones qui habitant arenoſam aphricam. Nudauit.aperuit. Virgi.Et uaſtas aperit ſyrtes. Abruptum latus ponti.ingẽtem aquæ cumulum. Diſcordi flatu.quoniam eurus flat ab oriente. Poli.duo axes. Rupti.aperti fiebat chaſma & uidebatur aperiri cœlum. Reboare.reſonabãt. Implacabile cœlum: ipſa cœli ruina. Conceſſere.ſimul uenerunt. Ignes.coruſcationes & fulgura. Rupe.ſcopulo. Antennæ.cui alligatur uelum. Rudentum.funium.

Intentus uultus:mananteſque ora rigabant
Per tacitum lachrymæ & ſuſpiria crebra ciebat.
Haud ſecus ut patriam pulſus dulciſque penates
Linqueret:& triſtes exul traheretur in oras.
Vt uero affuſis puppes procedere uentis
Et ſenſim cœpere procul ſubſidere montes.
Nullaque iam heſperia:& nuſq̃ iã daunia tellus
Hæc ſecũ infrẽdẽs. mentiſne ego cõpos:& hoc nũc
Indignus reditu:qui memet finibus unquam
Amorim auſoniæ flagraſſet ſubdita tedis
Carthago:& potius cecidiſſet nomẽ eliſæ.
Quid tunc ſat compos:qui non ardentia tæla
A cannis in templa tuli tarpeia?iouemqꝫ
Detraxi ſolio?ſparſiſſem incendia montes
Per ſeptem bello uacuos:gentiqꝫ ſuperbæ
Iliacum exitium:& proauorum fata dediſſem.
Cur porro hæc angant:nunc nunc inuadere ferro
Quis ꝓhibet?rurſumqꝫ ad mœnia tẽdere greſſũ
Ibo:& caſtrorum relegens monimenta meorum
Qua uia nota mihi ẽ remeabo anienis ad undas.
Flectite in italiam proras:auertite claſſem
Faxo ut uallata reuocetur ſcipio roma.
Talibus ardentem furiis neptunus ut alto
Proſpexit:uertiqꝫ ratem ad littora uidit
Quaſſans cæruleũ genitor caput:æquora fundo
Eruit:& tumidum mouet ultra littora pontum.
Extemplo uentos hymbreſqꝫ e rupe procellas
Concitat eolias:ac hymbribus æthera condit.
Tum penitus telo molitus regna tridenti
Intima:ab occaſu tethyn impellit & ortu.
Ac totum oceani turbat caput:æquora ſurgunt
Spumea & illiſu ſcopulus tremit omnis aquarum.
Primus ſe attollens naſamonum ſedibus auſter
Nudauit ſyrtim correpta nubilus unda.
Inſequitur ſublime ferens nigrantibus alis
Abruptum boreas ponti latus intonat ater
Diſcordi flatu:& partem rapit æquoris eurus
Hinc rupti reboare poli atqꝫ hinc crebra micare
Fulmina:& in claſſem ruere implacabile cœlum.
Conceſſere ignes:nimbiqꝫ:& fluctus & ira
Ventorũ:noctemqꝫ freto impoſuere tenebræ.
Ecce intorta noto uenienſqꝫ a rupe procella
Antenne immugit:ſtridorqꝫ immite rudentum
Sibilat:ac ſimilem monti nigrante profundo
Ductoris frangit ſuper ora trementia fluctum.
Exclamat uoluens oculos cæloqꝫ fretoqꝫ.



Fœlix o frater diuiſque æquate cadendo
Aſdrubal.egregium fortis cui dextera in armis
Pugnanti peperit lœthum:& cui fata dedere
Auſoniam extremo tellurem apprendere morſu.
At mihi cannarum campis ubi paulus & illæ
Egregiæ occubuere animæ.dimittere uitam
Non licitum:uel cum ferrem in capitolia flammas
Tarpeii iouis ad manes deſcendere tælo.
Talia dum meret diuerſis flatibus acta
In geminum ruit unda latus:puppimque ſub atris
Aequoris aggeribus tenuit:ceu turbine merſam
Mox nigris altæ pulſa exundantis harenæ
Verticibus ratis æthereas remeauit ad auras.
Et fluctus ſupra uento librante pependit.
At geminas notus in ſcopulos atque horrida ſaxa
Dura ſorte rapit miſerandum & triſte biremes.
Increpuere ictu proræ.tum murice acuto
Diſſiliens ſonuit rupta compage carina.
Hic uaria ante oculos facies natat æquore toto
Arma inter galeaſque uirum criſtaſque rubentes
Florentis capuæ gaza & ſepoſta triumpho
Laurens præda ducis.tripodes menſæque deorum:
Cultaque nequicq̃ miſeris ſimulacra latinis.
Cum uenus emoti facie conterrita ponti
Talibus alloquitur regem maris:hoc ſatis iræ
Interea genitor ſatis ad maiora minarum
Cætera parce precor pelago.ne tollat acerba
Hoc carthago decus nullo ſuperabile bello
Progenuiſſe caput:noſtroſque in funera pœni
Aeneades undis totoque eguiſſe profundo.
Sic uenus:& tumidi conſidunt gurgite fluctus
Obuiaque aduerſis propellunt agmina caſtris.
Dux uetus armorum ſcituſque accendere corda
Laudibus ignifero mentes furiabat in iram
Hortatu:decoriſque urebat pectora flammis.
Tu mihi flamminii portas rorantia ceſi.
Ora ducis:noſco dextram:tu primus in ictus
Ingentis pauli ruis:ac defigis in oſſa
Mucronem:tibi pugnacis geſtantur opima
Marcelli:grachuſque cadens tibi proluit enſem.
Ecce manus quæ te pulſantem belliger appi
Mœnia ſublimis capuæ de culmine muri
Excelſo fuſa moribundum pertulit haſta.
Ecce aliud fulmen dextræ:quo nobile nomen
Fuluius excepit non unum pectore uulnus.
Huc prima te ſiſte acie:cui conſul in armis

Fœlix o frater:exclamatio annibalis dolentis ſe aqua extingui:& morte ignaua.laudatqꝫ mortem aſdrubalis fratris qui pugnando cecidit.

Aequate:par diuis in morte. At mihi inquit nõ licuit deponere uitam ad cannas ubi cecidit paulus totque uiri egregii. Egregium lœthũ: decoram mortem. Telo.fulmine. Dũ meret.i.mœſtus talia iactaret. Geminum.utrũqꝫ latus ĩpius nauis qua ãnibal uehebaẗ. Atris aggeribus:nigris cumulis aquarum & harenarum. Mox:paulo poſt ĩpa nauis emerſit ab harenis. Nigris uerticibus:cumulo harenæ exũdantis.i.æſtu furentis. Pulſa:ipſa ratis ab imo remeauit in altum. Librante:ſuſtinente ipſã nauim. Murice acuto:prominenti ſaxo. Facies:apparentia & aſpectus. Sepoſta:reſeruata in die triumphi ab annibale quam acceperat potiſſimum ex templo feroniæ ĩ latio: ut ſupra habuimus:ideo ait.tripodes menſæque deorũ.

Culta.adorata. Nequicquã:fruſtra. Cum uenus:fingit poeta uenerem oraſſe neptunum ne annibalem undis perderet:quoniã uolebat illum uinci a ſcipione ne poſſet gloriari carthago annibalem non potuiſſe ſuperari niſi a deo.

Hoc ſatis iræ: oratio ueneris ad neptunum.

Genitor: neptune quoniam uenus nata eſt e ſpuma maris. Cætera:in cæteris & per cætera noli ſeuire ulterius ne annibal hic moriatur.

Pœni:annibalis. Conſidunt:quieſcunt.

Obuiaque aduerſis: annibal primum ad leptim claſſem appulit atque ibi copias expoſuit. Initium inde fuit anni.xvii.M.Seruilio.T.claudio conſulibus hinc hadrumentũ peruenit ubi ad reficiendos milites paucos dies conſumpſit excitus pauidis nunciis omnia circa carthaginẽ armis romanis obtineri magnis itineribus zamam contendit & caſtra prope ſtatiua ſcipionis poſuit a quo per nuncium colloquia petiit:colloquuti inuicem ſunt cum ſingulis ĩterpretibus clariſſimi ea tẽpeſtate duces: pauliſper mutua admiratione prope attoniti conticuerunt.annibal prior locutus eſt:& de conditionibus pacis multum differuit:finis tandem fuit armis certandum eſſe:& habendam eam fortunam quã dii dediſſent. Dux:annibal qui ab ineũte ætate in armis uerſatus fuerat. Scitus: peritus mouere milites ad affectum laudando eos a rebus geſtis. Ignifero:ardenti & concitato. Flammis: ardore ac cupiditate. Decoris: laudis & gloriæ decorique ſeruandi. Tu mihi flaminii. oratio Annibalis hortantis milites ad operam patriæ nauandam:ne poſt tot uictorias in ultimo actu perdant decorum:& partam gloriam. Mihi:ad meam gloriam o miles inquit qui flaminium interfeciſti adſis in prima acie ut referas ſpolia Scipionis. Appi: uertit ſermonem ad Appium:qui ad capuam cecidit cum muros aſcenderet deiectus ab hoſte.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Chriſpinus:collega marcelli.

Lætiſſimus iræ:qui adeptus es lætitiam propter iram quia interfeciſti Seruilium. Pœnum pœnorum. Tribunū.L. Fuluium qui cecidit ad Trebiā. Scipiadæ patris:ad Ticinū fuit uulneratus Scipio: ut dictum eſt.

Nati. huius Scipionis illius filii. Certantia cœlo:erecta uſq; ad cœlum. Cum uideā.Horreſcamne inquit cum uideā uos qui omnem apuliam ferro ignique uaſtaſtis.argiripa oppidum apuliæ conditum a Diomede. Capaces:ampli patentes. Nec docilis concedere noſtræ laudi: ideſt q me laudibus æquas. nec ſcis cedere noſtræ gloriæ. Fulmina contra: hoc dicit propter tempeſtatem quam paſſi fuerāt ad portas urbis. Ante ducem me qui eram dux. Primordia belli:primum bellum ſagunthinum. Natum:aſparem. Cōiugis:himilces. Confiſus uobis: fretus fortitudine ueſtra o milites huc redii:ut patriæ laboranti adeſſem. Certatus nobis: hodie inquit orbis terrarum ꝑ quo certauimus dominum accipiet:& orbis erit præmiū certaminis. Ad effatus:ad prima uerba ducis petebāt ſignum pugnæ. Qui te mētis edunt morſus: uerba iouis ad iunonem.

Morſus:curæ quæ cor mordent & urunt: inde curæ dictæ

Fatalia regna:romana quæ fatis ita uolentibus imperare debent. Quis modus:quis finis & menſura uoti:cuius ut fiat cōpos omne ius faſque uiolat.

Cadmea:carthaginenſi.

Criſpinus cecidit metu comitante per hoſtes.
Qui uobis memini ad cannas lætiſſimus ire
Seruili fers ora ducis ſuffixa ueruto.
Cerno flagrantes oculos:uultumque timendum
Non ipſo minus enſe tuum fortiſſime pœnum
O iuuenis qualem uidi cum flumine ſeuo
Inſignis trebiæ complexum ingentibus ulnis
Merſiſti fundo luctantem uana tribunum.
At tu qui gelidas ticini primus ad undas
Scipiadæ patris tinxiſti ſanguine ferrum
Incepta exequere:& nati mihi redde cruorem:
Horreſcamne ipſos ueniant ad prælia diuos:
Cum ſtetis turmæ? uidi certantia cœlo
Cum iuga calcaſtis ſummas uolitare per alpes.
Cum uideam quorum ferro manibuſque capaces.
Arſere argyripe campi num ſegnior ibis
Nunc mihi qui primus torquens in mœnia tælum
Dardana nec noſtræ facilis cōcedere laudi
Te uero te te extimulem:qui fulmina contra
Et nimbos tonitruſque ac ſummi nominis iras
Cum ſtarem perferre ferox ac uana iubebas
Nubila? & ante ducem capitolia celſa petebas.
Quid uos quis claro deletū eſt marte ſagunthum
Exhorter:quos nobilitant primordia belli?
Vt meque & uobis dignum defendite quæſo
Præteritas dextræ laudes diuum ipſe fauore
Vincendoque ſenex patriam poſt trina labantem
Luſtra:& non uiſos tam longa ætate penates:
Ac natum & fide iam pridem coniugis ora
Confiſus uobis repeto:non altera reſtat
Iam libyæ:nec dardaniis pugna altera reſtat.
Certatus nobis hodie dominum accipit orbis:
Hannibal hæc:ſed non patiens remorantia uerba
Auſonius miles quatiens dux cœperat ora
Soluere ad effatus ſignum pugnamque petebat.
Hæc procul aeria ſpectantem nube ſororem
Vt uidit diuum genitor:mœſtoſque ſub acri
Obtutu uultus:ſic ore effatus amico eſt.
Qui te mentis edunt morſus? da noſcere coniunx:
Num pœni caſus ducis & carthaginis angit
Cura tuæ? ſed enim reputa tecum ipſa furores
Sidonios:gentem contra & fatalia regna
Teucrorum:quis erit quæſo germana rebelli
Fractis fœderibus populo modus? ipſa malorum
Non plus carthago tulit exhauſitque laboris
Quam pro cadmea tu exercita gente tuliſti



Turbaſti maria:ac terras:iuuenemque ferocem
Immiſti latio:tremuerunt mœnia romæ.
Perque bis octonos primus fuit annibal annos
Humani generis.tempus componere gentem.
Ad finem uentum:& claudenda eſt ianua belli.
Tum ſupplex iuno:neque ego mutare laborans
Quis eſt fixa dies pendenti nube reſedi.
Nec reuocare acies bellumque extendere quæro
Quæ donare potes,quoniā mihi gratia lāguet.
Et cecidit iam primus amor.nil fila ſororum
Aduerſus poſco:uertat terga annibal hoſti.
Et placet & cineres troiæ carthagine regnent.
Illud te gemini per mutua pignora amoris
Et ſoror & coniunx oro tranare pericla
Magnanimum patiare ducē: uitæque remittas:
Ne ue ſinas captum auſonias perferre cathenas.
Stent etiam contuſa malis mea mœnia.fracto
Nomine ſidonio. & noſtro ſeruentur honori.
Sic iuno:& breuiter contra ſic iuppiter orſus.
Do ſpacium muris:ut uis carthaginis altæ
Stēt lacrymis precibuſq; tuis: ſed præcipe cōiūx
Quatenus indulſiſſe uacet:non lōga ſuperſunt
Fata urbi:uenietque pari ſub nomine ductor
Qui nunc ſeruatas euertat funditus arces.
Aetherias quoq; uti poſcis trahat annibal auras
Ereptus pugnæ:miſcere hic ſydera ponto
Er terras implere uolet redeuntibus armis.
Noui fœta uiri belli præcordia:ſed lex
Muneris hæc eſto noſtri:ſaturnia regna
Ne poſt hac uideat.repetat neue amplius unq̄
Auſoniam nunc inſtanti raptum auehe lœtho.
Ne ſi miſcebit latis fera prælia campis
Romulei nequeas iuuenis ſubducere dextræ.
Dum ſtatuit fata omnipotens urbique ducique
Inuadunt acies pugnam:& clamore laceſſunt.
Sydera non alio grauiores tempore uidit
Aut populos tellus:aut qui paria arma mouerēt
Maiores certare duces:diſcriminis alta
In medio merces:quicquid tegit undique cœlū
Ibat agenoreus præfulgens ductor in oſtro
Excelſumque caput penna nutante leuabat
Criſta rubens:ſeuus magno de nomine terror
Præcedit:latioque micat bene cognitus enſis.
At contra ardenti radiabat ſcipio cocco
Terribilem oſtentās clypeum quo patris & una
Cœlarat patrui ſpirantes prælia dira

Iuuenem:annibalem. Immiſti: ĩmiſiſti. Cōponere gentē:redigere ad modum atque mediocritatem ipos pœnos omnia conturbantes. Ianua belli:alludit ad templum iani quod in pace clauſum erat. piſo in annalibus tradidit ædificatum fuiſſe tēplum a Numa pompilio inter forum romanum & boarium iano gemino & ab eodem cōſtitutum ut eius porta clauſa ſignificaret pacē:aperta bellū: clauſa fuit ſuo tēpore:& primo bello punico finito luctatio conſule: inde finitis bellis ciuilibus ſub auguſto. appellabatur hæc porta ianualis cū ſigno iani qui appellabatur ianus quirinus quia eſſet bellorum potens. Tranquillus ĩ auguſto ait:ianum quirinum ſemel atque iterum a cōdita urbe ante memoriā ſuam clauſum in multo breuiore temporis ſpacio terra marique pace parta clauſit. Gratia languet:quoniā non eſt mihi inquit ea gratia apud te quæ quondam eſſe ſolebat: & cecidit iam primus amor. Languet:fit minor. Fila ſororū.i.contra fata. Cineres troiæ:ex ſtomacho loquitur.i. ipſi romani oriundi a troianis reliquiis græcoꝝ: & incendio abſumptis imponāt leges carthagini. Remittas:dones ei uitam nec ſinas eum capi a romanis. Stent etiam:petit ne carthago euertatur. Contuſa malis. tot calamitatibus afflicta & uexata.

Fracto nomine ſidonio:amiſſa fama quā de orbis imperio quærebant. Noſtro honori:quoniam iuno illic imprimis colebatur placabaturque humano ſanguine. Do ſpacium muris:uaticinatur iuppiter quicquid futurum eſt de carthagine quam Scipio æmylianus in tertio bello punico euertit atque incendit:ideo ait:do ſpacium muris. Quatenus:quādiu & quouſque fatis placet indulgere carthagini. Sub pari nomine:ſcipio nepos per adoptionem huius Scipionis qui uicto annibale carthaginem ad tributum redegit. Miſcere hic ſydera. conabitur ānibal liberatus hoc prœlio miſcere cœlum mari.i.conturbare omnia: & hoc dicit propter antiochū quem fecit hoſtem populo romano. Redeuntibus: renouatis. Saturnia regna:italiam. Romulei iuuenis:Scipionis. Statuit:conſtituit fata chartagini & ānibali. Alta merces:magna.erat enim præmium uictoriæ ipſe orbis. De magno nomine:fama nomen ipſius annibalis erat terror. Bene cognitus: quem romani fuerāt ĩ italia experti. Cocco:paludamēto coccineo ut moris erat romanorum ducū:coccum nūc appellamus granā & roſatū. Spirantes:præ ſe ferentes prælia.fuerant enī duo fulmīa belli & erāt ſcipioni numinum inſtar.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Frons alta: ipſius ſcipionis uidebatur radiare: Liui. ait: adeo celſus hic corpore uultuque ita læto: ut uiciſſe iam crederes dicebat. Subigit: cogit credere atque ingreditur mentes ipſorum militum. Vt plerumque. ſcilicet fit ut fauor & metus cogant homines diuerſa ſentire credereque: & per hoc oſtēdit præſtantia ipſorum ducum. Nepotes agenoreos. id eſt imperium orbis peruenturum ad carthaginenſes. Ditione itala. id eſt totum orbem in poteſtate romanorum. Nubem. quam fecit multitudo haſtarum. Gentilem: ipſorum aphrorum. Macetum turbas: milites quos philippus macedonū rex miſerat ī auxilium annibalis cum quo iūctus erat fœdere: ut dictum eſt. Cærulus aut aliter maſiniſſam acies hoſtiles uaſtantem comparat illis qui falcato curru denſa circunferant agmina.
Cærulus: maris cerulei īcola. thyle ē inſula oceani britannici ultima inſularū quæ orcades dicuntur. Falcigero: habenti falces quæ obuios ſecant & ad latus accedentes. Couinno: plauſtro ſiue curru: eſt eni couinnus uehiculi genus. Phalanx: proprie loquutus ē cū phalanx uocabulum macedonicū ſit.

Patrio more: macedonico ritu: nam phalanx multitudine militum denſa erat: & qui erant in phalange utebātur umbone. unde Iuuenalis: Sed illos defēdit numerus iunctæque umbone phalanges. & Syllius dicit phalangem nullis haſtis fuiſſe penetrabilem. Immemor pacti: quod prius habuerat cū romanis. Has: cateruas. Poſt fœdus: quod cum annibale philippus percuſſerat. Vrbem: carthaginem conditam ab agenoreis. Periuria graia: ipſos macedones periuros: quoniam ruperant fœdera. Reſignat: aperit & laxat ipſam phalangem denſā: & quaſi ſignatā & clauſam. Labenti æuo. in ſenecta.

Pelleum: ex pella urbe macedoniæ patria magni alexādri. Latios: ipſos bruttios qui ānibalem ſequuti fuerant

Sylarum: nomē deductum a fluuio ſylaro lucaniæ. Caudinus. nomē acceptum a caudinis furcis: quæ ſunt in ſamnio: caudinus: & ſarris erāt ex bruttiis. Virgilius & amanus ex romanis.

Noti habitus. qa cognoſcebāt illos eē italos propter habitus: & uocem. ergo habitus accēdebāt iras romanorum.

Effigies flammam ingentem frons alta uomebat.
Sub tanta cunctis ui telorumque uirumque
In ducibus ſtabat ſpes & uictoria ſolis.
Quin etiam ſubigit fauor ut plerūque metuſue
Scipio ſi lybicis eſſet generatus in oris
Scæptra ad agenoreos eſſent uentura nepotes.
Annibal auſonia genitus ſi ſede fuiſſet
Haud dubitant terras itala in ditione futuras.
Contremuere auræ rapido uibrantibus haſtis
Turbine & horrificam traxere per æthera nubē
Inde enſis propiorque acies & cominus ora
Admota ac dira flagrantia lumina flamma
Sternitur in medium contemptrix turba pericli.
Quæ primis ſe præcipitem tulit obuia telis.
Gentilemque bibit tellus inuiſa cruorem.
Feruidus ingenii maſiniſſa & feruidus æui
In primas macetū turmas immania membra
Infert: & iaculo circunuolat alite campum.
Cærulus haud aliter cum dimicat incola thyles.
Agmina falcifero circumuenit acta couinno.
Graia phalans patrio denſarat more cateruas.
Innixiſque aſtat nulli penetrabilis haſtis.
Immemor has ſcī poſt fœdus in arma philippus
Miſerat. & quaſſam refouebat agenoris urbem.
Rareſcit multo laxatus uulnere miles.
Atque aperit patulas proſtrato corpore late
Inter tela uias: irrumpit mole ruinæ
Auſonius globus: & periuria graia reſignat.
Archemorū ruilus teuerum norbanus: & ambos
Mantua labenti genitrix dimiſerat æuo.
Obtruncat ſamium bellacis dextra caleni:
At clytium ſelius: pelleum & uana tumentem
Ad nomen patriæ clytium: ſed gloria pelle
Haud ualuit miſero defendere daunia tela.
Seuior his latios uaſtabat bruttia ſigna
Lælius increpitans. adeo ne œnotria tellus
Deteſtanda fuit: quam per maria aſpera perque
Inſanos tyrio fugeretis remige fluctus?
Sed fugiſſe ſatis fuerit: latio ne cruore
Inſuper externas petitis perfundere terras?
Hæc dicens ſilarum meditantem in prælia tælo
Præuenit: haſta uolans imo ſub gutture ſedit:
Et uitæ uociſque uias ſimul incita clauſit:
Virgilio caudinus: acerbo ſaris amano
Sternitur: accendunt iras: uultuſque uirorum
Armorūque habitus noti: & uox conſona linguæ



Quos ubi nutantes conſpexit amilcare cretus
Terga fugæ. ſtate ac noſtram ne prodite gentem
Vociferans ſubit: & conuertit prælia dextra.
Qualis in æſtiferis garamantum fœta ueneno
Attollit campis feruenti paſtus haræna:
Colla parethonius ſerpens: lateque per auras
Vndantem torquet perfundens nubila tabem:
Continuo infeſta portantem cuſpide uulnus
Impedit anteuolans herium cui nobile nomen
Marrucina domus clarumque theate ferebat.
Atque illi magnum nitenti & laudibus hoſtis
Arrecto capuli ad finem manus incita fodit:
Quærebatque miſer morienti lumine fratrem.
Cum iuuenis ſubit & letho ſtimulatus acerbo
Pleminius ſeuum mucronem ante ora coruſcat:
Ac fratrem magno minitās clamore repoſcit.
Huic proles barcæ: germanum reddere uero
Si placet: haud renuo: maneāt modo fœdera noſtra
Aſdrubalem reuocare umbris: ego ne aſpa ponā
Vnq̄ in romanos odia? aut manſueſcere corda
Noſtra ſinam? parcamque uiro: quem terra crearit
Itala? dum manes inimica ſede repellat
Eterna: ſocioque abigat me frater auerno.
Sic ait: & clypei propulſum pondere toto
Lubrica qua tellus lapſantis ſanguine fratris
Fallebat niſus: proſternit: & occupat enſe.
Extendit labens palmas heriumque iacentem
Amplexus iuncta leniuit morte dolorem.
Tum libys inuadit mixtæ certamina turbæ:
Conuertitque ruens per longum hoſtilia terga.
Vt cum fulminibus permixta tonitrua mundum
Terrificant: ſummique labat domus alta parentis:
Omne hominum terris trepidat genus: ipſaq; oborta
Lux atrox micat: & præſens aſtare uiritim
Creditur ītento perculſis iuppiter igne.
Parte alia ceu ſola forent diſcrimina campo
Qua miſcebat agens truculētus ſcipio martem
Aſpera pugna nouas uaria ſub imagine leti
Dat formas. hic enſe iacet proſtratus adacto.
Hic ſaxo perfracta gemit lachrimabilis oſſa:
Atque hos turpe pauor fuſos proiecit in ora.
Horum aduerſa dedit gradiuo pectora uirtus:
Ipſe ſuper ſtrages ductor rheteius inſtat.
Qualis apud gelidum currus quatit altior ebrum
Et geticas ſoluit feruenti ſanguine mauors
Lætus cæde niues: glaciemque aquilonibus auctā

Qualis ī æſtiferis: annibalem furentem & pugnam inſtaurantē cōparat ſerpenti qui uirus effundit.
Colla fœta: plena ueneno. ſic annibal attollens caput uociferabatur.
Aeſtiferis: torridis quoniam īhabitabilis ē illa regio propter ſolis ardores & ſerpentes. Paretonius: libycus ab oppido paretonio ſiue loco de quo dictum eſt. Continuo: annibal ſtatim interemit herium Marrucinum cogitantem illum cōficere. theate oppidū & caput marrucinorum de quo dictū eſt. Clarum theate: quoniam erat caput gētis: & dicatum cælicolum matri: ut ſupra cecinit. Nitenti magnum: qui magnam rem moliebatur. infeſta quippe haſta ibat in annibalem.
Arrecto: intento: & qui erigebat ad laudem creſi ducis. Proles barcæ: ānibal cuius pater barca cognominabatur. Vmbris: inferna ſede. Abigat. pellat a ſe ꝗ romanis pepercerim poſt ſuam cædē. Libys: annibal ruens in prælium uertit per longum ſpatium hoſtes ī fugam. adeo erat terribilis: incutiebatque terrorē hoſti: ut tonitrua omni generi animantium. Labat: ruit ipſum cælum. Oborta lux. coruſcationes. Viritim: ſingulis uiris.
Perculſis: ipſis mortalibus animo conſternatis audito fulmine uiſiſq; coruſcationibus. Proiecit in ora: coegit eos fugere: & ſic poſt terga uulnus accipientes cadebant in faciem quod turpiſſimum ē. Horum. aliquorū fortitudo: & uera uirtus dedit pectora. Gradiuo. i. pugnæ & enſi: ut uiros fortes decebat: qui aduerſo pectore uulnera excipiunt.
Ductor rheteius: Romanus Scipio quem marti comparat ſyllius. Hebrū. fluuiū thraciæ. getæ etiā: ut dictum eſt: mixti fuerunt thracibus.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nefandi ſuſcepti ab Hannibale contra fœdus. Phaetontia ſtagna: padū propter pugnam ad ticinū & trebiam q in padū emittunt. Tanta fiducia: ut auderent tēdere ad urbem ut deiicerent iouem capitolinum e ſede tarpeia. Secreta deū. uiolata deorū ſacra quoniā ſpoliauerūt tēplum feroniæ & iunonis laciniæ in bruttiis quod ad eū diē inuiolatum fuerat. Ruebat: fugiebat dabatq terga Scipioni ut uulgus fugit incendium.

Erumpit: euolat ex domibus. Teneri. occupari ſtrage uulgarium militum. Iā Scipio appetebat Hannibalem qui tanti erat ut etiam ſi carthago cecidiſſet: & omnis exercitus nil actum eſſet a romāis ſi is uiueret. Profectum: ideſt nullā utilitatem eſſe italiæ. Effigiem latiam. formā Scipionis: imitatio eſt Virgilii. Attollit: erigit quemadmodū habebat Scipio. Honorem: paludamentum coccinum. Fulgētis: rubei. Sine corpore quoniam umbra erat: & fantaſma. Simulatus iunoni: imago ſcipiōis ſimulata a iunōe

Perrumpit ſtridens ſub pondere belliger axis
Iamque ardore truci luſtrans fortiſſima quæque
Nomina obit ferro: claris ſpectata per orbem
Stragibus occumbit late inter tela iuuentus.
Q ui muros rapuere tuos miſeraſque nephandi
Pincipium belli fecere ſagunthe ruinas.
Q ui ſacros thraſimene lacus: phaetontia quique
Polluerant tabo ſtagna ac fiducia tanta
Q uos tulit: ut ſuperum regi ſoliumque domoſque
Irent direptum: mactantur cominus uno
Exitio: redduntque animas: temerata ferebant
Q ui ſecreta deum: & primo reſeraſſe negatas
Greſſibus humanis alpes: formidinis huius
Plena acies propere retro exanimata ruebat.
Haud ſecus ac tectis urbis uulcania peſtis
Cum ſeſe infudit: rapiduſque incendia flatus
Ventilat: & uolucres ſpargit per nubila flammas:
Attonitum erumpit ſubita formidine uulgus:
Latæque ut capta paſſim trepidatur in urbe.
Verum ubi cuntari tedet diſperſa uirorum
Prælia ſectantem & leuiori marte teneri:
Omnes in cauſam belli autoremque malorum
Vertere iam uires tandem placet annibal unus:
Dum reſtet: non ſi muris carthaginis ignis
Subdatur: ceſique cadant exercitus omnes
Profectum latio: contra ſi concidat unus
Nequicquā fore agenoreis cuncta arma: uiroſq ue:
Illum igitur luſtrans circunfert lumina campo.
Rimaturque ducem iuuat in certamina ſumma
Ferre gradum: cuperetque uiro concurrere tota
Spectante auſonia: celſus clamore feroci
Prouocat increpitās hoſtem & noua prælia poſcit.
Q uas poſtq̄ audiuit uoces conterrita iuno
Ne libyci ducis impauidas ferrentur ad aures
Effigiem informat latiam: propereque coruſcis
Attollit criſtis: addit clypeumque iubaſque
Romulei ducis: atque humeris imponit honorem
Fulgentis ſaguli dat greſſus habituſque cientis
Prælia: & audaces addit ſine corpore motus.
Tum par effigies fallacis imagine uana
Cornipedis moderanda cito per deuia paſſu
Belligeræ datur: ad ſpeciem certaminis umbræ.
Sic pœui ducis ante oculos exultat: & ultro
Scipio iunoni ſimulatus tela coruſcat.
Ac uiſo lætus rectore ante ora latino:
Et tandem propius ſperans ingentia pœnus:



Q uadrupedi citus imponit uelocia membra.
Et iacit aduerſam properati turbinis haſtam.
Dat terga: & campo fugiens uolat ales imago.
Tranſmittitque acies: tum uero ut uictor & alti
Iam compos uoti ferrata calce cruentat
Cornipedem: & largas pœnus quatit aſper habenas
Q uo fugis oblitus noſtris te cedere regnis?
Nulla tibi libyca latebra eſt o ſcipio terra.
Hæc ait: & ſtricto ſequitur mucrone uolantem
Donec longinquo fruſtratum duxit in arua
Diuerſa ſpatio procul a certamine pugnæ.
Tum fallax ſubito ſimulacrum in nubila ceſſit.
Fulmineus ductor quis nam ſe lumine cæco
Compoſuit nobis inquit deus? aut latet idem
Cur monſtro? tantum ne obſtat mea gloria diuis?
Sed non auelles unquam quicunque ſecundus
Cælicolum ſtas auſoniæ: non artibus hoſtem
Eripies uerum nobis: frena inde citatis
Conuertit furibundus equis: campumque petebat.
Cum ſubita occulto peſtis collapſa tremore.
Cornipedis moles ruit: atque efflauit anhelo
Pectore iunonis curis in nubila uitam.
Tum uero impatiens ueſtra eſt hæc altera neſtra.
Fraus inquit ſuperi: non fallitis æquore merſum
Texiſſent ſcopuli: pelaguſque hauſiſſet & undæ.
Anne huic ſeruabar læto: mea ſigna ſequuti
Q uis pugnæ auſpicū dedimus: ceduntur & abſens
Accipio gemitus: uoceſque & uerba uocantum
Hannibalem: quis noſtra ſatis delicta piabit
Tartareus torrens? ſimul hæc fundebat: & una
Spectabat dextram: ac læti feruebat amore.
Tum iuno miſerata uirum: paſtoris in ora
Vertitur: ac ſyluis ſubito procedit opacis.
Atque his alloquitur uerſantem ingloria fata.
Q uæ nam te ſiluis accedere cauſa ſubegit
Armatum noſtris? num dura ad prælia tendis
Magnus ubi auſoniæ reliquos domat ānibal armis?
Si uelox gaudes ire: & compendia grata
Sunt tibi: uicino in medios te tramite ducam.
Annuit atque onerat promiſſis pectora largis
Paſtoris: patreſque docet carthaginis altæ.
Magna repenſuros: nec ſe leuiora daturum
Præcipitem & uaſto ſuperantem proxima ſaltu
Circūagit iuno: & fallens regione uiarum.
Non gratam inuito ſeruat celata ſalutem.
Interea cadmea manus deſerta pauenſque

Ales. uelox imago Scipionis. Cæco. non uiſo mihi. Cur latet mōſtro. ſub falſa Scipionis imagine. Secundus. propitius italiæ non eripies mihi Scipionem inquit ulla arte. Auſpicium. principium & ſignū ut pugnarent. Ingloria fata. ihonoram mortem & quæ potius timidi eſt q̄ hominis fortis.

Compendia grata. breue iter ad locum ubi pugnatur. Patres. ſenatores. Cælata. ipſa iuno ſub forma paſtoris. Interea cadmea manus. ipi milites carthaginenſes abſente Hānibale ut poeta fabulatur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Siniſtris.aduerſis. Verſos.ſ.in fugam perſequebatur Scipio. Tarteſſiacas.oras hiſpaniæ ad oceanum ubi eſt tarteſſus. Domos batti.cyrenaicam regionē. Flumina lagi.nilũ a lago patre Ptolemæi. Sic ubi ui cæca.famā huius cladis ſparſam latius cõparatione probat:quēadmodum inquit ſeres populi orientis habentes arbores lanigeras uidētes cineres in ſuis arboribus intelligũt arſiſſe ueſbium montē campaniæ q̄uis ab ip̄is longa terræ mariſq; itercapedine diſtet.ſic remotæ gētes:& nationes itelligebant cladē pœnoꝝ illis narrãtibus qui timore perculſi fugiebant. Vi cæca.occulta potentia:quoniā accēdiť ignis in uiſceribus montis uento agente in uenas ſulphureas. Tandē.poſt magnum conflictum ip̄oꝝ uentoꝝ in uenis terræ. Paſtos per ſæcula.nutritos in uiſceribus mõtis per multos annos. Monſtꝝ.rem miram uideť quippe monſtroſum eſſe ꝙ arbores orientis caneſcant cinere auſonio. Caneſcere.albeſcere. Gargani.hoc dicit propter pugnā cãnenſem. Vada.trãſimenũ. Amnem phaetontis.padum. Proſtratis.cæſis militibus punicis. Cannas.gloriam meam cæſis romanis in pugna cannenſi. Decedes regnis.prius amittes tu cælũ o iuppiter q̄ ego nomen reꝝ a me geſtaꝝ:hæc ipietas cõuenit Hannibali perfido & irato. Patriæ.ſ.meæ ero ſupſtes ad ſpes armoꝝ ut.ſ.contra te bellum inſtauretur. Tibi reſident hoſtes:o Roma inquit tibi hoſtes cedunt.nam præcellis hac pugna & uictrix es:ſed mihi ſatis erit quoad uixero terrori eſſe italiæ:nec ero i pr̄ia ne cõditionibus pacis aſtringar:& auſugit.carthaginenſiũ ſocioꝝq; iquit Li.cæſi ſunt eo die ſupra milia.xx.par ferme numerus captus eſt cũ ſignis militaribus.cxxxiiii.uictores ad.x.mil. cecidere.Hannibal cum paucis equitibus elapſus iter tumultum adrumētũ perſugit.omnia & in prælio:& ante aciem priuſq̄ excederet pugna expertus:& cõfeſſione etiā Scipionis omniumq; peritoꝝ militiæ illā laudē adeptus ſingulari arte aciem eo die inſtruxiſſe.Hãnibal poſtea carthaginē accitus.vi.&.xxx.anno poſtq̄ puer inde profectus erat ſaſſus in curia eſt non prælio modo ſe eſſe:ſed bello uictum nec ſpem ſalutis alibi q̄in pace ponendā eſſe.Hãnibale igitur autore legati ad pacem petēdam miſſi ſunt. Lælius Romam a Scipione mittitur uictoriæ nũcius.interea ſuperať uermina filius ſyphacis qui cũ exercitu auxilio pœnis ueniebat. Referantur protinus arces.cum Scipio caſtra haberet ad tuneta.xxx.legati carthaginenſiũ ad eum uenerunt:quibus Scipio cum dixiſſet ut tot cladibus edocti tãdem deos:& iuſiurandum eſſe crederēt. conditiones pacis dictæ ſunt ut carthaginenſes liberi ſuis legibus uiuerēt:quas urbes:quoſq; agros:quibuſq; finibus ante bellum tenuiſſent.populandiq; finem eo die romanus faceret:perfugas fugitiuoſque & captiuos omnis redderent romanis.naues incenderēt.bellum iniuſſu populi ro.non gererēt.Maſiniſſæ res redderent:fœduſque cũ eo facerent.x.mil.talenta deſcripta penſionibus æquis in annos.L.ſoluerent obſideſqne centum Scipionis arbitratu darent:nec minores.xiiii.annis nec.xxx.maiores

Belua.elephantus. Excelſæ rates.naues carthaginenſium inquit Liui.prouectas in altum incendi iuſſit.quingentas fuiſſe omnis generis quæ remis agerentur quidā tradunt:quarum conſpectum repente incendium tam lugubre fuiſſe pœnis q̄ ſi tum ipſa carthago arderet:bellum hoc punicum ſecũdum auſpicium habuit poſt primum annis tribus &.xx.P.Cornelio Scipione.T.Sempro.Graccho conſul.finitum eſt.xvii.anno Gn.Cornelio.Lentulo:&.P.Helio peto conſul. Nereus.ipſe deus maris.

Nõ ullum annibalem nuſq̄ certamina cernit
Seui nota ducis:pars ferro occumbere credũt:
Pars damnaſſe aciē.& ſuperis ceſſiſſe ſiniſtris.
Ingruit auſonius:uerſoſque agit æquore toto
Rector:iãq; ipſæ trepidãt carthaginis arces.
Impletur terrore uago cuncta aphrica pulſis
Agminibus.uolucriq; fuga ſine marte ruētes
Tendũt attonitos extrema ad littora curſus.
Ac tartheſſiacas profugi ſparguntur in oras.
Pars batti petiere domos:pars flumina lagi.
Sic ubi ui cæca tandem deuictus ad aſtra
Euomuit paſtos per ſæcula ueſbius ignes:
Et pelago & terris fuſa eſt uulcania peſtis.
Videre eoi monſtrum admirabile ſeres.
Lanigeros cinere auſonio caneſcere lucos:
Quē feſſum tumulo tandē regina ꝓpinquo
Siſtit iuno ducem:facies unde omnis & atræ
Apparent admota oculis ueſtigia pugnæ.
Qualem gargani campum trebiæq; paludē
Et tyrrhena uada:& phaetontis uiderat amnē
Strage uirum undantem:talis miſerabile uiſu
Proſtratis facies aperitur dira maniplis.
Tum ſuperas iuno ſedes turbata reuiſit.
Iamq; ꝓpinquabãt hoſtes:tumuloq; ſubibãt:
Cum ſecum pœnus:cælum licet omne ſoluta
In caput hoc compage ruat:terræq; dehiſcant
Non ullo cannas abolebis iuppiter æuo.
Decedeſque prius regnis:q̄ nomina gentes
Aut facta hãnibalis ſileant:nec deīde relīquo
Securam te roma mei patriæque ſuperſtes.
Ad ſpes armoꝝ uiuam tibi:nā modo pugna
Præcellis.reſident hoſtes mihi ſatq; ſuperque
Vt me dardaniæ matres.atque itala tellus
Dum uiuā expectent:nec pacē pectore norit.
Sic rapitur paucis fugiētum mixtus:& altos
Inde petit retro montes:tutaſque latebras.
Hic finis bello referantur protinus arces
Auſonio iam ſpõte duci:iura iproba adēpta:
Armaque & inciſæ leges:opibuſque ſuperbis
Vis fracta:& poſuit geſtatas bellua turres.
Excelſæ tum ſæua rates ſpectacula pœnis
Flãmiferam accepere facem:ſubitaq; ꝓcella
Arſerunt maria:atq; expauit lumina nereus.



Compos.Scipio adeptus gloriam īmortalem romā rediit. Primus.Liuius ait.aphricanũ cognomē militaris prius ſauor:an popularis aura celebrauerit:an ſicuti ſœlicis ſyllæ magniq; Põpei patꝝ memoria ceptũ ab aſſentatione familiari ſit paꝝ cõpertũ habeo.primus certe hic iperator noīe uictæ a ſe gētis ē nobilitatus.exemplo deīde huius nequāq̄ uictoria pares īſignes imaginũ titulos claraq; cognomina familiæ fecerũt. Securus ſceptri.uictoriæ a ſe partæ. Sublimi.ampliſſimo clariſſimoq; oīum triũphoꝝ qui ante id tpis fuerãt.pace terra mariq; parta.P.Scipio regi maſiniſſæ auitũ regnũ reddidit additis urbibus quæcũq; in poteſtatē po.ro.ex regno ſyphacis ueniſſent:exercitu in naues īpoſito in ſiciliā traiecit.iter per italiā facienti obuiā magna frequētia itũ eſt.& clariſſimo triũpho urbē iuectus.Argēti tulit in ærariũ põdo.c.milia &.xxiii.militibꝰ q̄dragenos æris diuiſit.Syphax morte ſubtractus ſpectaculo magiſq̄ gloriæ paulo ante apud tybur deceſſerat:quo ab alba traductus fuerat.publico illic funere elatus fuit.polybius tradit in triũpho ductum. Qu.Terētius culleo pileatus triũphantē Scipionē ſequutus eſt.forma triũphi talis fuit.coronati milites ꝓcinentibus tibiis fercula ꝓferebãt ſpoliis hoſtiũ cīcta.ligneæ turres ad imaginē captaꝝ urbiũ ꝓlatæ ſunt.auꝝ deīde:& argētũ rude:atq; ſignatũ:coronæ deīde bellica uirtute partæ cãdidi.boues cũ auratis cornibus & elephãti ſeq̄banť. poſt primores carthaginēſiũ:& numidaꝝ captiui.Ipſum īperatorē lictores ſericis ornati ueſtibus ꝓibant.citharedoꝝ ac tybicinũ deīde turba īſtar hetruſcæ põpæ aureis coronis redimiti præcinētes.inter quos ridiculus ſenex armillis & auro amictus captis illudebat. curꝝ odores ac thura afflabãt.Scipio ipſe caput habebat redimitũ aurea corona lapillis ꝓcioſis:& margaritis ornata:& de more pr̄io geſtabat purpureā ueſtē itexto auro ſub effigie ſtellaꝝ altera manu eburneũ ſceptꝝ ferens altera lauꝝ.aderãt & pueri uirgineſq;:habenis equoꝝ hærebant cognati iuuenes:ſequebãtur curꝝ liberati ciues raſo capite:& pileati omnes.poſt hos ſcribæ ſcriptoreſq;:& miniſtri.poſtremo exercitus in turmas diuiſus lauro redimitus.hac īſigni põpa cum ad templũ capitolini iouis uentũ eſt laureā in pr̄is ſui iouis gremio poſuit:epulũ amicis ut moris erat in ipſo tēplo ꝓbuit. Ante ſyphax.aut poeta ſequiť polybiũ qui ſcribit ductũ fuiſſe in triumphũ ſyphacē:aut itelligit de imagine ſyphacis:quæ feretro ferebať ut imago carthaginis & Hannibalis.de feretro ac ferculo dictũ eſt ſupra. Hanno.qui fuerat captus in hiſpania. Phœniſſa iuuēta.iuuenes carthaginenſes capti:habētes claros natales. Primi macetũ.quos philippus miſerat ex macedonia. Incocti corpora.nigri & aduſti ſolis ardoribus.

Carthago.imago carthaginis. Effigies oræ iberæ.hiſpanæ quā Scipio ī ditionē romanoꝝ redegerat. Iam lenis:quoniā erãt cõtuſi hiſpani a Scipione. Solis equos.occidentē ſolē. Mater belloꝝ.quoniam illic habitãtes bellicoſiſſimi erãt:& ſic poeta per loca quæ tangit omnē hiſpaniā ſubactā itelligit:& oīa ſub uno aſpectu ad laudē Scipionis ponit. Amnes:quoniā iberus octo fluuios in mare defert. Tenebat.oblectabat mētes & oculos romanoꝝ. Ipſe.Scipio. Martia ora.bellicoſum aſpectum. Quiritibus.romanis. Qualis odoratis.talē dicit fuiſſe triũphantē Scipionē:qualis bacchus fuit cum de idis triũphauit cuius curꝝ tygrides trahebant:aut qualis Hercules uictis gigantibus in phlegra ualle. Odoratis.unguētis:& aromatibus perfuſis:& a quibus odores.& aromata afferũtur. Pampineos.pampinis redimitos. Cõfecta.uicta mole gigãtea.phlegra erat uallis theſſaliæ ubi fuit bellũ giganteũ cum diis:eſt etiam cãpus phlegreus ut dictũ eſt in campania ubi Hercules deleuit gigantes.

Tangens aſtra.propter heroicam uirtutem quā habebat ut tranſcēderet naturam humanam. Salue inuicte parens.adorat poeta Scipionem autorem pacis libertatiſq;:ac patriæ ſuæ alterum cõditorem.Vnde non cedebat Romulo qui magnis fatis fœliciq; auſpicio urbis Romæ.xi.kalen.maias fundamenta iecit.Nec cedebat camillo qui urbem a gallis occupatam aſſeruit.ſic Scipio patriam e manibus barbarorum extorſit:concludens igitur poeta dicit:o Scipio:cũ Roma iactat te eſſe filiũ iouis capitolini profecto non mentiť.Immenſa uirtus tua id oſtendit & cõprobat. Parens.ſ.urbis.nam pater patriæ merito poterat appellari. Quirino.Romulo urbis conditori. Meritis.quaſi dicat.non minora ſunt tua merita q̄ fuerint camilli:nec minores laudes q̄ fuerint Romuli.

Manſuri compos decoris per ſæcula rector.
Deuictæ referens primus cognomina terræ
Securus ſceptri repetit per cærula romam.
Et patria inuehitur ſublimi tecta triumpho.
Ante ſyphax feretro r̄ſidēs captiua premebat
Lumina:& auratæ ſeruabant colla cathenæ.
Hic hanno clarique genus phœniſſa iuuenta
Et macetum primi:atq; īcocti corpora mauri.
Tũ nomades:notuſq; ſacro cũ luſtrat harenas.
Ammoni garamas:& ſemper naufraga ſyrtis.
Mox uictas tēdēs carthago ad ſydera palmas
Ibat:& effigies oræ iam lænis iberæ
Terrarum finis gades:ac laudibus olim
Terminus herculeis calpe:betiſque lauare
Solis equos dulci conſuetus fluminis unda:
Frondoſumq; apicē ſubigens ad ſydera mater
Bellorum fera pyrene nec mitis iberus.
Cum ſimul illidit ponto quos attulit amnes.
Sed non ulla magis mēteſq; oculoſq; tenebat
Quā uiſa hãnibalis campis fugientis imago.
Ipſe aſtans curru:atq; auro decoratus & oſtro
Martia præbebat ſpectanda quiritibus ora.
Qualis odoratis deſcendens liber ab indis
Egit pampineos frenata tigride currus.
Aut cum phlegreis confecta mole gigantum
Inceſſit campis tangens tyrinthius aſtra.
Salue inuicte parens non conceſſure quirino
Laudibus:ac meritis non conceſſure camillo.
Nec uero cum te memorat de ſtirpe deorum:
Prolem tarpeii mentitur roma tonantis.

Commentariorum Petri Marſi in Syllium Italicum finis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Auſpiciis tuis inuictiſſime princeps Virgini huic operi bellicoſo extrema manus īpoſita eſt:in quo de duobus clariſſimis in toto orbe imperatoribus.Scipione:atque Hannibale agitur:qui adeo rebus præclare geſtis claruerunt:bellicamque uirtutem & gloriam conſequuti ſunt:ut iam nequidem ſibi ipſis comparari poſſent.Iccircouictus Hannibal tot uictoriis aduerſus populum romanum conſilio armiſq; terribilem ſuperbiens quantum gloriæ Scipioni fuerit:& cognomen uictæ a ſe ferociſſimæ gentis inclytum:& quāto præconio reſtitutor publicæ libertatis & amator ardēti uirtute decorus Scipio dignus ſit omnibus compertum eſt:& exploratum:quem in armis:omnique officio te referre quis neſcit?quod cum ita ſit ardentiſſima uirtus tua incorruptis litterarum monumentis celebrari meretur & debet:aliumq; furorem poeticum ac ſonoram tubam expoſcit.Interea hæc commentariola excellentiæ tuæ dicata auſpiciis tuis legantur.Tuoq; ſplendore:ac tanti nominis celebritate protegantur & quieſcant:quæ iterum atque iterum excellentiæ commendo tuæ:cuius honori:communique utilitati ad quam tuendam nati ſumus hoc opus magna ſedulitate:cura:& lucubrationibus aggreſſus ſum:& ad calcem fœlici ſucceſſu decurſum eſt.

Venetiis opera ingenioq; Boneti Locatelli.Inſtinctu uero ac ſumptibus Nobilis uiri Octauiani Scoti Modoetienſis Anno ſalutiferæ incarnationis nonageſimoſecundo ſupra Milleſimum ac quadringenteſimum quinto decimo kalendas iunias.

## Regiſtrum

a
Syllius.Italicus
Petri Marſi
geri arbitraretur
Ordior arma

b
na:& habet
Tertia bis rupto
Pluteis adhæſis
Sidonia carthaginenſia

c
Heſperidum crinem
fallaci gyro
gunthini:nec
tus mons ithacæ

d
cum planctu
futurum belli
das.compares
da ſa.inferna

e
Sed iam præteritos
ladium quod in
indi & parthi
ubi eſt hammonis

f
Haud ſecus egeriæ
Nulla tamen
Denſa nube
Magnas o trebia

g
Tunc alacres
Appius.intremuere
Primæ uos iuuenes
Nec tela interea

h
Diſcuſſit trabs
Attigit appulſa
prenſare ac patriæ
Allia:& infandi

i
Nullum clade
Si cordi conſulta
Ecce autem
Viſcera torrentem

k
Vos quorum imperiū
Saucia calamitatibus
Sueſſa oppidum
uius agri piceni

l
Iamq; alter tibi
pectore ſuſpirans
Celtarum eridano
Quis.quibus

m
Cum ſubitus
Aduerſa exemiſſe
Vertentes terga
Tanta mole

n
Sedes ecce uacat
A ioue ducta capis
Regifice.regio luxu
Hoc iugulo

o
hic mundus ardore
Lucet in aure
Antrum:& mugiret
terga uerterunt

p
Fuluius infauſtam
Quos ubi tam erectos
Nec uulgum ceſſat
Taurea tunc inquit

q
Quæ pœnæ cauſa
ſtea ſicilia:quondam
Parentum eorum qui
Tyrrhenus.aſyllus

r
Nec iaculo:aut
Serpit paſcendo
ximus tarentum
fugiuntque nubes

s
Inde iter ingrediens
tondere ac ſqualorem
Sarmatici prona
per medios nero

t
Dumq; ea proclamat
Heſperon infeſtat
Haud equidē metuiſſe

u
Fœlix o frater
Turbaſti maria
Quos ubi nutantes

FINIS

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

phci po. s. ad intellem agentē [illegible] ad eum [illegible] ad intelli[illegible] mou[illegible] agentis [illegible] separata. c. 6. 1.
Intellectus possibilis [illegible] ab aliquo [illegible] ad [illegible] igne [illegible] c. 6. 1. [illegible]
Intellectus agens [illegible] c. 1. e.
Intellectus agens [illegible] lux [illegible] coloribus. c. 1. c. [illegible]
Intellectus agens [illegible] separatus. c. 3. b. [illegible] c. 1. a.
Intellectus agens [illegible] intellectualis [illegible] intellectum possibilem [illegible] lumen [illegible] diaphanum [illegible] c. 1a. e.
Intellectus agens [illegible] assimilatur arti [illegible] c. 1g. b.
Intellectus agens assimilatur lumini [illegible] c. 1g. b. [illegible] c. 1g. c. d.
Intellectus agens [illegible] quo [illegible] abstr[illegible]
Intellectus agens [illegible] duo sunt [illegible] intelli[illegible] illustrare [illegible] sicut lumen diaphanum [illegible] c. 19. a. [illegible] duo sunt unum
Intellectus agens [illegible] c. 19. g. [illegible]
Intellectus agens [illegible] speculativus [illegible]
Intellectus agens [illegible] separatus [illegible] c. 1. a.
Intellectus agens [illegible] intelligentia [illegible] nobis [illegible] c. 1. b.
Intellectus agens [illegible] nobis [illegible] speculativus [illegible] c. 1. d. [illegible]
Intellectus agens [illegible] c. 1. g. [illegible]
Intellectus agens [illegible] una et simplex. c. 1. e.
Intellectus agens [illegible] c. 4. c. q. e. [illegible]
Intellectus agens [illegible] c. 3. a. [illegible]
Intellectus agens [illegible] c. 4. a. g. [illegible]
Intellectus agens lumen [illegible] c. 4. a.
Intellectus agens lumen [illegible] c. 4. g. [illegible]
Intellectus agens [illegible]

Generatio et alteratio quo differunt. t. 1. c. 1. [illegible]
Generatio quo est alteratio. c. 2. [illegible] c. 4.
Generatio quo differt ab augmentatione [illegible] c. 4. c. q.
Generatio et corruptio [illegible] igni [illegible]
Generatio et corruptio [illegible] c. q. f. [illegible] celestis [illegible]
Generatio [illegible] omnia [illegible] c. 3. e. 1. a.
Generatio [illegible] sigillatorum [illegible] sigillum [illegible] c. 1. d. [illegible] c. q.
Generationis [illegible]
Generabilis [illegible] c. q. c.
Generationis [illegible] c. q. f.
Generationis continuitas et perpetuitas [illegible] c. 6. b. [illegible]
Generationis [illegible] a. d. c. 10. [illegible]
Generatio [illegible] c. q. c. e. [illegible]
Generationis et corruptionis [illegible] c. q. f.
Generatio hominis [illegible] c. q. e. [illegible] c. q.
Generationes [illegible] duo [illegible] agentes et alterantes [illegible]
In generatione [illegible] circulus obliquus signorum [illegible] planetarum [illegible] c. a. g. [illegible] revolutionis celi [illegible] c. a. g. [illegible]
Generatio est duplex [illegible] Generatio agentium [illegible]

[illegible] c. 1. c. 4. c. [illegible]
Generatio [illegible] c. 1. c.
[illegible] Generatio exigit [illegible] c. 11. g. [illegible]
Generatio planetarum [illegible] obliquus circulus [illegible] c. 1. a.
Generatio [illegible] digestionis [illegible] c. 1. a.
f. Generatio [illegible] c. a. g.
Generatio [illegible] c. 9. g. 1. g. f. [illegible] c. 9. g.
Generatio [illegible] c. 1. b. [illegible]
Generationis et corruptionis [illegible] c. 1. c. 1. a.
Generatio [illegible] c. 3. d. [illegible]
Generatio planetarum [illegible] c. 3. d. [illegible] c. q. a.
Generatio [illegible]
Generatio [illegible] c. 4. [illegible]
Generatio hominis [illegible] c. q. g. Generat [illegible] c. 6. f. [illegible]
Generans [illegible] c. 1. d.
[illegible] generat primum [illegible] medium [illegible] c. 2. a. Generans [illegible] a loco generationis [illegible] c. 4. c. q. d. [illegible]
Generans [illegible] c. 1. a. [illegible]
Generat [illegible] c. 1. a. [illegible]
Generat [illegible] c. 1. a.
Generat generato [illegible] c. 1. [illegible] c. 2. d.
Generans est [illegible]

[illegible]

Gutta si cauat lapidē ī tāto tp̄r q̄ n̄ sed
q̄ cauꝫ mediete ī mc° tp̄r ꝗ h̄ facit ul
nā uirute ꝑ [illegible] .g. phi .t.i. c.i. e.
Gutte magne cadūt tp̄r calido ꝛ q̄ .v.
meth .t.i. c. 19. a. ꝛ cū magno ip̄etu
b. ꝛ sūt calide ī tactu .c. l. sunt po ī uie
ul ī estate .d. mod h̄ .x. ph̄ [illegible]

H Abitꝰ .s. albū par vnū dextrū
[illegible] gestāt rem̄ lum̄ bonū [illegible]
ꝛ .x. [illegible] .ꝫ. phi .t.i. c. 6. d.
habitū quō acqͥ ī p̄ncͥ .l. 4. t. e. ꝫ. b.
[illegible]

[illegible]



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA

Epiſto
læ
Plinij

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES